Reg: 91011

DE IVRE

ET OFFICIO MARCHIONIS

ERGA VASALLOS BVRGENSES;

SEV MAXIS AVREA COMMENTARIA,

super Pragmaticis in tit. de Baronibus.

EDITA PER CLARISSIMVM I. C.

IO. FRANCISCVM CAPHLANCVM

CIVITATIS MVRI:

Cum Indice rerum & verborum multis Additionibus aucta.

OPVS APPRIME NECESSARIVM AD VNIVERSALE Reipublicæ tutamen, ac vtilissimum omnibus, tam in scholis, quam in causarum foro versantibus, & maximè in Regno Neapolitano.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMO,

ac Doctissimis Sacri Regij Consilij, & aliorum Tribunalium Decisionibus, ad quamplurimas Materias.

ACCEDVNT ETIAM POSTREMO MVLTA SINGVLARIA ad leges notabiliores trium librorum Codicis, vtilia, & curiosa.

CVM PRIVILEGIIS, ET SVPERIORVM PERMISSV.

STELLA



TOMUS PRIOR.

NEAPOLI, Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi.

EXPENSIS IO. [illegible]

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

FVLVIO CONSTANTIO

SVPREMI ITALIAE CONSILII REGENTI. ET A LATERE.

In Neapolitano Regno Decano, ac Corleti Marchioni dignissimo.

ANNIS elapsis, Illustrissime Domine, labores tractatus mei, insignici titulo, speculi Baronum, quem ad publicam vtilitatem confeceram, tibi dicaui, & dicebã, quod speculum, si lucis non esset compos, inspici in eo non poterat, Ideò ad te iuxta tui nominis ethimologiam, Amplissime Fului, tanquam ad fulgorem ingentem, fulgentem, ac cõstantem, hoc meum speculum dirigere curaueram, vt tuis illustratum radijs, hoc in mundo claresceret, & tibi, vti fulgenti fulgori omnium Baronum, ac etiam optimo legumlatori, iure deberi considerabam. Conferebat siquidem, non tua dumtaxàt, verùm, & tuæ Prolis clarissimæ celsitas, antiquissimæ familiæ Constantię, quæ sic prę-clarè fulget in totius orbis partibus. Oriunda enim fuit ex Germania, stirps ista, vbi tanquam Fax prefulsit, & deinceps, radios Venetias, & in hoc Regnũ se estendit, vnde tot Illustrissimi viri extitere, prout inter cæteros, corruscãt gesta Antonij de Constantio, quando cum Federico Imperatore Neapolim petijt, cum magna gloria (vt testantur Historiæ) & Comitatus Nicastri titulo fuit decoratus: Sic etiam lucẽt Heroa Aloysij Constantij, qui Magni Siniscalchi, & Locumtenentis, Realis patrimonij, munere duplici fuit decoratus: Monumenta excelsa, Consiliarij tui Patris, quis dignè narrare poterit? Scientiam eminentem, & prudentiam, Illustrissimi, & Reuerendissimi Io. Baptistæ Cõstantij, Archiepiscopi Cosentini, tui Fratris, quis sufficienter explicare

Digitized by Google

valuerit? vigilantiam, ſanctitatem, pietatem, cæterasq. innumeras virtutes quibus erat imbutus, qui cum viginti annis, præfuiſſet illi Eccleſiæ, tãta charitate, & puritate cuſtodiuit gregem ſuum, quod inter cathalogum Sanctorum, numerari poſſet. At quia alio opus eſſet eloquio, quam mea inculta oratione, ſi nomina, Heroes, ſingularium perſonarum recenſere vellem huius familiæ, dùm Chronicarum libri edi poſſent, ſolùm concludam, quod maximum teſtimonium dat in præſenti, Pater & filius, Fuluius & Flaminius, primus, luminare maius dici poteſt, ex adminiſtratione tàm ſublimiſſimi regiminis, qui tantam prudentiam, humanitatem, ac bonitatem; imperando, regendo, & iuſtitiam adminiſtrando reſerat, quod vt Fluuius ingens, vniuerſùm orbem ambit, ac vt Sol illuſtrat, fouet, & gubernat, & tantus eſt fulgor, quòd à nulla nube licet denſa, & opaca; potuit eius lux obtenebrari; imò radij eius in reflexione per nubes, adeò fuerũt fortificati, quod maiori ſplendore, maiorisq. luminis impetum effulſerunt. D. Flaminius verò filius, vti flamma luminare minus dici poteſt: aſſumptus enim fuit in iuuenili ætate, ad tribunal Magnæ Curiæ, ciuilium cauſarum, vbi tot annis, vt flamma in eo tribunali, emicuit: cauſarum tenebras lucidando, cunctis omnibus, iuſtitiam miniſtrando; & nunc Iudex criminalis creatus flamma ſui zeli, proterua facinora comburit, terram huius Regni purgat à tribulis, & ſpinis. Non ergo mea fefellit opinio, meas lucubrationes, tantis luminibus dicare: nam poſtquam Deo fauente, tractatus iſte prodijt, in omnes Europæ partes exiuit, & ſummoperè à Prudentibus fuit acceptus, vt teſtantur ſcriptores Itali, Hiſpani, ac Germani; ſed cum tribus annis in Prouintia Calabriæ citra, munere Regij Auditoratus functus fuerim, In quo tribunali varia, & diuerſa pertinentia ad hanc materiam, fuerint diſcuſſa, & deciſa (cum plura ſint negotia, quam vocabula rerum) nòn peperci labori, controuerſias eas, legibus diffinire, ac conſeruare, vt in vnum ad aceruum potuiſſem cumulare, cumq. ſtimulaſſent me amici, & ſuperiores, vt pro bono publico, rurſus typis librũ darem, cum ex millibus, qui in lucem prodierint, vix vnus in Bibliotecis non reperiatur; Denuò ſimul omnia congeſſi, tibiq. iterum dicare volui, eò magis, quòd iure vindicare potes, vti fructus collecti, tui cauſa, dùm in eo Auditorio me propoſueris. Accipe magnanime Vir, pignora meæ ſeruitutis, & obſeruantiæ, & tua humanitate foue, & bene vale. Neapoli Kalendis Ianuarij 1621.

Dediciſſimus, & perpetuus ſeruus

Caſiblancus.

Digitized by Google

IN DOMINI AVCTORIS ET OPERIS LAVDEM.

DOCTORIS CONSALVI GAGLIARDI MVRANI.

Epigramma.

Robora, qui ſpectant operis, cognomen, & ipſum,
Annoſum dicent, te CAPIBLANCE virum,
Tu tamen excellas, quamuis virtutibus amplis,
Vndecima hæc tibi nunc vix trieteris adeſt.
Et qui rarus erit, nec fortè ex millibus vnus
Aetate es iuuenis, ſed grauitate ſenex,
Hoc quem nunc mira pangis breuitate libellum,
Nec maiorem alij, nec pepigere parem:
Plenus erat primò, nunc ſcribis plura ſecundò,
Vt ſit quiſque potens addere iota minus,
Non hinc vaſallus metuat malè facta Baronis,
Ille ſed expectet cuncta decenter agi,
Omnia tu doces breuibus peragenda viciſſim,
Quò vaſallus habet pergere, quòue Baro,
Eya igitur Patriæ lumen, ſpeculumq; tuorum,
Nec data per ſuperos grata talenta tegas.
Perge, & fœcundos reliquos depromere fœtus
Ingenij properes, nec noua ſcripta neges
Vtere ſorte tua, curſus nec deſere cœptos,
Ne vacua in te ſit gratia grata Dei,
Viue diù fœlix ſupereſq; & Neſtoris annos,
Pro tam communis commoditate boni.

EIVSDEM DE LAVDE OPERIS.

Diſticon ad Lectorem.

Plumbea ſunt equidem, ſcripta hæc, non plumea Lector,
Pondus, non pennas, ſi legis, inuenies.

D. IO. FRANCISCO CAPIBLANCO V. I. EMINENTISSIMO.

D. PETRVS ANGELVS RONCA V. I. P. ET CANON. LAQVEDONENSIS.

SAEpius è tenera quò auido ſua paſcua manant
Radice, vt pecori dulcius hoc ſapiunt.
Sic vicibus ternis veniens ad lumina partus
Carior accipitur; plus alit, ac redolet.
Primò Diues opum; pretioſis deſuper auctis
Ditior; ex frugi, fit modò frugalior.
Mactè animo, virtute grauis, mature potenſq;
Tu viue, vt proſis moribus, ingenio.

IO: FRANCISCI PEREGRINI BIBLIOPOLAE NEAPOLITANI EPIGRAMMA.

AD PRAESTANTISSIMVM VIRVM I.C. FACVNDISSIMVM IO: FRANCISC. CAPIBL.

IAM tua per latios volitare volumina fines
Auctu præclari nominis incipiunt;
Hinc vel ad extremos tua fama vagabitur Indos,
Nec te, nec libros interijſſe ſinet.
Donec erunt leges, donec Romana vigebunt
Iura, tuum pariter iure vigebit Opus.

Digitized by Google

AVCTOR AD LECTOREM.

Dices, Lector, cum primum hic noster liber in manus tuas venerit, me noctuas Athenas mittere, quod post tam innumera Iurisprudentum volumina, hæc commentariola in lucem protulerim. Sed si instituti mei causam, rationemq; cognoueris, ea non improbabis. Scis, candide amice, non nobis solum, sed & alijs, posteritati, & patriæ nos esse natos, & officium esse omnium, qui hac fruuntur mortali aura, prout possunt debere alijs prodesse. Exemplo tot Iurisconsultorum interpretum, qui quantum lucis, & vtilitatis Reipublicæ peperint in tam obscura, & difficili iuris mole, omnibus innotescit, & si omnia eorum scripta adiumento non fuerint (Quod à prudentibus non acceptatur, cum nil tam inutile sit, vt aliquid vtilitatis exinde percipi non possit.) Laudantur, quod segnitiem, & otium fugerint, ac saltem sibi ipsis scientiam aliquam comparârint; Non me latet maximam esse iuris disciplinæ copiam, atq; immensam vbertatem, vt nil noui mundo tribui possit, tamen si conspexeris spatiosissimum iuris campum; ac innumeros messores, meq; post terga eorum aliquas spicas colligentem, manipulumq; alligantem, non facillimum opus perfeciisse credas, ex tot, & diuersis segetibus fasciculum ad aceruum conduxisse: Dico non me manus intulisse addendo antiquis tractatibus; vel legum interpretationibus à tot tantisq; commentatis. Sed vidi has leges Regias nostri Regni de Baronibus, & eorum officio editas, ac quotidie in praxi, & foro concertatas, & à multis eorum terminos ignoratos ob difficultatem; altitudinemq; materiæ. Vidi inquam has Regni ordinationes destitutas, cognoscens hanc iuris partem singulis diebus, ne dicam horis pertractari à nullo adhuc declaratam, meipsum recepi ad eius interpretationem quamuis imparem humeris pro meis viribus per anni circulum labori non parcens. Consideraui quantum fructus attulerint, & alij, qui licet multi interpretati sint Regni Capitula, Constitutiones, Ritus, & Pragmaticas, ex quorum Commentarijs tot errores fuerunt emendati, & addiscendi facilitata est via, quæ in singulis partibus cũ sudore erat perquirenda. Nec me terrent canini latratus inuidæ ætatis, quia quoa propria nequeunt aliena mordent, nam scio, quod qui scribit, multos sumit differentes Iudices, quibus dã

for-

Digitized by Google

forsan ordo, eiusq; distributio non arridebit, alijs displicebit stylus inquam impolitus, alij eloquentiam Latinæ linguæ improbabunt. Istis tam stultis censoribus respondeo; quod si sapiunt scribant, & ipsos vti canes latrantes contemptos negligamus. Quis enim ignorat in humanis nil ex omni parte perfectum? solum hoc Deitati tribuitur, à qua quod boni in hoc opere adest insufflatum dico, eiq; laudem esse tribuendam, cum omne donum de sursum sit, descendens à Patre luminum. Si quid verò imperfectū, humanæ fragilitati condonetur. In his commentarijs multos feudorum terminos collectos, ac explicatos habebis, omnia ordinata, nil positum extra Prouinciam, vt alij qui vagantur à longè, vt certas implaant, nil inutile, & friuolum, sed omnia quasi digesta, & praxi accommodata. Alia multa adjci potuissent, quæ ad officium Baronū videbantur pertinere, sed non eò mea tendit intentio, vt huc ea omnia conferam per grandi enim volumine fuisset opus, selegi ea tantum, quæ ad textum cuiuslibet Sanctionis maiori vsui, vt vtilitati accommodata cognoui, facile erit modò inuentis addere. Vale, & hoc nostrum erga te studium æqui, boniq; consulas, vt aliquod maius Deo fauente, typis aliquando demus, sub benigno influxu stellæ sanctissimæ Virginis, eiusque Conceptionis, cui à teneris me dedicaui, & erit in ore meo, vt Exodi quarto, & docebit quid loquar, Propter quod loquar de testimonijs tuis in conspectu Principum, & non confundebar, dicebat Psalmista.

Iulius Capiblancus V.I.D. Fratri suo Patrueli Doctori Io Francisco dilectissimo. S. P. D.

TVas has lucubrationes accepi, amantissime frater ex corde, à te mihi vt in re sic graui inuigilarem traditas, nec mirum, sapientis enim est, non proprium, sed aliorum consilium etiam exquirere, vt Prouerb. 3. Ne sis sapiens apud te ipsum, sed nō ipse sic viribus præditum esse reor, quin rem sic exactè perperi eam accuratiùs intueri potuissem, Id vero mihi in animo sedet quod cùm sciam tuam doctrinam imminentem esse, quod digna esset increpatio si subito non te expediendo opus explices, tolle manus, frater dilectè, nam semper nocuunt differre paratis. Proferas eas itaq; læta hilariq; fronte vigilias insudationes, magnosq; labores, cunctis omnibus profuturos præstantissimi siquidem viri, qui magna cum laude, supremis versantur in foris, summa, ac immemorabili te laude prosequentur: Dominantes quo nam pecto gubernacula in suos ex Deo prodita disponere fas clarè habebunt, subditi à grauaminibus multis ante hac graviter oppressi patenter exonerabuntur, veluti à sarcina tibi gratias referentes exultabunt, Et non quidem paucis hæc tua manebunt in annis, sed in eruditissimorum studijs, diuturna, ac firma tua manebunt in euum commendata memoria, Gaudebunt exultantes læti in Terris tui fratres iurisconsulti Bartholomæus & Cæsaro de Capiblancō, ac in Cœlis Genitor tuus, ac Auus eorum ætate Doctores celeberrimi, & Patrus tuus Pater meus V.I. laurea insignitus. Quorum in lustra quamplurima, numquam ad summū laudata virtus permanebit. Eorum etenim grauis commendata memoria opus tuum per se lucidum ab impiorum linguis, eorum fulgore è cælis in eos sagictas in subditorū subsidium emanando protectionem cognoscent, Inuigiles ergo frater ad quamprimum te in ijs expediendum, & ne timeas latratus inuidorum, sed dico, inuidus, aut taceat nostri detractor honoris, aut aliud melius, si sciat edat opus. Vale & iste incolumē reddat qui est benedictus in sæcula. Muri Chalend. Ianuarij anno. 1621.

Tho-

Digitized by Google

Thomas Capiblancus Beneuentanus Doctori Io. Francisco Capiblanco S. P. D.

INuentores artium, & disciplinarum, tantum, apud posteros meruerunt gratiam tantumq; consecuti sunt honorem, vt Deos eos illi existimauerunt, & qui præclara inuentis addiderunt, non minori laude dignos esse putarunt. Quid enim prodesset primis inuentoribus, ac Ducibus, eorum dogmata obscura, nisi fuissent commentatores dilucidantes, quapropter vtraq; laude dignus es, Doctissime, ac Nobilissime CAPIBLANCE, qui non solum Commentaria fecisti super Pragmaticis, De Baronibus: Sed postea quamplurimis Additionibus ea illustrasti, quæ tamquam fulgidissima specula, per Vniuersum Orbem relucent, vt Celeberrimi Scriptores vndiq; testantur, tuam doctrinam extollentes; Quapropter non parum tibi debet tua Patria, vnde ortum habes, sed Ciuitas Beneuentana, vnde tui maiores originem traxerunt, ex stipite antiquissimo, ac nobilissimo nostræ Familiæ de CAPIBLANCO; Nec mirum, nam Domus nostra, & præsentium, & præteritorum, semper fuit illustrata egregijs Viris, qui doctrina, dignitate, militia, tamquam sidera per loca fulgerunt. Domus vero, tanquam bona arbor producit frondes bonorum morum, flores boni odoris, fructus dignos prudentiæ, & sapientiæ, & omnium virtutum. Vnde verè in te verificatur in te, de capite albo, nam quæ in capite nigra, & obscura repræsentantur, lumine tui intellectus, omnia dealbas, ac clara reddis. In capite pluſquã in alijs corporis partibus, Animi dotes eluceſcunt, in capite, vti in sacro, sedet anima, ac omnes Principes facultates residunt, ibi domicilium Iudicii, & cogitationum, ex quibus opifici Deo redditur simillimum, & ideo Plato ipsum diuinissimum appellauit, Cognomen ergo tuum est ethimologia, vel designatio tuarum virtutum. Quapropter gaudeo, duplici ratione quia vti attinens huic generoso capiti nostræ familiæ, particeps sum tuæ gloriæ, quæ per vniuersum Orbem roboat, & præcipuè in Prouincia Calabriæ Citrà, vbi Auditoris munus sic biennio gessisti, animi tui dotes demonstrando, regendo, & iustitiam ministrando, quod ad supplicationem Prouinciæ iterum refirmatus cum laude fuisti à Prorege virtutum singulari amatore Comite de Lemos. Sed ne amplius indiminuè loquar de suis laudibus, aut mihi possit obijci non licere de re propria laudes expetere. Candide Lector diligenter lege, ac perlege opus, & exindè cognoſces si benè diudicaui, vel malè. Vale, & Deus Optimus Maximus te incolumem reddat. Beneuenti anno Virginis Partu 1621.

TRA-

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.
QVAE IN HOC OPERE continentur.

A

Abolitio criminum est triplex, publica, priuata, & legalis, & de earum differentia, & cognitione tractatur Prag. 6.nu.172

Absentes qui non interfuerunt parlamento facto ab Vniuersitate, an possint petere audiri prag.11.n.129

Absolutus à delicto, an teneatur mentionem facere de illa inquisitione, quando pro delicto petit indultum, vel gratiam supplicabit, prag.6.n.129

Abusus debet cõstare, quod dolo sit commissus, prag.6.n.192

Accedentes ad habitandum Brundusij, quãdo sint de eorum debitis securi; pragm.8. n.284.p.1

Actus debent esse vniformes, & non difformes ad consuetudinem fundandam, prag. 1.nu.196

Actus si sint difformiter obseruati, an sint attendendi ij, qui à maiori parte populi fuerint obseruati, ibid.n.197

Actus possessionis dubij, & promiscui, an interpretandi sint, vt pro suo, censeantur facti, vel iure familiaritatis, seu facultatis, prag.1.n.209

Acta pupilli licet nulla, non poterit aduersarius impugnare, si pupillus, & eius tutor ratificet in sui vtilitatem, limitatur prag.1.n.258

Acta facta ab officiali, qui non iurauit ante ingressum, seruata forma iuris, sunt nulla prag. 4. n.3

Acta facta in Curia Ecclesiastica an probent contra laicos prag.8. p.3. nu.12

Actio pio loco non quæritur per alterius stipulationem, neq; fauore dotis, pragm. 4.nu.94

Actuarij debent stare Syndicatui limitatur, quando non est solitum ibi sindicari, prag.5.n.184

Actuarij possunt continuare officium in eodem loco, dato prius sindicatu, sed non alij officiales, prag.5.n.129

Actuarij an veniant appellatione officialiũ ibid.n.88.

Actus, aut fiunt iure familiaritatis, vel facultatis, vel pro suo, prag.1. & prag.14 nu.13. distingue

Digitized by Google

INDEX.

Acta gratis sunt facienda pauperibus prag. 19. nu. 15

Accusatio, cui competit, datur etiam, & ius remittendi, pragmat. 6. numer. 54

Accusare an possit quilibet, vbi pœna venit applicanda fisco, pragmat. 6. num. 62.

Accusator, & creditor, an teneatur submini strare victum carcerato pauperi, discuti tur prag. 19. n. 16

Actuarius, an possit esse quis in propria patria prag. 3

Accusatione porrecta contra officialem, an statim possit suspendi is ab officio, declaratur prag. 5. n. 63

Accingendus quando habeatur pro accincto, declaratur pragm. octaua parte 3. num. 26

Adiutorium debitum Prælatis feudatarijs, differt à charitatiuo subsidio pragm. 1. nu. 49

Adiutorium quibus casibus Prælatis debeatur, ibid. deducitur nu. 50

Adiutorij taxa Prælatis debita, quanta sit ibid. nu. 51

Adiutorium exigitur, attenta ratione focu lariorum, in quinq; carolenis pro singulis focis, ibid. n. 53

Adiutorium Baronibus de iure debebatur ex varijs causis; sed per constitut. Regni sunt taxati, & vltra non licet, ibidem nu. 54

Adiutorij præstandi causa, quæ fuerit, discutitur, cum diuersæ rationes afferantur, num. 55

Adiutorium, an debeatur, si feudum Baronis sit francum, pragmat. prima numer. 60.

Adiutorium an debeatur Baroni iurisdictionis ciuilis, vel criminalis, ibidem num. 62

Adiutorium an debeatur feudatarijs non habentibus feudum in Baroniam ibidem num. 67

Adiutorium an debeatur vsufructuario, vel proprietario, vel creditori, seu vxori tenenti feudum in pignus, & an locatori, vel affictatori, elucidantur omnia ex num. 68. ibid.

Adiutorium debetur à vasallis, quando persona domini est capta ab hostibus, secus à latronibus n. 70

Adiutorium an debeatur pro faciendo filio, vel patre milite, distinguitur ibidem nu. 75

Adiutorium deberi pro Doctoratu filij Baronis, dixit Anna, sed interpretatur hoc pragm. 1. n. 78

Adiutorium, quare pro vna terra emenda debeatur, & si plures terras Baro emerit, hoc ei denegatur, ibidem num. 79.

Adiutorium an debeatur filio, hæredi Baronis si emerit vnam terram, si pater aliã emerit in vita ibid. n. 82

Adiutorium an debeatur pro pluribus filiabus maritandis, vel sororibus, dum Cõst. loquatur in numero singulari, pro filia, vel sorore ibi nu. 84

Adiutorium an debeatur, si plures filiæ, vel neptes, eodem anno nubant ibidem num. 86.

Adiutorium non deberi ex dote legata in testamento, multi tenuerunt, quod discutitur nu. 87

Adiutoriũ præstare non tenentur noui vasalli, pro filia, vel sorore Baronis nubenda nu. 89

Adiutorium an debeatur à vasallis, si frater voluerit dotare sororem inopem, vel vterinam ibid. n. 93

Adiutorium pro monacatione filiæ, vel sororis, an debeatur, & quantum erit taxandum, notatur nu. 99

Adiutorium pro dotatione sororis naturalis an debeatur nu. 103

Adiutorium an debeatur filiæ, patre mortuo, pro se ipsa maritanda ibidem num. 104.

Adiutorium an debeatur pro redimendo Barone à carcere ibi nu. 79

Adiutorium minus solito, taxatur ex iustis causis ibi nu. 105

Adiutorium an debeatur, si soror, vel filia maritetur sine dote, quia dotetur à marito, ob pulchritudinem, vel nobilitatem, ibi nu. 119

Digitized by Google

INDEX.

Adulti habent variationem fori, vti pupilli, prag 8.p.1.n.314.

Apodissa recognita etiam priuata, habet executionem paratam, pragm.16.num. 86.

Adhoa si erit remissa Baroni à Rege, an vasallis debeat remitti solutio adiutorij, prag.1.n.61.

Adhoa dicitur seruitium quod præstare debent Barones Regi, & quanta sit taxa, pro quolibet feudo, vide prag.1.n.58.cũ sequ.

Adulatores quantæ ruinæ sint causæ, maximè apud Superiores, notatur in rubrica nu.100.

Administratio iustitiæ, prohibita est Baronibus, prag. 3.

Administratio iustitiæ non potest per Barones suis officialibus arctari, & minui, prag. 6.

Administrantium officialium defectus, an nocere possint Baroni, vt ab eo euocari possint causæ, prag 3.

Adducta in augmentum, non debent operari diminutionem prag.1. nu.141.

Affabilitas magna virtus in Regnantibus rub n.90.

Afflictatores introituum fisci, an habeãt prærogatiuam exigendi executiuè, vti fiscus declaratur prag.16.n.82

Afflictatores feudorum cum vasallis, an consequantur omnes prærogatiuas, & emolumenta, declaratur, prag.8.p.1.

Alexander Rouitus, fisci patronus Prouinciæ Calabriæ Citra, laudatur pragm.6. num. 145.

Alfonsus Rex, cæpit primò communicare Baronibus merum imperium, de quo sola Mag. Cur. cognoscebat prag.8.par.1 nu. 65.

Allodialis concessio, in dubio præsumitur, & non feudalis, pragm.8.num.33. parte prima.

Alchimiam faciens, an committat delictum & qua pœna puniatur, pragm.8.par.1. num.99.

Altum dominium, quod retinet Princeps, in terris infeudatis quid sit, & quando possit exercere, notatur pragmat.8. par. prima num. 174.

Altum dominium per quamcumq; generalẽ concessionem non videtur expropriatum ibid.n.173.

Alienari an possint terræ, quæ sunt de demanio Regis, & an in præiudicium vasallorum prag.8.p.3.

Allodialia in dubio præsumuntur omnia prag.11. n.48.

Ambasciator missus à Ciuitate, si fuerit captus ab hostibus, vel latronibus, an Vniuersitas tenetur eum redimere, discutitur, prag.1.n.57.

Animalium appellatione non veniunt pisces, & volatilia; Vnde imposita gabella super animalibus, non deberetur de prædictis prag.1.n.130

Annus est longa mora, & iusta meta, rebus peragendis, & ideo multa in iure præscribuntur anno, prag.5.nu.4.cum sequ.

Annus in officijs, an à die datæ, vel ingressus incipiat, & quando à perfectione actus, ortum habeat, notatur ibidem nu. 19.

Annus ex quibus diebus constet, & an dies actus computetur ibi nu 23.

Annus si erit bisextus, qualiter erit computandus ibid.n.25

Annus qualiter antiquitùs computabatur diuersæ opiniones afferuntur, ibid. num. 27.

Annus alius naturalis, cerimonialis, emergens, naturalis ibid.n.28.

Annus ex nouissima Pragmatica quando incipiat, adnotatur n.29.

Annus aliquando in iure accipitur pro biennio, triennio, & decennio, & dantur exẽpla ibi n. 32.

Annus cæptus quando habeatur pro completo, notatur ibi nu.54.

Annus qui est ordinatus ad præstandum iuramentum fidelitatis, an currat à die assensus, vel à die venditionis, adnotatur prag.8.p.1.n 20.

Animalia excadentialia, an sint fisci, vel Baronum, & qualiter præconizationes fieri debeant per conuicinia prag.8. p.1. nu.251.

Digitized by Google

Animalia, an ciues possint tenere intra habitatum, vel possint supponi in bannis, vt terra sit sine immunditijs, distinguitur prag.8.p.1. n.309

Animalia an possint retineri pro diffida, prag.10.n.112

Animalia exterorum capta à ciuibus ad socidam, an teneantur soluere partem fida Baroni prag.11.n.101.

Animalia transeuntia de vna contrada in aliam, an pascua sumentia possint detineri, pro diffidatis ibi n.111

Angarij vasalli non possunt à terra recedere, vel clericari prag.10.n.49.

Angaria quo tempore ortum habuerunt, pragmat.16.num.10. & pragmat. 10. num.58.

Angarias, Rex indicere non potest, ibid.n.8 & n.63.prag.10.

Angaria quid differant à seruitijs, prag. 10.n.59.

Angaria quid sit, & quid perangaria, ibid. nu. 55.

Animus habitandi, vel discedendi in aliquo loco, vbi quis habitat, qualiter arguatur prag.7.n.44.

Animus puerorum, ab initio est litteris assuendus, rub.n.76.

Animalia non solita, & apta ad seruitia nõ possunt à Barone cogi, prag.16.(& infra verbo seruitia.)

Animalia Baronis, pro numero, & capacitate territorij sunt immittenda in demanialibus Vniuersitatum, pragm.12.nu. 33.

Animus Baronis est considerandus, cui multa ei licent ob bonum zelum, & multa licita de iure denegantur si intueatur, procacitas, & malignitas, pragmat. 12. num.15.

Ab Episcopis feudatarij, appellari debet ad Regios superiores, pragmat.prima, num.41.

Appellatione pendente, an officialis condemnatus de crimine possit administrare, prag.5.n.81.

Appellari debet ab officialibus Vniuersitatis, ad Regios Superiores, & non ad Barones, adnotatur prag.5.n.180.

Appellatione pendente, licet Baronibus componere, prag.6.n.35.

Appellatio an suspendat, vel tollat iudicatum, ibid.n.183.

Approbatus quando possit reprobari prag.8 n.45.p.1.

Appellationum causa in generali concessione non veniunt, concessa terra Baroni, prag.8.p.1. n.148

Appellationum ius, an præscribi possit per Barones, ibid.nu.149

Appellans reus mortis, debet remitti ad supplicium, ad locum delicti, sed quid si sententiam primam superior reformauit, vide ibi nu.162

Appellari an possit à Curia Baiulorum ad Capitaneum, si Baro non habeat secundas causas, ibi n.179.

Appellari an possit ad Baronem delegantẽ, si is non habeat ius appellationum, ibid. nu. 180

Appellationis Iudex non potest cognoscere de suspitionibus primi Iudicis ibidem n. 184.

Appellare debet ad secundum Iudicem Baronis, qui passus est se cognosci à primo, & non conuolare ad Regios, omisso medio, Pragmat.8.num.186. parte prima.

Appellari debet ad Regios superiores, & non ad Officiales Baronum, à causis agitatis in Nundinis, ibidem num. 187.

Appellari an possit ad Baronem, de causis nundinarum, si eas concesserit Baro ibid. nu.189.

Appellatur ad Reg. Cam. à significatorijs Vniuersitatum, & non ad Baronem ibi. nu. 190.

Appellatur ad Regios Superiores, & non ad Barones à grauaminibus Catapanorũ ibid.n.191. & idem à sententijs Syndicatorum.

Appellationis remedium, quid differat à querela prag.3.n.159

Appellationis Iudex, quando possit totam causam ad se auocare, si fuerit appellatum ab incidenti, pragmat. tertia nu. 378.

Ap-

Digitized by Google

Appellationis Iudex, debet constitui infra Prouinciam, & non vltra dietam, ibidem nu.

Appellari non licet omnisso medio, nisi in certis casibus, prag. 3. nu. 159.

Appellationis Iudex, dicitur incompetens, quando se immiscet in primis ibi num. 175.

Appellationem quando Princeps tollere possit, vt appellatione remota procedatur ibid. nu. 140.

Appellationis Iudex est incompetens super prima instantia, si non adeatur per viã appellationis prag. 3. n. 175.

Appellationis Iudex an possit remittere causam cum norma, discutitur ibi nu. 174. (Reliqua vide infra verbo Iudex)

Aquæ vsus, qualiter diuidi possit, inter Baronem, & vasallos prag. 12. n. 31. & latius prag. 8 par. 2. n. 32.

Aquæ quæ nascuntur in fundis priuatis, illorum sunt, & non Baronum, prag. 8. p. 2. nu. 28.

Aquæ, & flumina in generali concessione, facta feudatario, an veniant prag. 8. p. 2 nu. 82.

Aquarum vsus, semper concessus dicitur tacitè Ciuibus, licet aquæ sint de demanio Baronum ibid. nu.

Aquæ quæ erant publicæ, de iure sunt omnes appatronatæ, vt ibi.

Arbitri iuris an possint punire falsum deponentes prag. 8. nu.

Archiepiscopus fortitur forum suffraganei, delinquendo in illius diœcesi, prag. 12. nu. 5.

Arma depingere in loco, dominium denotat prag. 1. n. 65

Arma alicuius Magistratus imponi non possũt in locis publicis, sed Principis prius ibid. nu. 66

Armandiæ, dicuntur vsus armorum, quæ soli Principi competunt pragm. 8. par. 2. nu. 11.

Arma destinata Castro Baronis, & alia, vti bombardæ, & similia subintelliguntur concessa, ibid. nu. 7.

Arma possunt prohiberi ne asportentur infra habitatum, etiam Commissionatis à Principe, prag. 14. n. 58

Arma ex causa etiam Militibus, prohiberi possunt per Barones: ibid. nu. 57

Armorum portatio omnibus prohiberi potest de nocte, ibid. n. 50

Arbores scindens fructiferas, qua pœna puniri possit prag. 8. par. 1. n. 379. latè explicatur.

Arbores siluestras scindens, pœna damni tantum puniri posse dicunt, ibid. n. 380.

Argumentum de emphyteusi ad feudum, valet prag. 8. 2. par. n. 26.

Argumentum de vasallo, ad libertum valet prag. 10. nu. 56.

Argumentum de pacto, ad legem valet, & quod potest fieri per legem, & etiam per pactum, prag. 9. n. 48.

Argumentum de causa pia, ad dotem valet ibid. n. 42.

Argumentum de persona, ad personam non valet prag. 6. n. 80

Argumentum à maioritate rationis, est fortissimum prag. 9. n. 38.

Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet, prag. 1. nu. 95.

Assisiam imponere victualibus an competat Baroni, vel Vniuersitati, prag. 1. n. 147. & 151.

Assensus potest precedere, & subsequi, sed debet fieri mentio, quando contractus est factus, aliàs assensus corruit ibidem nu. 305

Assensus expeditus sub modo, veluti vt pecunia conuertatur in causam supplicatam, an faciat obligatum creditorem, vt ea conditio seruetur, vel sit onus supplicantis, benè declaratur pragm. prima nu. 306

Assensus cum solita clausula, Dummodo decem ex ditioribus obligentur, an faciat decretum illud conditionale, ibidem nu. 308.

Assensus in secundo contractu expeditus, an conualidet primum, sine assensu, ibidem nu. 309.

Assensus infra biennium debet registrari in forma Cancellariæ, alienato feudo, aliàs conceditur reuocatio, pragm. 8. part. 1. nu. 27.

Assensus expeditus per verbum, fiat, non perficit contractum, ibi n. 28.

Digitized by Google

Assensus est necessarius, in venditione officiorum omnium, quę vendi solent ibidem nu. 46.

Assensus alicuius, si de iure, vel ex ordinatione testatoris, requiratur an, & quando, si ille noluerit consentire, actus legitimè explicari possit prag. 9. n. 28.

Assensus Regius scripturam requirit, & an testibus possit probari, pragmat. 11. nu. 45.

Assensus Regius petitus in venditione, alicuius rei feudalis, an quaternet illam rem, vt semper requiratur, & non sufficiat assensus Baronis, prag. 11. n. 90.

Assensus Regius, vel Pontificius quanto temporis effluxu, præsumatur, ibidem nu. 93.

Auditor secundarum causarum an possit removeri à loco primarum, pragm. 3. in fine.

Auditores Provinciales ex consuetudine sunt biennales, & sine nota, antea non possunt amoueri, prag. 5. n. 144

Audientijs sunt communicatæ quasi omnes prærogatiuæ Mag. Curiæ, ibid. nu. 147.

Audientiæ Regiæ Hidruntì, & Barensis, habent auctoritatem insufflandi spiritū instantiæ peremptæ, pragm. 8. part. 1. nu. 264.

Auctori fuit confirmatum officium in Auditoratu Provinciæ Calabriæ, pragm. 5. nu. 129.

Auctores laudati, an ex eorum persona priuilegiata, possint trahere totam causā prag. 8. p. 1. n. 223. cum seq. vbi explicatur tota hæc materia.

Auctoritas directi dominij, semper in quacumq; generali concessione præsumitur Principi reseruata, pragm. 8. part. 1 nu. 132.

Augmenta facta in feudo, an accedant feudo, illo deuoluto, prag. 8. p. 2. nu. 17.

Auctor laudatus an habeat fori remissionē prag. 8. p. 2. n. 196

Auaritia causa omnium malorum prag. 3. nu. 34.

Aurum omnibus imperat, & virtus post nummos prag. 6. n. 12.

B

Baiulationis ius, an censeatur concessum in inuestitura terræ, pragm. 8. p. 1. nu. 352.

Baiulatio non habet certa corpora à iure designata, præter cognitionem damnorū, ibid. nu. 353

Baiuli an possint tenere carceres ibi n. 356

Baiuli an habeant mixtum imperium nu. 357.

Baiuli an possint arma portare, & quas prærogatiuas habeant n. 360. ibid.

Baiuli an habeant iurisdictionem priuatiuam, vel cumulatiuam, ad officialem loci prag. 8. p. 1. n. 361.

Baiuli possunt cognoscere de quibuscumque causis ciuilibus nu. 362.

Baiuli an possint cognoscere da damno, dolo dato nu. 336.

Baiulus an possit ipse administrare iurisdictionem, vel teneatur demandare, num. 371.

Baiuli an possint capere delinquentes, repertos in flagrāti crimine, & habilitationes facere, ibid. nu. 374.

Baiulus an possit cognoscere de excessibus, & delictis suę familię factis, intuitu officij, quod sic n. 375.

Baiulis est interdictum, vt non possint se concordare cum partibus, ante damnum, vel personas fidare nu. 385.

Baiulis non creditur de damno, nisi habeat animalia in manu, vel adsint alij testes, nu. 386

Baiulis ex officio, competit ius denunciandi damna, & incusandi n. 393.

Baiuli an possint exigere pœnas in terris apertis nu. 395.

Baiuli Iudices, possunt esse tres, ibid. n. 380.

Baiuli an possint exigere pœnam, si Dominus loci, contemptus fuerit, vt ille damnum dederit ibi nu. 390

Baiulorum Iudices an possint puniri à Barone, vel à sola M.C. prag. 5. n. 68.

Bannum, vt ciues reuelent frumenta recollecta, an possit fieri per inferiores Iudices, prag. 1. nu. 324

Bannum valet, vt victualia vendi debeant. solum in foro, & non priuatim, & sic vt nullus emat vltra victum, tem-

po-

Digitized by Google

pore penuria ibi num. 325.
Banni ignorantia, quando excusationem præstet, & an liget exteros, pulchrè notatur ibid. n. 327. & 329
Bannum ne extrahatur frumentum, an possit extendi ad farinam ibi n. 328
Bannum, vt reuelanti delictum fiat gratia quando subsistineatur ex parte concedentis, & reuelantis prag. 6. n. 139
Banna alterantia iuris dispositionē, quādo possint substineri prag. 8. p. 1. n. 260. cum seq. & prag. 14. latius.
Banna facta ad instantiā Vniuersitatis pro damnis, an possint ab ea reuocari in detrimentum baiulationis prag. 1. p. 1. nu. 398.
Banna firmata assensu regio, ad partis instantiam, an possint reuocari ibid. n. 400
Banna Proregis, expirant finito officio, nisi essent facta cum Collateradi, prag. 2. p. 2 nu. 176
Bannum Baronis, ne quis colligat frumenta ipso inaudito, in terris redditis ejus valet, prag. 11. nu. 73.
Bannum ne quis alloquatur cum carcerato ante defensiones valet prag. 14. n. 52
Bannum nequis incedat per habitatum de nocte, vt valeat quæ requirantur prag. 14. nu. 47.
Banna, aut sunt secundum ius, vel præter ius, vel contra ius ibid. n. 46
Banna ob aeris salubritatem, ne fatida exerceantur, qualiter substineantur, ibi nu. 46.
Banna in fraudem iuris non valent, vt possit procedi ad exactionem pœnæ in delictis, in quibus de iure ex officio procedi non potest, ibi num. 65
Banna sub nomine Baronis sunt perpetua, secus sub nomine Officialis ibid. n. 68.
Banna vt ligent, qualiter sunt publicanda, notatur ibid. nu. 69. Cauall. late vlt. par. com. opin.
Bannis iniustis, resisti potest & ab eis appellari, ibi nu. 79.
Bannum ne habilia ciues vendant alienigenis, an substineatur prag. 1. n. 280
Bannum ne quis accedat regia Tribunalia, an possit fieri per Barones sine licentia Proregis num. 157. pragm. 3. & pragm. 8. par. 1. num. 120
Bannum generale, quando liget clericos, & an detur remissio fori pragm. 8. p. 3. nu. 158.
Bannitus in vno territorio, non dicitur bannitus in alio, pragm. 8. p. 2. n. 123.
Bannitus in contumaciam, non perdit homorem, & bona, gratia illi concessa prag. 6 nu. 177.
Barattariæ crimen quando committatur, & qualiter puniatur, latè prag. 4. n. 25. cum seq.
Barattaria committitur, etiam pro faciendo iustitia, ibid. n. 24.
Barattaria probatur per testes singulares, ibid. nu. 27
Baronis ethimologia, & deriuatio apud Gramaticos, Græcos, Hæbreos, & Feuditas ponitur in rub. nu. 5.
Barones debent esse milites fortes, validi, & diuites, regulariter ibi nu. 6.
Baro si natura, vel casu, fiat inhabilis ad seruitium militare, an feudo possit priuari, vel detur locus aliis fratribus quæstio nuper decisa ponitur n. 7. ibi.
Baro dici non potest quis, ex eo quod possidet feudum cum vasallis, si non habeat illud in Baroniam ibi nu. 13.
Baro tacitè dicitur, si Princeps ei constituerit facultatem infeudandi aliquem, ibi nu. 14.
Baro in Francia quis non dicitur, nisi habeat decem feudatarios Dux, decem, Comites ibi nu. 15.
Baronum appellatione, non venit feudatarius.
Baronia non potest vendi, nec diuidi sine assensu immediato Regis tantū ibi n. 26.
Baronum appellatione an veniant Comites, Duces, Principesq; ibi n. 32.
Barones quibus in iure aquiparentur, an Præsidibus Prouinciarum, vel Curialibus rubr. n. 55.
Barones dicuntur Officiales perpetui, Consiliarij Regis nu. 56
Barones offendentes, excipiuntur ab indultu, cum dicantur officiales nu. 56
Barones vigiles, circa commoda subiectorum, faciunt se certo modo parere Deo, nu. 81. ibid.

Ba-

Digitized by Google

Baro non seruãs leges, & Pragmaticas huius tractatus, an & quando mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur ibi nu. 108.

Baro criminalis, vel ciuilis, erit requirendus, pro licentia danda ciuibus, in parlamentis prag. 1. nu. 63

Baro ciuilis, dicitur verus Dominus, & nõ criminalis n. 64. ibi.

Baronibus non licet, aliquod nouum onus, vasallis indicere, prag. 1. n. 112

Baro an propria auctoritate possit adiutoria exigere, & sibi ius dicere, si controuersia sit cum vasallis, ibid. n. 14. & infra.

Barones quando possint cogere vasallos ad sibi vendẽdum victualia, vel alia, prag. 1. n. 142.

Baro an possit probibere vasallis ne fructus feudi vendant, alijs quam sibi, ibid. nu. 144. cum seq. vbi ampliationes, & limitat. ponuntur.

Baro nullum ius habet in bonis vasallorũ, liberis, quæ vllam seruitutem ei debent, ibi nu. 154

Baro, an & quando præferatur volentibus vendere victualia, & alia, & an possit emanare banna, vt non liceat vendere, eo irrequisito, nu. 155. cum seq.

Baro quando possit cogere vasallos, ad afficiendos suos introitus, benè explicatur, ibi nu. 160

Barones non possunt probibere, ne vasalli vendant sua victualia, quousq; non fuerint expedita illa Baronis n. 163.

Barones non possunt prohibere aliquod exercitium artis, vel negotiationis, vel industriæ, prag. 1. n. 164. nec potest concedere alicui, & probibere alijs n. 165

Barones tenentur vendere victualia vasallis, tempore penuriæ, sic & è contra, ibi nu. 172.

Baro non accommodans victualia subditis tempore necessitatis, & penuriæ, necare dicitur, & tenetur in animæ iudicio, nu. 184.

Barones, an & quando prascribere possint seruitutes contra vasallos, latè explicatur ibi nu. 186

Barones an possint consuetudine, & præscriptione, sibi quarere aliqua iura, contra vasallos minori tempore, centum annorũ singulariter tractatur ibi ex nu. 212

Baro non potest probibere habitationem exteris, venientibus ad suam terram, nisi de licentia Principis, & ex causa, prag. 1. nu. 334.

Baro an possit probibere mercatoribus ne veniant ad mercandum in sua terra, nu. 335

Baro an possit cogere ad sibi locandum, rustica, vel vrbana, distingue n. 346

Baro non potest cogere subditos ad eum, & suos hospitandos, in transitu per eorum terras nu. 348.

Barones non possunt cogere ad sibi mutuandam in necessitatibus, ibi n. 352

Barones ementes victualia subditorum, tẽpore messis, vt carius illis vendãt, reprehendendi sunt, ibi n. 362. & quod non liceat, alij asserunt.

Barones, an validè contrahant cum vasallis, vel detur metus reuerentialis n. 363

Barones non possunt locare Actuarias cum prouentibus ciuilibus prag. 4. n. 57

Barones tenentur facere partem gratia de prouentibus ciuilibus ibi nu. 58

Baro non potest officiali locare Actuariam vt onus sit illius inuenire Actuarium, sub pœna ibid. n. 59.

Baro non poterit acceptare renunciationem officij à suo officiali, renuente Vniuersit. prag. 5. n. 14

Baro non potest punire suos officiales in officio delinquentes quia solum M. Cur. competit, sed potest inquirere, & suspendere, prag. 5. n. 62.

Barones aliqui babent prærogatiuam cognoscendi, de delictis officialium suorum ibi nu. 63

Baro an possit carcerare officialẽ delinquentem extra officium, benè discutitur, ibi nu. 67

Baro an possit prouidere officium pendente inquisitione officialis, prag. 5. n. 93

Baro si fiat contumax à superiore priuatur iurisdictione, & facultate eligendi officiales n. 108. ibi

Baro dicitur perpetuus Iudex vasallorum nu. 149. ibid.

Digitized by Google

INDEX

Baronis debet esse cura, vt sui officiales pareant syndicatui, nec debet eos defendere & protegere, ne terreantur querelantes prag. 5. n. 159

Baro an possit creare officialem, sibi coniunctum in sua terra, prag. 5. n. 168

Baronibus imputantur culpæ, & latrocinia suorum officialium, quia debent resistere, & vigilare, ne subditi opprimãtur prag. 6. nu. 9.

Baro qualiter se gerere debeat in compositionibus, docetur prag. 6. n. 30.

Baro quando possit post sententiam componere, declaratur ibi n. 32.

Baro post sententiam, an possit admittere reum ad nouam defensionem, sine licentia Principis, ibi n. 36.

Baro an possit facere gratiam reo, cum conditione, vt procuret remissionem intra tempus ibi n. 48.

Baro an possit guidare suos, non existente partis remissione prag. 6. n. 49.

Baroni an liceat indultare vnum ex delinquentibus reuelantibus delictum; sine partis remissione ibi n. 130

Barones non possunt guidare exiliatos, post sententiam acceptatam, & an ex causa ibi nu. 170

Barones qui habent facultatem indulgendi post sententiam, an possint restituere reos ad famam, & honores ibi n. 171

Baro an possit minuere iurisdictionem officialibus, & eam concedere cũ conditionibus, ne inferant torturam, vel absoluãt, seu condemnent, ipso incosulto, negatiuè respondetur, prag. 6. n. 186.

Baro poterit probibere officialibus, compositiones, & alia quæ sibi ex particulari priuilegio debentur, & non subintelliguntur communicata officialibus, prag. 6 nu. 189

Baro an possit componere illos, qui frangerunt fines exily à superiore impositi suo vasallo, declaratur ibid. n. 193.

Barones an possint confinare reos ad locos sibi non subiectos, prag. 7. n. 17

Barones aliqui, habent facultatem indulgẽdi suis vasallis, etiam sententia executa, sed an licentia saltim Proregis requiratur, si illi essent in fortijs regijs, vti in triremibus ibidem nu. 23

Barones dicuntur Reges in suis terris, in inuestitis prag. 8. p. 1. n. 68

Barones habent iurisdictionem non in administrationem, sed in dominium, ideo tenentur demandare, vt administretur per suos officiales, ibi n. 69

Barones non tenentur residere in suis terris, vti Prælati ibi n. 70

Baronibus quando per generales concessiones, videantur concessa prærogatiua M. C. ibid. nu. 78

Barones an possint probibere ne vasalli prorogent iurisdictionem ipsius, sine licentia Proregis, negatiuè ibid. n. 120

Barones dicuntur habere vtiles actiones, & vtile dominium, quia directum semper est pœnes Regem n. 134

Baro sibi vsurpans ius appellationum qualiter puniri possit, prag 8. p. 1. nu. 151

Barones possunt locare eorum terras cum iurisdictione, sine assensu ibid. n. 155

Baro non potest delegare reuisionem decretorum suorum officialium ibid n. 182.

Barones an possint cognoscere de suspitionibus suorum officialium ibi n. 183

Barone suspecto, an etiam facultas delegandi, videatur ei adempta ibid. n. 185

Baronem offendens an incidat in crimen maiestatis prag. 3. n. 44

Baro si habeat facultatem eligendi officiales Vniuersitatis, an dicatur illos creare, vel nominans, vtiliter explicatur, ibid. nu. 192.

Barones an possint cognoscere de crimine vsurarum, cum detur publicatio bonorũ, Regi excepta, ibi n. 208

Barones non possunt tenere Procuratores, & Aduocatum fiscalem, sed Curia coadiutorem n. 223

Baro non habet fiscum, ibid.

Baro non habet ius insistendi, causa introducta apud superiorem, quod est singulare ibi n. 240.

Barones non possunt dispensare super iure naturali, nec gentium, nec ciuili, ibi nu. 257.

Barones non possunt rescribere, vt summariè procedatur, si causa ordinariè debet tractari prag. 8. p. 1. nu. 258

Digitized by Google

Baro non potest mandare decernendo, vt sic fiat, vel non fiat in actibus iustitiæ, ibi. nu. 159.
Barones habent de iure demanialia feudi, in quibus habent fundatam intentionem prag. 8. p. 2. n. 22.
Baro habet vsum aquarum, etiam si illæ ex priuilegio essent Vniuersitatis, ibidem nu. 31.
Barones an possint visitari, declaratur, prag. 3. n. 47.
Baro an possit prohibere vsum aquarum subditis, variè decisum pragm. 8. par. 2. num. 40.
Barones nullum onus indicere possunt vasallis, nisi de iure debita, ibi n. 50.
Barones habent titulum oneros um, dum feuda emunt, vnde priuilegia à superioribus illis sunt seruanda n. 72
Baro an teneatur suis expensis, petere remissionem causæ, vel expensis vasalli, prag. 8. p. 2. n. 89
Baro habens priuilegium cognoscendi de delictis extra territorium, poterit auocare causas vasallorum ab omnibus nu. 218. ibid.
Baro originis, & delicti, si habeant æquale priuilegium cognoscendi de delictis extra territorium, quis præferatur, prag. 8 p. 2. nu. 219.
Baro an habeat iurisdictionem in habitantes in sua terra, licet non constituerint domicilium, ibid. n. 224.
Baro an possit recipere extraneum, in ciuem ibid. n. 250.
Baro, quanto maiora priuilegia tenet, eò magis subditi onerantur n. 252
Baro criminalis, an possit punire ciuilem, bene elucidatur, prag. 8. p. 2. n. 261.
Baro vti miles Regis, fortitur forum illius, nu. 263.
Baronibus non licet collectare vasallos, prag. 10. nu. 1. cum seq.
Barones non habent ius se ingerendi in electione officialium Vniuersitatis, ibidem nu. 71.
Barones an habeant ius oppugnandi contra electionem factam ab Vniuersitate de suis officialibus. ibid. n. 74
Baro si habeat ius eligendi, an possit oppugnare, vt electio iterum fiat, pragm. 10. nu. 80.
Barones non possunt conducere gabellas Vniuersitatum, sub pœna ibi. n. 101
Barones habent potestatẽ priuandi, ex causa Ministros Vniuersitatis ibi n. 106
Barones prohibentur facere nouas defensas sine ciuium consensu, & assensu Regio, & singulariter de ratione agitur, Prag. 11. nu. 10.
Barones an habeant ius fidandi in fundis priuatorum, post segetes, Pragmat. 11. num. 40.
Baro an possit propria auctoritate occupare demanialia feudi quæ reperiuntur possideri per subditos, ibid. n. 43.
Baroni subinfeudanti, quale dominium ei remaneat & trãsferat, si Baro habeat solum vtilem. Prag. 11. n. 64.
Baro an possit infeudare rustica, vel vrbana sine assensu, ibid. n. 80.
Baro tenetur concedere, quæ sunt solita subditis dari, ibid. n. 84.
Barones dicuntur primi ciues, & vti possunt commoditatibus ciuium, moderatè tamen, & declaratur, Prag. 12. n. 1.
Barones, an dicantur ciues Neapolitani, ibid. n. 2.
Barones sortiuntur forum Præsidis illius Prouinciæ, si delinquant, vel conueniantur, Prag. 12. n. 3.
Barones an gaudeant priuilegijs particulariter concessis ciuibus, negatiuè Prag. 12 nu. 9.
Barones vti ciues, tenentur ad collectas pro bonatenentijs, ibidem nu. 10. & pro gabellis.
Barones tenentur contribuere Vniuersitati, pro ijs quæ participant, ibi. n. 12
Barones pro fructibus feudi, sunt immunes à iure exituræ, si habeat Vniuersitas, sed an ementes à Barone sint etiam immunes; pulchra est quæstio, Prag. 12. num. 18.
Baro dicitur pater, & protector subditorum ibid. nu. 21.
Baro an possit petere, vt audiatur in rationibus ponendis à Syndicis, vel petere, vt reuideantur, ibid. n. 22.
Barones vti protectores subditorum, eorum

Digitized by Google

nomine comparent, in parlamentis generalibus, & tot voces habent, quot terras tenent ibi n. 27
Baro in demanialibus Vniuersitatis quot animalia tenere possit, vti ciuis, ibi n. 28 declaratur.
Barones an possint vendere, vel cedere vsũ quem habent in bonis Vniuersitatis ibi nu. 33
Baro criminalis an dicatur etiam ipse ciuis ibi nu. 38
Barones an possint prohibere, ne vasalli coquant panem, nisi in suis furnis, & sic in molendinis, & battinderijs, pragma. 14. num. 4
Baro in fraudem aliorum non possunt remittere, vel minuere ius fornagij, vel molitura, & similium ibi nu. 8
Baro quando habeat præsumptionem iuris prohibendi in furnis, & cæteris prag. 14 num. 15
Barones an possint prohibere venationes, & piscationes, exteris ibi n. 42.
Barones possunt prohibere omnem vsum, & seruitutem alienigenis ibi n. 43
Barones an possint statuta condere inter subditos, declaratur ibid. nu. 45
Baro ciuilis non potest imponere pœnam vltra agustale, prag. 14. n. 59
Baro an possit cogere subditos ad exercitium Aerariatus, & similium prag. 16. nu. 15
Baro potest cogere vasallos, vt potius colant territoria feudi, quam exterorum, prag. 16. nu. 26
Baro si habeat propria animalia, an possit vti alijs ibi n. 35
Baro si habeat plures terras, debet repartire seruitia ibi n. 41
Baro non potest vti animalibus destinatis ad certum vsum ibi n. 44
Barones intra Regnum tenentur præstare seruitium, & non vltrà ibi n. 48
Barones an possint in eorum terris tenere Barricellum prag. 19. n. 49
Barones an teneantur eorum sumptu persequi suos contumaces, ibi n. 47
Baro tenetur dare prouisionem officialibus, si est solitum ibi n. 36
Baro intra mensem tenetur curare, vt significentur sui Aerarij, prag. 16. n. 102
Barones an possint delegare iurisdictionem alicui, significandi suos Aerarios ibidem num. 81
Barones in liquidis, possunt sibi ius dicere ibi nu. 80
Barones an dicantur subrogati in locum Principis, & teneant eius priuilegia, ibi nu. 78. declaratur.
Barone suspecto, an dici possint suspecti eius officiales, ibi n. 77
Baro an possit, cogere animalia pro seruitijs & gustu eius, ibid. n. 59
Barones an possint exequi realiter, & personaliter, significatorias contra Aerarios negatiuè prag. 16. in fin.
Barones tenentur sumptus facere in pertinentibus ad iustitiam prag. 19
Barones an habeant potestatem ordinandi, vt fiant excubiæ pro custodia ciuium, vel pertineat ad officiales Vniuersitatis, prag. 19. n. 103
Baroni de facto agenti, quando possit resisti prag. 14. n. 69
Barones sunt in culpa, de extorsionibus suorum affictatorum, & officialium, nam qui potest prohibere, & non prohibet, reus est, prag. 8. p. 2. n. 80
Barones an possint condemnare ad beneplacitum, prag. 7
Barones an possint cogere possessores bonorũ allodialium ad ostendendum titulum, prag. 11. n. 36
Barones, quod ius habent in bonis Vniuersitatis, ibid. n. 20. cum seq.
Barones non debent se immiscere circa matrimonia contrahenda, ad tollendum sumptum metum prag. 9
Barones in quibus casibus possint cogere vasallos, ad sibi fideiubendum pragmat. 10 num. 40
Baro habet præsumptionem contra se in nouis seruitijs iniungendis, & in possessorio debet decerni contra eum, vt late prag. 1 n. 190. cum seq.
Barones an possint visitari per Regẽ prag. 3 num. 60
Barones non possunt cognoscere de excessibus officialium, etiam si sint subditi, prag. 5. nu. 60

Digitized by Google

Barone ſuſpecto, an cauſa ab eo auocari poſſit prag. 3
Barones malè tractantes ſubditos qualiter feudo priuentur, late prag. 3
Barones an poſſint auocare cauſas à ſuis officialibus, latè explicatur contra aliorũ opinionem prag. 3.
Baro tenetur officialem annalem conſtituere, & non delegare cauſas vni, & alteri ibid.
Baro tenetur deputare Iudicem ſecundarum cauſarum ordinarium, ibidem nu. 180
Baro non poteſt creare Locumtenentem in terra, vltra quindecim dies, niſi ex cauſa prag. 3.
Baro poteſt in paruis terris officialem conſtituere ciuem, ibid.
Barones an exigere poſſint ius portelli à carceratis, prag. 19
Barones non poſſunt facere pandectam actorum ad libitum, ſed ſeruare conſuetudinem, vel ſolitum conuicinij, ibid.
Barones an poſſint exigere ius ſigilli pro gratijs, ibid.
Barones tenentur dare congruam familiam pro ſeruitijs curiæ, ibid. n. 50
Baro verberans, vel iniurians, an & quãdo delinquat prag. 3
Baro an habeat legitimam perſonam comparendi pro ſubditis ibi nu. 100
Baro an poſſit in feudalibus ſine aſſenſu. ſeruitutem imponere, late explicatur prag. 8. par. 3
Barones an poſſint concedere priuilegia ſubditis, in præiudicium iuriſdictionis, prag. 8. p. 3. nu. 300.
Barones non poſſunt reuocare priuilegia conceſſa, ibi n. 274
Baro poteſt contrauenire conceſſis, ex importunitate, ibid. n. 270
Baroni debetur vna Camera à Rege, ſic & Comiti, de qua materia, late ibi nu. 286. & infra, verbo, Camera.
Baro promittens tenere cameram reſeruatam, aliquam de ſuis terris recepto pretio, an hoſpitando teneatur ad intereſſe prag. 8. p. 3. num. 292. & reliqua vide ad hanc materiam, infra verbo, Camera.
Barones habentes iuriſdictionem ciuilem non poſſunt probibere vaſallis ne adeant ſuperiores omniſſo medio, pragm. 3. nu. 165.
Baro an poſſit ſuperſedere expeditionem inquiſitionis alicuius delicti, & an elapſo biennio acta pereant prag. 6. n. 50
Barone ſuſpecto, an etiam & officiales eius prag. 3. n. 166
Baro ſuſpectus in cognoſcendo, an etiam in delegando ibi n. 167.
Baro probibens acceſſum ad ſuperiorem, qualiter puniatur, ibi n. 161
Baroni habenti ſecundas cauſas, an poſſit auocari cauſa, ibi n. 157
Baro eligens officialem inſufficientem, peccat, & tenetur ad reſtitutionem, prag. 3 nu. 137
Baro non poteſt petere remunerationem de fauoribus factis Vniuerſitati, quia eſt obligatus, vt bene prag. 3. n. 9
Baroni quando poſſit licitè donari ibi.
Barones non poſſunt interuenire in capiendis informationibus, & torturis prag. 3. nu. 124
Barones tenentur erogare omnes expenſas pertinentes ad iuſtitiam prag. 19
Beneficiato mortuo qualiter fructus ſunt reſtituendi, & repartiendi, pragm. 5. n. 51
Beneficia an dentur ad pinguius probandũ in conſeruatorijs Capitulorum Regni, prag. 8. p. 3. n. 158
Beneplacitum an morte expiret, late explicatur prag. 7. ex n. 30
Beneplacitum non extinguitur morte, ſi fuit pecunia obtentum ibi nu. 31
Beneplacitum reſeruatum in contractibus, an ſubſtineatur, ibi n. 32
Beneplacitum collatum in perſonam alicuius an ſubſiſtat n. 33
Beſtia Apocalipſis, quæ peccata populi comedebat, deſignat Superiores, prag. 6. n. 29
Blaſfemia ſi erit Hæreticalis, cognitio ſpectabit ad Eccleſiaſticum, pragm. 8. p. 3. nu. 96
Blaſfemia Hæreticales, quæ ſint ibid. n. 97
Blaſfemia delictum, an poſſit componi ex cauſa, prag. 6. & an pœna minorari.
Blaſfemans ex iracundia, vel iuſto dolore, an poſſit componi, ibi.

Digitized by Google

Bonus, & castus Princeps, aliquando à Ministris venditur.
Bonum consistit in ordine, Prag. 1. n. 1
Bona acquisita à virgine stuprata sunt fisci, secus bona meretricis prag. 8. par. 1. nu. 247
Bona naufragorum, proscriptorum, infantium, expositorum, cuius sint prag. 8. p. 1. nu. 248
Bona incerta, an sint Ecclesiæ, vel fisci, ibi. nu. 252
Bona inuenta, an possit inuentor bona cum scientia retinere ibi. n. 253
Bona capta super latrones, an sint capientiũ ibi n. 255
Bona capta in bello cuius sint, ibidem num. 256
Bona assignata Capellæ, an possint ab Episcopo vendicari ibi. n. 133
Bona clericorum an sint immunia à collectis pro bonis emptis, vel donatis ibidem nu. 164
Bona vasallorum sunt exempta ab omni seruitute, & libera debent seruari à Barone prag. 11. n. 28
Bona redditicia feudo non dicuntur feudalia, sed allodialia, prag. 11. n. 67
Bona burgensatica acquisita per Baronem non adiacent feudo ibi. n. 64
Bona feudalia an possint concedi ad annuũ censum, in pecunia distingue ibidem num. 83
Bona quando dicuntur effecta de mensa per reincidentiam, explicatur ibidem num. 94
Bona Vniuersitatis, sunt alia auctoritate, alia honore, alia commoditate, & de differentijs prag. 11. n. 8
Bonorum appellatione an veniant iura, prag. 1. n. 126
Bona demanialia feudi, & demanialia Curiæ differentia prag. 11. n. 72
Bona vasallorum, alia publica, alia communia, alia priuatorum, & qualiter differant late explicatur ibid.
Brachium secutare quando concedendum sit Ecclesiastico, & è contra late tractatur prag. 8 p. 3. n. 4. cum seq.
Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Ecclesiarum de confugientibus ad eas, an sit in Regno recepta, declaratur prag. 8. p. 3. nu. 105

C

Camera reseruata materia latè explicatur prag. 8. p. 3. n. 178
Camera reseruata vnde ortum habuerit elucidatur, ibi.
Camera semel per Baronem electa in vna terra, an possit mutari, vel reuocari ibid. n. 180
Camere reseruate in casu necessitatis tenentur hospitari ibi.
Candelarum distributio in die Purificationis, ad quæ pertineat prag. 8. p. 3. n. 28
Cap. cum persona de priuil. in sexto declaratur, & decisiones Capyc. pugnantes, conciliantur prag. 1. n. 234
Cap. Regni, vulgaris fama, & cap. adhoc vo lenter, declarantur prag. 4. n. 27
Capitaneo militia condemnato ex delicto, an in consequentiam dicatur perdere cohortem prag. 5. n. 175
Cap. Regni, prohibens compositionem in criminibus osculi, & raptus, an ladat Barones, declaratur prag. 6. n. 94
Capit. gratia, concessum Baronibus ne superiores se intromittant in causis eorum declaratur, prag. 8. p. 2. n. 71
Capitula pacis inter Papam Honorium, & Regem nostrum, super statu huius Regni referuntur prag. 8. p. 3. n. 2
Capitula inter Vniuersitates, & Barones in ingressu, an & quãdo subsistant, prag. 14. n. 16. & prag. 8 p. 3
Capitanei Campaniæ, destinati in qualibet prouincia, vnde ortum habeant, ponitur prag. 19. n. 51
Capi an debeat quis in flagranti crimine, vel sufficiat fuisse visum in loco prohibito, disputatur prag. 7. n. 37
Captus in habitu laicali, si paulò antea habitum clericalem gestauerat, an gaudeat prag. 8. p. 3. n. 70
Captiui non possunt redimi sine licentia Principis prag. 1. n. 339
Caput infundit motũ membris, & operationes in sensibus, sic superior in subditos, rub. n. 68

Digitized by Google

INDEX

Carcerati possunt frangere carceres, & rẽpere habilitationem, & confugere ad superiores, sed limitatur hoc prag. 3. n. 164
Carcererij plus debito exigentes, qualiter puniantur, prag. 19. nu. 41
Carcerati inopes, sunt alendi à fisco, ibidem nu. 35.
Carcerati cuius expensis transmitti debeãt ad superiores, ibi n. 30
Carcerates custodire, ad Barones, & non ad Vniuersitates spectat ibi nu. 29
Carcerum constructio, an ad Barones, vel Vniuersitates spectet, discutitur ibi. n. 28
Carcer post sententiam excomputatur reo in tempus exilij, ibi n. 10
Carcer excomputatur in panam, in leuibus delictis ibi. n. 6. & prag. 6. n. 104
Carcer modicę coercitionis seruatur ibi. n. 5.
Carcer, est quadruplex, & distinguitur ibi. nu. 4
Carceres debent esse commodi, & non subterranei, vel tenebrosi, ibi n. 2.
Carcer ad custodiam, & non ad pœnam fuit inuentus, Prag. 19. n. 1
Carceratio affectata non prodest Pragm. 8. p. 2. nu. 87
Carcerum effractores non remittuntur, Prag. 8. p. 1. n. 225
Carcerari, & detineri non potest spoliatus, à fortuna si defeceris, prag. 2. nu. 124
Carcerari non possunt Barones, Prorege inconsulto rub. n. 20.
Carcerati pro debito non possunt exarcerari, neq; in licentia creditoris, sine iussu officialis prag. 7.
Carceres facere prouentus dicunt rapaci Barones, prag. 19. n. 2
Carcerare licet patri filium, & Domino seruum, & non alijs, quia cõmitterent priuatum carcerem ibi nu. 5
Carceratus an dicatur propriè, quãdo quis est habilitatus ibid.
Caroleni decem pro quolibet fumante origo ponitur prag. 10. n. 13
Cartellas Hospitij facere, pertinet ad Syndicum, & totum regimen prag. 19. n. 69
Carceres nobilium differre debent ab alijs, prag. 19
Cessat remissus remanet in iuris dispositione, & ab eo recipit restrictionem, & ampliationem, Pragm. 6. nu. 76
Casalia, & Suburbia propè Neapolim gaudent prærogatiuis Neapolitanorũ, prag. 8. p. 1. nu. 58
Casus alti dominij, numquam præsumitur concessi Baronibus, ibid. n. 89
Casus qui pertineant ad iurisdictionem criminalem, & qui ad ciuilem referuntur prag. 8. p. 2. n. 254
Casus sola M. Curia excepti, qui sint, & an sint communicati Regijs Audientijs, & aliquibus Baronibus, prag. 8. p. 1. n. 81
Castigatio criminum, est basis iustitiæ quæ mores ciuium emendat, Deum placat offensos vindicat, & alios saluos facit, prag. 6. n. 1
Casus fortuitus, dicitur factum Principis, prag. 8. p. 3. n. 291
Castrum omne præsumitur in feudum datum, prag. 8. p. 1. n. 34
Catapanorum electio, an ad Barones, vel Vniuersitates spectet, anceps quæstio, prag. 10. n. 103
Catapani si eligantur ad Vniuersitate non per hoc habent iurisdictionem mandandi, vel pœnam indicendi, & alia iurisdictionalia exercere sine licentia officialis prag. 1. n. 152
Catapani si grauabunt, appellatio an ad officiales Baronis, vel superioris fieri debeat ibi n. 149.
Catapani non possunt se intromittere in ponderibus, & mensuris falsis, & fraudibus, prag. 8. p. 1. n. 297
Caualleriæ officium, & etimologia ponitur prag. 11. n. 87
Causa impulsiua, non disponit, sed finalis, prag. 1. n. 59
Causa publica utilitatis dicitur non solum ea, quæ respicit Regnum, vel Prouinciã, sed etiam vnam terram, ibi n. 170.
Causa iusta an præsumatur in Principe rescribente, contra ius, vel vbi tertio præiudicatur, prag. 1. n. 171
Causa non semper dicitur criminalis, quando pœna venit fisco applicanda prag. 4. nu. 106
Causa priuationis officij, an dicatur ciuilis, vel criminalis, ibi n. 107
Causa ex qua venit imponenda pœna pecu-

Digitized by Google

uiaria, an per procuratorem tractari possit ibi n.108
Causa iusta componendi, quæ sint pragm. 6 nu.22
Causa rupti exilij, an possit cognosci, & cõponi per Baronem, si fuerit illa sententia lata per superiorem ibi n.194
Causa cœpta in foro priuilegiato, ibi debet terminari, etiamcessante priuilegio prag. 8.p.1.n.318
Causæ continentia diuidi non debet in indiuiduis, & remissio non debetur, prag.8. p.2.n.197
Causa indiuidua, an detur in criminibus, ibi n.198
Causa indiuidua in ciuilibus quæ dicatur, ibi n. 199
Causa criminalis vltra relegationem an dicatur, si titulus talis sit, sed qualitates minuant illam pœnam, pragm.8.p.2 nu. 255
Caupones, Nuntij, Notarij, & similes tenẽtur præstare suum officium petenti, prag. 1.nu.291
Cautio de non offendendo, an ex officio peti possit prag.6. nu.46
Censum non soluens tempore suo, quando'cadat à iure suo, vti emphytheota, Prag. 11 nu. 61
Censualis contractus, vel emphyteoticarius præsumatur, ibid.n.68
Census requirit scripturã, sed non annuus redditus ibid.
Cessio bonorum an valeat contra dotem, & Neapolitanos, prag.8.p.1.nu.273
Cessio fraudulenta præsumitur, quando est facta potenti prag.8.n.198
Centenaria præscriptio requiritur vbi ius resistit, vel actus sunt discontinui, & qualiter probetur, Prag.1.n.213
Cenæ, an debeantur Baroni in eius aduentu prag.1.n.358
Ciues potentiores, in hospitijs debent plus onerari, prag.19.n.54
Ciues, sufficit esse vocatos ad parlamenta, licet non veniant, prag.11.n.130
Ciues allecti, an gaudeant vti veri ciues, Pragm.11.num.109
Ciues possunt claudere locum, pro commoditate ciuium Prag.11.n.34
Ciuitates Populosa, eligunt sibi certum numerum, cui dant auctoritatem se congregandi in negotijs, Prag.10.n.76
Ciuitas Neapolitana regitur per plateas, ibid.n.77
Ciuis an dicatur quis effectus, ex longa habitatione, Prag.8.p.2.n.251
Ciuium appellatione, non veniunt Incolæ, ibi nu.247
Ciuilitas, nouem modis quæritur, ibi.n.244
Ciuis quilibet an possit comparere pro sua Vniuersitate pragm.11. n.249
Ciuilitas qualiter probetur, ibi n.139
Ciuitas Cosentina habet priuilegium, vt Regia Audientia habeat iurisdictionem in primis causis, prag. 8.p.1.n.378
Ciuitas quæ dicatur, & quæ Terra, Prag. 5. nu. 190
Ciuis quilibet potest contradicere receptioni officialis, opponendo Prag.5. n.162
Ciues cogi poterunt emere victualia empta per Vniuersitatem pro eorum commodo pretio empto, licet cariori prag. 1.n.323
Ciuitas Muri laudatur, ibi n.170
Ciuium appellatione veniunt clerici, prag. 8.p.3.n.177
Ciuis vnus potest petere demanium, soluendo ipse pretium, Prag.8.p.3.n.266
Ciues, licet alibi degant, possunt euocari ad munera subeunda, in sua patria pragm. 10.nu.
Ciuitates demaniales, si se vendant cum conditionibus, in tantum erunt vasallæ, in quantum seruentur conditiones, Prag. 8.p.3.nu.
Ciuis assumptum statim sortitur ibi forum & an retineat ciuilitatem naturalem prag.12.nu.4.
Citatio vna, non sufficit in præiudicialibus ad priuandum quem aliquo iure, nisi trina monitione præcedente prag.3.n.61.
Clausula alienis semper saluis, subintelligitur in qualibet concessione, prag.16.n.14
Clausulæ solitæ de stilo apponi, non operãtur ibi.nu. 11
Clausulæ positæ in dispositione concessionis, plus operantur, quã in executiuis ibi n.9
Clausulæ ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non operantur in præiudicium tertij, ibi n.4

Digitized by Google

Clausula abdicatiua concessa Baroni, operatur contra fiscum, non contra alios Barones, Prag. 8. p. 2. n. 136

Clausula, prout plenius tui antecessores, quãtæ sit efficaciæ, prag. 8. p. 1. nu. 300. & n. 150

Clausula non obstante. soli Principi conuenit ibi n. 263

Clausula non obstante, designat Principem velle uti absoluta potestate, Pragm. 6. num. 56

Clausula generalis non semper refertur ad omnia, sed ad præcedentia, Pragmat. 4. nu. 102

Clausula generalis, restringitur ad ea, quæ sunt similia expressis, & non ad dissimilia, vel maiora prag. 1. n. 135

Clausulæ renunciatoriæ nil operãtur data magna læsione, prag. 16. nu. 20

Clausula cum piscationibus, furnis, & similibus, nil operantur, ibid.

Clausula cum inuentionibus, operatur, vt thesauri sint infeudati, prag. 8. n. 217

Clausula dans vices, & voces non extenditur ad insolita prag. 1 n. 36

Clausula motu proprio, non operatur in sui præiudicium, vel alterius detrimentum, prag. 3. n. 29

Clausula si, & in quantum quid operetur, prag. 11. n. 156

Clericus postquam quis efficitur perdit feudum, vel officium prag. 1. n. 46

Clerici non debent promoueri ad officia secularia, prag. 5. n. 119

Clerici pro temporalibus quando iudicio sæculari subijciantur prag. 8. p. 3. n 76

Clericus pro depositio, apud secularem Iudicem conueniri an possit, ibi n. 52

Clerici requisita recensentur, vt possit gaudere priuilegio fori, ibi n. 68

Clerici beneficiati gaudent foró, licet habitũ clericalem non deferant ibi n. 36

Clericus beneficiatus quæ teneatur probare vt gaudeat ibi n. 37

Clericum scienter inquirens incidit in excommunicationem ibi n. 77

Clericus implicatiuè cum alijs reis, an possit nominari à Iudice laico in inquisitione ibi n. 77

Clericatus exceptio, ad impediendam foriudicationem an possit opponi per coniunctos, prag. 8. p. 3. nu. 88

Clericatus exceptio, an possit testibus probari ibi n. 45

Clerici an in crimine Maiestatis possint per seculares Iudices cognosci, negatiuè num. 90

Clerici assassini per Iudicem secularem potest puniri, sed qualitas criminis, an plenè, vel semiplenè antea probari debeat, ibid.

Clerici degradati, & condemnati ad mortem per Iudicem ecclesiasticum, an teneatur Iudex secularis eam sententiam exequi ibid. prag. 8. p. 3

Clericus si dimittat habitum, & postea eat sumat post delictum, an gaudeat, prag. 8 par. 3. n. 48

Clericus portans arma an possit detineri, & arma ei tolli ibi n. 97

Clericus quando possit capi, vt præsentetur Iudici suo. declaratur ibi n. 100

Clericus de fuga suspectus, an possit detineri per secularem n. 101

Clericus potest detineri si est accinctus ad delictum, ibi n. 103

Clericus itinerando, potest arma portare, nu. 104

Clerici coniugati quando gaudeant in ciuili, vel criminali, ponitur ibi n. 50

Clericus pro bonis Curiæ subiectis, coram seculari potest conueniri ibi nu. 75

Clericus, an & quando pro bonis feudalibus Iudicia secolari subijciatur ibi n. 77

Clerici quando pro negotijs secularibus subijciatur Iudici seculari, ibi.

Clericus tutor, vel procurator alterius, potest citari coram seculari ibi n. 82

Clericus in materia l. diffamari C. de ingen. coram quo Iudice conueniri possit, ibid. nu. 83

Clericus tenetur pro debitis à patre contractis n. 166

Clerici tenentur contribuere Vniuersitati pro ijs quæ participant ibi n. 167

Clerici quando teneantur pro bonis allibratis in collectis ibi n. 54

Clerici dicuntur ciues, & an possint se immiscere negotijs vniuersalibus, & oppugnare prag. 11. n. 126.

Digitized by Google

Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiæ, prag.8.p.3.n.110
Clericus nominatus in auctorem, an possit trahere coram causam ad Iudicem ecclesiasticum, ibi n.100
Clericus potest reconueniri apud Iudicem secularem n.193
Clericus deponens falsum coram Iudice seculari, est remittendus ad suum ordinarium ibid.n.96
Clericus, & laicus, si simul delinquant, quilibet ad suum, est remittendus ibid.nu.184
Clericus non potest facere immunem fratrē suum in communione stantem, n.69. declaratur.
Citatio nulla nullam producit præuentionē prag.8.p.2.n.202
Citatus via ritus quando possit petere remissionem, notatur prag.8.p.1.n.200
Circuitus inutilis est euitandus, prag.8.p.1 nu.178
Coadiutorem Curiæ possunt Barones tenere, & non fiscalem, qui est audiendus, prag. 8.p.1.nu.237
Coadiutor Curiæ, an possit dicere de nullitate ibi n.242
Cognitio nobilitatis ad Principem spectat, prag.8.p.2.n.63
Cogi quibus remedijs possunt vocati ad munera, si se subtrahant, prag.10.n.126
Collecta qualiter imponi, & exigi debeat, ibid.n.10
Collectæ in Regno, quo tempore cæperunt ibi nu.4
Collecta pro bonis emphyteoticis Ecclesiæ an debeatur, prag.8.p.3.n.130
Coloni Ecclesiarum coram quo Iudice sunt conueniendi n.68.prag.8. p.3
Coloni Ecclesiarū, an sint immunes pro parte eorum à collectis, ibi n.68
Collectari an quis possit in loco originis, & domicilij prag.8.p.2.n.245
Collecta an possit imponi per Principem super piscatione, quæ est de iure gentium, ibid.n.39
Colonus pro anno incœpto non potest per successorem expelli, prag.5.n.114
Colonus in quo statu debeat relinquere fundum, an uti recepit cū noualjs ibi n.50
Collecta quid sit, quid tributum, gabella, prag.10.n.28
Collecta non potest imponi non subdito, cū persona pro rebus obligatur, ibi num.44. quia est munus mixtum n.51. & differt a gabella.
Cometæ quæ designant prag.3.n.109
Comitis de Lemmos vigilantia, & prudentia in eligendis officialibus, notatur prag. 5.nu.130
Componendi potestas reducta est hodie ad iniquitatem, prag.5. nu.11. & quid sit extorsio ibi.
Compositio non dicitur, sed extorsio, quando metu, vel difficultate consequendi iustitiam quis componitur ibi n. 14
Compositio ex causis iustificatur, cum aliàs commutatio hæc fieri non posset, ibid.vbi referuntur substantialia late.
Componi an possint blasfemiæ Sanctorum ex causa ibi n. 79
Commissarius potest peti, vt veniat ad assistendum in parlamentis, quando sunt lites cum Barone prag. 10. n.72
Componi non potest crimen lęnocinij, ibi n. 92. nec sodomiæ, vt ibi.
Componi an possint crimina falsi, vel osculi violenti, raptus per Barones, dum cap. Regni, hæc prohibeat, affirmatiuè notatur n.94. vbi cætera ad hanc materiam.
Communio inter Vniuersitates sine assensu Regio iniri non possunt, prag.11.nu.118
Communio aliud est, aliud seruitus acquisita pascendi, vel lignandi, & similium ibi n.120
Communio quando dissoluatur, si alter ex terris sit aucta numero, ibi n.119
Concessio potius in allodium, quam in feudū præsumitur, prag. 8.n.20
Communis error, quando faciat ius prag. 4 nu.44
Concessionum interpretatio, recipitur ex solito prædecessorum prag.16.nu.13
Concedere vsum in re, vel vsum ad rem, valdè differt prag.12.n.41
Concilium qualiter debeat cōuocari, & quæ sint necessaria, prag.11.n.130
Concessio interpretatur, semper alienis saluis, prag.8.p.2.n.4
Concessio quando personalis, vel realis in-

Digitized by Google

terpretetur, & ex quibus arguatur, rub. nu. 28
Congregatio nulla, etiam Iatronum potest consistere sine directore, rub. n. 84
Concilium assistit Principi; per viam ministerij, & non limitationis pragm. 1. nu. 16
Concessio facta Ecclesiæ præsumitur in allodium, quoad bona non quoad iurisdictionem prag. 1. n. 43
Concessio rei in feudum bis facta, etiam sine assensu tenet, prag. 8. p. 3. n. 235
Confratres an gaudeant foro ecclesiastico, prag. 8. p. 3. n. 54
Conditio si non seruetur contractus resolui tur ex tunc, & fructus debentur, modus vero resoluit ex nunc, prag. 1. n. 276
Conducere introitus Baronales, an vasalli cogi possint, benè explicatur, pragm. 1. nu. 162
Cõdemnationes corporales non possunt fieri nisi ad locos Principi subiectos, pragm. 7 nu. 10
Condemnati ad mortem naturalem, aliquãdo quando Princeps indiget remigibus, transmutatio fit ad mortem ciuilem ibi num. 6
Condemnationes ad beneplacitum, non possunt fieri, ibi n. 28
Condemnatus à Principe ad beneplacitum non fit infamis, causa non expressa ibid. nu. 27
Condemnatus ad tempus in triremibus an perdat ea quæ sunt iuris ciuilis singulariter declaratur prag. 7. n. 10.
Confirmatio Baronis, capitulorum Vniuersitatis, & gratiarum, ipsis non perpensis, est nulla ibi n. 248
Confirmatio in forma communi, nullum ius tribuit, secus specialis ibi n. 249 & pragm. 11. n. 174
Confiderati Baronis an possint esse de regimine, existentibus litibus, prag. 10. nu. 129
Coniunctus an prohibeatur eligere coniunctum, in regimine Vniuersitatis, discutitur ibid. n. 132
Congregari an possit Vniuersitas contra Baronem sine eius licentia pragm. 10. n. 67
Consultorem ordinarium, an teneatur Baro dare cum salario residentem in terra, pragm. 8. nu. 370. par. 1
Consuetudo conuicinij, est obseruanda in dubio prag. 19. n. 43
Consensus ciuium an præiudicet successoribus prag. 11. n. 127
Consensus habentium communionem etiam requiritur, pro facienda defensa Baronis ibid. n. 117
Confugientes ad Ecclesias, quando non gaudeant, plenè tractatur, pragm. 8. par. 3 nu. 194
Const. Regni Humanitate, declaratur, prag. 19. nu. 18
Consuetudo, vt prædecessores nominẽt alios de regimine, an substineatur pragm. 10. nu. 72
Consilium Vniuersitatis an obliget successores de persona ibi nu. 29
Const. Regni prohibens ne officiales contrahãt, declaratur prag. 9. n. 49
Const. Regni Honorem, prohibens ne officiales contrahant matrimonia sine licentia declaratur ibi n. 47
Consensus, auctoritas, consilium, conscientia iussus qualiter differant ibi n. 36
Conseruatorium cap. Regni, an detur pro spolio tantum, vel pro vi turbatiua, prag. 8. par. 3 n. 156
Conseruatorium cap. Regni non datur, si notoria sit iniustitia petentis, ibi n. 155
Consuetudo concedendi interpretatur concessionem prag. 8 p. 1. n. 90
Conseruatoria cap. Regni possunt expediri pro clericis, contra clericos, ibi n. 184. & ibi reliqua.
Confraternitatum cognitio, circa præcedentias quis cognoscet, ibi n. 124
Conuenitri non potest quis in foro originis, si non reperiatur, secus in foro domicilij, prag. 8. p. 2. n. 242
Consors litis, quando gaudeat priuilegio alterius, ibi n. 203
Consensus accusantis tantum, non sufficit ad prorogandam iurisdictionem, sed etiã accusati requiritur prag. 8 p. 1. nu. 117
Confessio facta sub spe immunitatis, an reuocari possit prag. 6. n. 144
Condemnatio cum potestate redimendi, an possit fieri, declaratur prag. 6. nu. 104.

Con-

Digitized by Google

Consuetudo potest facere, vt id quod sonat in iniuriam, non reputetur tale ibi. n. 59
Consensus sanioris, & non maioris partis attenditur, prag. 8. p. 3. n. 48
Cõsensus omnũ requiritur in ijs quæ spectãt ad singulos, vt singulos. secus si vniuersos prag. 11. n. 3
Consensus puellæ plus attenditur, quam cõsilium maiorum prag. 9
Consuetudo quid sit, & qualiter inducatur & quanto tempore præscribatur, & qualiter differat à præscriptione latissime, prag. 1. n. 188
Consuetudo vt subsistat debet esse præscripta, & non inducta ibid. n. 189
Consiliarij dicuntur membra Principis, prag. 3. n. 7
Consuetudines feudales, an pro lege sint seruandæ rubr. n. 9
Consuetudo est fauorabilis, & extenditur, præscriptio est odiosa prag. 3. n. 189
Constitutiones multæ, potius ad terrorem, quam ad valorem promulgantur, prag. 4. nu. 16
Correlatiuorum regula cessat, vbi dari potest diuersa ratio prag. 4. n. 85
Corpora delinquentium, cur dicantur de alta iurisdictione, & sine assensu Principis tolli non possunt prag. 8. p. 1. n. 72
Contractus ad socidam, vel alla gabella, cuius sit qualitatis, punitur pragmat. 11 num. 103
Copula, &, diuersam habet naturam, notatur in rub. nu.
Copula, &, aliquando distinguit, coniungit, corrigit, interpretatur, & sigillatim dantur exempla notabilia ibid.
Contrahentes contra edicta legum an perdant pretium, discutitur prag. 1. nu. 263
Contractus si est nullus, an promissores qui promiserunt ratihabitionem teneantur, ibi nu. 279
Contractus censualis an subsistat si omnes correi non supponant, quilibet bona sua particularia, ibi n. 269
Contrahi non potest cũ infidelibus, sub pœna capitis, & excommunicationis, prag. 1. n. 333
Contractus in dubio an censualis, vel emphyteoticarius præsumatur, pragm. 11 nu. 60
Contrahere bona fide, & palam an possint officiales, prag. 4. n. 38
Contractus innominatus quando pœnitẽtia dissolui possit, prag. 6. nu. 160. & quando guidaticum sit contractus innominatus ponitur.
Culpa Baroni est tribuenda, si eius Ministri malè tractent vasallos, rub. nu. 80
Custodia Ciuitatis pertinet ad regimen ipsius, non ad Baronem, prag. 19. n. 59
Custos carcerum, tenetur denunciare infirmitates carceratorum, sub pœna, ibidem num. 13
Custodia Castri, & fortalitiorum, pertinet ad Barones, prag. 10. n. 104
Custodia nocturna pertinet ad Vniuersitates ibid. n. 88
Currus, & Auriga, nominantur Barones per sacram scripturam rub. nu. 80
Cullodes sunt superiores, & nun debẽt deuorare oues rub. n. 85
Curiales R. Audientiarum, an habeant electionem fori, prag. 8. p. 1. n. 334
Cui plus datur, plus ab eo exigitur, pragm. 16. nu. 5

D

Damnum si patiatur ciuis, ex causa Vniuersitatis, & eius lites, an repetere possit ab ea, singulariter notatur prag. 1. n. 72
Damnum passo quando credatur, pragm. 8 p. 1. n. 390
Damnum cum violentia, sapit criminalitatem ibi n. 365
Damnum propriè, quid dicatur ibi n. 363
Damna clandestina, non soluuntur per Vniuersitates, iuxta const. Regni si damna, sed soluunt salaria Capitaneis Cãpanea, prag. 8. n. 108
Damnum si erit remissum à parte, an Baiuli possint petere pœnam, prag. 8. p. 1. n. 367. ibi cætera.
Datio officij est contractus innominatus, do vt facias, & ex non adimplemento datur pœnitentia prag. 5. n. 99
Damnificans non potest conueniri, nisi reperiatur in eo loco, prag. 8. p. 2. n. 142
Debitor poterit assumere iudicium fideiussoris, & opponere exceptiones ex sua persona prag. 1. n. 291

De-

Digitized by Google

Debitores Vniuersitatis non possunt eligi ad munera, nec eligere, limitatur pluribus modis prag.n.115
Debitores nobiles, pro debitis non detinẽtur in Hispania, prag.19.nu.23
Debitores pauperes, an sint alendi à creditoribus prag.19.n.
Debitores an possint guidari prag.6.n.155
Debitum Vniuersitatis dicitur solutio fiscalium licet soluatur per focularia pragm. 10.n.34
Debitores decocti an gaudeant immunitate ecclesiæ prag.8.p.3.n.108
Decuriones tenentur prouidere imminenti penuriæ, prag.1.n.321
Declarans, nil de nouo facit, prag.6.n.57
Decipi nemo debet sub auctoritate officij, prag.6. n.154
Decocti debitores, non possunt guidari, nec indultari ibi n.156
Decreta remissionis causa, aliàs obtenta à Barone, an sufficiãt in similibus, pro qua si possessione seruanda, Prag.8.p.2.n.77
Dec. Franch.470. non esse inobseruantia refertur, Prag.8.p.2.n.131
Decimarum cognitio, quando ad ecclesiasticum, & quando ad secularem spectet, distinguitur Prag.8.p.3.n.167
Decuriones ardua negotia sine parlamento explicare non possunt Prag.10.n.95
Decuriones pro rebus Vniuersitatis non possunt ordinationes facere sine authoritate officialis, Prag.14.n.63
Decretum Iudicis, tollit præsumptionem fraudis, & læsionis Prag.1.n.
Dec. Affl.128. improbatur Prag.1. n.118
Decisiones sunt sequendæ, & non consilia quæ solent esse ad placitum Prag.3.n.32
Defensiones sunt de iure naturali, & Princeps non potest tollere Prag.1.n.23
Defensionibus reusmet non potest renuncia re, sed terminus datus est finiendus, Prag.3.n.114
Defensam habens, dicitur habere plenum dominium, quod non subiacet seruituti, vt debeatur vsus Baroni, Prag.11.nu. 177
Defensam an quis possit in suo facere in præiudicium conciuium habentium vsũ pascui, ibi n.32
Defensæ non possunt fieri sine assensu Regio, & consensu ciuium omnium, prag.11 latè in fine tractatur hæc defensarum materia.
Defensæ venationum, vel piscationum fieri non possunt per Barones, ibi.n.115
Defensa concessa Baroni pro venatione, nõ censetur concessa pro fructibus ibi n.116
Defendere aggressum, quis non cogitur, sed vasallus tenetur iuuare Domino, & è contrà, Prag.3.n.79
Delegatus an possit mulctare, disputatur Prag.14. n.64
Delicti Iudex quando potentior sit omnibus, declaratur Prag.8.p.2.n.216
Delicta Officialium sola M.C. cognoscit, & Reg. Audientia, etiam finito officio, prag. 8.p.1.nu.229. & latius Prag.5. tractatur.
Delinquens extra officium, an possit puniri à Barone, Prag.8.p.1.n.228
Delicta quãto tempore præscribãtur, prag. 6.nu.41
Delicta paria, mutua compensatione tollun tur ibi n.64
Delicta sodomiæ, & blasfemiæ componi nõ possunt, sed an possint ex causa minorari ibi nu.75
Delictum feudatarij an noceat filijs, Prag. 3.nu.74
Delicta Baronum, an pleniorem probationẽ requirant, rub.n.18
Delinquens in officio, ad aliud assumi non potest, prag.6.nu.70
Delicti initium attenditur ad iurisdictionẽ consequendam, licet reus mutet statum, Prag.5.n.5. & prag.8.p.3.n.80
Delictum si sui natura sit supra relegationem, & ex actis pœna erit minoranda, an sit locus tortura prag.8. p.2.n.60
Delictum si fiat aliquid, quod de iure non erat delictum, & data fuerit iurisdictio separata, an priuatiuè ad Barones sit, Prag.8.p.1.n.126
Delinquẽs, ex sex causis debet puniri, quia sex personas offendit Prag.6.n.5
Delictum committens, ex quo in pœnam pecuniariam incidit, an in conscientia teneatur eam soluere, prag.4.nu.76.
Delinquentes in ecclesia, vel propè, an gaudeant

Digitized by Google

deant immunitate prag.8.p.3.n.107
Demanialia feudi non possunt concedi per Barones, nec demanialia Vniuersitatis per subditos Baroni possunt cõcedi, prag. 1.n.240
Demanium non potest peti quando venditur iurisdictio ciuilis, vel criminalis alicuius terræ, Prag.9 p.2.n.150
Demanium, an & quando debeatur, quando vasalli venduntur, & infra quantũ tempus peti debeat, Pragm.8. p.3.num. 151
Demanÿ tempus, si erit lapsum an restitutio Vniuersitati debeatur ibi n.153
Demanio non est locus, si vasalli recipiant nouum Dominum, sine protestatione ibi n.153
Demanialia Regis de consuetudine alienantur, sed quid si promiserit alicui Vniuersitati non eam vendere ibi.n.148.
Demanialia reseruata in signum Coronæ non possunt alienari ibi n.150
Demanium vt obtineri possit quæ sint probanda, ibi.
Deus ligatur pacto & etiam maligni spiritus Prag.8.p.1.n.170
Destinatione natura rerum dignoscitur, Prag.8 p.2.nu.2
Detineri quis non potest vltrà horas viginti indebitè, pragm.8.p.3.n.102
Deposita non possunt fieri pœnes ipsos Iudices, Prag.1.n.355
Deportati an amittant quæ sunt iuris ciuilis prag.7.n.8
Deportatio, & in metallum damnatio, etiã ad tempus dari potest ibi n: 13
Deus, de re maiori maiorem curam habet prag.3.n.30
Deus est vindicator oppressorum, ibidem nu.20
Disposita in testamento veteri, non dicuntur iuris diuini, prag.6.n.133
Disponentis mens, videtur se confirmare cum iure prag.8.p.1.n.62
Dictio præsertim, facit casum minùs dubitabilem pra.1.n.150
Dictio, &, cuius sit natura, discutitur rubr. nu.57. latissimè.
Dictio, &, quando ponitur inter personas, in quas ordo charitatis cadit, non copulat, sed ordinem successiuum designat, ibidem.
Dictio, De, causam essentialem verbi denotat rub.n.53
Dictio, &, aliquando alternatiuè, expositiuè ponuntur rub. n.61
Dies an incipiat à media nocte, vel ab Aurora prag. 5.n.31
Dieta est viginti milliarium, & si excedat vnum, erunt duæ dietæ, pro mercede soluenda prag. 16.n.45
Dies vna datur itineranti pro quiete, in hebdomada prag.14. n.73
Differentia magna est, habere iurisdictionẽ in dominium, vel in officium Pragm.6. nu. 188
Differentia notatur, quando ius resistit, vel non assistit prag.1.n 232
Dignitas maior nõ absorbet minorem rub. num.30
Dignior alio quis dicitur quoad illud, de quo contenditur, prag.10.n.134
Dignitas maior reddit hominem magis obligatum Deo, & hominibus pragm.12. nu. 19
Dignum eligens prætermisso digniore, peccat prag.10.n.82
Dignum eligens, prætermisso digniore, an faciat electionem nullam ibi.
Dignum non eligens, tenetur ad restitutionem, ex illius mala administratione, ibidem.
Distinctio inter crimen baractariæ, concussionis, vel extorsionis, prag.4.n.31
D. Flaminius Constantius laudatur, rubr. num. 77
D. Lucretia de Tufo Vrsina laudatur prag. 1.nu.96.
Dos filiæ debetur ex necessitate, pragm. 1. nu. 88.
Dos monialium potest esse minor legitima, prag.1.n. 100
Donari prohibitum est Baroni, sed non Regi prag.1.n.357
Donari an possit officiali in remunerationẽ prag.4.n. 41
Dominium non quæritur donatario, nisi tradita possessione, nec reiuendicatio competit prag.4.n.96
Dominium an transeat recto iure, facta

Do-

Digitized by Google

inuestitura per Principem, pragm. 8. p. 1 nu. 22

Dominium directum, quod remanet pœnes Rege, in quo consistat prag. 8. p. 1. n. 137

Dominus vtilis præfertur directo prag. 8. p. 1. nu. 168

Dominus directus non potest se intromittere in iurisdictione concessa, nisi per viã grauaminis ibi n. 173

Domus, & fortalitia situata pro Domino, sunt infeudati prag. 8. p. 2. nu. 6

Dominus partis superioris potest ad libitũ diuertere cursum aquæ ibi n. 29

Domicilium quis non contrahit, etiam si lõgo tempore habitauerit in aliqua terra, si non habuit animum standi, Prag. 8 p. 2. nu. 238.

Domicilium statim quis contrahit declarando ibi velle incolatum degere ibi nu. 226.

Domicilium an acquirat quis contrahendo matrimonium, & emendo domum ibid. nu. 228

Domicilium, an faciat perdere forum originis, bene explicatur ibi n. 233

Dolus de futuro remicti non potest prag. 3. nu. 177

Domicilium est triplex, naturale, originis, & commune, ibi. n. 234

Domicilio potest renunciari, & non potest ille amplius ibi conueniri, ibi. nu. 245

Domicilium originis, est immutabile, & nõ potest renunciari, ibi n. 246

Doctores an possint excusari ab hospitando Prag. 19. nu. 68

Domos prætorias tenetur dare Baro, & nõ Vniuersitas ibi n. 32

Dotes fuerũt à principio assignatæ per Principes cuiq; Vniuersitati quæ alienari nõ possunt, pulchrè prag. 11. n. 11

Dominum initio fuit Reipublicæ, & postea translatum in Reges, ibi n. 10

Dos incerta arbitrio alicuius, an possit relinqui, prag. 9. n. 50

Domus Commissarij causæ, an sit locus tutus, pro sequestratione puellæ, pragm. 9. num. 8

Dominus, & vasallus, dicuntur correlatiui rub. n. 38

Dominantes laudantur ex liberalitate, rubr. num. 87

Donare volens officiali, an possit petere dispensationem à Prorege, negatiuè, prag. 4 nu. 42

Donatio facta pio loco, vel pro dote, an quæratur absenti, disputatur ibi. n. 95

Donatio omnium bonorum subsistinetur, si donans habeat iura pragm. 3. n. 24

Donatio facta à Constantino Ecclesiæ, an transtulerit verum dominium pragm. 8 p. 1. nu. 144

Donatio inter virum, & vxorem inter Magnates, valet ibi. n. 170

Donari Regi licet Vniuersitatibus prag. 10 nu. 19. & nu. 47

Donari an liceat Baroni, pro facienda terra Camera, prag. 8 p. 3. n. 278. & prag. 3. n. 10. latius

Donatio remuneratoria dicitur, quando merita sunt condigna, vltra dimidium rei donatæ ibi n. 276

Donata Clericis in fraudem collectarum, possunt confiscari ibi nu. 57. & quando præsumatur fraus.

Dolum excludit articulus iuris dubij ibid. nu. 55

Dispositio sufficit quod dirigatur ad vnum ex correlatiuis, rub. n. 37

Dispositio causa demonstrationis, & non dispositionis, posita censetur pragm. 4. nu. 54

Dispositio Bullæ Greg. Papæ refertur, de immunit. prag. 8. p. 3. n. 201

Dilatione mensis data, qualiter computabitur in diebus 30. vel 31. vel 28. si erit bissextus prag. 5. n. 26

Dilationem dare debitoribus, solius Principis est, & non Baronum, pragm. 8. par. 1. nu. 274

Dilatio concessa à Principe, an extendatur ad debita iurata, & priuilegiata ibidem nu. 275

Dilatio, & guidatica pro debitis non possũt excedere quinquennium ibi n. 277

Dilatio ob concurrentiam creditorum, an possit dari in Curijs Baronum, ibi n. 178

Dilatio data debitori, ex concurrentia, an prosit fideiussori ibi n. 281

Donatiua strenæ an sint licita dari Baronibus prag. 1. n. 340

Digitized by Google

INDEX

Donatio causa mortis resolvitur inter vivos, ex pacto de non revocando, prag. 1. nu. 135

E

Ecclesiastici habent fori electionem sive agant, sive conueniantur, & quid pro patrimonialibus, Prag. 8. p. 1. n. 304.
Ecclesiasticis an detur variatio pro delicto, in illos commisso ibi nu. 305
Ecclesia habent multa feuda in Regno quæ tenent à Rege ibid. nu. 39
Ecclesiastici fortiuntur forum Principis pro feudis quæ tenent in ciuilibus, ibidem num. 40
Ecclesiasticam iurisdictionem vti propriam Princeps tenetur tueri, Prag. 8. par. 3 num. 2
Ecclesiastici coguntur vendere victualia, penuria extante, ibi n. 175
Ecclesiasticus, an teneatur exhibere acta Iudici seculari quando petit brachium, ibi n. 8. cum seq.
Ecclesia an possit donare Principi seculari, prag. 8. p. 3. n. 9
Ecclesiastici licet sint exempti à Iurisdictione Principis, manent tamen sub eius protectione, ibid.
Electione pœna facta per reum de exilio, vel pœna pecuniaria, non est locus variationi, prag. 6. n. 112
Electio officialium Vniuersitatis, an sit individua, ita quod si vna nominatio ex ijs nulla sit totam reddat talem, Prag. 10 num. 81
Electio officialium Vniuersitatis si pertineat ad Baronem, & erit in longinquis, an Vniuersitati spectare possit ibi n. 82
Eligens, vel nominans, tribuit ius electo ibi nu. 84
Electio Grassierorum, Custodum Vniuersitatis, & similium, spectat ad Barones, vel Vniuersitates ibi n. 102
Electio Medicorum, & artium, & aliorū pertinentium ad ciues spectat ad Vniuersitatem ibi n. 105
Eligens minus dignum, an faciat electionem nullam, vel inutilem, prag. 10. n. 135.
Electio differt à nominatione ibid. nu. 83
Electio Syndici, & Electorum an possit pertinere ad prædecessores ibi.
Electio officialium Vniuersitatis, qualiter sit facienda, ponitur ibi n. 73
Ementis officium pœna, & error notatur, Prag. 4. n. 11. & an liceat in conscientia ibi n. 68
Emptor emens à franchis, an sit immunis à gabellis, Prag. 12. n. 19
Epirotæ singulis annis enumerantur, Prag. 10. nu. 23
Episcopus reputatur ciuis illius Diœcesis, & vtitur eius commoditatibus, prout & omnes religiosi, Prag. 12. n. 8
Episcopus non potest constituere in feudis regijs officialem Ecclesiasticum, Pragm. 1. num. 45
Episcopus an habeat territorium, diuersa sunt sententia, prag. 9. p. 1. n. 57
Episcopus an sine imploratione brachij secularis, possit exequi in bonis, vel personæ laici, in casibus ad eum pertinentibus, Prag. 8. p. 3. n. 11. cum seq. vbi distinguitur plene.
Episcopi Baronibus comparantur, ibidem num. 56
Episcopus est executor omnium piarum dispositionum ibi nu. 106
Episcopus an teneatur stare processui facto à laico quando causa vi remittitur, declaratur ibi n. 144
Episcopus an ratione iuramenti, possit trahere totam causam ibi n. 180
Episcopi contra laicos habent correctiones canonicas, & an possint laicos carcerare ibi n. 213
Episcopi possunt ad beneplacitum condemnare reos, prag. 7. nu. 20
Episcopus in Cathedrali tenetur in die Purificationis dare Populo candelas, prag. 8. p. 3. n. 34
Equi Nobilium non tenentur adsoluendum gabellam, quæ soluitur de animalibus, Prag. 16. n. 19
Erarij non tenentur administrare, nisi fructus feudi, & non mercantur, prag. 16. n. 61. & 93
Erarij in iure, nominantur Quæstores, ibi nu. 87
Erarij officium, durat anno, & vltra non tenetur ibi nu. 88
Erarij dicuntur legitimi Procuratores

Be-

Digitized by Google

Baronum, ibid. num. 89.
Aerarij non tenentur de assistu facta a Barone, si ille decoquat ibi n. 90
Aerarij an teneantur seruire extra territorium ibid. n. 94.
Aerarij electio ad quem pertineat ad Baronem, vel Vniuersitatem n. 95
Aerarij an sine licentia officialis, possint exequi, & carcerare debitores Curiæ, ibidem nu. 96
Aerarij tenentur facere quinternum lucidum, vti alij Administratores, ibidem num. 99
Aerarij bona, an sint obligata pro administratione, prout in tutore ibi n. 100
Aerarij an ex mora non soluendi, teneãtur ad interesse ibi n. 101
Aerarijs tenentur Barones dare prouisionem ibi n. 21
Aerarij debent significari, statim finito officio, infra mensem ibid.
Aerarij non tenentur soluere quicquam pro significatorijs, & rationibus, ibidem.
Aerarius si quis fuerit vno anno, an habeat vacationem in sequenti à muneribus publicis Prag. 10. n. 80
Aerariorũ significatoria, an possint exequi realiter, & personaliter, vti illę Vniuersitatum prag. 16. n. 84
Aerarius non potest eligi qui est Baroni inimicus, & odiosus, prag. 3. n. 86
Error communis quando faciat ius, prag. 4. num. 76
Exceptio loci non tuti est legitima pragm 9 num. 52
Exequi an possit contra ciues pro debito Vniuersitatis singulariter tractatur, prag. 10. n. 26. & quid pro functionibus fiscalibus ibi n. 35
Exceptio spolij, non obstat vbi in promptu apparet de vitio possessionis, pragm. 11. nu. 44
Expedentialia feudi, an possint concedi ad annuum censũ, ibi n. 86. & an in pecunia, negatiue n. 95
Exequi qualiter debeat bannum, & pœna incursa, ponitur practica, pragmat. 14. num. 71.
Expensa Ministrorum iustitiæ pertinens ad Barones, & omnia similia Prag. 19. num. 34.
Expensa soluenda sunt fisco, quando Baro petit remissionem causæ, Pragm. 8. par. 2. num. 88
Expensa pro iucundo Domini aduentu an sint licitæ prag. 8. p. 3. n. 244
Extractus ab Ecclesia si sit contentus, & non conqueratur, non per hoc immunitas violatur prag. 8. p. 3. n. 211
Extrabere an liceat Iudici seculari ab Ecclesia reum in casibus exceptis, ibidem nu. 204
Excommunicare sine præcedente citatione, ex sola informatione, an Episcopus possit ibi nu. 35
Excommunicationis vinculum, quando incurrunt detrabentes iurisdictioni Ecclesiasticæ, notatur ibi n. 22.
Exempti possunt capi, quando delinquunt, cum protestatione remittendi prag. 8. p. 2. nu. 173
Exempti à foro sui ordinarij non sunt exempti à foro reuerentiali ibi n. 169
Exemptio non iuuat alicui, non deseruienti in actu, illi ministerio ibi n. 166
Exemptio concessa ratione rerum, vel causæ, an priuatiue censeatur cõcessa ad ordinarium prag. 8. p. 1. n. 130
Eximens carceratum etiã ciuilem ponitur vltra relegationem prag. 7. n. 14
Executio sententiæ debet fieri per Iudicem, qui eam tulit, prag. 6. n. 195
Extentio non potest fieri in correctorijs, prag. 5. n. 145
Exterus Regni, non potest esse officialis, & an Hispani ibi n. 121
Extensio differt à comprehensione prag. 4. nu. 84
Extensio etiam in correctorijs fit, in correlatiuis ibi n. 82
Extrahi bona extra Regnum non licet, sine licentia, sub pœna prag. 1. n. 340
Extimatio quanti plurimi, crescit vsq; ad triennium quo victualia conseruari solent ibi n. 266.
Extensio de minori ad maius, non valet rubric n. 23
Exempla mala superioris sunt magni exidij ibi nu. 67

Ex-

Digitized by Google

Extrahi non debent carcerati à proprio domicilio, neque ad aliam terram ipsius Baronis, nisi ex magna causa, pragm. 3 num. 179

Extrahi an possint carcerati finita prima instantia, distinguitur ibi.

Exfractus quando possit dari amicis, & cõsanguineis inquirendi, pragmatica 5. num. 80

Excadẽtialia animalia an sint fisci, vel Baronis pragmat. octaua par. prima, num. 251

F

FActum proprium, quando est nullum quis potest reuocare pragm. 8. parte 3 num. 296

Facultas nominandi reseruata, debet infra annum fieri prag. 5. n. 8

Facultas nominandi, an extinguatur morte, si non fuerit facta inuita prag. 8. p. 1 num. 40

Facultas nominandi, an possit variari ibid. num. 41

Familiaritas quando pariat contemptum, pragmat. quinta, num. 3. & rubrica num. 92

Falsitas non nociua pati, potest trãsigi prag. 6. nu. 65

Falsæ monetæ crimen. quando propriè dicatur commicti, & quando impropriè, ita quod seruanda sit pragm. rigorosè, prag. 8. p. 1. nu. 100

Falsos testes, vel apocam coram superiore producens ab eo puniendus erit, & an detur remissio Baroni ibi n. 223

Famuli officialium, an ad eum sint remittendi si delinquant, latè pragm. 8. par. 2 num. 189

Familia Episcopi secularis an gaudeat, pragmat. 8. p. 3. n. 190 quid de famulis clericorum ibi.

Fœminæ de iure non possunt feuda tenere, secus in Regno rub. nu. 42

Fœminarum regimen improbatur ibidem num. 43

Fœmina licet feuda dederit in dotem, & maritus fiat Dominus, tamen adhuc dominium stat sub capite vxoris, rubrica num. 44

Fœmina an possint esse Vicaria, & administrare aliena feuda, rubr. num. 45.

Ferrariæ inuentæ an sint fisci, vel Baronũ prag. 8. n. 217

Feudo deuoluto an priuilegium extinguatur ibi. p. 3. n. 208

Feudalia bona, aut sunt demanialia feudi, vel demanialia Curiæ, pragm. 11. num. 98.

Feudalia concessa cum assensu Regio à Barone, an iterum sine assensu possit postea Baro dare prag. 11. n. 88

Feuda inhabitata, an possint sine assensu restaurari, ibi n. 81

Feuda non habent certas partes, & pertinentias discretas, pragm. 8. par. secunda num. 8

Feudum non debet grauari multis sumptibus ibi. p. 1. n. 372

Feudo disbabitato concesso, an videatur concessa iurisdictio ibi n. 53

Feudum antiquũ, an possit subrogari in nouum, & de feudali in burgensaticum, ibi num. 14

Feudum potest dari in naturam francam, exceptis substantialibus, ibidem num. 10.

Feudum an possit constitui super gabellis, & functionibus ibi nu. 6

Feudi reuocatio ob assensum non impetratũ non solum venditori, sed emptori conceditur prag. 4. nu. 87

Feuda non possunt vendi alienigenis prag. 11. nu. 333. & num. 48

Feudum in dubio præsumitur concessum in allodium, ibi nu. 42

Feudorum consuetudines non erant cognitæ tempore Romanorum, rubric. num. 10.

Feuda non poterant vendi, sed gratiosè cõcedi, sed non hodie ibi n. 11

Feudum non potest dismembrari, sine assensu immediato Regis, pragm. 8. par. 3 num. 239

Feuda, & dignitates pecunia obtenta, non conferunt veram dignitatem, rubrica num. 12

Feudatarij non gaudent priuilegijs concessis Baronibus ibi n. 17

Feuda titulata non possunt vendi cum assensu Proregis ibi n. 25

Digitized by Google

Feudatarius is propriè dici potest qui possidet feudum, ascendens saltim ad annuã perceptionem unciarum viginti ibidem num.40

Feudatarius non possidens integrum feudũ, non vocatur ad parlamenta, sed quid seruetur, notatur ibi nu.41

Feuda concessa Ecclesiæ, præsumuntur in allodium data prag 1 n 36

Feudum deteriorans in bonis, vel vasallis, potest priuari prag.3

Feuda emptitia, vel remuneratoria non ammittuntur ex omni culpa statuta in ll: feudorum prag.3. n.89

Feuda omnia præsumuntur in Regno hæreditaria prag.n.8 part. 3. & prag.3. num.71

Feudi qua sint substantialia, qua naturalia, explicatur ibid. in princ.

Feuda Baronum, an possint præscribi per vasallos ibid.p.3

Feudalia bona an possint de facto capi si fuerint occupata prag.11.n.38

Feudales causæ ad S. C. pertinent ex prag. noua prag.8.p.3 n.238

Feudalis res qualiter præsumatur, ibidem num.20

Feudatarius non tenetur se exponere periculo pro Domino prag.19. n.14

Feudatarij culpa, an noceat successoribus, distingue prag.3. n.74

Fides regia toto sacramenti est, prag.8.p.3 num. 239

Fida, & diffida sunt Baronum, & unde orium habeant prag.11. n.193

Fidare cogitur Baro, si est solitus ibi.n.196 vbi cætera ad hanc materiam.

Fideiussor non tenetur, si contractus rescindatur ex priuilegio particulari prag. 1. num.292

Fideiussor euictionis non tenetur, nisi principalis excussus prag.1. n.297

Fideiussor census, an teneatur si non submittat etiam sua bona, declaratur ibid. num.299

Fideiubere an teneatur pater pro munere filij prag.10.n.68

Filia contrahens sine consensu patris matrimonium, grauiter peccat pragmat. nona numero 25.

Filia si nupserit inæquali, an exheredari possit ibi nu.32

Filius tenetur fideiubere pro patre prag.10 num.67

Filius familias, licet negotietur de suo, si viuit cum patre, vnicum focum faciunt, prag.10.n.37

Fidati de Dohana quando gaudeant prag. 8.p.2.n.167

Fiscus auctor trahit ad Reg. Cam. totam causam prag.8.p.3.n.101

Fiscus semper intelligitur adhærere appellationi ibi p.1.n.241

Fiscus appellare potest ab incidentibus causarum, sed non à diffinitiuis decretis ibi num.239

Fiscus potest dicere de nullitate, & habere recursum à notorio grauamine ibidem num.238

Fiscus quid sit prag.8.p.1. n.212

Fiscalia an habeant Barones ibi n. 212

Fiscalem non possunt tenere Barones, sed Curiæ Coadiutorem ibid.

Flumina sunt fisci, si erunt nauigabilia, alia sunt Baronum pragmat.8. parte 2. num.25

Flumina nauigabilia sũt de regalibus ibi. num.26

Flumina, & mare licet sint de iure gentium communia sunt hodie appatronata, ibi, & pragm.14.n.15

Flumina sunt Baronum, sed non piscationes ibid.

Flumina sunt Baronum, sed vasalli debent habere vsum, prag.8.p.2.n.27. nisi sint defensæ.

Foculare dicitur vna familia simul habitans prag.10.n.36

Focularia si diminuantur, an debeat diminui solutio fiscalium R.Cur. explicatur, ibi nu.25

Focularia an debeant renumerari allegata fraude ibi prag.1.n.106

Focullariorum occupatores qua pœna puniãtur prag. 1.n.106

Fur non à capiente, sed ad locum delicti est remittendus, si Baro habeat clausulam abdicatiuam prag.8.p.2.nu.135

Fo-

Digitized by Google

Foculare non constituunt milites, vel patres onusti, & exempti à muneribus, prag. 10. n. 80. sic pauperes, viduæ, & similes personæ.

Forma essentialis non potest mutari, vel adimpleri per æquipollentia, prag. 1. nu. 253. cum seq.

Forenses tenentur contribuere pro ijs quæ participant, pragmat. octaua parte 3. num. 178

Forus originis ammittitur quo ad honores, non quoad iurisdictionem, ex mutatione domicilij ibi. p. 2. n. 249

Forus delicti, vel originis, vel habitationis, sit potentior? discutitur ibibem num. 206

Forum sortitur quis, in loco contractus, & non potest declinare ob qualecunque priuilegium, dummodo ibi reperiatur ibi nu. 150

Forma accidentalis ab essentiali qualiter cognoscatur, & qualiter differat, vtiliter expenditur pragm. prima num. 255 cum sequent.

Foriudicatum occidere quãdo sit peccatum prag. 6. n. 28

Foriudicatus Baro, non potest facere gratiam, contra nouissimorum opinionem ibi nu. 33

Foriudicati an possint à suo Barone guidari ibi nu. 157

Foriudicare an possint Curiæ Baronales, prag. 8. p. 2. nu. 115

Forasciti qui propriè dicantur ibidem num. 113

Foriudicatus ab vno Iudice, an possit morti tradi ab alio, latè declaratur prag. 8. p. 2 nu. 116. & 123

Forum an sortiatur quis, vbi reperitur cum bonis, si est debitor alicui ibibem num. 158.

Forus si potest renunciari, potest & prorogari prag. 8. p. 1. n. 110

Forum qui sortitur in prima instantia, sortitur, & in secunda, ibidem nu. 193

Foriudicatos consanguineos receptans quãdo puniatur prag. 3. n. 80

Fortuna pingitur cæca, & proindè malè distributrix dicitur, pragmat. prima numero 38.

Fortuna, & pecunia, promouet potius homines, quam scientia ibi n. 39.

Forenses an ligentur statutis loci, vbi degunt prag. 1. n. 112

Forenses non possunt exercere munera ciuium prag. 6. n 60

Fortalitia non possunt facere Vniuersitates, sed solum mœnia, pragm. 8. parte 2. num. 8

Fortalitium intra Ciuitatem, priuatus facere non potest ibid. n. 7

Fortalitia sunt Baronum, quorum est ea custodire, & resarcire, ibidem num. 12.

Fraudes donationum enumerantur ibidem p. 3. n. 171

Fraudis præsumptio est reassumptio habitus post longum tempus ibi.

Fraus nemini debet patrocinari prag. 11. num. 78

Fraus qualiter arguatur, si quis in via fuerit repertus, extrahendo victualia prag. 1. nu. 343

Fructuum liquidatio, tam in releuij solutione, quam in alijs fit, coaceruatis tribus annis proximis pretij æstimationi, ibi nu. 52

Fructus suos an faciat vsufructuarius mortuo proprietario, vel pro rata anni lucretur prag. 5. n. 97

Fructus qualiter diuidantur soluto matrimonio inter hæredes. ibidem num. 33

Fructus qualiter diuidantur inter feudatarij hæredes, & Dominum, ibidem num. 36

Fructus ciuiles qualiter sint diuidendi attenta consideratione anni, & si sunt maturati, & non exacti, an faciat fructus suos ibi nu. 38

Fructus suos facit fideicommissarius, etiam maturatos tempore hæredis, quod est notabile ibi nu. 39

Fructus vendito fundo, an censeantur etiã dati ibi nu. 47

Fructus qui naturales, qui industriales, declaratur ibi nu. 48

Fructus immaturos percipiens non facit suos nu. 110. ibi.

Digitized by Google

Fructus rei, est constituere officialem, vel habere ius præsentandi n. 111
Fructus non dicitur, quod quæritur propter laborem ibi n. 117
Fructus ciuiles qui dietim cedunt, si consuetudo est exigendi per tertias, an hæc attendatur ibi n. 40
Fructus an debeant restitui, rescisso contractu ex nunc, vel prout ex tunc prag. 1. nu. 271
Fructus an semper debeant restitui, annullato contractu ibi nu. 273
Fructus feudi an possint vendi, & obligari prag. 8. p. 3. n. 195
Fructus iurisdictionis dicuntur prouentus prag. 6. n. 60
Fructus feudi non subiacent collectis, prag. 12. n. 15. sed quid illis venditis, an immunitas transeat;
Fundatore loci pij viuo, Episcopus non debet se intromittere in visita, prag. 8. p. 3 nu. 112
Furta facta à latronibus, an possit ordinari à superiore, vt resarciantur ab eorum cõsanguineis, prag. 19. nu. 55
Furti tenetur, & pœna vltra relegationem furans animalia ex colũbarijs, & pischerijs, prag. 14. n. 39
Fur vt à capiente possit puniri oportet quod de recenti delictum fuerit factum prag. 8. p. 2. n. 137
Furta minima an possint corrigi per Barones prag. 8. p. 1. n. 373
Fur, & Prædo manutenendi sunt regulariter in possessione, nisi constet de vitio euidenter prag. 11. n. 48
Fustigatio solum vilibus personis inferri debet prag. 6. n. 40
Fur est qui de alieno largitur, & espẽditur l. si pignore ff. de furt. prag. 10. in fin.
Fundator alicuius loci, non potest cogi ad rationes reddendas pragmat. 8. parte 3. num. 61.

G

Gabella mari imposita transeuntibus, dominium arguit, pragmat. 8. par. 2 nu. 36
Gabellas, & uectigalia sine assensu, non potest Vniuersitas suis ciuibus indicere ibi nu. 49
Gabelloti fisci, vel Vniuersitatum, an habeant priuilegium exequendi realiter, & personaliter prag. 16. n. 38
Glos. l. fin. verbo fratribus C. de muner. libr. 10. confutatur, Pragmat. 8. part. 3. num. 187
Glos. leg. si locus §. cum via ff. communia prad. reprehenditur, pragm. secunda num. 183
Glos. leg. relegati ff. de pœnis declaratur ad impugnationem prag. 1. num. 122
Geminatio verborum magnos producit effectus prag. 5. n. 1
Genus comprehendit species, sed non è contra rub. nu. 33
Generi per species, quando derogetur prag. 1. num. 128
Genitiuus demonstrat qualitatem præcedẽtem perfectam prag. 4. n. 104
Gratia an possit fieri sub conditione, dummodo infra tempus procuretur remissio, prag. 6. n. 47
Gratias delictorum possunt facere Barones, dummodo habeant conditiones notatur, prag. 6. n. 124
Gratia quando ob subreptionem infirmari possit ibi nu. 127. cum sequ. distinguitur benè.
Gratia promissa reuelanti delictum, an debeatur, si ille detegerit crimen, sed non adducit probationem ibi n. 146
Gratia fieri non potest, nisi præcedat partis remissio, & qui debeant remittere, declaratur ibidem n. 70
Gratiæ concessæ ex debita, vel de congruo non merentur remunerationem, ex obligatione prag. 8. p. 3. n. 277
Gratia facta mediante contractu est firmior ibi n. 270
Gratia an dicatur perfecta statim quod est signata, Pragmat. 8. par. prima, num. 26
Gratia per verbum indulgeo, non restituit famam, & honores, secus per verbum restituo prag. 6. n. 178
Guidatica non debent dari, nisi promittentibus facere seruitia Curiæ, vel ex causa prag. 6. n. 158

Digitized by Google

Guidatica non solent expediri, nisi cum clausula ne accedant ad loca partis offensæ ibid.n.159
Guidaticum est contractus facio, vt facias, qui per alterius contrauentionem dissoluitur ibi n.159
Guidatus transiens solum, per loca prohibita, an fiat indignus, ibi n.161
Guidatici causa non strictè, sed benignè interpretanda ibi n.163
Guidari non possunt, qui non possunt componi ibi n.164
Guidati delinquentes sub guidatico, an & quando priuẽtur guidatico, distingue, vt Prag.6.n.165
Guidati non possunt carcerari pro debitis, ibi n.166
Guidatus si erit occisus quia foriudicatus, sub excusatione ignorantiæ guidatici, an occidens sit in pœna ibi nu.168

H

Habitus clericalis intermissio, an noceat prag.8.p.3.n.54
Habitus si reassumatur post delictum an iuuet ibi n.41
Habilitationis materia est arbitraria pragmat.19.n.28
Habilitare ad meliores carceres tenetur Iudex infirmum ibi n.12
Habilitari an quis possit stante statuto, vel mandato, vt in carceribus detineatur distinguitur ibi.
Habitans in nouo domicilio, an habeat vsũ in demanialibus, vti ciues pragmat.10.nu.107
Habitus carcerati, qualis esse debeat ad faciendum Iudicem competentem prag.8.p.3.nu.44
Habitans in loco præsumitur in dubio ciuis ibid.p.2.n.231
Habitantes, & habitatores differunt ibidẽ nu.225
Heremitæ an sint personæ ecclesiasticæ, ibid p.2.n.117
Herbæ sunt Domini territorij regulariter prag.11.n.30
Hæres an ex sua persona possit forum declinare prag.8.p.2.n.148
Hæres conuenitur in foro defuncti, si ibi reperiatur, vel lis sit contestata; vel maior pars hæreditatis sit in eo loco ibidem num.146
Hæres conuenitur in loco defuncti, licet ibi non habeat domicilium ibi n.144
Hæreditate adita, non dicitur ea amplius hæreditas, sed patrimonium pragm.1.num.83
Hæresis cognitio spectat ad ecclesiasticum, prag.8.p.1.n.95
Hispani non reputantur exteri in Regno, quoad officia obtinenda, & exercenda prag.5.n.123
Hypotecaria actio, an detur pro consecutione pœnarum prag.8.p.1.n.231
Hypotecaria actio, an sit diuidua, vel indiuidua, adducuntur decisi.S.C.pugnantes ibi p.2.n.200
Hospitia destinare, Principis est, & non aliorum prag.19.n.62
Hospitaliorum, & Rectorum confraternitatum electio spectat ad Vniuersitates, prag.10.n.158
Hospitalia an & quando dicantur religiosa, discutitur prag.8.p.3.nu.59
Hospitalia, & Montes Pietatis quando sub sint Iudici seculari ibi n.119
Hospitalarij rationes, & excessus coram quo Iudice sint videnda, ibi n.118
Hospitandi priuilegio, Baroni concesso, extenditur ad transitum pragmat.1.num.350
Hospitari qui non teneantur, declaratur prag.19.n.64
Hospitari non debent Doctores, sed contribuere, prout etiam Sindici, & Electi, ibi.nu.68
Honor non quæritur ex rebus, sed ex dignitate rub.n.61
Honor Regis offenditur, dum vasalli malè tractantur prag.3.n.60
Hominum status est triplex, supremus, medius, & infimus, ibi.n.26
Hospitia repartiri, & cartellas distribuere est Vniuersitatis, & non Baronis prag.19.

Digitized by Google

INDEX.

I

IGnorantiam Baroni allegans, an & quando excusetur prag. 14. n. 4
Illustres coram Principe sunt conueniendi prag. 8. p. 2. n. 265
Illustres persona præsumuntur maioris iudicij quam alij prag. 3. n. 64
Immunitate concessa à Principe, vel lege extenditur ad munera ordinaria, vel ordinaria, declaratur prag. 10. n. 17
Immunitas patris transit ad filios etiam patre mortuo si viuant in communi ibi. num. 38
Immunitas cessat in necessitatibus magnis Vniuersitatis prag. 1. n. 318
Immunitatem à muneribus personalibus, vel realibus, an Baro possit concedere discutitur prag. 8. p. 1. n. 265
Immunitatis cognitio soli Principi competit ibid. n. 266
Immunitas si erit à Principe concessa intelligitur circa spectantia ad suum, non quo ad munera Vniuersitatis ibi n. 267
Immunitatis priuilegium non extenditur, vt is sit francus ab oneribus Vniuersitatis pro ijs quæ participat ibi n. 268
Immunitatis priuilegium strictè interpretari debet ibi n. 269
Immunitas, an possit concedi per Vniuersitatem exteris venientibus ad habitandum ibi n. 273
Immunitatem etiam à lege tributam 12. liberorum à Principe est tribuenda, & nõ ab inferioribus Guttier. cap. 21. p. 1. tracta. tutel. n. 3
Immunitatem ecclesiasticam violans, vel detrahens, an & quando incidat in excommunicationem prag. 8. p. 3. n. 124
Immunitas patris an prosit alijs fratribus in communione existentibus, ibi declaratur singulariter n. 283
Infeudatio huius Regni quale dominium transtulit in Regem prag. 8. p. 1. n. 146
Imperatoris electio ad septem viros Electores pertinet prag. 10. n. 78
Impositiones nouas, Rex non potest indicere sine consensu Regni prag. 10. n. 23
Incola an gaudeat vti ciuis, declaratur prag. 11. n. 108
Infirmitas officialis, an sit iusta causa remouendi eum ab officio, & an salarium ei debeatur prag. 5. n. 118
Infirmi, & senes, quando excusentur à muneribus personalibus prag. 10. n. 122
Infames an possint ab Vniuersitate respui, si erunt creati officiales, singulariter tractatur prag. 5. n. 169
Infamis non potest dici, nisi sequuta sententia criminis condemnatoria ibi nu. 170
Infamia facti, non facit inhabilem quempiam ad officium, vti infamia iuris, & eorum differentia, declaratur ibidem nu. 171
Infamis non dicitur qui est condemnatus ex delicto, pœna extraordinaria, ibidem nu. 172
Infamia non videtur in dubio contracta, nu. 173
Indultatus à Principe non potest torqueri, secus in gratiatis à Baronibus, qui contra alios possunt torqueri, vt faciant inditium prag. 6. n. 145
Indultus materia, qualiter procedat, & fieri possit, notatur ibi n. 145
Indultatus, an censeatur restitutus ad pristinum n. 175
Indictum quid sit, & quid superindictum, prag. 10. n. 8
Iniuria filio illata, an possit à patre remitti prag. 6. n. 68
Indulgere an possit Princeps vassallis Baronum ibi n. 126
Indulgere non potest Baro post sententiam, nisi expressè hoc sit ei tributum, ibidem nu. 170
Inquisitio non facit quem reum, sed sententia prag. 4. n. 51
Initium quasi possessionis, qualiter probetur ac continuatio prag. 8. n. 226
Instantia cepta coram ecclesiastico, an continuetur in hæredem laicum prag. 8. p. 3 nu. 98
Instantia perempta, pereunt acta probatoria criminalia prag. 6. n. 40
Instantia cepta cum defuncto, an transeat in clericum, vel possit forum declinari ibi num. 99
Initium delicti, est spectandum ad cognoscẽdum ad quem iurisdictio spectet, prag. 8 p. 2. n. 168

Iu-

Digitized by Google

Individuum quot modis contingere potest, ratione rei, causæ, vel personæ.
Incolatus ex quibus coniecturis præsumatur constitutus prag. 8. p. 2. nu. 227
Inquisitionis remedium dicitur ordinarium in Regno in delictis suprà relegationem ibid. n. 122
Inuestitura feudi est respicienda plusquam natura prag. 8. p. 1. n. 2
Inuestitura loco pacti consideratur, & potest admittere ea quæ sunt extranea naturæ feudali ibi n. 3
Inuestitura prima est inspicienda, & vocatus ex ea, non potest per sequentes præiudicari ibi n. 13
Inuestitura requirebat multas sollemnitates, quæ recesserunt ab aula ibi n. 16
Interesse dependens ex causa criminali non potest cessione bonorum solui prag. 6. nu. 122
Interesse voluntatis, excedit interesse facultatis prag. 4. n. 100
Introitus iurisdictionis sunt magnæ extimationis, & qualiter appretientur prag. 4. nu. 61
Instrumentum nullum, probat voluntatem contrahentium, & potest actus nullus testibus probari prag. 1. n. 365
Instrumenta confecta inter Baronem, & vasallos, non valent si fiant à Notarijs vasallis, quod limitatur pluribus modis ibi nu. 364
Instrumentum, an possit rescindi per creditorem, si venditor non procurauerit assensum in tempore promisso prag. 1. nu. 304
Instrumento rescisso, non currunt tertia conuenta, sed interesse debetur, sed ad quantam summam liquidetur, declaratur ibi n. 303
Instrumentum liquidatum ampliùs non potest præsentari, sed nascitur noua actio ibi n. 302
Interesse qualiter diuersimodè taxari soleat, notatur prag. 1. n. 301
Interesse semper est excomputandum, etiam in contractibus reprobatis ibi n. 273
Interdictum vti possidetis, non datur in summario possessorio, vbi ius resistit ibi. nu. 230
Interpretatio in dubio sumitur ex præsatione, an lex sit localis, vel generalis, rubric. nu. 2
Iniustum fit iustum ex temporis antiquitate prag. 10. nu. 8
Irrigatio aquæ in Hortis, an possit à Barone prohiberi prag. 14. n. 29
Infeudationis origo, ponitur in rub. n. 9
Inconuenienti vno posito, plura sequuntur, prag. 4. n. 8
Initium malum, tristem exitum designat, ibid. n. 11
Inquisitus non potest ad nouos honores promoueri, sed veteres non perdit lite pendente prag. 5. n. 82
Irinarchæ de iure nominantur viri, qui curam habent componendi paces ciuium, prag. 6. n. 45
Inuenta, quando tuta conscientia possint retineri, refertur prag. 8. p. 1. n. 254
Intuendum est ad id, quod principaliter, & non ad quod in consequentiam venit, prag. 8. p. 3. n. 288
Insula intra mare Baroni concessa, intra quantum iurisdictio extendatur prag. 8 p. 1. n. 293
Insularum assignatio relegatis, non competit Baronibus, sed Principi pragm. 8. par. 1 num. 130
Iniustitia tripliciter infertur, denegando, ommittendo, & iniustum faciendo prag. 3. nu. 138
Instantia causæ, an possit breuiari per superiores, dum remittunt causam ad Barones prag. 3. n. 150
Inuestitura pro hæredibus quibuscunq; est magna importantiæ, & concedit facultatem testandi prag. 3. n. 22
Iudex causæ præparantis an possit esse præparatæ prag. 8 p. 3. n. 179
Iudex secularis potest cognoscere de donatione facta à laico clerico simulatè, & in fraudem ibi n. 176
Iudex secularis an sit competens super interdicto adipiscendæ, vel retinendæ, & recuperandæ, distinguitur ibi. n. 86
Iudex quando se ipsum competentem declarare possit, ibi. n. 72
Iudex secularis non potest inhibere ecclesiastico ibi nu. 85

Iu-

Digitized by Google

INDEX.

Iudex secularis, an possit cognoscere super causis mercantiæ clericorum ibi n. 78

Iudex secularis potest cognoscere de clerico assassino, & quæ requirantur, ibi. n. 41

Iudex secularis, an teneatur exequi sententiam Iudicis ecclesiastici, si allegetur nulla, vel iniusta ibi n. 7

Iudex criminalis, an possit ciuilem punire, declaratur prag. 8. p. 2. nu. 260

Iudex originis, si præueniat an sit potior Iudice delicti, benè declaratur ibidem nu. 211

Iudex delicti, est potior omnibus, sed quid si reus non est in suis fortijs, ibi n. 207

Iudex loci contractus, an possit citare contrahentem extra suum territorium, ibi. nu. 154

Iudex capiens furem potest punire, sed si non habet informationem, an possit cogere Iudicem delicti, vt remittat, benè declaratur prag. 8. p. 2. n. 138

Iudices delicti, quando teneantur remittere causas ad Iudicem capiẽtem, declaratur ibi ex nu. 120

Iudex ciuilis quando extraordinariè possit punire quemquam, notatur ibid. par. 1. n. 377

Iudex ciuilis, ratione contemptus suæ iurisdictionis quando possit punire, ibidem nu. 376

Iudices Baiulorum, possunt esse plures in vna bancha ibi. n. 354

Iudex, pro finium terminatione habet latè officium, & potest adiudicare plus vni, quàm alij ibi. p. 2. n. 20

Iudex prorogatus, dicitur ordinarius ib id. p. 1. n. 102

Iudex quis erit competens, fracti exilij, ille qui condemnauit, si fuit appellationis, vel Iudex ordinarius, & an dicatur nouum delictum, prag. 7. n. 45

Iudex dissimulans, vel non dans condignã pœnam, eadem pœna tenetur, pragma. 6. num. 7

Iudex poterit in sententia condemnatoria decernere, ne reus inde sit infamis prag. 5. nu. 176

Iudex iniustitiam faciens, causa debet priuari etiam in damnum Baronis prag. 3. nu. 136

Iudex secundarum causarum, an debeat esse annalis ibi n. 143

Iudices inferiores, an possint alterare leges in casibus necessitatis, vel requirendus sit Princeps prag. 1. n. 250

Iulius Cæsar Imbrianus Auditor in Calabria Vltrà, laudatur prag. 6. n. 101

Iuramentum fidelitatis, & assecurationis debet præstari infra annum, aliàs datur ius reuocandi prag. 8. p. 1. n. 18

Iuramentum potest præstari per procuratorem, licet sit personale ibid. nu. 21. cum seq. & nu. 343

Iurisdictio si dependeat ab Vniuersitate, appellatio ad superiores, non ad Baronem erit facienda prag. 10. n. 85

Iurisdictione non potest Princeps se expropriare in totum, prag. 1. n. 44

Iurisdictio quando priuatiuè, vel cumulatiuè, concessa dicatur, benè explicatur, ibi n. 361

Iurisdictio an per mortem concedentis expiret, re non integra, prag. 5. n. 112

Iurisdictio particularis, an possit per Baronem reseruari in præiudicium officialis ordinarij. prag. 6. n. 187

Iurisdictio tripliciter conferri potest, in allodium, in feudum, vel in officium, prag. 8. p. 1. nu. 32

Iurisdictio in dubio semper præsumitur à concedente reseruata, licet fiat plenariè ibi nu. 35

Iurisdictioni Ecclesiasticæ detrahens, est excommunicatus prag. 8. p. 3. n. 33

Iurisdictio ciuilis, an statim censeatur concessa, facta inuestitura de vasallis prag. 8. p. 1. n. 147

Iurisdictio non censetur concessa, si illa subiaceat alteri, ibi. n. 50

Iurisdictio potest dari in parte, in territorio alterius Baronis n. 54

Iurisdictio coheret territorio, sicut nebula super paludem ibi n. 55

Iurisdictio quando datur super vasallis nõ habentibus territorium est plenior, nam possunt auocari vasalli à quocunq; loco, ibi nu. 56

Iurisdictio an possit per reos prorogari in Barones de casibus reseruatis M. C. plenè excutitur prag. 8. p. 1. n. 102

Iu-

Digitized by Google

Iurisdictio non potest prorogari, quando priuatiuè alicui est concessa ibi n. 109
Iurisdictio semper præsumitur priuatiuè, quando datur contemplatione personæ, ibi nu. 111
Iurisdictio ordinarij difficulter excludi potest n. 112. ibi.
Iurisdictio priuatiua differt ab abdicatiua, ibid. n. 113
Iurisdictio prorogati, quæ potest elidi ex priuilegio, vel simili, quousq; non opponatur procedit ibi n. 124
Iurisdictio concessa ordini, vel collegio, an priuatiuè concessa videatur ibidem num. 127
Iurisdictio ad certum genus personarum data, priuatiuè præsumitur ibi nu, 129
Iurisdictio quanto tempore præscribatur, prag. 8. p. 3. n. 130
Iurisdictio Baronum per viam legis generalis, minui potest ibi. p. 1. n. 175
Iurisdictio Nundinarum concessa à Rege mediante consensu Baronis, à quo videtur accepta, benè explicatur ibi n. 188
Iurisdictio ad mare censetur tributa propè territorium ibi n. 287
Iurisdictio ponderum, an priuatiuè data videatur ad Barones ibi nu. 298
Iurisdictionem voluntariam, an clericus declinare possit, declaratur prag. 8. par. 3. nu. 32
Iurisdictionalia ecclesiastica, an possint præscriptione quari, declaratur ibi n. 33
Iurisdictio debet defendi, alias vilescit ibi. num. 36
Iuramento perhorrescentiæ non præstito, variatio non substinetur, pragm. 8. par. 1. num. 342
Iuramentum perhorrescentiæ non tenentur præstare Curiales, Neapolitani, & alij, qui habent fori electionem ibi n. 344
Iuramentum prædictum, an debeat præstari, quando variatur causa à Tribunali maiori, ad inferius ibi n. 345
Iustitia est de iure diuino, & iure naturæ, ex Adam quando peccauit, & ex Lucifero prag. 3. n. 98
Iustitia exigitur etiam in cetu latronum ut substineri possint ibid. n. 102
Ius pascendi herbas, & spicas, an præsumatur Vniuersitatis, vel Baronis prag. 11 nu. 22. quid in fundis priuatis.
Ius fida præsumitur de demanio Baronum & alia multa in quibus habent fundatã intentionem, ibid. nu. 23
Ius laudemij qualem contractum designet, ibid. nu. 66.
Ius prohibendi præsumitur habere Baro, vel Vniuersitas, si sola habeat ipsa molendina, vel furnos, Prag. 14 nu. 22
Ius portelli carcerum ad quem pertineat, Prag. 19. nu. 39
Ius portelli, non debetur à carceratis in multis casibus ibid. n. 40
Ius sigilli an licitum sit exigi à vasallis prescripturis ibi n. 46
Ius exituræ, est de regalibus, & extra Regnum, nulli licet extrahere sub pœna prag. 1. n. 342
Ius hospitandi est de regalibus, & non subintelligitur concessum Baronibus prag. 1 nu. 349
Ius audiendi lamentationes, & appellationes est de regalibus, prag. 8. p. 1. nu. 147
Ius retractus an habeat locum in locatione ad modicum tempus, ibid. n. 159
Ius dubium excusat possessorem, à fructuũ condemnatione prag. 1. n. 267
Ius transitus, non videtur exceptus, concessa camera pragm. 8. p. 3. n. 285
Ius exigendi passus à transeuntibus est de regalibus, ratione protectionis viarum ibid. p. 2. n. 43
Ius piscandi, & aucupandi, præscriptione queri potest, etiam à priuatis, in certo loco ibi. n. 25
Ius piscandi, priuatiuè ad vasallos non videtur concessum Baroni, ex concessione aquarum ibi n. 37
Iustitia summariè leuato velo, etiam feriatis diebus, exerceri potest pro abundantia seruanda, prag. 1. n. 326
Iustinianus Imperator, edidit legem, vt Iudices sine suffragio eligerentur pragm. 4 nu. 10
Iustitiam Deus posuit in manibus potentũ, vt resisti possit temeritati facinorosorum ibidem.
Ius collectæ pedagij, pontis, & similium, est fisci, & non Baronum prag. 8. p. 1. n. 150

Digitized by Google

Ius prohibendi, ex quibus coniecturis præsumatur prag.14.nu.20
Ius prohibendi non potest concedi per Principem,in præiudicium habentium molendina, & cætera ibi nu.10
Ius pascendi an sit Baronum,vel Vniuersitatis prag.11. n.197
Ius pascendi an competat in fundis priuatis Baroni ibi n.198

L

LAtronum causæ cognosci possunt per capientes,& qualiter hoc intelligatur, declaratur prag.8.p.2.n.107
Latronum causæ quando remicti debeant Baronibus,etia si alij eos cœperint, latè declaratur ibi.
Latro infra decem dies potest post contumaciam foriudicari ibi n.121
Latrones vocantur etiam Piratæ maris ibi nu.127
Latrones non possunt componi ex pluribus prag.6.n.89
Latrones capiens, habet prærogatiuam eos puniendi per Pragmaticam, sed an habeant authoritatem petendi à quocumq; Iudice remissionem eorum inquisitionũ, latè explicatur,& deseruit hæc quæstio multis casibus prag.8. p.2.nu.107.cum sequ.
Labor quando recipiat diuisionem,prag.16 nu.52. & 55
Lapides prætiosi inuenti in fundis priuatis, an sint Domini, vel Baronis, aut fisci prag.8.p.1.n.252.& seq.
Laici pro causa Hæresis, possunt à Iudice ecclesiastico detineri prag.8.p.3.n.212.
Laicus,& clericus si insolidum in instrumento fuerint obligati, an possint in vno foro conueniri ibi nu.188
Laici an possint trahi ad forum ecclesiasticum pro actione reali, ibid.n.134
Laici an possint conueniri actione personali,in foro ecclesiastico pro bonis ecclesiæ, ibi nu.70
Laicus an per viam expromissionis possit cauere de præsentando clericum ibidem num.86
Laici prorogantes iurisdictionem regiam qualiter puniantur ibi n.54
Laicus obligatus pænès acta secularia, si fiat clericus, an possit incusari in ea Curia ibi nu.31
Laici fideiubentes in ecclesiastico foro,an possint cogi ad pœnam in casu commissi, ibid.n.25
Laici non possunt regulariter carcerari per Prælatos ibi nu.91
Laudemium an semper debeatur pro venditione rerum feudalium, prag.11. nu.66 distinguitur.
Legem non seruans quando mortaliter peccat,distinguitur rub.nu.109
Lex in tantum valet, in quantum est iusta,& vtilis,& rationabilis, pragm.1. num.15
Lex an per non vsum possit tolli,prag.4.n. 6.& prag.8.p.3.n.312
Lex posterior dans nouam pœnam, an tollat primam,vel sint cumulatiuæ, ibidem nu.30.
Lex localis,non trahitur extra locum prag. 6.n.96.& in rub.
Legatus ab Vniuersitate si capiatur à latronibus,vel Hostibus,an eũ teneatur redimere prag.1.nu.71.Carrot.tract. locat. latè.
Legatum de mille,si nupserit,& quingentis si monacha fiat,an dicatur exorbitans,dũ præponitur carnale spirituali, prag.1.n. 96.& n.100
Legatum pro matrimonio,an debeatur contractis sponsalibus tantum ibi n.98
Legatario an debeantur vsuræ rei legatæ, quæ erant maturatæ prag.5.n.53
Legatum alimentorum,debetur in principio anni, sed si legatarius moriatur in medio anni, an faciat suos hæres legatarij, ibid.n.41
Legatũ inuitatorium ad nuptias,valet, sed non pœnale prag.9.n.80
Legatum pœnale in matrimonijs obseruandis,quando substineatur,latè ibid.
Legatum impeditiuum matrimonij non valet in virgine,secus in vidua ibid.
Legatum pœnale, ne cuiquam molestia inferatur, intelligi an debeat de molestia facti,vel iuris prag.3. n.43
L. bene à Zenone C.de quadr.præscr. limitatur prag.1.n.127
L.proculus ff. de vsufruct. singulariter expen-

Digitized by Google

ſpenditur ibid. nu. 134
L.*cum de in rem verſo, declaratur ibidem num.*239
L.*fin.C.de vend.rebus ciu.expenditur ibidem nu.*261
L.*fin.ff.de exerc.act. eſt ſingularis,quod creditor non debet eſſe ſolicitus de iuribus debitoris in quam cauſam conuertat pecuniam,ibi.nu.*311
L.*prima C.non licere habitator.loca ſua ad extran.transferre eſt notabilis quod ciues non debent territoria conuicinis alienare prag.*1.*n.*332
L.1.C.*de tractis lib.*10.*explicatur ibidem num.*344
L.*pen. ff.de re milit. quod deſtinatio habetur pro facto, expenditur pragm.* 8.*p.*3 *num.*59
L.1.C.*vbi de ratioc.conueniri poſſit,non procedit in rationibus priuatis, ſed publicis ibid.p.*2.*n.*156
Lex *per non vſum non tollitur ibidem p.*3 *nu.* 202
L.*Epiſcopale C.de epiſc.& cler. nouiter expenditur ibid.num.* 15
L.1.C.*vbi fideicommiſſum peti debeat limitatur ibid.p.*2.*n.*147
L.*Roma ff.ad municipales, qualiter ſit intelligenda ibid.n.* 65
L.*boue § hoc ſermone ff.de verbor.ſig. interpretatur prag.*8.*p.*1.*n.*349
L.*matorem ff.de pact. vbi de concurrentia creditorum agitur, declaratur ibidem num.*279
L.*nullum C.de teſt.procedit cumulatiuè nõ priuatiue ad Barones ibi n.*220
L.1.C.*ne liceat tertio prouocare non habet locum in inſtantijs Curiarum Baronalium ibid.n.*196
L.*quoties C.de reiuend. an procedat in feudis prag.*8.*p.*1.*n.*24
L.*quoties prædicta procedit in emptionis contractu,& non in cæteris ibi n.*25
L.*Titium,& Mæuium ff.de admin.tut.ſingularis, & nouus intellectus traditur, prag.*6.*nu.*190
L.*hodie ff.de pœnis interpretatur ibidem num.*107
L.*lex vectigalis ff.de pignor.quando reſoluto iure datoris reſoluatur ius acceptoris, declaratur prag.*5. *nu.*107
L.*ſi præſidium C.de prædijs minorum limitatur prag.*4. *n.*90
L.*pen.C.de ſolut.exornatur prag.*1. *n.*73
Lex *requirens quid per expreſſum non ſufficiet eam adimpleri per tacitum prag.* 8 *p.*1.*nu.*100
Lex *generaliter loquens recipit reſtrictionem à iure communi prag.* 19.*n.* 24
L.*tranſigere C. de tranſact. non habet locũ in Regno prag.* 6.*n.*48
L.*cogi C.de pet. hared. declaratur prag.*11 *num.* 27
L.*fin.C.de modo mulct: non eſt in obſeruãtia prag.*14.*n.*61
L. *interpoſitas C. de tranſ. interpretatur prag.*9.*nu.* 22
Legem *non poteſt imponere inferior ſuperiori prag.*14. *n.*54
Legata *ad vnum vſum, an poſſint conuerti in alium prag.*11. *n.*36
Legatum *ne filij contrahant matrimonium cum aliqua familia,an valeat pragm.*9. *num.*27
Legatum,*vt puella fiat monaca valet ibid. nu.* 38
Legati *non poſſunt mitti ad Regem,ſine licentia Proregis prag.* 10. *n.* 93
Leno *propriè quis dicatur prag.*6. *n.* 93
Lenocinij *cauſa,non remittitur Baronibus prag.*8.*p.* 2.*n.* 133
Legitimati *an conſequantur honores familiæ ibi.p.*1.*n.*286
Legitimare *non poſſunt Barones, nec Proreges.ſed patres ſic ibi n.*285
Læſæ *maieſtatis crimen habet plura capita, ſed ſemper in potiori ſtatutũ interpretatur ibi.n.*94
Licentiatus *an ſit nobilis prag.*19. *n.*21
Licentia *pro parlamento eſt danda ab officiali,alias puniri poſſunt illi de regimine pragm.*10. *n.*60
Licentiam *tenentur petere à Iudice ciuili, & non à criminali,ibid.*
Licentiam *an teneantur petere ciues pro cõgregando parlamento contra Baronem pro litibus ibid.*
Licentia *ſuperioris requiritur,vt quis finito exilio,vel relegatione poſſit exire, prag.*7.*n.*18

Digitized by Google

Liber reintegrationis, an probet pragm. 11. num. 210
Libri Aerariorum, vel inuentaria Baronũ an probent prag. 14. n. 24
Libellus contra Baronem qualiter sit concipiendus prag. 3. n. 94
Libera præsumuntur omnia, de iure naturæ prag. 11. n. 28
Liberum est in suo facere, quod quis velit prag. 14. in princ.
Lite pendente inter Baronem, & vasallos, quis obtinere possit, accuratè explicatur pragm. 1. nu. 241
Litera assecurationis, loco inuestiturę habentur prag. 8. p. 1. n. 17
Literis testimonialibus Episcopi, non creditur ibi. p. 3. n. 80
Litigiosa res translata in clericum, an possit exequi contra ipsum, recta via, explicatur ibid. nu. 103
Locutio indefinita æquipollet vniuersali, prag. 1. n. 91
Locus designatus pro alimentis, an præsumatur loco demonstrationis, vel dispositionis positus, vtiliter explicatur ibi nu. 139. & seq.
Locus solutioni adiectus, quando dispositiuè censeatur prag. 4. n. 53
Locumtenens an possit esse in propria patria prag 5. nu. 14
Locumtenens non potest constitui, nisi pro modico tempore, ibid. n. 16
Locumtenentem an possit sibi constituere officialis in casu absentiæ, ibid.
Loca partis offensæ probibita per guidatica, an intelligantur de omnibus, vbi stant consanguinei, vel de proximioribus in gradu pragm. 6. n. 162
Locus originis, vel domicilij, an possit reo interdici à Iudice delicti, & è contra prag. 7. num. 18
Locus vbi residet Princeps, & eius Vicarius, exiliatis censetur interdictus, & an vbi residet Prouincia, explicatur ibi. num. 20
Loco alienato, omnia quę loco adiacent, data censentur prag. 8. p. 1. n. 49
Locata terra per Baronem alicui, an vasalli teneantur præstare illi obsequia, & adiutoria, declaratur ibi n. 156. & prag ma. 12. n. 40

M

Magna Curia est Iudex competens sine interuentu parium rub. n. 19
Magnificentia Principis, circa quæ versetur, ponitur prag. 1. n. 80
Magna Curia, habet multos casus. sibi cõpetentes, priuatiuè, ad Barones nisi illi specialiter sint priuilegiati ibi. nu. 82
M. Cur. & R. Audientiæ sunt Iudices ordinarij, & quousq; non fuerint præsentata priuilegia Baronum dicuntur competentes, sed limitatur ex nouissima prag. ibi. num. 84
Magistri Iurati officium est, denunciare malefactores, & non potest eligi ab Vniuersitate, sed à Barone prag. 10. n. 87
Malitijs vasallorum non est indulgendũ, prag. 16. n. 28
Malum regimen, & inordinata administratio Ciuitates depauperant prag. 10. n. 78
Malefici non sunt patiendi viuere super terram prag. 6. n 76
Maior pars non sufficit, in ijs quæ pertinẽt singulis, vt singulis pragm. 11. n. 2
Mascaræ. seu personatus, possunt per banna probiberi prag. 14. nu. 27
Mali Magistratus ex Deo sunt rub. n. 106
Mandata superiorum, ne quis contrahat matrimonium illo consulto an subsistat de iure prag. 9. n. 10
Mandatum generale, non comprehendit casus specificos prag. 1. n. 106
Mala fides præsumitur quando quis iure resistente, emit & vendit ibi. n. 364
Maritus illustrat sua nobilitate vxorem, sed non è contra, fallit in titulis; nam maritus decoratur titulo Comitatus vxoris & cęterum, rub. nu. 45
Maritus titulatus, ex feudo vxoris, etiã eo mortuo remanet illo insignitus impropriè ibi n. 46
Maritus percipiens fructus vxore tradicta, an si illa statim moriatur lucretur illos, vel pro rata anni prag. 5. nu. 34
Masculinum quando concipiat fœmininũ rubr. num. 51
Mater si maritet filiam, an possit petere adiutorium à suis vasallis prag. 1. n. 94
Mater an possit allegari suspecta, ne filia cohabitet cum illa prag. 9. n. 10

Digitized by Google

Maritatio puellæ spectat ad proximiores, prag. 9 num 6
Matrimonium clandestinum non valet, & quando dicatur clandestinum, ibidem num. 29
Maranta impugnatur in multis, prag. 8. p. 3. num. 183
Matrimonium an possit contrahi per procuratorem ibi nu. 24
Matrimonium fuit primum sacramentum institutum ibi nu. 1
Matrimonium metu factum, an possit dirimi, copula sequuta ibi num. 8
Matrimonium per vim inferens, excommunicatur ibid.
Matrimonium habet magna, & præcipuas singularitates, & fauores, qui explicantur ibid.
Matricula quid designet pragm. 8. par. 2 num. 163
Matriculas plures habens, qua possit gaudere ibi nu. 164
Mensis quot dies habeat, & quid si est bissextus prag. 5. nu. 30
Mensis datus ad colligendum sarcinulas, an ipso iure censeatur datus pra. 6. n. 48
Mercatura non conuenit nobilibus prag. 1. num. fin.
Mercari, & industriari differunt, prag. 12 num. 16. nec officialibus prag. 4. num. 39 latè.
Merum imperium an transeat in generali concessione prag. 8 p. 1. n. 61
Merum imperium quando cepit communicari traditur ibid. nu. 64
Merum imperium aliud ordinarium, aliud absolutum & dantur exempla ibi n. 71
Melius nemo dimicti debet à facie Principis rub. nu 94
Milites, & Doctores ob delicta militiæ exui possunt cingulo militiæ prag. 10. num. 26
Milites Hierosolymitani an feuda tenere possint prag. 1. n. 47
Militaria priuilegia cessant hodie, ibidem num. 76
Milites Hierosolymitani sunt verè milites, & gaudent priuilegijs iuris ibidem nu. 77.
Milites quando gaudeant fori priuilegio si non stant sub vexillo, sed in patria, latè declaratur prag. 8. p. 1. num. 180
Milites non debent hospitari, nec sua familia, ibi p. 3. nu. 172
Milites vti filij debent educari à nobis, dū pugnant, & defendunt nos ibi n. 171
Miles si quis fiat post delictum, à quo erit puniendus, latè explicatur prag. 8. par. 2 num. 184
Milites an possint pro debitis post militiam carcerari, decisiones pugnantes adducuntur ibi num. 182
Milites nouæ militiæ, & alij in ciuilibus, an habeant fori priuilegium extra vexillum ibi nu. 181
Milites veterani, habent pensiones, sed non gaudent foro militari ibi nu. 180
Milites stipendiati, qui dicantur, ibidem num. 178
Mixtum sub simplicibus non comprehenditur prag. 6. n 115
Monitio vnica non sufficit in præiudicialibus sed tres requiruntur pragm. 3. n. 74
Monaci, & Religiosi pro nobis orantes, & pugnantes, debent à nobis ali, vti & milites prag. 8. p. 3. nu. 280
Monitorijs per Episcopum concessis, si extāt reuelationes, an vt denunciatus exeat à peccato, Prælatus possit cognoscere de causa ibi nu. 182
Monitio Episcopi, non est necessaria, vt clericus perdat fori exceptionem, si habitum non gestat, sed ipso iure ammittit eam, ibid. nu. 66
Monialis vi, & metu professionem emittēs, an cessante causa metus, possit eam reuocare prag. 9. nu. 17
Mora an possit purgari, si quis non adimpleuit in tempore, offerendo, intra tantundem temporis satisfacere pragm. 5. nu. 98.
Mora non potest purgari in contractibus resolutiuis prag. 4. nu. 79
Monaci per ingressum Religionis exeunt à patria potestate, sed non perdunt suitatem prag. 1. nu. 102
Monialis dote ei non constituta, succedit patri in toto paragio, & non in dote soluta monasterio dari ibi nu. 101
Monacus si efficiatur Episcopus non exuitur à regula, vel habitu rub. nu. 70

Digitized by Google

Moratoria ex gratia vt valeat, quæ requirantur, ponitur prag.8.p.1.n.283
Moratoria à solo Principe *datur, sed concurrentia solum per superiores etiam, ibid.*
Meliorationes quando excedũt rei valorẽ quid agendum pr.11.n.231
Metus purgatur ex ratihabitione actus, prag.9.n.10. dummodo cesset causa metus.
Metus quis dicatur legitimus ad impediendum, vel dirimendum matrimonium, ibi nu.56
Metus qualis esse debeat nobili, & qualis ignobili, arbitrio Iudicis relinquitur ibi. num.58
Metus reuerentialis an detur in matre, vel fratre, & qualiter probetur, & quando rescindat actum ibi n. 59
Metus dicitur indirectè illatus, per cruciatus filiorum ibi nu.61
Metus an noceat tertio, *qui non est particeps illius, singulariter declaratur prag. 10.nu.69*
Mercata non possunt fieri in terris sine assensu, sed nundinæ sic & de differentijs earum prag 8.p.2.n.33
Mercator an possit conueniri in omni loco, pulchrè tractatur ibid.n.159
Miserabiles personæ quæ sint quæ habent priuilegium variandi numerantur, ibid. p.1.num. 333
Molestia generalis vasallorum est necessaria, vt Baro feudo priuetur prag.3.n.93
Molendina, cuilibet esset licitum ędificare sed non in aquis quia sunt Baronum, prag.8 p.2.n.33
Mulcta, quid differat à pœna, pragm. 14. num.60
Mulctam non potest imponere nisi ordinarius, & non delegatus ibi n. 62
Mulieres possunt esse baliæ pupillorum feudatariorum rub.n. 48
Mulieres possunt tenere feuda. sed non officia rub.nu. 50
Mulieres ob honestatem mitius castigantur prag.6. num.24
Mulier cognita, differens conqueri, & accusare, præsumitur ex voluntate, & non vi cognita prag.8.p.1.num.331
Mulier nupta an perdat priuilegium sui fori, disputatur ibid.p. 2.nu.192
Mulieres illustres non indigent mundualdis prag.3. n. 100
Murmuratio populi, interrumpit præscriptionem Baronis, contra ipsam Vniuersitatem prag.1. nu.215. & Prag.12
Mutatio semper parat discordias ibi n.177
Munera pretio redimi non possunt per Barones prag.4 nu.65
Munera possunt continuari in separatis, & qui fuit Syndicus *poterit in sequẽti creari Aerarius prag.5 n. 138*
Muri, & fossata sunt Vniuersitatis, & non Baronum prag 8.p.2.nu.10
Munus patrimoniale quid proprie sit notatur prag. 10. nu.15
Munus patrimoniale ordinarium, & quid extraordinarium, & differentię ponũtur ibi nu.16.cum seq.
Mutari non potest forma rei concessæ prag. 11.nu.76
Murorum reparatio ad quem pertineat, prag.19.nu.60
Munerum, & angariarum, diuersa est natura prag.16. n.28
Munera sunt iniungenda secundum qualitatem vasallorum, & nobilibus sordida non sunt indicenda ibi num.39
Munera Aerariatus, & similium Baro vltra annum compellere non potest ibid. num.88
Munera subuertunt Principes, *ac Deos placant prag.4.nu. 98*
Mulier Neapolitana *an sequatur forum viri, prag 8.p.2.n.199*
Multa tenent facta, quæ impedirentur facienda, limitatur ibi. p.3. nu.61

N

Natus in aliquo loco quando acquirat ibi domicilium, ardua quæstio prag. 8.p.2. nu.238
Natura semper properat nouas edere formas ibid. nu.24
Naturalia, & substantialia feudi, quæ sint ibid.p.1.nu.5
Naturalia possunt alterari, & tolli, sed substantialia non ibid.n.6
Naturale desiderium est quærere dignitates, & lucra prag.4. nu.90

Na-

Digitized by Google

Natalium restitutio soli Principi competit supra verbo legitimare.

Neapolim nulla iurisdictio extranea sine licentia Proregis exerceri potest prag. 3 nu. 189

Necessitas, & publica vtilitas æquiparantur prag. 1. n. 181

Necessitatis extremæ tempore, omnia cõmunia ibid. n. 183

Necessitatis, & vtilitatis publicæ causa multa alienari permittuntur, de iure prohibita ibi n. 249

Neapolitani orti, & oriundi ab hospitijs excusantur prag. 12. n. 7

Neapolitani non possunt prorogare iurisdictionem in alium prag. 8. p. 1. n. 128

Neapolitani an gaudeant immunitate, pro bonis quæ possident extra districtum, ibid. p. 2. n. 230

Nepos ita consequitur originem aui, si eo viuo nascatur ibi n. 237

Negligentia officialis qualiter puniatur, prag. 3. n. 157

Officialis vt constituatur in negligentia pluries interpellari debet, ibi.

Negligentiã Prælati non potest supplere Iudex secularis prag. 8. p. 3. n. 23

Nemora, & montes sunt de demanio Baronum, & in ijs habent fundatam intentionem prag. 11. nu. 18

Nobiles an possint condemnari ad inseruiẽdum in Regijs triremibus nobiliter, discutitur prag. 7. n. 40

Nobilis acceptans exilium, & iurans in casu inobseruantiæ triremes, an possit vti exceptione nobilitatis in casu inobseruãtiæ, declaratur ibid. n. 38

Nobilitatis priuilegium an possit renunciari, controuertitur ibi n. 39

Nobilitatis exceptio nõ potest opponi in secunda instantia prag. 7. nu. 41

Nobili non possunt indici munera sordida, prag. 10. n. 62

Nobiles actiones regulariter faciunt sequẽdo natales prag. 3. n. 119

Nobiles præferuntur diuitibus in concurrentia officiorum prag. 10. n. 114

Nobiles non mittuntur ad triremes, nec laqueo suspenduntur, nec fustigantur prag. 7. num. 4

Nobiles mitius carcerari debent, quam ignobiles, & non debent detineri cum plebeis ibi. n. 17

Nobilis satis dicitur carceratus si Palatiũ ei assignetur, sed recipit limitat. ibid.

Nobilis perdit priuilegia nobilitatis ob certa crimina, vti furti, roboriariæ ibi n. 25

Noctis custodia est Vniuersitatis, aliquando Baronis prag. 8. p. 3. nu. 107

Noctis iter per habitatum prohiberi potest sub pœna, supra verbo Bannum.

Nominationem habens, & prærogatiuam proponendi officialem in aliquo loco, an perdat si sit contumax, vel exul. ibi p. 1 num. 42

Nomina debitorum Aerarij facta inexigibilia cuius periculo cedant pragm. 16. num. 91

Nominare, & eligere differunt prag. 10. nu. 83. & quis tribuat ius, nominans, vel eligens, vel confirmans.

Nouitates semper parturiunt inconuenientia ibid. nu. 7

Nouus intellectus ad prag. 5. tit. vbi de delict. prag. 8. p. 2. n. 117

Nouitij an gaudeant foro ecclesiastico, & immunitate ibi p. 3. n. 116

Numerus singularis quandoq; extenditur ad pluralem p. 1. n. 85

Numeratio foculariorum Reg. Cur. quoties fiat, & an ad instantiam alicuius fieri, iterum possit, prag. 1. n. 108

Numerationem focolariorum fraudans punitur supra relegationem, ibid.

Nullitas concessa fauore minorum, Ecclesiæ, si illa non opponatur, per ipsos, actus an possit dici nullus, & impugnari prag. 1. num. 256

Nullitas euidens impedit liquidationem instrumenti ibi n. 298

Nullo declarato contractu, res est restituẽda cum fructibus, & pretium cum vsuris ibi n. 200. prag. 4. n. 88

Nullus si declaratur contractus, ex callidîtate alterius, cum eo durius agi potest circa vsuras, & adducitur singularis quæstio prag. 4 n. 89

Nuntij Regis non possunt citare in terra Baronis sine licentia illius pragm. 8. p. 1 num. 163

Digitized by Google

Nuntÿ Regis citantes in terra Baronis sine eius licentia, an nulliter citent, declaratur ibid. nu. 164

Nuntÿ vel commissionati superiorum, si deliquerint in terra Baronis, an possint ab eo puniri, discutitur ibi nu. 228

Nuntÿs circa suorum officium an credatur plene ibi n. 189. & nu. 185 p. 2

Nundinarum concessio ad solum Principem spectat prag. 8. p. 2. n. 52

Nundina non possunt concedi, nisi citatis vicinis, illas habentibus pro eorum interesse ibi nu. 54

Nuntÿ, & Birroarÿ extorquentes vltra debitū qualiter puniantur prag. 4. n. 28

O

OBligari an possit ecclesiasticus pœnes acta Iudicis secularis pragm. 8. p. 3 num. 19

Obligatio pœnes acta Iudicis secularis, an possit incusari si laicus obligatus fuit clericus ibid. nu. 17

Obligatio pœnes acta Curiæ Baiulorum, an possit exequi realiter, & personaliter, discutitur ibi. p. 1. n. 355

Obligatio pœnes acta differt ab instrumēto executiuo in multis, notabiliter declaratur pro distinctione iurisdictionis ciuilis & criminalis ibid. n. 118

Obligatio pœnes acta potest accusari ver procuraturem ibi n. 359 sed non instrumentum via ritus.

Oblati quando potiantur priuilegio fori ecclesiastici, & immunitatum prag. 8. p. 3. num. 114

Obligatio nascitur ex longa præstatione fauore piæ causæ prag. 1. nu. 237

Occupare de facto licet bona quibus ius resistit alienari, sine licentia Principis, & Baronis, latè discutitur prag. 8. p. 2. n. 23

Occidere foriudicatos, adulteros, fures, cur per legem ciuilem statui potuit contra legem Decalogi (non occidas) bene declaratur prag. 6. n. 145

Occidens Baunitum, vt gaudere possit an oporteat, vt sit in paritate criminis, ibi. num 137

Occidens Bannitum non peccat, nisi faciat ex odio, vel premio ibi.

Occidere foriudicatum consanguineum non licet sub pœna prag. 3. n. 16

Officium cuiquam non debet esse damnosū prag. 10. n. 32

Officia non sunt conferenda desiderantibus ibi n. 111

Officia Ciuitatis potius ciuibus, quam exteris sunt concedenda ibi n. 117

Officiales perpetui sortiuntur forum M. C. prag. 12. n. 6.

Officio finito idem honor debetur officiali qui fuit insignitus magna prærogatiua, rub nu. 47

Officÿ verbum est generale, extenditur ad maiora, & infima ibid.

Officium Baronis est triplex, imperandi, regendi, & iustitiā administrādi ibi. n. 63

Officialis debet vti consilio sibi destinato, alias priuari potest prag. 1. nu. 37. sic & Prorex.

Officium publicum habens, vti Notarÿ, nūtÿ, & cæteri, suum officium non possunt denegare, sub pœna ibi n. 243

Officialis debet ante possessionem consequendam iurare quod officium non emerit, prag. 4. n. 2

Officiales Baronum diuersimodè iuramēta præstant ab officialibus Regÿs ibi n. 4

Officiales maiores non possunt petere à Baronibus officia pro alÿs sub pœna ibi n. 14

Officialis si habet tenue salarium an possit recipere munera prag 4 n. 41

Officij stipendia talia esse debent, vt ille viuat cum familia, & aliquid lucretur pro laboribus ibi n. 22

Officialis vltra pandectam accipiens, an dicatur extorquere ibi n. 29

Officialis pro sponte datis an teneatur in conscientia ibi n. 32

Officialis ex præsumptionibus condemnari non potest, quia plena probatio contra eū requiritur ibi n. 36

Officialis quæ exculenta possit recipere, & an mutua petere nu. 37

Officialis per viā legati, & donationis, an possit à consanguineis recipere pr. 4. n. 43

Officialis non potest contrahere matrimonium in officio, nec vinculum compatratus ibi nu. 40

Officialis extorquens longe grauius delinquit quam latro ibi n. 48

Of-

Digitized by Google

Officia Baiulationum, Actuaria, Pertulania, & cæterum cur licitè vendantur, discutitur ibi n. 15

Officia quæ habent aliquam prærogatiuam sine administratione vendi possunt ibid. num. 64

Officiales cur debeant esse annales prag. 5. num. 2

Officialis non potest fieri ad beneplacitum ibi num. 9

Officialis sine licentia relinquens officium quam pœnam incurrat ibi nu. 10

Officium an possit renunciari explicatur, & an possit quis cogi ibi nu. 11

Officiali non transmittat hodie totum salarium si moriatur infra annum ibi n. 42.

Officialis durante officio non potest conueniri nisi pro excessibus grauioribus, quæ recensentur ibi n. 55

Officialis tunc accusari potest quando pro eo delicto venit officio priuandus ibi n. 57

Officiales maiores non possunt inquiri sine Proregis licentia n. 59

Officialis finito officio, an à Barone possit puniri de delicto commisso in officio ibidem num. 61

Officialium delicta sola M. C. cognoscit si sint facta intuitu officij ibi n. 66

Officialem offendens intuitu officij, an à sola M. C. possit puniri ibi nu. 71

Offensio ex causa officij quæ dicatur ibidem num. 72

Offensio si non erit grauis, an possit M. C. cognoscere, benè declaratur n. 73

Officialis Regius delinquens in terra Baronis extra causam officij, an ab eo possit puniri n. 75. ibid.

Officialis non potest remoueri à Barone, sed à M. C. etiam si extra delictum ab officio esset remouendus, ob infirmitatem, & similia ibid. nu. 76

Officiali an statim accusato possit interdici administratio prag. 5. nu. 77

Officij suspensio quando fieri debeat, & an à tali decreto possit appellari ibi n. 78

Officialis absens potest condemnari contra regulam, in odium sui ibi n. 83

Officio semel priuatus ad aliud admitti non debet ibi n. 85

Officialis impeditus exercere per tempus, an ad illud tantundem sit reintegrandus, negatiuè ibi.

Officialis subrogatus an minus anno possit esse, distingue ibi n. 94.

Officialis si tempore statuto non venerit ad officium, an possit alijs concedi nu. 96

Officium concessum non tribuit ius, nisi capta possessione ibi n. 100

Officialis primo creatus an præferatur secundo qui cœpit possessionem ibi n. 101

Officij possessio à quibus datur, & per quos actus cepta dicatur nu. 102

Officialis refirmatio fieri non potest uno reluctante ante ingressum secus postea, prag. 5. n. 104

Officialis sine licentia si abfuerit an possit priuari ibi n. 105

Officialis an locata terra per Baronem possit à successore remoueri negatiuè n. 109

Officialis an possit remoueri si prouisio fuerit facta in fraudem ante tempus, ibid. num. 115

Officialis si non potuerit habere officium, culpa Baronis, an possit petere lucrum, vel interesse, vel prouisionem solitam dari pro officio illo, ibid. n. 116

Officium non potest continuari, sed si ad maius officium ascendat potest quis in eodem loco exercere ibi n. 134

Officialis debet vacare anno, vt possit redire ad idem, secus in officialibus Vniuersitatis procedit, nam debent vacare quinquennio ibi n. 136. cum seq.

Officialis non debet recedere si non venerit successor, & acceperit possessionem num. 140.

Officialium appellatione, an veniant Actuarij, Iudices Baiulorum, & alij officiales vt debeant esse annales ibi. n. 141

Officia sine iurisdictione non habent temporis stabilitatem, & ad nutum reuocari possunt prag. 5. n. 152

Officiales perpetui visitantur, & non sindicantur, & ponitur materia visitationis, nu. 155

Officiales perpetui an possint inquiri & suspendi ob pretensum crimen sine iussu Regis ibi n. 157

Digitized by Google

Officiales perpetui, an pro debitis possint carcerari ibid.n.157
Officialium creatio spectat ad Barones, acceptatio ad subditos ibi n.161
Officialis si non præsentauerit literas liberatoriales alterius officij poterit repulsi, num.163
Officialis si non erit creatus iuxta capitula inita inter Baronem, & Vniuersitatem, vt sit Doctor, & non de aliquo loco prohibito poterit refutari ibi n.164
Officiali orto, vel oriundo, an possit denegari possessio officij nu.165
Officialis non potest esse quis in propria patria, solum si erit in loco vbi residet Princeps, & eius Vicarius ibid.nu.167
Officiali potest denegari possessio si non præstat cautionem de standō sindicatui nu. 178. cum seq.
Officialis tenetur stare sindicatui, non in omnibus terris, sed in loco maiori vbi residit nu.181
Officiales si non sunt soliti sindicari in aliquo loco, an solitum istud refragetur iure negatiuè n.188
Officiales demaniales non possunt componere sine licentia Proregis prag.6.n.31
Officij ampliatio faciliter debet concedi baredibus quam extraneis si officium est transmibile, & vendibile, pragm. 8. p.1.nu.43
Officiales an possit Princeps ad libitum reuocare, negatiuè ibi n.44
Officiales Baronum an in casibus enormissimis vti causis latronum possint torquere ex processu informatiuo, distinguè ibi nu.79
Officiales non possunt scribere acta, & fungi officio Actuarij, alias acta nulla, ibidem num.369
Offendens an possit trahi ad forum offensi, declaratur prag.8. p.28.n.248
Officium Proregis an componetur Præfecti Prætorio, Proconsuli, vel Legato de latere Prag.1. nu.33
Officialem insufficientem Baro eligens peccat Prag.3.n.190
Officiales qui constitui debent, & quales, brevè elucidatur, ibid.
Officium vendens simoniam dicitur commisere, & de malis venalitatis officiorum Pragm.4.nu.80.
Officium an dicatur venditum, & præsio nō detur, distingue ibid.
Officialis quando puniri possit de barataria, vel concussione, seu extorsione, & de differentijs istarum ibi.
Officiali an Vniuersitas, vel Baro teneatur dare domum prag.19 discutitur.
Officialis an ob grauem morbum possit officio priuari, & an salarium ei debeatur pro rata, vel pro toto anno prag.5 nu.60
Officium Magni Admirati quid differat ab officio Portulani prag.8. p.1. n.290
Officialis iniustitia quando nocet Baroni, quoad amouitionem causarum pragm.3 num.144
Officiales senes refutari possunt ibid. n.134
Officiales proterui, & tyranni sunt instrumenta diuinæ iustitiæ ibid.n.113
Officialis si ad sonum campanæ habeat gentem sufficientem conuocatam, non potest alios ciues molestare prag.19.nu.80
Officialis an possit exercere iurisdictionē in pluribus terris prag.3. n.220
Officiales illiterati esse possunt, ibi.
Omissum habetur pro omisso in statutis prag.6.nu.81
Opinio communis non est amplectenda quādo validiores rationes eam vincunt, prag.9.n.243
Onera Vniuersitatis per collectas, vel gabellas exolui, & exigi debent pragm. 10. num.12
Opinio quæ adducit absurdum non est admittenda prag.8. p.2.n.96
Opera artificiales possunt per alium præstari Baroni, sed non officiales, prag.8.n.171
Opera obsequiales quæ sint ibi n.172
Ordines suscepti per relegatum an ei prosint, & si fregerit fines quis eum puniet prag 8. p.5.n.64
Ordines suscepti possē habilitationem, an prosint reo, ibi n.63. discutitur si sit præuenta causa, & persona, vel causa tantū latè ibid.
Origo propria, vel paterna sit fortior prag. 8.p.2.nu.241
Origo aui an prosit nepotibus ad forum, distinguitur ibid.

Digitized by Google

Origo filij cum domicilio, eximit illum ab origine paterna, ibi nu. 236
Origo Baronum, & auctoritas recenſetur, rubr. num. 47
Ordines minores an poſſint conferri coniugatis prag. 8. p. 3. n. 51

P

Pacta reſolutiua ipſo iure contractum reſoluunt, & dominij retranslationem important, quod declaratur prag. 8. p. 3. nu. 272. & prag. 4. nu. 78
Pactum vbique conueniendi, non operatur vt quis poſſit conueniri in omni fora ſed vbi quis reperitur ibid. p. 2. n. 160
Palatium edificatum an cedat feudo, ibid. num. 18
Pactum factum, ne reus accedat ad locum partis offenſæ an valeat, diſtingue prag. 6. nu. 73
Pax inter nobiles, an habeatur loco remiſſionis, etiam ſi non ſit facta pœnes acta, ibid. nu. 69
Pater quis dicitur, non ſolum generatione, ſed cura, & doctrina, prag. 1. nu. 7
Paragium debetur ſorori de paternis, non de acquiſitis per fratrem, de bonis antiquis ibi nu. 92
Pactum quod non transferatur dominium rei uendita, facit tranſire contractum in locationem ibi n. 135
Par in parem non habet imperium, prag. 8. p. 2. nu. 188
Pater an poſſit cogi an dandam dotem filiæ, quæ nupſit ſine conſenſu ſuo prag. 9. n. 30
Parentum diſſenſus an ſit iuſta cauſa impediendi matrimonium, ſtante inequalitate coniugum ibi n. 13
Pacta contra libertatem matrimonij quando valeant, vel nulla ſint ibi n. 34
Pactum de morando in domicilio vxoris, ſub pœna quando teneat ibi nu. 51
Pactum pœnale ne vir accedat ad amaſiã valet ibi nu. 54
Parlamentum quando ſine officialis licẽtia valeat prag. 10. n. 91. cum ſeq.
Pauper idoneus, & bonorum morum, diuiti æquiparatur, & nobili ibi nu. 125
Pandecta exorbitans poteſt per ſuperiorem limitari prag. 19. n. 45
Pandecta in dubio qualiter exigi debeat, declaratur ibi num. 44
Palea eſt in fructu, & debetur pars Barani prag. 14. nu. 11
Paſtendi ius non extenditur ad glandes, ſed ad herbas tantum pragm. 11. n. 123
Paſcui qualitas, & quantitas, eſt arbitrio Iudicis æſtimanda inter Baronẽ, & vaſſallos prag. 12. n. 29
Paſcua an poſſint diuidi, inter Barouem, & Vniuerſitatem ibid. n. 30
Pauper effectus a fortuna, & caſu ſine ſui culpa, pro debito carcerari non poteſt, Prag. 1. nu. 230
Pauperibus acta gratis confici debent, prag. 19. nu. 31
Pacis effectus magni notantur prag. 3. nu. 280. & ſeq.
Patrimonialia differunt à fiſcalibus, prag. 11. num. 99
Parte non opponente multa tranſeunt, ſed non quod fit, ſed quod fieri debet eſt attendendum prag. 5. nu. 150
Pater an poſſit remittere iniuriam filio factam, prag. 3. n. 13. vbi ampliatur, & limitatur.
Parlamenta an poſſint congregari per ciuas ſine licentia Baronis, & an actus ſit nullus, vel punibilis. Prag. 10. n. 70. late.
Pecunia abſcondita licet antiqua non dicitur theſaurus, nec eſt fiſci, ſed illorum quorum veriſimiliter eſſe poſſit Prag. 8. par. 2. nu. 59
Pecunia data ob turpem cauſam non repetitur, ſed an licitè retineatur pragm. 4 num. 83
Pecuniam appetere naturale deſiderium eſt ibid. nu. 47
Pecunia Ioſeph fuit traditus, Chriſtus venditus ibi nu. 46
Pecuniæ verbum æſtimat omnia, & comprehendit quæcumq; ibi n. 18
Pecunia an in dubio cenſeatur expenſa in cauſam ſupplicatam prag. 1. nu. 307
Pecunia ſi peruenit ad vnum ex inſolidum obligatis, ille prius erit excutiendus, ibi. num. 294
Pecunia data Vniuerſitati an præſumitur conuerſa in eius vtilitatem, & quis teneatur probare ibi n. 262
Pecunia in antiquis præſumitur verſa in

Digitized by Google

in vtilitatem ibidem num. 260
Pierandi occasio est amputanda pragm. 4. num. 7
Pœna fraudantis focularia est supra relegationem prag. 1. n. 107
Pœna legis Iuliæ de ambitu recessit ab vsu prag. 4 n. 66
Pœnæ declaratoria requiritur quando quis incidit in legem ipso iure prag. 4. n. 72
Pœna non quæritur fisci, nisi post sententiã, & ampliatur ad multa corrolaria ibid. num. 73
Pœnæ, & prouentus sunt in fructu iurisdictionis, & an debeantur fructuario, vel proprietario, si moriatur vsufructuarius ante sententiam ibi n. 75
Pœna conuenta in casu commissi, applicanda pio loco, an quæratur nemine stipulante pro eo, disputatur ibi n. 93.
Pœna non exigitur nisi quatenus cum interesse concurrat, de æquitate, limita ibid. num. 97
Pœna cõuentionales, an licitè exigi possint, discutitur, ibid. nu. 98
Pœna apposita dationi quantitatis, videtur in fraudem vsurarum ibi num. 99
Pœna vsurpationis iurisdictionis est arbitraria prag. 8. p. 3. n. 211
Pœna in compromisso posita quando exigi possit, recensetur ibi n. 101
Pœnæ appositæ per Notarios, in fine contractus non sunt in consideratione ibidem num. 103
Pœnarum ius an quæratur fisco per citationem, vel litis contestationem, vel sententiam prag. 5. nu. 45
Pœna exiliaris an portet secum infamiam, distingue ibi nu. 17
Pœnis, & præmijs Respublica continetur, prag. 6. nu. 2
Pœnæ fisco debitæ quando sine partis remissione remitti possint ibid. nu. 71
Pœna in sententijs possunt imponi alternatiuè, & cumulatiuè ibi n. 111
Pœna corporalis in pecuniariã, an & quãdo possit per Iudicem commutari, ibidem num. 106
Pœna extraordinaria si quis condemnetur, an possit etiam ad interesse damnari ibi. num. 105
Pœna in delictis antiquis, est minoranda, ibid. num. 103
Pœnam ordinariam posse dari in delictis grauissimis, etiam ex indubitatis inditijs disputatur ibi nu. 1. 2. sed per nouissimã prag. affirmatiuè
Pœnæ commutatio ex causis intrinsecis non potest fieri sine Proregis licentia prag. 6 num. 97
Pœna falsæ monetæ, & assassinij an possit dari pro attentatione, disputatur ibidem num. 87
Pœna in delictis sodomiæ, & blasfemiæ si ex causa veniet minoranda, an possit esse pecuniaria, & applicari Baroni, disputatur ibi nu. 78
Pœna siue legales, siue statutariæ sine licentia minui possunt ex iustis causis ibidem num. 77
Pœnã, præsumitur ex iusta causa esse à Iudice minoratam ibi nu. 10
Pœna corporalis minima maior est omni pecuniaria prag. 6. n. 17
Pœna minuitur in non solitis delinquere, & alijs multis quæ enumerantur ibi. n. 23.
Pœnas alterare an liceat ex causa sine Principis licentia ibi n. 27
Pœna condemnatoria facta cum facultate redimendi, an possit pro parte acceptari in pecunia, & in exilio prag. 6. nu. 113
Pœna non valentis soluere in ære qualis erit in corpore, signatur ibi n. 127
Pœna fustigationis, solum vilibus imponitur ibi nu. 121
Peccatum an committat occidens adulterũ, in flagranti, vel foriudicatum ibi n. 138
Pœna commutatur ob inhabilitatem rei qui non est aptus ad triremes quia senex, vel morbosus prag. 7 n. 5
Pœna vltra relegationem an sint capitales, benè distinguitur prag. 7. nu. 9
Pœnam in dubio quis eligat, in casu dubio, ibi nu. 22
Pœnæ non possunt in sententijs reseruari, ibid. nu. 29
Pœnis omnibus an Baro subintret locum fisci prag. 8. p. 1. nu. 211. latè explicatur.
Pœna nouiter à statuto imposita quæ non erat de iure, an fisco, vel Baroni debeatur ibi. num. 213.

Pa-

Digitized by Google

Pœna Bannorum Principis fisco, & non Baronibus debetur ibi prag. 8. p. 1. n. 215
Pœna mandati spreti, inobedientia, & iurisdictionis offensa non pertinet ad Baronem ibi n. 216
Pœna imposita pecuniaria per superiorem Iudicem appellationis, an fisco, vel Baroni debeatur ibi nu. 221
Pœna rupti guidatici, & contemptus literarum superiori, non remittitur Baroni ibi nu. 222
Pœna dupli, & tripli quæ de iure imponitur an sint in vsu, & an parti applicetur ibi nu. 230
Pœna nulla imponi potest, vt applicetur solum parti, sed debet esse saltim mixta, ibi nu. 232
Pœnæ quæ auferuntur ab indigno, an applicentur parti, vel Fisco, aut Baroni ibid. nu. 246
Pœna cõsueta, & solita dari debet, licet maior sit de iure ibi n. 367
Pœnam vltra agustale non possunt imponere Baiuli ibi n. 383
Pœna arbitraria quousq; non sit arbitrata proceditur vti supra relegationem prag. 8. p. 2. num. 257
Pœnam non possunt exigere Baiuli, nisi soluto prius damno parti ibi p. 1. n. 396
Pœna aucupantis in loco recluso est pœna vltra relegationem ibid. p. 2. n. 42
Pœna si ex informatione appareat esse omnino temperandam infra relegationem, licet titulus obstet poterit dari habilitatio ibi n. 258
Pœna indignationis Regiæ, quæ sit pragm. 9 num. 63
Pœna Principi reseruata quousq. extendi poterit ibi nu. 62
Pœna non committitur, quando principalis dispositio est nulla ibi n. 41
Pœna semper videtur adiecta in fraudem, in dispositione prohibita ibi n. 40
Pœna mandati spreti quanta sit pragm. 16. num. 34
Pœnalia mandata sub magna pœna pecuniaria sapiunt confiscationem, & an substineatur prag. 14. nu. 78
Pœna contumaciæ qualiter temperanda, & exigenda ibid. n. 76
Pœnæ non possunt exigi ex incusatione pœnarum, & prouentuum ibi. n. 74
Pœnæ comminatæ prouisionibus non exigun tur ibi nu. 73
Pœnam pecuniariam, vltra ius commune, an possit Iudex inferior ponere in bannis ibi nu. 56
Pœnam corporalem indicere Baro non potest vltra iuris regulam ibi nu. 55
Pœna banni qualiter moderanda, & tolli possit per superiorem, ibi n. 49
Pertinentia ad expensas iustitiæ spectant ad Barones prag. 19. n. 44
Personæ miserabiles non constituunt foculare, & excusantur ab hospitijs, ibidem num. 67
Personæ priuatæ non habent ius fidandi in suis prag. 10. nu. 113
Pœna carceris, non est in vsu, solum in Iudicio Ecclesiastico prag. 19
Pœna banni qualiter exigenda sit, ponitur practica, prag. 14
Pœna frangentium exilium qualis sit, latè declaratur prag. 7
Pœna remigationis ad tempus, an æquiparetur morti ciuili noua quæstio ibi.
Pœna remigationis in cuius locum successit, ibid.
Pœna vsurpationis iurisdictionis arbitraria est prag. 8. p. 3 in fi.
Pœnam pecuniariam si quis soluere non poterit ad quam fuit condemnatus, an noua sententia ferri possit prag. 6. n. 60
Pœna si est minoranda, an debeat esse pecuniaria, negatiuè contra Gramat. ibi.
Pœna quando est arbitraria non potest excedere relegationem ibi n. 67
Pœna extraordinaria ex defectu plenæ probationis potest dari, vel tortura ibi.
Pœna priuationis officij dicitur criminalis, prag 4. n. 107
Pœna banni ne quis ommisso medio adeat Regia Tribunalia, non potest imponi per Barones sine licentia Proregis, nouiter explicatur prag. 3. & supra verbo Barones.
Pœna imposita facienti an extendatur ad mandantem prag. 1. in fine.
Petere non debet quis id quod contrarium non esset ipse postulaturus l. pen. C. de solut.

Digitized by Google

solut.pragm.1.num.73.
Pendente inquisitione potest Iudex mandare inquirendo, vt se absentet à loco prag. 5.num. 79
Personæ ecclesiasticæ an de iure diuino, vel positiuo sint exemptæ à iurisdictione laicali ardua est quæstio, prag.8.p.3.n.49
Pedagium, vectigal, datium, gabella, collecta, quid differant prag.10. n.52
Permittantur multa, sed non dicantur approbari per superiores, & dantur exempla prag.6.n.137
Petens, vel procurans officium an incidat in pœnam l.Iuliæ ambitus, distingue prag.4.nu.66
Pœnæ conuentionales an iurè exigi possunt à contrauenientè, & quid si non concurrit interesse ibi.ex nu.97
Pœnas an possit Vniuersitas imponere pro conseruatione suorum ordinationum, & an requiratur Baronis assensus, benè elucidatur prag.10.n.100. cum seq.
Piscations ius non potest prohiberi per Barones, licet sint eis concessa flumina prag. 14.nu.41
Pia causa substituta in casu contrauentionis alicuius pacti valet si principale pactũ substituit, & non alias prag.9.nu.39
Piratæ maris an veniãt appellatione latronum prag.6.n.90
Possessio officij valdè refert, nam quæ opponuntur postea plenario iudicio sunt discutienda, sed antea summariè, pragm.5 num.103
Possessionem non tribuunt mille actus differmes prag.1.n.198
Pontifex an teneatur sequi Concilium Cardinalium ibid.n.12
Possessio longa quæ dici possit in possessorio summario, ibid n.236
Possessio longa Baronis non sufficit ad obtinendum in possessorio contra vasallos iure resistente, & quanta requiratur, latissime punctus iste intricatus resoluitur ibi ex nu.235
Possessio immemorabilis requiritur in Barone ad obtinendum in plenario possessorio aduersus vasallos ibi.n.237
Possessor bonæ fidei quos fructus faciat suos, & quando bene explicatur prag.5.n.46
Possessio priuilegij, & modus attenditur pluſ quam tenor concessionis pragm.8. par.1 num.195
Possessionem bannitam intrans cum animalibus tenetur ad pœnam licet damnum non dederint ibid.nu.396
Possidere quis potest ex pluribus titulis, prag.11.n.153
Populi murmuratio interrumpit præscriptionem Baronis prag.10.n.9
Possessio non transfertur ex titulo nullo, pragm.11.n.49
Possessionis coloratio qualiter sufficiat ad obtinendum in possessorio, latè declaratur ibid.
Possessio per vnicum actum acquiritur in incorporalibus prag.14. nu.32
Portulani officium declaratur in quibus cõsistat prag.8.p.1.nu.288
Portulania maris, & terræ non venit sub generali inuestitura ibi n. 294
Portulania terræ concernit, vt viæ publicæ non impediantur, & custodiãtur, ne quid in publico fiat ibi n.295
Ponderum, & mensurarum iurisdictio excepta est Baroni, nisi in specie concedatur ibi n. 296
Pons non potest fieri supra viam pragm.8 p.2.nu.46
Potestatis ordinariæ, vel absolutæ diffinitio, & differentia an subsistat prag.1.n.120
Potestas absoluta non data causa tirannidis dicitur ibi n. 121
Portelli solutio à carceratis exeuntibus an Baro possit illum imponere pragm.19. & quibus casibus possit peti, & denegari possessio etiam armata manu potest defendi prag.11.nu.247
Plenitudo potestatis concessa Proregi non erit sic plenè tributa ei, vt eam possit exercere, vti Princeps prag.1. nu.31
Prælatio procedit facta venditione, & non antea ibi n. 156
Prælationis ius non potest cedi, quia personale beneficium est ibid.n.157
Prædecessorum facta an præiudicent successoribus, declaratur prag. 11. n.205
Prælatio an detur in re vendita, vt valet, aut vti ab alio offertur n.144 prag.1
Prærogatiuæ concessæ magno Principi an tran-

Digitized by Google

transeant in singularem successorem facta venditione, & dato assensu, declaratur prag. 5. num. 64
Prætorium an possit de prouentibus Iudex indicere reuelanti delictum, prag. 6. nu. 143.
Prædicatoris munus in Cathedrali est Episcopi, & ad eum pertinent sumptus nisi Vniuersitas habeat electionem ibidem num. 132
Preces superiorum metui equiparantur, prag. 9. nu. 51
Prælatio competit Vniuersitati si fiscus voluerit vendere aliqua iura prag. 8. p. 1. nu. 154
Præscriptio immemorabilis quando nocet Ecclesiæ ibid. p. 3. num. 20
Præscriptio centenaria qualiter probetur, latè prag. 1. nu. 224 & prag. 11. n. 136
Præscriptio in actibus negatiuis quando incipiat, & quanta requiratur pragm. 14 num. 34
Præscribi non possunt quæ sunt meræ facultatis vasallorum ibi n. 12
Præscriptio non extenditur de casu ad casū sed strictè interpretanda est, Pragm. 11 num. 123
Præscriptio quanta requiratur in promissione facta in perpetuum prag. 8. par. 3. num. 304
Præscribi quanto tempore possunt demanialia in damnum fisci ibi nu. 221
Præscriptio contra absentes intelligitur si ille sit extra Regnum ibi nu. 233
Præscribi an possint reseruata Principi, distinguitur ibi nu. 220
Præscriptio immemorabilis non iuuat si appareat inualiditas, & nullitas tituli ibi nu. 43. & prag. 1. n. 143. latius prag. 11 nu. 146 cum seq.
Præscriptio contra const. Regni, an procedat cum in probemio eorum annullentur futuræ præscriptiones prag. 1. n. 218
Præscribitur diuersè consuetudo aliquando decem, viginti, triginta, & centum annorum spatio, vt declaratur ibi nu. 212
Præscriptio differt à consuetudine in multis nec præscriptio requirit consensum populi ibi num. 187
Præscriptio incipit data quasi possessione, & ex vnico actu quæritur ibidem nu. 204
Præscriptio est impium refugium, & raro ex ea sola obtinetur, ibid. nu. 219
Præses Prouinciæ non potest votare in Tribunali rub. n. 31
Præstationes longo tempore factæ pio loco etiam sine causa obligant, Prag. 1. num. 359.
Præsumptio semper est pro Iudice prag. 6. num. 99
Præcepta Dei alia naturalia, alia cerimonialia, alia iudicialia, prima sunt immutabilia, & non reliqua prag. 6. nu. 134
Præsides Prouinciarum non possunt indultare, sed promittunt impetrare à Prorege, qui non solet fallere fidem, ibi n. 150.
Præsides Prouinciarum possunt guidare, prag. 6. nu. 151
Præsumptiones duæ faciunt vnam perfectam probationem prag. 11. n. 171
Præscriptio an possit probari per scripturas ibid. nu. 244
Pretium quamuis de iuris rigore amittat contrahens, lege repugnante de æquitate tamen non perditur nisi esset datum minori, & Vniuersitati, & non esset versū in vtilitatem prag. 1. n. 269
Pretium in contanti est offerendum, & non in promissione, & adducitur decisio S. C. ibid. n. 247
Pretium habet suas partes, supremum medium, & infimum, cum non consistat in indiuisibili, ibid. n. 246
Præventio fit iurisdictionis si accusator eligit forum, & reus consentiat, & nō alias prag. 8. p. 2. n. 208
Præventio non inducitur per inquisitionem ibi nu 209
Præventio iurisdictionis an inducatur per solam citationem ibid. n. 212
Præventio realis an semper fortior sit verbali, noua distinctio contra communem assertur ibi n. 214
Præventio verbalis præfertur reali in multis, ibid. n. 217. singulariter.
Præventio aduersus instrumentum, contra clericum an coram seculari, vel ecclesiastico sit facienda prag. 8. p. 3. n. 161
Princeps an possit indicere onus Vniuersitati p̄ p̄secutione bannitorū pr. 19. n. 50

Digitized by Google

Principis officium est persequi latrones, & rebelles, & non Vniuersitatum ibi n. 45
Principi competebat ius exigendi seruitia prag. 16. nu. 30
Princeps an possit iure cogere, vt eligantur tot milites ex terris pro tuitione ibidem num. 23
Princeps non potest cogere vasallos ad sibi inseruiendum extra Regnum, ibi nu. 22
Princeps non potest disponere contra libertatem ibi nu. 7
Princeps præsumitur circumuentus dum disponit contra ius, vel in præiudicium alterius ibi nu. 3
Principis concessio strictè interpretari debet in damnum alterius, & verba impropriari debent ibi n. 2.
Principis iurisdictio summa est, sed voluntas minor, ne alteri præiudicet prag. 16. num. 1.
Princeps an possit prohibere venationes, discutitur prag. 14. nu. 36
Princeps præfertur omnibus in locatione pascuorum pro Dohana menapecudum prag. 11. n. 16
Princeps potest mandando moderare superflua, & abusus priuatorum ibi nu. 15
Princeps potest prouidere contra patrem auarum malè tractantem familiam, ibi. num. 14
Princeps potest prouidere, ne quis malè vtatur sua substantia ibi nu. 13
Principis interest habere subiectos locupletes ibi nu. 12
Princeps qualiter dicatur Dominus personarum prag. 10. num. 48
Princeps habet bona duplicis generis, patrimonialia, & demanialia pragm. 8. p. 3. num. 256
Princeps an possit iure vendere terras demaniales, distinguitur ibi nu. 255
Princeps potest præiudicare in acquirendis non in quæsitis ibi num. 165
Princeps an possit cognoscere de possessorio contra clericum ibi distingue n. 162
Princeps per viam protectionis cognoscit inter ecclesiasticos ad scandala vitanda ibi nu. 148
Princeps in re dubia debet referre Pontifici turbationem Prælati ibi num. 39
Princeps qualiter soleat conferre suam iurisdictionem ibi nu. 37
Princeps secularis tenetur defendere ecclesiasticam potestatem ab inimicis, ibidem num. 3
Princeps non potest statuere, vt credatur principali prag. 8. p. 1. n. 387
Princeps qua ratione possit concedere priuilegium fori, etiam aduersus ecclesiasti cos ponitur ibi n. 302
Princeps per viam legis generalis potest præiudicare infeudatis ibid. n. 214
Princeps an dicatur præiudicare Baronibus mittendo Commissarios ad capiendas informationes de delictis vasallorum ibi num. 176
Princeps in terris Baronum non potest exercere in vasallos actus gratiæ, sed iustitiæ, cum declaratione ibi nu. 169
Princeps an possit auocare aliquam causam à Barone ibi n. 166
Princeps non potest eximere sine causa vasallum à iurisdictione Baronis, ibidem num. 165
Princeps non potest turbare Barones in prima instantia, & intromictere se in causis ibi. nu. 160
Princeps poterit alienare aliquam partem status, sed non deteriorare grauiter prag. 8. p. 1. nu. 141
Princeps non potest facere sibi parem, nec potest à se abdicare dominium in præiudicium Coronæ, ibi n. 138
Princeps habet fundatam intentionem in omni Castro, & potest cogere ad exhibẽdum titulum, ibid. n. 136
Princeps non potest se expropriare directo dominio ibi. nu. 133. nisi donaret Ecclesiæ nu. 37
Princeps an per concessionem transferat dominium, distinguitur ibi. nu. 23
Princeps ex aliqua suspitione poterit aliquem confinare sine processu, pragm. 7. num. 26
Princeps an possit legitimare spurium in præiudicium filiorum legitimorum, declaratur prag. 6. nu. 179
Princeps an possit rescribere contra ius diuinum, & in quibus casibus, explicatur prag. 6. nu. 132

Prin-

Digitized by Google

Princeps an possit concordare, seu gratiare sine partis remissione, explicatur ibidem num. 131
Princeps potest declarare casus in quibus non dicitur pars offensa, & remissio non requiritur ibi n. 58
Princeps in dubio non præsumitur uti potestate absoluta, & dispensare supra ius nisi euidenter appareat prag. 6. n. 55
Principi soli competit cogere partes ad pacem, & non Baronibus ibi n. 44
Princeps potest cogere ad mutuandum, & ante aiem poterit debita exigere ex causa pr. 1. nu. 353
Princeps ex causa poterit dispensare super iure naturali, gentium, & diuinum ibi nu. 167
Princeps ex causa potest in modico ladere differendo solutionem ibi nu. 125
Princeps ex causa an possit, uti facultatibus subiectorum ibi n. 126
Princeps non potest dispensare super ijs quę sunt iuris ciuilis post translatum dominium prag. 1. nu. 119
Princeps non potest disponere super Prælatis, nisi circa concernentia ad feuda quæ tenent ab eo ibi nu. 38
Principis assertioni in tertij præiudicium, vel commodum an credatur ibi n. 22
Princeps dicitur habere iura in scrinio pectoris, quod interpretatur ibi n. 19
Princeps an necessario debeat uti concilio in legibus condendis, & arduis explicãdis ibi n. 11
Principatus introductus ad subleuandos subditos ibi nu. 9. & rub n. 82.
Princeps dicitur anima populi, nam ut anima viuificat corpus, ita Princeps debet viuificare benefaciendo subditis ibidem nu. 8
Princeps vocatur Deus in terris, & pater omnium ibi nu 6
Princeps per vigilantiam erga subditos facit se parem Deo ibi n. 4
Principis requisita ponuntur, rubric. num. 105
Principis appellatione veniunt omnes subordinati ad regendum rub. n. 79
Principis intentio semper præsumitur iuri conscna, alienis saluis pr. 16. n. 1
Princeps in Regno non potest indicere angarias ibid.
Princeps potest decorare terram priuilegio Ciuitatis, licet non habeat Episcopum pr. 5. num. 191
Princeps an possit ad nutum reuocare officialem ibi n. 124
Princeps an possit vendere officia, & dispẽsare in hoc, & quæ requirantur prag. 4 nu. 60.
Cætera vide infra verbo Rex.
Portarum custodes Ciuitatis an Baro, vel Vniuersitas eligere teneatur pr. 19. n. 61
Priuilegij insignia præsumuntur personalia & non transeunt in alium pr. 5. n. 65
Priuilegia componendi, & gratiandi concessa Baronibus, cur non competant suis officialibus pr. 6. n. 191
Priuilegio abutens facit se indignum, ibidem.
Priuilegia Regum prædecessorum quæ non sint obseruanda, ponitur prag. 8 p. 1. nu. 30.
Priuilegium indulgendi post sententiã est de regalibus ibi n. 67
Priuilegio concesso de casibus pertinentibus etiam M. C. non extenditur ad eos casus quos cognoscit uti Magna Cur. ibidem num. 87
Priuilegia excepta, & singularia præsumũtur concessa ratione personæ, & non trãseunt ad successores ibi n. 91
Priuilegium personale ex quibus coniecturis arguatur ibi n. 92
Priuilegia momenti non largè, sed strictè interpretari debent ibi n. 93
Priuilegia pecunia obtenta sunt irreuocabilia ibi n. 172
Priuilegia indultandi, restitutionis famæ, & similium sunt de exceptis prag. 8. p. 1 nu. 206
Priuilegio l. vn. C. quando Imperator non videtur derogatum per quamcumque plenissimam inuestituram prag. 8. p. 1 nu. 299
Priuilegio inducto miserationis causa non potest renunciari ibi n. 301
Priuilegium a Principe concessum quando possit reuocari si fuerit ecclesiæ concessum ibi n. 303

Digitized by Google

Priuilegium fori superueniens, an mutet forum litis cepta in ciuilibus, & criminalibus ibi n. 317
Priuilegium motu proprio concessum, an trahat illuc causas ceptas ibid. num. 320
Priuilegium variationis, an prosit litis consortibus ibi nu. 335
Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, licet alter habeat potentius priuilegium n. 350
Priuilegio non poterit, vti cessionarius priuilegiatus ibi n. 351
Priuilegia concessa Baronibus, censentur data, etiam contemplatione vasallorum, & possunt illis vti illis inuitis in pertinentibus ad iurisdictionem prag. 8. p. 2. num. 73
Priuilegium notorium non indiget probatione, & exhibitione ibi. n. 78
Priuilegia concessa per Barones in possessione feudi capienda sunt firmiter obseruãda ibi p. 3. n. 158
Priuilegium concessum non subdito valet, ibi nu. 160
Priuilegium an extinguatur mutata persona ibi nu. 164.
Priuilegia concessa à Barone vltra iuris dispositionem quando dicantur nulla ibid. num. 165
Priuilegium, vt officialis eligendus sit Doctor, Actuarius non nisi Notarius, & officiales non sint de certo loco an valeant ibi n 100. cum multis seq.
Priuilegium per indirectum fundari non potest n. 298
Priuilegium in damnum concedentis invita Baronis valet, licet sit in damnum feudi ibi n. 303
Priuilegium, vt stante partis remissione infra triduum, procedi non possit, quando substineatur ibi n. 200
Priuilegium ammittitur per non vsum decennij, vel contrarium vsum, limitat vt ibi n. 201. cum seq.
Priuilegium in perpetuum concessum non tollitur per non vsum longi temporis pr. 8. p. 3. nu. 312
Priuilegium personale, vel ad tempus qualiter finiatur ibi n. 314
Priuilegio abutens sit indignus n. 206.
Priuilegiũ, loco concesso finitur eo destructo & quid si reedificetur n. 316
Priuilegia an ingratitudine reuocari possint num. 205
Priuilegium non operatur data contraria possessione prag. 7
Priuilegia, & capitulationes inter Baronẽ, & vasallos quando valeant, & assensus requiratur ibi prag. 8 p. 3. nu. 186. cum seq.
Priuilegium an operetur contra concedentẽ ibi num. 5
Priuilegium Baroni concessum ne causæ à suo Tribunali auocentur, non habet effectum data iniustitia ibi.
Priuilegiatus ratione alicuius artis, vel exercitij, gaudet si actu exerceat, & nisi in fraudem acceperit prag. 8. p. 2. n. 162 cum seq.
Priuilegia concessa à Baronibus, an successores teneantur obseruare, distingue ibi p. 3. n. 192
Priuilegium ne causa auocentur à Barone prag. 3. n. 176
Priuilegia præsumuntur in dubio ritè, & solemniter expedita prag. 11. n. 160
Priuilegia quam sollemnitatem requirebãt antiquitus, & quam hodie ibid. nu. 161 cum seq.
Probatio contra officiales debet esse Sinodalis, nec testes sufficiunt, si ille sit bonæ famæ prag. 4. nu. 35
Probatio plenior requiritur contra Baronẽ quam contra priuatum rub. nu. 18
Procurator constitutus ad exigendum à colonis, & alijs, non extendi potest ad exigenda debita à nobilibus pragm. 1. num. 138
Procuratorum est consulere per regulas generales prag. 5. n. 97
Probemium est pars operis, & designat causam finalem, & essentialem dispositionis rub. nu. 3.
Probibitio facta à Barone priuatis, non acquirit ius contra publicum, pragm. 14. num. 34
Probatio quando à iure requiritur plena requiritur, & non sufficit præsumpta, pr. 11. nu. 55

Pro-

Digitized by Google

Prohibitio ad tempus in matrimonijs valet prag. 9. nu. 44
Prouisiones seu mandata iustificata non possunt fieri per superiores in vasallos Baronum ne impediatur eorum iurisdictio, vt euitentur circuitus prag. 8. p. 2 num. 80
Prouentus sunt fructus iurisdictio ibid. p. 1 nu. 203
Prorogari quando possit iurisdictionis alterius latè ibid. n. 131
Prorogata non dicitur iurisdictio ex inquisitione, nisi lite contestata, ibidem num. 116
Prorogata non dicitur iurisdictio ex solo consensu inquisiti, ibi n. 115
Prohibitus accedere ad terram, an possit accedere ad suburbia prag. 7. nu. 48
Prohibitum ex vna via non debet admitti ex alia prag. 6. n. 116
Prouentus non ponuntur in introitu feudali, & de ratione ibid. num. 19. cum sequent.
Prouentus sunt destinati in erogatione ministerij iustitiæ, & ideo non ponuntur in fructu ibi nu. 18
Prouincia dicitur Metropolis quæ debet habere ad minus sub se decem terras pr. 5 num. 146
Prodigus non dicitur quis nisi facta declaratoria per sententiam prag. 4. n. 77
Prohibitio ne bona stabilia vendantur in alienigenas valet prag. 1. nu 331
Proreges sine consilio sibi destinato leges facere non possunt ibid. n. 24
Proreges quibus de iure æquiparantur Præfidibus, vel Præfectis prætorio ibi nu. 25
Proreges non possunt derogare legibus, sed ampliare, & minuere ex causa prag. 1. num. 30
Proreges non possunt restituere ad famam, & honores reos prag. 6. n. 182
Proregibus quæ sint excepta non obstante generali concessione prag. 1. nu. 33
Proreges an habeant absolutam potestatè, vti Princeps ibi n. 32
Prouincia tota potest destrui ob culpam prouincialium prag. 19
Proreges non possunt suspendere magistratus perpetuos ibi n. 34
Prorex an possit informationem capere sine licentia Principis contra magistratus perpetuos prag. 1. n. 35
Prorex ex suspitione potest mandare, vt exteri exfrattent à Regno prag. prima num. 336
Publicatio bonorum an sit Baronum, declaratur prag. 8. p. 1. n. 210
Publica stante sub protectione Baronum prag. 11. n. 24
Punitus à Iudice ecclesiastico, an possit puniri à sæculari, & è contra prag. 8. p. 3. nu. 214
Puella poterit sequestrari si adest suspitio in eius maritagio, vel discordent consanguinei prag. 9. nu. 5
Puella si est maior contra suã voluntatem non potest cogi ad standum in aliquo loco ibi n. 21
Puella non potest sequestrari si habet patrẽ ibi nu. 12
Pupillus quis dicatur, & quando gaudeat variatione fori prag. 8. p. 2

Q

Qualitas personarum facit leges variare prag. 1. n. 268
Qualitas testium omni exceptione maiorum est articulanda, & probanda per fiscum, quando lex requirit testes esse idoneos pragm. 4. n. 34
Qualitates officialis qui præponuntur officio graui ponuntur prag. 5. n. 158
Qualitas tribuens iurisdictionem ante omnia est probanda, vt iurisdictio possit exerceri prag. 8. p. 2. n. 118. & latius eadem prag. p. 3. n. 136
Qualis superior tales subditi rubrica num. 66.
Quarta an debeatur de palea, vti de fructibus prag. 11. nu. 70
Quasi possessione data incipit præscriptio ibi n. 38
Quasi possessio non datur quando quis clàm & fraudulenter eam inuadit prag. 8. p. 3. num. 96
Quasi possessio non inducitur ex actibus in re facultatis, vel familiaritatis gestis, prag. 1. n. 208
Quasi possessio quando detur ex actibus negatiuis ibi nu. 206

Digitized by Google

Qualitas noua inducta à statuto videtur pro forma adiecta ibi nu. 148
*Querela remedium quid differat ab appellatione, & quando competat, latè explicatur prag.3.n.*159
Quicquid est intra fines feudi qualiter præsumatur de feudo interpretatur pr. 11.*nu.*41
*Qui potest prohibere, & non prohibet, succurrere, & non succurrit in culpa est, pr.*12.*nu.*26
Qui non habet in ære, qualiter debeat luere in corpus prag. 6. *n.*119
Qui paucos castigat, multos emendat pra. 6.*nu* 4
*Qui principatum gerit oportet omnes præcedere in peritia gubernandi, rubrica nun.*73
*Quotidiana, & vtilia altiùs sunt exordiẽda prag.*8.*p.*1. *nu.*31
Quota olei debita Baroni de tappetis, an debeatur etiam de Nucleis, *decisio* S.C. *affertur prag.*14.*nu.*10
*Quod non valet per pactum, neq; per legẽ fieri potest prag.*9.*n.*40

R

RAtionum reuisionem, an & quando pars possit petere pragm. 16. num. 104.
Rationales dare sindicis de iure erat Baronum prag.12.*n.*23
Rationales electi per Baronem ad significandos Aerarios suos an habeant iurisdictionem prag.16
Rationes an iterum reuidere possit Baro suorum Administratorum, ibid.
Rationibus ponendis per Syndicos non potest Baro petere, vt sui officiales assistant pragm. 12
Rationes an Episcopus petere possit ab administratoribus locorum piorum, latè prag.8 p.3.nu.60
Recognitio apocæ priuatæ, vel Banchi sola M.C. spectat si ibi fuerit præsentata, & non datur remissio, sed limitatur pr. 8.*p.*1. *nu.*83
Reconuentio an possit dari coram Iudice prorogato ibi nu. 104
Recepta committens, ad instar latronis potest puniri, & foriudicari, & disposita in illis extenduntur ad illos prag.8.*p.*2 num. 128.
Receptatores latronum, & foriudicatorum superiorum, non remittuntur Baronibus ibi nu. 130
Reconueniri potest clericus coram seculari Iudice prag.8. *p.*3.
Receptans bannitum coniunctum non punitur prag.3. *n.*17
Redditus feudalis etiam vnius obuli sine assensu regio non potest per Baronem remitti prag.11. *nu.*96
Redditus non facit rem feudalem, sed fidelitatem, & seruitij præstationem, ibidem num 57
Redditus præstatio an designet rem esse feudalem, censualem, vel emphyteosim pra. 11.*nu* 80
Redditus separatio habet separatam naturam à censu, vel canone ibi.
Redditicia feudo non dicuntur feudalia, sed habent naturam burgensaticam, ibid.
Redditio rationum qualiter sit practicanda in præsentando libros, & discuti data & accepta prag.16.*nu.*83
Refirmatio officialis, sine causa fieri non potest, & singulorum consensus requiritur, & Principis assensus, benè prag.5. *nu.*125.*cum seq.*
Refirmari an possit Syndicus Vniuersitatis ibi. *n.* 127
Regimina sunt distincta, vnum pertinet ad Regem, & suos feudatarios, aliud ad Vniuersitates, & non sunt turbanda, pr. 10. num. 73
Regere qui nescit sua, nec aliena, rubrica num.71
Regnum non propter Regem, sed Rex propter Regnum rub. *n.*82
Regis nostri liberalitas extollitur, ibidem num.87
Regis Federici mors tempestiua tribuitur, quia suo sensu abundabat, & consilia prudentum dispiciebat prag. 1. *n.*17
Regnicola quis dicatur, declaratur prag. 5 num. 122
Regalijs concessis quæ propriè veniant, & quæ dicantur excepta, declaratur pr.8. *p.*1.*num.*86

Re-

Digitized by Google

Regius Assensus præsumptus an sufficiat in Regno prag.11.n.137.& quanto tẽpore præsumatur.

Regalia patrimonialia an Rex possit alienare, variæ opiniones referuntur, ibidem nu.140

Regnum Neapolitanum fuit Ecclesiæ, & quale dominium sit translatum in Regẽ ex infeudatione ei facta, ibidem num.145.

Regalia ex necessitate Rex alienare potest ibi nu.152

Regalia non præsumuntur concessa ex quauis longissima inuestitura ibi n. 197

Regnum hoc in quot Prouincias diuidatur prag.8.p.2.n.67

Reges dicuntur quasi Sacerdotes, quia vnguntur oleo sacro ibi p.3.n.150

Regiæ Audientiæ an possint expedire conseruatoria cap.Regni ibi n.152

Regijs Audientijs sunt communicatæ omnes prærogatiuæ,& casus M.C.excepti, sed non reseruati in signum alti dominij ibi p.1.nu.86

Regia Stirps Domus Austriæ sunt ferè centum anni quæ regnauit ibidem num.29.

Regimen malum, & inordinata administratio, Vniuersitates depauperat prag.10.nu.110

Regula quod fur,& prædo sint manutenendi in possessione qualiter procedat, declaratur ibi n. 48

Regius assensus non requiritur, sed presumitur, data longissima præscriptione,& seruitio prag.8.p.3.n.234

Regius assensus non præsumitur ex præscriptione centenaria pragm. prima nu.217

Regius assensus an sit conditionalis, vel modalis multum differt ibid. notatur, & quæ sit differentia inter modum,& conditionem nu.296

Regius assensus qualiter debeat registrari,& quæ sollemnitas requiratur prag.11.

Relatiuum, quis, refertur ad qualitatem præcedentem prag.4.n.103

Relatiuum, alius, est repetitiuum similium & non diuersum, sed limitatur prag. prima num.131

Releuium quantum sit, & quæ causæ excusent à pœna non soluentis infra annum, ibi num.58

Relegati frangentes fines qualiter puniantur prag.7.in fine.

Remicti an possint foriudicati Baronibus, variæ opiniones prag.6.num.34

Remissio partis non requiritur in simplici insultu, vel delatione armorum, & similium, nouiter explicatur pragmat.6. num.52

Remissio partis non requiritur, vbi non adest interesse, nec iniuria, ibidem num.60.

Remissio an facienda sit à filijs fœminis, existentibus masculis ibi nu.66

Remissio offensi an præcludat viam querelandi coniunctis ibi n. 68

Remissiones debent fieri sponte, & cogentes pœna capitali puniri debent, ibidem num.72

Remissiones debent fieri per speciale mandatum.& in præsentia Iudicis, ibid.

Remittens iniuriã non comprehendit damna,& interesse, ibi n.125

Remissio causæ non fit à superiore de liquidatione instrumenti, sed si daretur terminus in causa potest peti remissio prag.8.p.1.nu.84

Remissio causæ an denegari possit, si instrumentum fuerit præsentatum, non viaritus, sed pragmaticæ censualis, ibidem num.201

Remissio causæ an possit fieri non dato termino super remissione prag.8.p.2. num.75

Remissio causæ non debet fieri per superiores, nisi reo carcerato, etiam si priuilegiũ esset in contrarium ibi n.85

Remissio causæ in ciuilibus, an possit fieri post sententiam, latè disputatur ibidem num.95

Remitti an debeat causa Baroni, si nõ adest delictum ibi n.99.discutitur.

Remitti debet causa primo Iudici, etiam si sententia reformetur, ibidem num.101.

Remitti non debet causa Baroni solito grauare, & iustitiam denegare, vel abuti num.102

Digitized by Google

Remissio denegari potest Bareni, si inquisitus sit odiosus, vel familiaris suus ibi n. 104. & prag. 3. n. 155
Remissio potest denegari si reus est persona impotens in ea terra, & accusator potēs prag. 8. p. 2. n. 106
Remissio denegari potest suspecto, vel conscio de delicto ibi nu. 105
Remissio non datur si Iudices non subsunt sub eodem imperio ibi n. 120
Remissio non datur de delictis patratis intus Ciuitatem Neapolis, & quid in suburbijs ibi n. 132
Remissio non datur in causa damni dati ibi num. 142
Remissiones non dantur in contractu, & Barones non habent ius auocandi, ibidem num. 145
Remissio an dari debeat ad locum, vbi quis administrauit, distingue vt prag. 8. p. 2. num. 155
Remissio non datur ratione rei sitæ ibidem num. 157
Remissa causa ad Episcopum de clerico, an acta informationis probent, vel sint repetenda prag. 8. p. 3. n. 27
Remissio clerici qualiter sit tractanda ibid. num. 79
Remedia cap. Regni Conseruatoria, qualiter practicanda sint, ponitur ibidem num. 1 0
Remissiones causarum Baronibus cuius expensis fieri debeant prag. 19. n. 38
Remissio causæ qualiter cum comminatione debeat fieri Baronibus, latè explicatur, & si hoc sit grauare iurisdictionē prag. 8. p. 2. nu. 145
Remissio an possit peti de latrone capto, distingue prag. 8 p. 2. n. 200
Remigatio cuius pœna locum obtinet prag. 7. num. 3
Remigatio ad tempus qualiter à perpetua differat notabiliter explicatur ibidem num. 7
Remissio querelæ an possit reuocari in causa sequuta ingratitudinis prag. 8. part. 3 num. 210
Renunciatione officij facta non dicitur quis priuatus eo, nisi sit acceptata renuncia à superiore prag. 5. nu. 18
Renuncians foro suo, an possit citari, vt alibi compareat prag. 8. p. 2. nu. 152
Reparatio Castri, vel fortalitij spectat ad Barones, & non ad Vniuersitates prag. 19. num. 39
Res solita concedi per duas vices dato cursu 30. annorum sine assensu Regio potest dari licet sit feudalis prag. 11. n. 89
Res non dicitur feudalis, quia reddit feudo, sed redditus tantum ibi nu. 57
Res si asseratur esse eam ecclesiasticam, & altera pars neget, quis cognoscet prag. 8. p. 3. num. 133
Rescripta Pontificis non possunt in Regno exequi sub pœna sine Regio exequatur ibi nu. 18
Restitutio in integrum potest statuto tolli, ibi nu. 263
Restitutio ex causa pacis est latè interpretanda prag. 6. n. 160
Restitutio foriudicati ad quæ extendatur, an ad bona, & honores ibi nu. 178
Restitutio in integrum an restituatur aduersus tertium possessorem prag. 1. n. 312
Restituto minore ad rem, restituitur maior ad recuperandum pretium ibi n. 270
Restitutio conceditur aduersus longam, & longissimam præscriptionem, sed non aduersus immemorabilem ibi n. 221
Resoluto contractu non solum fructus sunt restituendi sed interesse, & expensa, ibid. num. 278
Respublica pœna, & premio continetur pr. 6. num. 4
Resistere quando liceat indebitè exequēti prag. 14. nu. 50
Reseruata in signum supremi dominij alienari non possunt prag. 8 n. 39
Res inuentę an sint inuentoris, vel fisci nouiter explicatur ibi.
Res inuenta super latronibus cuius sunt ibidem.
Res omnes præsumuntur liberæ ab origine & non feudales prag. 11. n. 50
Resoluto iure datoris quando resoluatur ius acceptoris prag. 8. p. 3. n. 196
Reuocare factum propriū quando est nullū an quis possit ibi n. 187
Reuariatione facta à Tribunali maiori ad Barenē an sine alia quisione Curia Bare-

na-

Digitized by Google

nalis possit procedere, distingue, vt prag. 8.p.1. num.346
Reus si non valeat soluere pœnam in sententia contentam, an iterum iudicari possit prag.6.nu.118
Reus ante sententiam poterit luera, & bareditates renunciare prag.4.n.74
Reus non potest renunciare defensionibus & quæ sit practica prag.3.n.141
Reuocatio feudi alienati competit venditori, & emptori prag.4. vbi vtiliter explicatur.
Rex tirannis dicitur si sua tantum commoda intuetur, & non publica rubrica num.83
Regis nostri liberalitas extollitur, ibidem num.87
Rex tenetur prouidere Regnum, vt abundet prag.1.n.185
Rex prohibuit in gratijs concessis, vt Preroges, non vendant officia prag.4.n.50
Rex Carolus fecit suspendere Iudicem, qui pro homicidio minuerat pœnam manus prag.6.n.8
Rex Robertus concessit quatuor literas arbitrales Baronibus prag.8.p.1.n.66
Rex tenetur ad collectas pro burgensaticis prag.12.n.11
Rex non potest noua onera Regno imponere prag.10.num.20. Cætera vide verbo Princeps.
Rex stipendia Regni debet erogare in pertinentibus ad institiam prag.19.
Rex suo sumptu tenetur persequi rebelles, & latrones, sed an possit etiam Vniuersitatibus onus imponere, discutitur ibid. num.50
Rex poterit petere tot homines ex terris pro militia ibid.
Rex dicitur Dominus personarum, & qualiter prag.14. nu.28
Rex non potest exigere adiutoria à Regno, nisi in casibus à Papa Honorio taxatis, prag.10. nu.6
Rex intitulatur Dominus, etiam de Regnis occupatis, vt dicatur animo semper insistere pro recuperatione prag.8.nu.43
Rex est immunis, & exemptus ab imperio ex antiquissima præscriptione ibi.par.3. in fine.
Rex in terris Baronum, an possit constituere Regias Audientias pragm.3. in fine.
Rex Ferdinandus Primus, tenebat librum omnium virorum, quem sæpius legebat pro ijs remunerandis ibid.nu.126
Rex noster fugat Dæmones, Rex Francia sanat multos morbos ibi.
Rex tenetur deputare Vicarium in Regno ne subditi fatigentur quærere ipsum extra Regnum ibid.
Rex quando possit tollere appellationem, prag.3.num.140. & an tollere defensiones ibid.
Sacrilegium potest esse spirituale, & temporale prag.8.p.3.n.216
Salarium, quis teneatur soluere Rationali, Baro, vel Aerarius pragm.16.num. 103.
Salarium quando in principio, vel fine sit soluendum ibi nu.69
Salarium inter ciues soluere tenetur Baro, si subditus extra seruitium impediatur culpa Baronis ibi n.64
Salarium integrum an sit soluendum pro salma si homo non accesserit ad ducendum animal ibi n.62
Salarium est soluendum per manus Aerarij, & non Baronis, ex pluribus rationibus ibi nu.56
Salarium duarum dietarum erit soluendum vltra viginti milliaria pragm.16 num.53
Salarium debent soluere Barones, prout inter ciues extra materiam itineris ibid. num.46
Salarium non est considerandum attenta ratione milliarium, si conducatur mola, vel aliquod magnum onus, ibidem num.39
Salarium pro seruitijs quantum Baro præstare debeat, latè explicatur ibi nu.34. & infra verbo seruitia.
Salarium tenentur Barones dare iuxta onus administrationis ibi n.20
Salarium an debeatur officiali pro tempore quo abfuit sine licentia, pragm.5.nu. 92.
Salarium an debeatur officiali infirmo ibi num.91

Digitized by Google

Salarium an debeatur officiali pro eo tempore qui stetit suspensus ibi nu.90
Salarium officiali an debeatur ei iure actionis, & quid si non fuit promissum prag. 4.nu.20
Salina sunt fisci, & non Baronum, quid si fuerint inuenta in fundis priuatis pr.8. p.2.n.56
Saluum conductum pro debitis, vel delictis an possint facere Barones suis subditis pragm.6. & vide supra verbo Guidaticum.
Salamonis sculptura in qua figurandam curauit, faciem Bouis, Leonis, & Cherubin, quid denotet rubr.
Saluum conductum non seruans, punitur læsę maiestatis prag.6. n.169
Scientia Principis an detur in præscriptione quadraginta annorum pragm.8.p.3. num.222
Scripturas præsentare fatuum est si ille demonstret titulum nullum, quia neq; præscriptio sublineri poterit super titulo nullo, & erroneo prag.1.n.227
Scripturam habens pœnes se quando præsumatur scire, & approbare eam prag.11. num.151
Sententia condemnans plures ad quantitatem, an intelligatur pro virili rubrica num.19
Sententia non potest ferri contra absentem secus contra officialem nam in eorum odium delinquendo possunt condemnari prag.5.nu.84
Sententia in criminalibus non fertur absolutoria, sed nouis superuenientibus inditijs prag.6.n.39
Sententia est indiuidua, & mixturam non recipit ibi n.114
Sententia afficit reum quocumq; loco accedat prag.7.nu.19
Sententiæ tres Baronales pro una instantia reputantur, & non habet locum in illis titulus C.ne liceat tertio prouocare prag.8.p.1.n.194
Sententia declaratoria requiritur quando quis incidit in legem quæ ipso iure, pœnã infert ibid.p.2.n.129
Sententiam mortis naturalis, vel ciuilis, an Iudex secularis possit exequi non reconitis actis, distingue ibi p.3.n.9
Senes decrepiti an de necessitate habilitandi sint prag.19. n.24
Sequestratio puellarum non solet fieri hodie in monasterijs ob difficultatem exercendæ iurisdictionis prag.9. n.9
Sententia non potest adduci ad exemplum sine actis, quia minima causa variat ius prag.3.n.163
Seruitus feudo potest imponi, in vita feudatarij, & non dicitur alienatio prag.8.p.3 nu.198
Seruitus quæ proprie dicatur ibid.
Seruitij præstatio, & tituli allegatio sufficit ad obtinendũ in possessorio ibid.n.232
Seruientes alicui Ecclesiæ an gaudeant fori exceptione ibi n.115
Seruitium sine mandato Episcopi gestum à clerico an sufficiat ad obtinendum fori exemptionem ibi nu. 30
Seruitium clerici quale esse debeat, & oportet probari fuisse præstitum per tempus, & non per dies ibi nu. 31
Seruitium feudi an sit de substantia prag.8 p.1.num.8
Seruitia extra territorium sunt soluenda per Barones, prout inter ciues præter ministerium itinerandi prag.10. nu.57
Seruire vasallus non debet Baroni quando vacat suis necessarijs prag. 16. nu.25
Seruitia sunt iniungenda secundum qualitatem personarum, alias resisti poterit, ibi nu.42
Seruitia insolita vasalli non tenentur præstare ibi nu.43
Seruitia intra territorium solui debet prout inter ciues ibi nu.47
Seruitiũ non recipit diuisionem, pro dieta sed totũ est soluendũ, etiam si parum laborauerit ibi nu.51
Seruitia sunt indicenda per diem antea ibi num.54
Seruitia extra materiam pertinentem ad feudum, an possint iniungi per Barones, ibi nu. 58
Seruitutem non potest imponere Baro vitẽdi equis nobilium quos retinent pro vsu eorum prag.16.nu.60
Seruitium non potest iniungi illi qui operas suas alteri locauit ibi n.67

Digitized by Google

INDEX.

Seruitia Baroni debita an possint alijs demandari, & cedi ibi nu. 71

Seruitium militare quod soluere tenentur Barones, pro feudis quæ habent, quantũ sit prag. 1 n. 59

Significatoriæ Baronum non habent executionem paratam, prag. 16. nu. 83

Significatoriæ ex introitu superante exitũ habent executionem paratam prag. 16. num. 83

Sigillum an sit necessariũ in priuilegijs, pr. 11. nu. 165

Sindici electio qualis fieri debeat, notatur prag. 10. nu. 12

Simulatio non rescindit contractum si vterque non participauerit, sed vnus tantum ibi nu. 70

Sindicus an possit carcerari pro debito Vniuersitatis fiscali, vel priuato, singulariter explicatur ibi num. 31

Sindicus, & Electi an sint immunes à muneribus, disputatur prag. 8 p. 1. nu. 271

Sindicatores an possint punire falsos testes ponitur ibi nu. 224

Sindicatum an possit Prorex dispensare, discutitur prag. 5 nu. 186

Sindicatus est de iure diuino, ibid.

Sindicatus tempus an possit augeri si vltra annum officialis exercuerit elucidatur prag. 5. n. 127

Sindicandi officiales cura debet esse Baronũ iurisdictio vero est Vniuersitatum, ibidem.

Sigilli solutionem an petere possint Barones pro expeditione prag. 19

Sindicari qualiter debeant Auditores, & Iudices M.C. & Gubernatores Prouinciarum ibid.

Sindicari an debeant officiales ante reformationem, vel in fine ibidem.

Singulares prærogatiuæ, sub generali concessione non veniunt prag. 8. p. 1. nu. 63

Simoniam committit vendens officia prag. 4 num. 13

Socius quolibet anno debet notificare consocio si quid infortunij successerit in negotio, alias non audietur prag. 5

Solutio gratuita multoties obligationem parit ex longo tempore prag. 10. n. 5

Solutionis fiscalium ortus, & transmutatio ponitur ibidem num. 11.

Soliti cogi possunt ad seruitia, sed non semper prag. 16. nu. 40

Solito delinquere augenda est pœna prag. 6. nu. 26

Solita præsumuntur semper concessa, licet non sint expressa prag. 8. p. 1. n. 64

Soluere promittens loco destinato si non satisfecerit poterit vbiq; conueniri vbi reperitur ibi p. 2. n. 161

Solutio indiminutè facta, multa parat incommoda ibi p. 3. n. 301

Solutio fiscalium qualiter per focularia est facienda, & si ea deficiant, an onus accrescat alijs prag. 10. n. 80

Solitum inducitur ex bino actu pragm. 11. num. 91

Sortilegia pro sanandis morbis qualiter puniantur prag. 8. p. 3. n. 94. & cuius fori sint.

Spiritualia transeunt cum Vniuersitate bonorum prag. 4 nu. 56

Spolium non dicitur fieri, si possessor iure resistente possideat prag. 1. n. 231

Spicas colligere post terga metentium an prohiberi possit per Baronem prag. 8. p. 1 nu. 364

Sportulæ litis qualiter sunt Iudicibus soluendæ, & quæ taxa attendatur prag. 19 num. 42

Statutum est interpretandum in sensu proprio, & non abusiuo prag. 6. nu. 85

Statutũ partim fauorabile respectu vnius partis, & odiosum respectu alterius, an dicatur fauorabile, vel odiosum, ibidem num. 63

Statuta in tantum valent quatenus sunt vtilia, & rationabilia prag. 16

Statuta an possint condere Barones in suis terris pragmat. 14.

Statutum generale verbis geminatis, & pugnantibus extenditur ad omnes casus et speciales prag. 3. n. 31. latè.

Subrogationis natura qualiter assumat potentiam subrogati prag. 5. n. 95

Substitutio facta de filijs, & nepotibus interpretatur ordine successiuo, rubrica num. 60

Subditi Magni Admirantis an debeant remitti si offendant aures alterius Iudicis

latè

Digitized by Google

latè disputatur prag.8. p.1.n.291
Subfeudatarius non potest de facto priuari, sed causa cognita prag.11.nu.51
Subditi debent præferri exteris in locatione, & alijs similibus prag.12.n.32. vide verbo vasalli.
Superiorum vita, & regimen, latè explicatur rub.n.96
Suspensio officialis debet peti ante litis contestationem prag.5.nu.8. & quando peti possit ibid.
Suspitiones officialis an possit Baro cognoscere prag.8.p.1.
Supersessoria facta à Barone informationis alicuius delicti post litem contestatam, an elapso biennio instantia pereat prag.6.num.50
Successoribus an prædecessores ciues præiudicare possint, declaratur prag.11.n.96
Successores Barones an teneantur seruare priuilegia facta à prædecessoribus prag.8.p.3.nu.392
Suspitio quousq; non proponatur, licitè Iudex procedit, licet sit notoria.
Suspecto Barone in cognoscendo, an etiàm in delegando prag.3.n.165.cum seq.

T

Tabellionum creatio est de regalibus, prag.8.nu.76
Tamberlani responsum curiosum refertur rub. nu.106
Tempus immemorabile præsumit Regium assensum, & omnes sollemnitates, secus si apparet nullitas prag.1.nu.217
Tempus indefinitè positum, pro anno interpretatur prag.5.n.5
Tempus conuentum incipit à perfectione actus, & non à promissione, ibidem nu.20.
Tempus data attenditur in gratiosis, ibid. num.21
Tempus compromissi non currit à die decreti, sed acceptationis arbitrorum ibidem num.22
Tempus currit de momento ad momentum, & non patitur subrogationem, ibidem num.88
Tempus publicationis legis in Metropoli attenditur. & non scientia, vide prag.6. nu.173.
Tempus carceris post sententiam exeomputatur in exilium prag.7.nu.36
Tempus ad colligendum sarcinulas an ipso iure currat prag.6.
Tertiæ conuentæ in instrumento censuali non debentur rescisso instrumento, sed debetur postea interesse, quod solet taxari ad eandem rationem prag.1.nu.300
Tertiarij an gaudeant foro Ecclesiastico, pr.8.p.3.nu.55
Tertius pro suo interesse secundariò potest petere audiri in lite pragm.8.p.1.num.236.
Terminus non requiritur in causa vbi disputatio est in mero iure prag.8. par.2. num.76
Territorium industria coloni, & labore melioratum non potest ex quacumq; causa ei auferri prag.11.nu.97
Territorium solitum concedi ad seminandū pro quota fructuum, si fuerit plantatum, an eadem quota debeatur prag.11. num.75
Territoria data ad coloniam vendi possunt Domino irrequisito ibi nu.69
Territoria destinata pro pascuis non possunt reduci ad culturam ibi nu.35
Terragia quæ dicantur, ponitur ibidem nu.71
Terragia an teneantur vasalli portare, vsque ad domum Baronis, ibid.nu.74
Terra alienata, an camera concessa vasallis extinguatur prag.8.p.3.n.293
Territorium licet censeatur Baroni concessum, non tamen habet fundatum intentionem id esse totum feudale, prag.8.p.2 num.21
Territorij fines arguuntur per montes, flumina, valles ibi n.19.
Terra concessa veniunt omnia feudo solita adijci, & non alia ibid. num.5. & an suburbia, & Casalia ibi ex nu.3. cum sequ.
Terra de demanio quando possunt per Regem vendi, latè explicatur pragmat. 8. par.3
Territoria concessa per Barones ad colendum, si non colantur per quinquennium auferri possunt prag.11
Testes laici an possint cogi per Prælatos ad de-

Digitized by Google

deponendum in sua Curia prag.8.p.3. num.16.
Testes qui patitur plures defectus reijcitur in totum ibi p.1. n.388
Testis dicitur falsum committere tacendo veritatem prag.6.n.142
Testes in pertinentibus ad Vniuersitatem esse non possunt cines si commodum respiciat singulos prag.11.nu.6
Testes an possint esse vasalli contra Baronem,& fidem faciant prag.3
Testium dicta formaliter scribi debent,pro, & contra fiscum ibi n.142
Titulati habent quamplures prerogatiuas in iudicio,quæ recensentur rub. n.21
Tituli dignitatum, aut conceduntur personæ,vel loco,& qualiter differant,ac qualiter arguantur rub.n.27
Titulus criminis non facit quem reum,sed multa operatur prag.8.p.2. n.256
Titulum quis cogi an possit præsentare prag.1.nu.42
Ttuli exhibitio valde confert ad possessorium,vbi ius resistit, & notabiliter declaratur prag.1.n.233
Titulus quando reducitur ad non titulum; fructus semper erunt restituendi ibidem nu.265
Titulum tenetur quis præsentare in iurisdictionalibus prag.8.p.2.n.79. & prag.11 nu.50.cum seq.
Titulum habens in administrationem præfertur habenti in honorem tantum,ibid. nu.195
Titulus Cne quis in sua causa iudicet interpetratur prag.8.p.3. nu.74
Tiranni sunt instrumenta diuinæ iustitiæ, ibid.
Tirannidem exercent omnes superiores opprimentes subditos ibid.
Tonsura omissio in clericos an sit magna sollemnitatis prag.8 p.3.nu.29
Torquere ex processu informatiuo,an licent Regijs Audientijs, & in quibus casibus, vtiliter explicatur prag.8.p.1.nu.76.cũ seq.
Torqueri an possint ex processu informatiuo appellatione remota rei magni criminis ibi n.80
Tortura an habeat locum in crimine baratariæ distingue prag.4.n.26
Transactus,vel compositus de delicto, an sit infamis,& possit prohiberi ad honores prag.6.n.184.
Transactio an possit annullari ex superuenientibus probationibus ibi nu.38
Transactio quid à compositione differat, ibi num.36
Transactio facta cum parte facit inditium sed non quæ tractatur cum Iudice ibid. num.15
Transitus tantum per loca prohibita non dicitur rumpere exilium,vel guidaticum, prag.7.nu.44
Tribunalia maiora an possint dare aliquã dilationem debitoribus prag.8.p.1.num. 276.
Turrim,& fortalitium quando possit priuatus in suo facere ibi p.2.n.13
Tutela, & cura illustrium personarum, an expiret tempestiue,vel vltra ius dari prag.3.n.106

V

VAcatio quanta esse debeat de honoribus ad honores in officialibus Vniuersitatis prag.10 nu.119.
Vacatio est inducta fauore publico, & non particulari ibid.
Vacatio ad diuersa non procedit, ibidem num.111
Vocem actiuam,nec passiuam habet debitores Vniuersitatis prag.10.nu.131
Vagabundus an possit omni loco puniri pr. 8.p.2.nu.222
Vagabundus quis propriè dicatur ibidem num.223
Variatio an impediat causam inter coniunctos compromissi,noua quæstio prag.8.p. 1.num.312
Variatione facta apud superiorem si esset causa priuilegij an causa debeat remitti ibi nu.316
Variatio debet fieri apud competentes Iudices,& non alias ibi nu.336
Variari an possit à primo Iudice ad secundum,noua quæstio ibi n.337
Variatio de supremo Tribunali,ad inferius est suspecta ibid.n.339
Variatio statim ligat manus Iudicis ibid. num.340

Digitized by Google

Variari an possit in secunda instantia, diuersa sunt opiniones ibi n. 348
Validitatis ordinum, & collationis beneficij cognitio pertinet ad ecclesiasticum, prag.8.p.3.nu.73
Vasalli poterint uti priuilegijs concessis Baroni, etiam eo inuito rub.nu.39
Vasalli potius exemplo superioris trahūtur quam legibus ibi n 69
Vasalli, & Barones sunt correlatiui prag.1 nu.173
Vasalli an teneantur alere Dominum pauperem prag 1.nu. 175
Vasalli non tenentur habere fidem de pretio quando vendunt Baroni ibi nu. 181
Vasalli an præferantur Barone volente locare demanialia feudi ibi n.347
Vasalli an possint prorogare iurisdictionem sui Baronis, nouiter explicatur prag.8. p.1.num. 119
Vasalli feudatarij non possunt prorogare iurisdictionem, secus Burgenses, ibidem num.122
Vasalli de consensu, an possint litigare coram superiore, in præiudicium Baronis, ibid.n.161
Vasalli contumacia coram superiore erit ibi purganda, & non remittitur prag.8. p.1.nu.218
Vasalli Burgenses an possint aliò se transferre prag.10.nu.61
Vasalli angarij non possunt recedere à terra Baronis ibi n.60
Vasalli sine regio assensu non possunt se obligare ad seruitia Baronibus pragmat.10 num.64
Vasalli quando teneantur fideiubere pro Barone ibi num. 65
Vasallus feudi, & vasallus burgensis differunt ibi nu.66
Vasalli possunt præscribere ius fidandi, contra Barones prag.11.n.39
Vasalli an possint cogi seruire mensatim, prag.16.nu.57
Vasallus non tenetur obedire iniustis ordinationibus Domini ibi n.50
Vasalli exempti à iurisdictione Baronis ratione alicuius priuilegij non sunt exempti à iure reuerentiali, prag.8.p.1.
Vasallis de iure erat licitum occidere Dominum tyrannum pragm.3. num.40
Vasalli litigantes cum Barone possunt obtinere saluam guardiam circam ecrum personas cognoscendas ibi.num.77
Vasalli non possnnt extrahi à proprio domicilio prag.3. n.177
Vasalli iurisdictionem volūtariam possunt prorogare ibi n.176
Vasalli debent tractari uti filij pragm.3. num.59
Vasalli an possint actionem famosam instituere contra Baronem, ibi n.96
Vasalli an possint esse testes, aduersus Barones ibi nu. 97
Vasallorum grauamina Iudex est competens S.Consil.prag.3. nu. 99. & quando Regia Camera possit pro suo interesse, auocare ad se causam, ibidem declaratur.
Vasalli an in præiudicium Baronis possint foro renunciare, prag.8.p.2.nu.83
Vasalli debent Baronibus operas obsequiales, & artificiales, ibi nu. 170
Vasallis an possit prohiberi ne foras accedant ad molendina, prag. 14. nu. 17
Vasalli an pro usu suo possint tenere centimula, furnos, & similia ibi n.18
Vasallis an Baro possit interdicere, ne exerceant aliquas artes, vel mercantias, ibi num.19
Vasallis potius Baro tenetur concedere feudalia, quam exteris ibi n.19
Vasalli an inuiti teneantur recipere Dominum, prag.8.p.3. latissimè, supra verbo Demanium.
Vasalli possunt petere, vt eis constituatur Assessor ordinarius, & sic Iudex secundarum causarum prag.3 n.183
Vasalli possunt se opponere Iudici secundarum causarum constituto, extra prouinciam, vel vltram dietam, prag. 3.num. 184.
Vasalli tenētur defendere Baronem, in periculo constitutum, sic & è contra ibid. num.90
Vasalli odiosi, quando possint petere à superiore, vt eximantur ab eius cognitione, ibi nu.77.cum seq.
Vasallorum malitijs non est indulgendum, prag.16.nu.28

Digitized by Google

Vasalli contrahentes cum Barone, an possint allegare metum reuerentialem pr. 1. in fine.

Vasallis an possit per Baronem interdici aliqua negotiatio, vel mercatura ibidem nu. 319

Vasalli tenentur præstare operas artificiales, & obsequiales Baroni, etiam si sint exempti à foro prag. 8. p. 2. nu. 102

Vasalli an teneantur portare terragia, vsq; ad domum Baronis, vel consignare in area prag. 14. n. 11

Vasalli occidentes Baronem an teneantur crimine læsæ maiestatis, prag. 3. nu. 210

Vasalli an possint dici habitantes in terra Baronis, & ipse habeat fundatam intentionem in eos, prag. 8 p. 2. n. 222

Vasalli tanto maius onerantur, quanto maiora priuilegia habebit Baro, ibi nu. 252

Reliqua, vide in verbo, Barones, & verbo Iudex.

Vendere, & emere quando quis cogi possit notatur prag. 1. n. 115

Venditio potest prohiberi pro publica vtilitate ibi n. 159

Vendere quando quis cogitur aliquo casu, an teneatur etiam habere fidem de pretio ibid. n. 178

Venalia tenens cogitur vendere cuiquam alias actione iniuriarum tenetur ibid. num. 242

Venditionis appellatione non veniunt alij contractus ibi n. 345

Venditionis appellatione in larga interpretatione, veniunt etiam contractus innominati prag. 4. n. 17

Vendere officium dicitur Baro si renitet dare solitam prouisionem ibi n. 19

Venditio officiorum per superiores, iustificari posset tribus concurrentibus, vt persona sit digna, pretium moderatum, & necessitas vendendi ibi nu. 63

Vendens, & emens sunt correlatiui, & dispositum in vno extenditur ad aliud ibi num. 81

Vendita terra, an officialis creatus possit expelli elucidatur prag. 5. nu. 106

Vendere quis cogitur pro ampliando Ecclesia prag. 1. n. 108

Vendi, & mercari extra Regnum, vel cum infidelibus est prohibitum sub pœna ibi in fine prag.

Venatio an possit prohiberi per Barones vtiliter explicatur prag. 14. nu. 35

Venatio an possit prohiberi per Barones in defensis proprijs, & feudis priuatis ibid. num. 38

Venatio ex publica vtilitate ad tempus prohiberi potest, & causa notantur, ibidem nu. 40

Venationes cum retibus, vel sclopis an possit prohiberi, ibi.

Venatio in locis priuatis reclusis est prohibita sub pœna triremium, ibid.

Veneti, & Ianuenses præscriptione quasierunt iurisdictionem maris, & exẽptionẽ ab imperio prag. 8. p. 1. n. 142

Verba statuti licet in parte narratiua sint stricta, si in corpore se ampliant, attenditur pars largior rub. nu. 35

Veritas debet esse in ore superiorum ibid. num 95

Verba debent interpretari in potiori significatu prag. 1. n. 81

Verba sequentia ampliant, vel minuunt præcedentem dispositionem, & proponuntur adhoc multa notabilia ibi n. 135

Verbum, an mens disponentis sit attendenda, vtiliter explicatur ibi n. 177

Verba in dubio vt us demonstrationis causa, quam dispositionis censentur posita, ibi nu. 140

Verba debent impropriari, vt euitetur correctio ibi n. 146

Verba enunciatiua Principis quando dispanant recensetur prag. 5. n. 192

Verbum quicumq; est vniuersale, & extenditur ad casus maiores expressis ibi pr. 1 num. 337

Verbum indulgeo, vel restitui qualiter differant prag. 6. n. 176

Verba debent impropriari, vt soluetur dispositio, ne alteri præiudicent prag. 8. p. 1. num. 114

Verba taxatiua non operantur abdicationem expressam in damnum ordinaria iurisdictionis ibid.

Vestes clericales qualiter esse debeant, & quis sit Iudex competens ibi p. 3. nu. 33

Verba ciuiliter intelligi debent ibi n. 31

Digitized by Google

Vicarius si quis constituatur in negotijs, dicitur habere maiorem auctoritatem, quam procurator rub. nu. 49
Vicarius, & Locumtenens creatur Prorex & est ad instar Legati à latere prag. 1. num. 29
Vicarius Episcopi dicitur ordinarius Iudex sed non circumscribitur anno eius officiũ prag. 5. nu. 153
Vicarius Episcopi non tenetur stare sindicatui ibi nu. 154
Victualium appellatione non venit vestitus, nec parata animalium causa pra. 1. num. 129
Vidua diues, miserabilis dicitur cum viro sit orbata, & habet priuilegium variationis prag. 8. p. 1. n 310
Vidua impudica, cur non gaudeat priuilegio fori, sed meretrix sic declaratur ibi nu. 311
Viduæ pauperes non debent describi in focularibus prag. 10. n. 40
Viæ publicæ stant sub regia protectione, & ideo imponitur ius passus in certis locis, prag. 8. p. 2. n. 44
Viduæ non excusantur à contributione pr. 19. nu. 66
Vim inferre clerico turbanti, an liceat impunè prag. 8. p. 3. n 46
Vidua retinet dignitatem maritalem, & intitulatur titulo mariti ibi p. 2. n. 194
Via alia publica, vicinalis, & priuata ibid. num. 45
Viæ debent mundari, & sterni, sed cuius expensis, & cuius sit iurisdictio, ibid. p. 1. num. 47
Viæ sunt terrarum, vbi sitæ sunt, sed iurisdictio est Baronum, securitas, & protectio est Principis ibi nu. 48
Violentia dicitur mulieri illata ex suasionibus, & blanditijs, sed contraria opinio defenditur prag. 8. p. 1. nu. 332
Virgines etiam viuo patre habent fori electionem ibi n. 328
Virgo stuprata an habeat fori electionem, distingue ibi n. 329
Virgini asserenti se violenter fuisse stuprata, non creditur ibi nu. 330
Visitantur officiales perpetui singulis 15. annis, & visitationis modus recensetur pragm. 5. num. 156
Vouens religionem, an dicatur religiosus, vt gaudeat foro prag 8. p. 3. nu. 25
Vniuersitas pro vtilitate publica potest cogere ciues ad emenda victualia pretio caro prag. 1 n. 248
Vniuersitas quando teneatur, si pecuniam accepit sine assensu, & illa versa fuerit in vtilitatem ibi n. 252
Vniuersitas non tenetur pro contractu, nisi congregata speciale dederit mandatum, ibi nu. 259
Vniuersitas si nulliter contrahat, an fideiussores teneantur, distingue, vt ibidem nu. 290
Vniuersitates tẽpore penuriæ, an possint pretium vilius taxare inter ciues ibidem num. 314
Vniuersitas habet prælationem in venditione facienda per ciues de victualibus ibid. nu. 320
Vniuersitas an præferatur, si Baro voluerit terram locare, declaratur prag. 8. p. 1. nu. 158
Vniuersitates non possunt concedere immunitatem sine assensu Regio ibi n. 270
Vniuersitas an ex causa possit alicui Ciui immunitatem concedere à collectis, ibid. num 272
Vniuersitas an teneatur contribuere pro fortalitio faciendo per Baronẽ, si respiciat vtilitatem vassallorum prag. 8 p. 2 num. 9
Vniuersitatibus Princeps tenetur dotẽ dare in bonis, vnde viuat prag. 11. n. 202
Vniuersitas an præscribere possit aliqua iura contra Barones prag. 8. p. 3. n. 228
Vniuersitates nõ habent regulariter iurisdictionem ibi n. 229
Vniuersitates quæ dicuntur Republica habent iurisdictionem, & regalia, ibidem num. 230
Vniuersitas præscribit iura per suos Ciues ibi nu. 241
Vniuersitas non punitur ex delicto ciuium, nisi congregato consilio concluderent ciues ibi nu. 242
Vniuersitas an sine assensu possit donare Baroni, in nouo eius aduentu ibi num. 245

Vni-

Digitized by Google

INDEX.

Vniuersitas in remunerationem donare potest ibi n.275

Vniuersitas non potest obligari sine assensu ibi nu.308

Vniuersitas si sit debitrix, an contra Ciues possit exequi, benè elucidatur prag. 10. num. 27

Vniuersitas si defecerit, an possint cogi ciues ad se obligandum creditoribus ibid. num.28

Vniuersitas an possit diuidi per quarteria sine assensu ibi nu 79

Vniuersitas potest cogi subministrare expensas pro lite mota per vnum ciuem in beneficium Communitatis pragmat. 11. num.252

Vniuersitas etiam si habeat iurisdictionem eligendi officiales, tamen semper confirmatio est petenda à Barone, pragm. 10. num.90

Vniuersitas an possit pœnas indicere ciuibus pro contrauentionibus ibidem num. 100

Vniuersitas an possit pascua, glandes vendere non consentientibus omnibus ciuibus, prag. 11. n. 4

Vniuersitas non potest sibi præiudicare, nec remittere ea quæ sunt destinata pro eorum viuere ibi n. 8

Vniuersitas debet habere introitus, pro communitate ibi n.19

Vniuersitas de suis territorijs potest facere defensam, sine assensu, ibidem num. 125.

Vniuersitas oppressa ære alieno poterit statuere, ne ciues alio accedant ad molendum prag. 14. n.23

Vniuersitas si ipsa eligat Aerarium, Baroni, tenetur pro eo in subsidium prag. 16. num. 97

Vniuersitas si habet emolumenta prouentuum ex priuilegio, tenetur ad expensas iustitiæ prag. 19. nu 33

Vniuersitas ad sonum campanæ, an teneatur tota occurrere, vel sufficiat si bona pars ciuium obediat ibi nu. 56

Vniuersitas potest statuere, vt victualia non vendantur priuatim, sed in communi foro prag. 1

Vniuersitas an teneatur dare familiam Baroni pro capiendis delinquentibus prag. 19

Vniuersitas ex causis potest denegare possessionem officij Capitaneis, & quæ sint iustæ causæ prag. 5.

Vniuersitas non potest pascua vendere, vel locare in præiudicium ciuium pragmat. 11.

Vniuersitas an teneatur construere, & custodire carceres prag. 19

Votum religionis an eximat vouentem à iurisdictione pragmat. 8. par. 3. num. 57

Vocem actiuam, vel passiuam qui sint, qui non habeant in parlamentis pra. 10 num. 131

Vrbs Roma, vel Constantinopolis, seù Venetiæ, dicuntur communes patriæ prag. 8. par. secunda num. 66. sic & Neapolis.

Vsuram committens punitur, sed non dans, & ratio differentiæ notatur pragm. 4. nnm 86

Vsuram committere, si non habeat in bonis non posse puniri affertur pragm 6. num. 83

Vsus debitus Baroni in demanialibus Vniuersitatis, an etiam debeatur afflictatoribus terrarum prag. 8. p. 1. nu. 157. negatiuè.

Vsus aquæ pro victu subditorum non potest per Barones prohiberi ibid. part. 1. num. 30

Vsum habent ciues, insitum in bonis demanialibus feudi prag. 11. n. 15. sic & è cõtra n. 100

Vsus debitus Baroni, & vasallis quid sit, & qualiter interpretetur, ibidem num. 104

Vsus diuersimodè in iure supponitur pr. 12 num. 35

Vsusfructus non potest cedi, nec vendi, sed commoditas ibi n. 37

Vxores Clericorum coniugatorum an gaudeant fori exceptione pragm. 8. par. 3. num. 53

Vxor viuente viro gaudet eius foro, & dignitate ibi p. 2. n. 194

Digitized by Google

INDEX.

Vxor an gaudeat foro militari sui mariti, quod non contra communem ibidem nu. 179

Vxori relicta vsufructuaria omnium bonorum, filijs haredibus alimenta debentur, secus haredibus extraneis institutis limitatur hæc conclusio, singulariter pragmat. prima num. 136.

Z

ZElus Baronum semper est intuendus, in omnibus eius prætensionibus, pr. 12. num. 25

FINIS TABVLÆ.



Digitized by Google

TRACTATVS DE IVRE, ET OFFICIO BARONVM, &c.

IO. FRANCISCI CAPIBLANCI I. C. CELEBERRIMI.

RVBRICAE.

SVMMARIVM.

1 *Prohæmium est pars substantialis cuiusuis dispositionis, & operis.*

2 *Interpretatio sumitur in dubio ex prohæmio, & præfatione, si lex sit localis, an generalis, & sic in alijs dispositionibus.*

3 *Solita norma antiquorum non est respuenda, sed sequenda.*

4 *Rubrica designat nigrum, & causam finalem totius tractatus.*

5 *Baronis æthimologia, & deriuatio, quanta sit apud Grammaticos, Græcos, & Hebræos, & qualis apud Feudistas.*

6 *Barones, & feudatarij debent esse milites fortes, validi, ac diuites de iure.*

7 *Barones, si natura, vel casu fiant inhabiles ad seruitium militare, an feudo priuari possint, & detur locus alijs in successione ipsius feudi.*

8 *Seruitium militare an possit per substitutum Regi præstari à feudatarijs.*

9 *Infeudationis origo ortum habuit à filijs secundogenitis Imperatorum, & Regum.*

10 *Feudorum consuetudines non erant tempore Romanorum, & an pro lege seruandæ.*

11 *Feuda, & dignitates sunt venales hodie, licet de iure gratiosè, & ob merita concedi debebant.*

12 *Feuda, & dignitates pecunia obtenta non conferunt veram dignitatem, nec propriè feudi concessio dici poterit.*

13 *Baro verè dici non potest, qui possidet feudum quaternatum, si illud expressè non habeat in Baroniam.*

14 *Baro tacitè constitutus intelligetur, si Rex concedat illi facultatem infeudandi aliquem de suis feudis quaternatis.*

15 *Baro in Francia quis non dicitur, nisi habeat decem feudatarios, Dux decem Comites.*

Digitized by Google

16 *Baronum appellatione, non veniunt feudatarij regulariter.*
17 *Feudatarij non gaudent priuilegijs concessis Baronibus.*
18 *Probatio plenior requiritur ad conuincendum Baronem de delicto, quàm priuatam personam.*
19 *Magna Curia est Iudex competens contra Barones hodie sine interuentu Parium.*
20 *Carcerari non possunt Barones, alijq; officiales maiores, Prorege inconsulto.*
21 *Titulati habent quamplures prærogatiuas in iudicio, & extra, quæ recensentur.*
22 *Titulus Comitis, Marchionis, Ducis, vel Principis, quid significet, notatur.*
23 *Extensio non potest fieri de minori ad maius, nec ad diuersa, vel separata.*
24 *Baro stat vt genus, cum dicatur scala dignitatum.*
25 *Feuda titulata non possunt vendi sine assensu Regis, & Proregi denegatum fuit, posse assentiri ex noua Pragmatica.*
26 *Baronia an possit diuidi, vel vendi, cum assensu Prorægis, vel sit titularis.*
27 *Tituli dignitatum aut conceduntur personæ, vel loco, & qualiter differant.*
28 *Concessio quando in dubio personalis, vel realis reputetur, & ex quibus verbis arguatur.*
29 *Monacus si efficiatur Episcopus, non exuitur à regula, vel habitu.*
30 *Dignitas maior non absorbet minorem.*
31 *Præses prouinciæ non potest votare in causis.*
32 *Baronum appellatione veniunt Comites, Marchiones, & alij titulati in rubrica nostra.*
33 *Genus comprehendit species, sed non è contra.*
34 *Feudatarij an comprehendantur sub titulo nostro de Baronibus.*
35 *Verba statuti, licet in parte narratiua sint stricta, si in dispositionis corpore se ampliant, extenduntur.*
36 *Princeps, licet legibus sit solutus, tamen si non vi coarctatiua, directiua saltem tenetur ad earum obseruantiam.*
37 *Dispositio sufficit, quod dirigatur ad vnũ ex correlatiuis.*
38 *Dominus, & Vasallus dicuntur correlatiui.*
39 *Vasalli poterunt vti priuilegio Baronibus concesso, si concernat eorum vtile, etiam illis renuentibus, quia sunt correlatiui.*
40 *Feudatarius is dicitur propriè, qui possidet feudum ascendens saltem ad annuam perceptionem vnciarum viginti.*
41 *Feudatarij non possidentes feudum integrum, non vocantur ad parlamenta, nec habent vocem in parlamentis, sed datur cautela introducta per Regiam Cameram.*
42 *Fœminæ de iure non possunt tenere feuda, secus in Regno; nam feuda, & titulos habent.*
43 *Fœminarum regimen improbatur.*
44 *Fœmina licet dederit in dotem feuda, adhùc domina erit; secundum opinionem aliquorum, quod ipsa habeat exercitium, maritus solum fructus feudi.*
45 *Maritus cur illustretur ex vxore contra iuris regulam, & recipiens feudum titulatum, decoratur illo.*
46 *Maritus factus titulatus ex feudo vxoris in dotem h bito, an soluto matrimonio remaneat insignitus eo titulo, licet feudum transeat ad alios.*
47 *Officio finito, idẽ honor debetur Officiali, qui fuit insignitus aliqua magna prærogatiua.*
48 *Mulieres possunt esse Baliæ pupillorum feudatariorum, & Vicariæ.*
49 *Vicarius est maioris potestatis, quàm procurator; & Baro potest sibi facere Vicarium.*
50 *Mulieres non possunt habere officia, licet possint tenere feuda regalia.*
51 *Masculinum quando concipiat fœmininum.*
52 *Episcopi, & clerici feuda tenentes, ligantur legibus huius tituli.*
53 *Dictio (de) causam essentialem verbi denotat.*
54 *Origo, & Baronum auctoritas recensentur.*
55 *Barones, quibus in iure æquiparentur*

Præ-

Digitized by Google

Præsidibus Prouinciarum, vel Curialibus.

56 *Barones dicuntur Officiales perpetui, & Consiliarij Regis,& eos offendentes excipiuntur ab indultu.*

57 *Dictio (&) diuersas habet qualitates aliquando conlungit, & concursum requirit.*

58 *Dictio (&) multoties diuidit, & segregat.*

59 *Sententia, si condemnat plures in causa ciuili, intelligitur pro rata, sed quid si obligatio fuerit insolidum.*

60 *Substitutio facta de filijs, & nepotibus, interpretatur ordine successiuo, vt primò filij, & postea nepotes admittantur.*

61 *Dictio (&) aliquando alternatiuè, & tamdiu expositiuè pro, vel, ponitur.*

62 *Relatiuum is, est demonstratiuum precedentis subiecti,& qualitatis.*

63 *Officij verbum, est generale, & extenditur ad magna, & infima, & ponitur diffinitio, & officium Baronum est triplex, Imperandi, Regendi,& Iustitiam ministrandi.*

64 *Moralis philosophia duæ sunt partes, vna ethica, quæ designat qualiter quis se regere habeat; altera polytica per quam quis multitudinem gubernare debeat.*

65 *Vasalli potius exemplo superioris sui trahuntur, quàm legibus, & edictis.*

66 *Qualis Superior, tales inhabitantes cum eo.*

67 *Exempla mala Superioris, vnquam satis reprehendi possunt, quantæ ruinæ sint subiectis, & ponuntur multa.*

68 *Capud infundit motum, & operationes ad sensus, & sic Superiores ad subditos infundent bonum, & malum.*

69 *Cursum, & Aurigam, vocat Superiorem sacra scriptura.*

70 *Iustitia malè exerceri peterit per Superiorem iniustum,& iniquum.*

71 *Regere qui non valet sua, nec aliena.*

72 *Superiores fuerunt introducti ad subleuamen subditorum, & non ad comodum dominantium.*

73 *Qui Principatum gerit, oportet omnes præcellere peritia gubernandi, vigilia, & fide.*

74 *Princeps sine litteris est sicuti organum sine voce.*

75 *Animus filiorum à pueritia est in litteris assuescendus.*

76 *D. Flaminius Constantius laudatur.*

77 *Princeps vti bonus Pastor inuigilare debet.*

78 *Principis appellatione veniũt omnes subordinati ad regendum.*

79 *Culpa Baroni est tribuenda, si malè vasalli à Ministris tractentur.*

80 *Barones debent esse vigiles circa comoda subiectorũ,& in hoc fiunt se pares Deo.*

81 *Principatus ad publicam vtilitatem inuentus, ac creatus est, & non ad comodum electorum.*

82 *Regnum non propter Regem, sed Rex propter Regnum.*

83 *Rex tyrannus dicitur qui sua comoda tantum intuetur, & non publica.*

84 *Congregatio nulla, nullus cœtus sine directore.*

85 *Custodes non debent deuorare oues.*

86 *Dominantes laudantur ex liberalitate.*

87 *Regis nostri liberalitas extollitur, vt cognoscitur ex largitate priuilegiorum.*

88 *Historiæ notabiles referũtur quãti excidij mala fuerit in Principis auaritia.*

89 *Affabilitas in Regnantibus maximam letitiam parit.*

90 *Supplicantium facilitas ad tractandum cum Principe nũnquam laudari poterit.*

91 *Familiaritas nimia quando pariat contemptum distingue.*

92 *Laudes Traiani Imperatoris referuntur, & exemplum Principis regnantis.*

93 *Mestus non debet discedere quis à facie Principis.*

94 *Vespesiani virtus indefessi in audiendo querelas populorum, refertur vsque in fine mortis.*

95 *Veritas debet esse in ore Superiorum.*

96 *Superiores debent defendere, & præmiare virtuosos, & idoneos, vt ceteri attrahantur.*

97 *Superior debet auertere faciem à tabernaculo impiorum.*

Digitized by Google

98 *Premia non æqualiter ſunt diſtribuenda, quia iniuſtè, ſed attendi debent merita.*
99 *Adulatores qualiter fugiendi.*
100 *Superiores nil debent ſine conſilio explicare, & referuntur exempla hiſtoriarum.*
101 *Bonus, & cautus Princeps aliquando venditur.*
102 *Princeps non debet eſſe facilis ad credendum.*
103 *Principis animus debet recreari, & non eſſe nimis mollis in ſenſualibus.*
104 *Principis requiſita breuiter enunciantur.*
105 *Mali Magiſtratus ſunt ſigna iræ Dei.*
106 *Tamborlani reſponſum curioſum refertur.*
107 *Baro non ſeruans præcepta huius tractatus, quando peccet, & ad reſtitutionem teneatur.*
108 *Legem non ſeruans, quando peccet, diſtinguitur.*
109 *Legem reſpicientem publicam vtilitatem non ſeruans, quod ſemper peccet.*

Prohęmium.

SCripturus aliqua ad Pragmaticas huius tituli, quia moris eſt, ac operepretium exiſtimatur, ſcrutari de operis ſubiecto, vt ad propoſitæ materię lectionem libentius, & cum maiori facilitate perſonæ perducantur, vt inquit Caius l. 1. ff. de origin.
1 iur. & ibi glo. & Bal. dicunt, principium eſſe ordinem, & ſubſtantialem partem totius operis; Hinc prohæmium deſignat cauſam finalem cuiuſcunq; diſpoſitionis, legis, & hominis, gloſ. l. fin. ff. de hæred. inſtit. nam quę in prefationibus
2 dicuntur, ita diſponunt, vt quod ſequitur ab illis recipiat interpretationem, Vital. in tract. clauſ. ar. 2. latè Gutt. lib. 1. obſer. 89. vbi quid ſi lex ſit localis, vel generalis, ex prohęmio argui poteſt, q̃ nota. Quapropter, cùm Iuriſconſultorũ communi ſententia ita receptum ſit, &
3 à communi conſuetudinis ſenſu non ſit aberrandum, l. quod labeo ff. de ſuppell. leg. Conſentaneum eſt, vt nos etiã aliqua premittamus, pro explicatione ſequenrium, noſtram Rubricam declarando, ex qua elicietur mẽs totius operis, l. proponebatur ff. de caſtr. pecul. Ar-
4 tium enim, ſicuti & arborum, altitudo ſine radicibus eſſe non poteſt, iuxta Ciceronis dictum: Perpendam ergo, ſingula verba noſtrę Rubricę (*de Baronibus, & eorum officio*) ſuper quibus, fundamenta totius tractatus ſupponemus. Et primó ſe offert inueſtigare, cognitionẽ huius verbi, *Baronis*: & ſcias, qd̃ apud
5 Grãmaticos, hoc nomen pro ſtolido, & inepto deſignatur, vt Cicero lib. fam. liariũ Epiſt. 161. vbi inquit, Ille Baro putabat te quæſiturum; In iure feudorum hoc nomen non reperitur, ſed magni Valuaſores, vel Capitanei, aut Proceres nominari ſolent, cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & Frecc. de ſubfeu. tit. 2. lib. 1. ſed prætermiſſis multis æthymologijs, & deriuationibus, hæ duæ ſequẽtes ma
6 gis receptæ ſunt, & Græcè, hoc verbũ deſignat hominem fortem, indè Baro interpretatur, vir magni corporis, & fortitudinis, Alber. in Dictionar. Affl. tit. qui feu. dar. poſſ. Conuenit hoc nomen ab effectu, quia feudatarij ſunt milites Principis, & debẽt eſſe ſupra alios milites fortiores, cap. ſi quis miles tit. Cõſt. Lotharij, ac potentes, vnde Seſſ. deciſ. Arag. 1. nu. 41. dicit, Barones in Hyſpania vocari etiam Ricos, ideſt diuites, quia oportet abundare diuitijs, vt potentes milites Regis dici queant. Et
7 propterea in iure feudorum habetur, q̃ mutus, aut aliter imperfectus, feuda tenere non poſſit, toto titul. An mutus, aut imperfectus, & tit. de vaſall. decrep. ætat. Glo. Pariſ. §. 8. glo. j. q. 2. & nouiſſimè refert quæſtionem D. Tappia in Conſtit. Regni officia, ſub tit. de official. nu. 17. de quæſtione diſputata in Collaterali Conſilio in cauſa vertente, inter Hieronymam Caracciolam, & Ioſeph. Caracciolum fratrem, quæ Hieronyma
8 prætendendo fratrem inhabilem, dicebat

Digitized by Google

bat, ipsam esse declarandam hæredem patris,& fuit controuersum,si ille feuda tenere poterat, vel habebat facultatem seruiendi per substitutum,& adducũtur allegationes pro, & contra,loco præcitato;Alij dixerunt esse potius attendẽdam designationem Hæbraicam, vbi Baro interpretatur filius, quæ æthymologia conuenire videtur ex eo, quia prima origo infeudationis, orta fuit ex filijs Imperatorum,& Regum ; nam quia 9 solùm primus filius creari Rex poterat, cap. licet de voto , cum Regnum rectè non capiat duos,Andr.in cap.Imperialem §.præterea de prohib. feu.alien.propterea Rex pater,secundogenitos infeudabat de aliquibus Ciuitatibus,vel Terris,cum suis introitibus,& simplici iurisdictione tantum, & non cum prærogatiuis, quibus decorãtur Barones hodie; & sic quia filij dũtaxat Principis infeudabantur, & ab istis initium cępit origo,& consuetudo feudorum ; nam Ro- 10 manorum tempore,ante translationem Imperij non erant orta feuda; indè dixerunt multi, consuetudines feudorum non esse pro lege allegandas, vt refert Clar.§.feudum q.3.And.in prælud.q.4 licet hodie legem sortiãtur in feudi materia,& non extra,vt DD.præcitati: Et sic ob originem, Baro filius nuncupari solebat: Prior tamen deriuatio est magis approbata; nam hodie feuda,non solum filijs secundogenitis Regum cõceduntur,sed quibuslibet dãtur ob merita,& ob pretium; cum sint venalia, & qui maiores habet facultates, is maiora 11 obtinere poterit feuda , & dignitates, siuè nobilis sit,siuè ignobilis,Aluar.c.j. quis dic. Dux,Capy.in inuest.vers.Nobile,Ias.in prælud.feu.quamquam DD. dicant,quod feuda,& dignitates pecunia obtenta,non conferant veram nobi 12 litatem;cum ob seruitia,vel ex gratia personis benè meritis tantum concedi deberent, Ann.singu.166.de Pont.in tract.de Pot.Prore.tit. de elect. official. §.8.nu.20. & quod non sit proprium feudum, quod pecunia obtinetur, dicit Bal.in prohęm.feud. & ibi Aluar.& alij tamen quidquid sit parum de hoc curatur,& sat est cuilibet habere talia priuilegia; In Regno DD.concludunt, eos dici Barones, qui præheminentiam iurisdictionis super Vasallos habẽt in Terra sibi infeudata,Cassan.in Cathal.gloriæ mundi par. 8. Petra de pot.princip. fol.97.Sed intende, si expressè ea Terra sit in Baroniã cõcessa in inuestitura; 13 nam sola feudi qaaternati concessio nõ tribuit dignitatem Baronalem,si præcipuè data non sit;nam cum sit dignitas, & capud dignitatum, specificè est tribuenda à Principe, cuius est eas conferre,cum ab eo fluant,& refluant, l.j.§.cũ vrbem ff. de offic. Præsid. alias si sine qualitate Baroniæ, Terra, vel Castrum concederetur,ille feudatarius, & non Baro dicetur,And.in Const.Regni post mortem,& c.1.§. fi. de Capit. qui Cur. vendid.Capyc.in d.inuest. vers. feudatarij,de Pont.cons.57.n.35. Ann.cons. 44.nu.60. Altero modo quis creari po- 14 test Baro,si Rex permittat,quod feudatarius aliquam ex Terris sibi infeudatis ipse alteri subinfeudare possit , tunc ob subfeuda,quæ ab eo tenentur,ille dicetur effectus tacitè Baro : Quæ conclusiones nõ probantur lege feudi, sed ità in Regno constitutum reperitur ex obseruantia, quam nostri Reges comprobarunt,Andr.cap.1.de consuetud.rect. feud.Affl.in Const.Regni si aliquis Baro,& in Francia aliud obseruatur,vt nõ 15 dicatur quis Baro , nisi habeat decem subfeudatarios ; sicq. Dux decem Comites, & gradatim,vt refert Frec.lib.1. tit.2.d.tract.de subfeud.Vndè labuntur asserentes , sufficere debere Terram cum Vasallis,vt nominari debeat Baro; nam non omne feudum quaternatum, dici potest Baronia,And.& Afflict. in Const.Regni Iustitiarij nomen,& Constitu.si dubitatio. Extra dictos casus, quis nõ dicitur Baro,ità vt in benigna, vel pęnali appellatione Baronis propriè compræhendatur, licet maxima possideat feuda,propter quod Affl.in Const. Regni Comites,dicit,quod cùm tex.dicat Baronibus esse danduu adiutorium

Digitized by Google

16 in casibus taxatis in Const. Quàmplurimùm, illud non esse trahēdum ad feudatarios, Gram. consil. ciuil. 68. quam opinionem si sequi debeamus, dicam infrà Pragm. 1. similiter Gram. dec. 104 decidit, feudatarios non gaudere priuilegio Constit. Regni Prosequentes, quæ ad probationem criminum contrà Ba-
17 rones statuit, vt testes non sint minus, quam octo burgenses, vel quatuor milites, vel duo pares, & sic Capyc. in inuest. vers. Prærogatiuæ, quamquam hæc prærogatiua recesserit ab aula, &
18 remittatur dispositioni iuris, & arbitrio Iudicis probatio delicti, etiam cōtrà titulatos, Frecc. de subfeud. tit. de differ. feud. quater. num. 9. & miror, quod Aflict. & Capyc. de hoc non meminerint, itidem procedere dicunt, in materia Const. Regni vt vniuersis, quæ requirebat interuentum Baronum, in decidendis causis contrà Baronem inquisitum, & quod ea Constitutio non extendebatur ad feudatarios; cùm dispositiones feudales strictè interpretandæ sint, & propriè, & non extensiuè, vel comprehensiuè, Isern. d. cap. Imperialem 3. col. de prohib. feud. alien. & in prælud. q. 5.
19 licet hodie, aliter etiam seruetur, cùm Mag. Curia sit Iudex competens Baronum, Frecc. tit. quis dicatur Marchio in fin. Non tamen possunt carcerari, nisi consulto Prorege, q̄ obseruatur etiam cum Officialibus maioribus, vti Præsidibus Prouinciarum, & Auditoribus; nā
20 prius referri debet Proregi, antequam M. Curia procedat ad carcerationem, de Ponte in suo tract. de pot. Pror. titul. de Assensibus §. 7. Qua prærogatiua nescio si gaudere possint feudatarij; & est considerationis; nam infinitæ sunt prærogatinæ, quibus gaudent titulati, quas recensuit Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. c. 23. qui dicit nullum, prę-
21 ter ipsum scripsisse, sed nouissimè Mastril. post hęc scripta in tract. de Magist. lib. 4. c. 13. latiùs ea recenset, ad quem recurras si vis recognoscere fauores, & beneficia, quibus decorantur, tàm in iudicijs, quàm extrà, Barones, & alij titulati. Et ex prædictis habes perfectam cognitionem nominis, & creationis Baronū, ad explicationem nostræ Rubricę de Baronibus.

Consecutiuè videndum est, qui comprehendantur appellatione Baronum, ità vt subijciātur dispositionibus huius nostri tituli, & sic an Comites, Marchiones, Duces, & Principes, qui ijs titulis regalibus sunt insigniti de quibus DD. cap. 1. quis dicatur Dux, & singula.
22 refert Frec. tract. de subfeu. & Mastrill. nouissimè in d. tract. de Magistrat. lib. 4. c. 3. cum multis seqq. explicat cognitionem, vim, & potestatem dictorū titulorum, & ad quæst. propositā videtur dicēdum, prædictos nō comprehendi arguēdo à diuersitate nominum, quæ debent habere separatos effectus, l. si idē C. de codicil. l. à Titio ff. de furt. & extē-
23 sio non fit de minori ad Maius, l. cùm quęritur ff. de stat. homin. l. Papinianus ff. de minor. vndè cùm Comites, Marchiones, & alij sint maiores gradu, quā Barones, non videtur posse dari extensionem, vt dicti titulati comprehendantur sub nostro titulo de Baronibus, & ità firmat Gemin. cap. fundamenta §. fi. de elect. in sextò; Attamen Comites, aliosq. titularios comprehendi nos dicimus; nam istud verbum Baro, stat vt
24 genus sub quo includuntur omnes species, l. fi. §. fi. ff. de tritic. vino, & oleo leg. & Baronia est scala, & capud dignitatū regalium. Hinc valdè fuit altercatum si requiratur assēsus Regis in alienatione Baroniæ, prout in alijs feudis titulatis requiritur, ex Prag. nouem capitum sub titul de feudis, vel sufficiat assensus
25 Proregis, prout in cæteris feudis alienandis, & Frecc. in d. tract. de subfeud. lib. 3. tit. de diff. feud. regal. num. 6. dicit quod iura loquentia in regalibus dignitatibus habent locum in Baronia, & sic Mastrill. de Magistr. lib. 4. c. 2. num. 45.
26 cum seq. de qua quæstione nouissimè videndus est de Ponte Regens in tract. de pot. Proreg. fol. 285. latè; & redeundo ad nostrum, quia posito genere veniunt species, videtur quod titulati veniant

Digitized by Google

niant sub genere tituli nostri de Baronibus, siuè istæ regales dignitates titulorum sint concessæ personis, siuè locis cùm hi tituli hoc duplici modo à Rege conferantur, Frec.d.tit.quis dicatur
27 Comes nu.47. & valdè differunt inter se, Regens de Ponte consil.1.num.17. M.Ant.Surg.de Neap.Illust.c.23. nam si personæ tribuitur titulus, cum ea finitur, & non transit ad hæredes, secus si loco; nam ibi videtur affixus, Præs.de Curt. in suo diuersorio feudor. fol. 11.
28 Sed in dubiò quando concessio dicatur personalis, vel realis, & ex quibus verbis dignoscatur, latissimè Barbosa omninò videndus in l. quia tale ff. soluto matrim. sed cùm non pertineat ad nostrum, quando dubium occurreret, videndi sunt præcitati DD. & nouissimè Mastril.d.lib.4.c.10. cum duob. seqq. qui omnia cumulat: Dico igitur, quod non alterant tituli adiecti; nam non per hoc desinunt esse Barones, titulati per dignitatem assecutã, ad instar Monaci, qui si efficiatur Abbas, vel Episcopus,
29 non per hoc exuitur à regula Monacatus, Boer.decis.158.l.ius Senatorum C. de dignit.lib.10.vbi Senator electus in Imperatorem, ad huc Senator est; & Notarius factus Præsul non deerit esse talem, l.præclarum C.de Primic.lib.12.&
30 Franch.decis.445.benè, quod dignitas maior superueniẽs non absorbet minorem; & in facto dùm assiderem Auditor in Prouincia Calabrię, & durante absẽtia Præsidis mihi fuisset concessa illius iurisdictio, non fuit dubitatum potuisse me decernere vti Auditorem, licèt Præsides non valeant votare in causis: &
31 sic quia dignitas Baronalis stat vt genus, vt Capyc.in d.inuest.vers.feudatarij, Comes dicetur Baro, ac deinceps cęteri; inde videmus communi sermone,
32 Duces, & Principes vocari Barones de suis Terris; nec refragatur doctrina Gemin.in contrarium allegata; nam saluatur, quod sit verum, vt appellatione Baronum non veniant titulati circa prærogatiuas specialiter, titularijs concessas, sed non circa spectantia ad commune officium feudatariorum; & videatur quod ibi quęstio statuti dirigebatur Comiti, cuius appellatione non venit Baro, nam posita specie, non
33 venit genus l.fi.S.cui dulcia ff. de vino leg. & posita maiori dignitate, non venit minor, Glos.notab. clem.1. de præb. exindè cõcludimus sub rubrica nostra, & suis legibus compræhendi omnes Titulatos.

Posset etiam dubitari, nùm sub Rubrica nostra contineãtur feudatarij ha-
34 bentes feuda quaternata, sed non in Baroniam, & secundum ea, quæ supradiximus, quæstio videtur resoluta; nam probauimus, feudatarios non venire sub benigna, nec pęnali appellatione Baronum, cùm de persona, ad personam non valeat argumentari, l.si vnus S.ante omnia ff. de pact. Verumtamen sub Rubrica nostra comprehendi etiam feudatarios nos asserimus, ex pluribus rationibus; & non refragatur, quod suppo suimus supra, quod appellatione Baronum, hi non subintelligantur, nam non impugnamus talem conclusionem; At quia nostræ Pragmaticæ sitæ in hoc titulo largè loquuntur, ac disponunt, & omni iure extendi debent etiam ad feudatarios, propterea ista ratione illos compræhendi dicimus; nam statuta,
35 & leges licet in præfationibus, ac parte narratiua non sint apta comprehendere casus maiores, vel minores expres sis, si tamen in parte dispositiua se dilatent, & amplient, attẽditur pars largior quæ si habuerit vim se extẽdẽdi etiam ad alios casus separatos, & distinctos à præfatione, rectè fiet extentio, insignis, & aurea reputata est doctrina Ioa.And. quam extollit Dominic.cap.quoniam de immun.eccl.lib.6. & ita Capyc. respondet in simili de prohib.feud. alien. colum.8. Reg. de Pont. cons.2. & idem Capyc. in inuest. verb. feudorum clausulæ. Qua de re licet ex vi nostræ Rubricæ de Baronibus propriè non compræhendantur feudatarij, quia tamen Pragmaticæ, & dispositiones istius tituli disponunt contra omnes vasallos habentes

Digitized by Google

bentes; cùm veniant ad releuandum vasallos,& succurrendum eorum grauaminibus,diuino,naturali,ac ciuili iure pugnantibus: Proinde affirmamus eos complecti,nam & Reges legibus nutritiuis peccati, & sapientibus onus indebitum ligantur,& si non vi coarctatiua quia legibus sunt soluti, tamen vi directiua compelluntur,quæ Principes dirigit ad iustum, l.digna vox C.de legib. Lex imperfecto C.de testam. Accedat quod dictæ Pragmaticæ dùm respiciũt fauorem vasallorum, ipsi eis vti poterint; nam non tantum ideo sunt vasalli quia stant sub dominio Baronis, quam quia sunt feudatarij, & sufficit dispositionem dirigi ad vnum ex correlatiuis l. fin.C.de indicta vidui. l.fin. C.de cupress.li.10.& Dominus,& vasallus dicuntur correlatiui, vt latè Affl.decis.266, qui notat omnes casus partilitatis,& correlationis inter eos, & sic vno posito, & alter intelligetur,Franch.dec.541. notabiliter,vbi decidit, quod concesso priuilegio Baroni contra viduas, & ecclesiasticas personas,licet illud priuilegiũ datum sit contemplatione Baronis, tamen poterint vasalli illo vti,& remissionem petere à Tribunalibus vbi tales personæ variauerint, etiam si Baro nolit,quod est notabile, & hoc ratione correlationis, vnus vtitur beneficio alterius eo contradicente.

Item includuntur sub titulo nostro nõ solum veri feudatarij, sed etiam improprij feudatarij; pro rei cuius scientia,nè terminos ignorent Tyrones, attendant quod feudatarius dicitur qui possidet feudum quaternatum ascẽdens saltem ad annuam perceptionem vntiarum viginti,Andr.c.1.§.si mulier de Capit. qui curiam vendid.& notatur in Regni Const.Tenore, Frec.lib.2.tit.3.quæ taxatio potius à consueta Regni significatione,quàm à feudi natura proficiscitur,vt in simili dicit tex. l.quod in rerũ §.si quis ff.de leg.1.cùm non possit certa ratio assignari, nisi quòd ita placitũ sit,integrum feudum taxari. Sed si non possideretur feudum ascendens ad tantam perceptionem, sed minùs, vt vidi in multis partibus, tunc ille non verè feudatarius denominabitur, ità vt veniat appellatione eorum, nec fruetur eorum honoribus, in voce danda in parlamentis, & cæteris; nàm cui non conuenit diffinitio, nec diffinitum, l.4. §. toties ff. de damn. infect. nàm aliud est feudum,aliud pars feudi,indè Regia Camera nè fraudaretur adhoa, & seruitio,ad tollendam hanc disputationem solet aggregare simul duos possidentes indiminutum feudum,qui repræsentant vnum corpus feudi perfectum,& gregatim insolidum exigit,citat,& simul comparent,& vocem dant,Capyc.in inuest. d.verbo feudatarij, vbi reliqua ad hæc notantur; isti ergò improprij feudatarij ex rationibus in præcedenti quæstione positis,similiter continentur sub titulo nostro.

Postremò dubitari etiam posset,nùm sub isto titulo comprehendantur fœminæ, possidentes feuda, & Baronias, & alias dignitates, & de iure feudorum fœminæ sunt incapaces feudorum,c.1.§.hæ autem,de his qui feuda dar. poss.Ias.in prælud.feud.Clar.§.feudum q.23.quia de persona seruire non possunt, ac pro Rege pugnare, quòd proprium est feudatariorum; eò maximè cùm de iure,interdictum eis sit,posse obtinere officia,& dignitates, l.fœminiæ ff. de reg. iur. vndè cum feudatarij habeant iurisdictionem, ac merum imperium, ipsæ sunt inhabiles ad talia, Cfasc.dec.26.nu.9. tantò magis quod iste sexus, ineptus est ad regendum, Luc.de Penn.l.pen.C.de profess.lib.10. dicens, quod si populos regant vuluæ, non erit gens quæ non proclamet,cùm eorum consilia sint fragilia,vota lubrica, & patiantur multos defectus, quos recenset Viui.decis.246. Hinc Esai.3. inquit, Deum ad populorum pœnam dare quandoq. effœminatos dominatores.

Verumtamen in Regno aliter est receptum,cùm fœminæ sint habilitatæ, & factę capaces feudorum,& dignitatum, tàm

Digitized by Google

tàm inueſtitura, quàm ſucceſſione, vt in Conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus; & tàm in ruſticis, quàm regalibus, Franch. dec. 7. & tàm in antiquo, quàm in feudo nouo, quod eſt difficilius, Frecc. lib. 2 q. 12. Franch. dec. 73. num. 15. Et an
44 quando maritantur, & dant in dotem feuda, remaneant adhuc Dominæ? ſunt videnda quæ notat nouiſſimè Guttier. c. 18. de tutel. p. 1. & D. Rouit. tit. de Titul. in ſcrib. tamen re vera, dominium tranſit in maritum ſine noua inueſtitura, vnà cum titulo, & ipſe habet vocem ad parlamẽta, & potitur omnibus præ-
45 rogatiuis, quibus inſignita eſt vxor, licet de iure vxor corruſchet radijs mariti; ſed non è contrà, l. fœminæ ff. de Senat. Auiles in prohęmio Præt. nu. 11. vndè vxor non nobilitat virum ignobilẽ, l. fi. C. de nupt. l. mulieri C. de dign. lib. 12. Attamen contrarium conſuetudine receptum eſt, Ioa. Garſ. tract. de nobilit. §. 1. glo. j. Guttier. de tutel. c. 18. p. 1. Tiraq. de nobil. c. 18. & nouiſſimè de Ponte in dict. ſuo tract. tit. de diuerſ.
46 prouiſ. §. 1. nu. 21. quod maritus ex vxore recipit feudum, & dignitatem titularem, & illuſtratur eius prærogatiuis viuente vxore, licèt ea mortua finiantur, vt ibi de Ponte; quamquam non
47 deſint DD. dicentes, quod licet ceſſet ſoluto matrimonio dominiũ feudorum, remaneat tamen honore, & titulo inſignitus adhuc maritus, vt vidimus decretum cũ D. Tiberio Carrafa, qui adhuc Princeps Biſiniani nominatur ex cauſa ſuæ vxoris, licet defunctæ, & credo fundari hoc aſſumptum ex illa concluſione, quod etiã dignitate finita debetur idem honor, l. fin. C. de priuil. eor. qui in ſacr. palat. lib. 10. & quod retineat eundem titulum ponderant tex. l. his quidẽ §. ſciturus C. qui milit. poſſunt lib. 12. quem allegat D. Rouit. loco præcitato tit. de titulor. abuſu nu. 51. de patre refutante titulum filio, quod vti poterit illo in ſcribendo, & ſubcribendo, eodem titulo refutato, ob honorem priſtinum: & redeundo ad digreſſa, fęminæ feudatariæ veniunt ſub rubrica noſtra, vel eius mariti conſtante matrimonio: Et non eſt prætermittendum, quod adeò mulieres ſunt habilitatæ ad populos re-
48 gendos; nam poſſunt eſſe Baliæ, etiam de aliorum feudis, ac poſſunt eſſe vicariæ, & procuratrices; nam vicarius eſt eadem perſona cum conſtituente, & pluſquam procurator, de Pont. conſ. 36 n. 54. & notat Maſtrill. qui hunc locum
49 allegat d. lib. 4. tit. 13. num. 207. & poſſunt mandare iuriſdictionem, facere gratias, componere delicta, vti ipſimet Barones conſtituentes, dummodo in ſpecie ea concedantur, vt ait Maſtrill. d. lib. 4. c. 17. num. 107. & notat hęc Carauit. Rit. 1. nu. 33. Minad. Conſt. Regni In aliquibus; nam conſuetudine fœminę poſſunt habere dignitates, Felyn. cap. dilecta de maior. & obed. Sed non inferas ex ijs, quod intelligãtur habili-
50 tatę ad officia; nam nó valet argumẽtum de vno ad aliud, vt benè Anna alleg. 135. & latè Maſtr. d. tract. de Magiſtr. lib. 2. c. 4. per tot. & an poſſint ſeruire per ſubſtitutum, retinendo auctoritatem officij, vide ibi in fin. & de Ponte d. tit. de diuerſ. prouiſ. in rubr. de poteſtat. ſubſtituen. in omnem caſum tamen, quod mulieres ſunt habilitatę, in-
51 cluduntur vti maſculi ſub ſtatutis, ex regula, quod maſculinum concipit fœmininum, vbi eadem ratio vrget, Gabr. Rom. tit. de verb. ſignif. concl. 6. Tiraq. de retract. §. 1. glo. 9. ex nu. 177. Eò magis, nam cum ipſæ gaudeant fauoribus, & priuilegijs feudorum, ſubijci debent eorum legibus, & culpis; nam qui vtitur priuilegio, cogitur indiuidualiter obſeruare, cum ſuis qualitatibus, damnis, & fauoribus, Gram. conſ. ciuil. 102. Marant. diſp. 8. & dicam infra Prag. 1. p. 2. de Prælatis tenentibus feuda à ma-
52 nu Regia, quod licet ſint exempti à iuriſdictione Principis, tamen ratione rei feudalis ſubijciuntur feudalibus ſeruitijs, Couar. pract. q. c. 4. Et exinde, in conſequentiam infertur, Eccleſias, & Prælatos, & alios Eccleſiaſticos cõprehendi ſub noſtra rubrica, ſi feuda laicalia teneant, Affl. Conſt. Regn. Comites.

Hæc q.

Digitized by Google

Hęcquè ad cognitionem nominis, & ſubſtantię huius verbi noſtrę rubricę de Baronibus ſufficiant, & extra prouinciam egrederer, ſi de eorum origine, & dignitate verba facerem; nam ſi aduertas, illa prima dictio (*De Baronibus, & eorum officio*) demonſtrat cau-
53 ſam eſſentialem Baronum, tractari circa eorum officium, & non circa reliqua; nam verbum adiunctum poſt dictionem (De) denotat rei eſſentiam, Surd.dec. 126.nu.15. Satis putans quę de prædictis ſcripſerint Luc.de Pen.in l.1. C.de
54 petit.bon.ſubl.lib.10.Boer.in conſuet. Bitur.tit.de iuriſd.Caſſan.in Cathal.8. part.conſid.15.Frecc.d.tract.de ſubfe. tit. de origine Baron. aliqua aduxit ēt M.Anton.Surg.de Neap.Illuſt.fol.397
55 Et quibus ęquiparantur in iure, an Præſidibus Prouinciarum, vel Curialibus, vide Rebuff.l.2.C.de Primic.lib.12 Nota tamen, quod dicuntur Officiales Regij, perpetui magiſtratus, & ordinà-
56 rij, ità quod offendens eos, dicitur offendere Regium miniſtrum, & nō poſſe gaudere indultu, vt latè Maſtr.d.lib.4. c.15.qui allegat hāc noſtrā auctoritatē.

Sequitur Rubrica (*& eorum officiō*) declaranda, & quęrendum erit de dictione (&) hic poſita, ſi demonſtret in hoc titulo coniunctiuè eſſe tractandum de Baronibus, & ſimul de eorū officio, vel diſiunctiuè, aut implicatiuè, & ſcias,
57 quod hęc dictio multos fefellit prudentes, ob diuerſas naturas, & proprietates quas habet, & non inutile erit, concluſiuè aliqua adnotare: vndè aduertas, nam aliquando hęc dictio (&) copulat, & cōcurſum copulatiuum requirit tàm in affirmatiuis, quàm negatiuis diſpoſitionibus, ad text.l. ſi hęredi plures ff. de cond.& demonſtr. & benè Maſcard. tract.de prob.concl.325.vbi diſcutitur de gratia facta copulatiuè cum aliquibus qualitatibus, ſi valeat, non verificatis omnibus, & Theſſau.dec.189. Euer. loco Topico 50.Plot. de in litē iur.§.6. num.33.Aliquando operatur diuerſum effectum à præcedenti, ſi ponatur inter
58 diuerſa, vel contraria, vt ff.de iuris, & facti ignor. nam ſeparat hic vnum ab alio, Crem.ſing.147.Item diuidit multoties per portiones, iuxta tex.l.reos §. cùm in tabulis ff.de duob. reis, l.2.C.ſi plures vna ſententia, vbi ſi plures obli-
59 gentur, vel condemnentur copulatiuè, tamen quilibet pro parte intelligetur, & Frāch. nouiſſimè dec.680. hāc quęſtionē diffiniuit, ſi ſententia nouet obligationem, condemnando plures, cum dictione (&) ſi intelligatur pro virili, dū obligatio fuerit inſolidum promiſſa, de quo etiam Roman.conſ.99.Inſuper aliquando ampliat diſpoſitionē, ad text.l. ea tamen adiectio ff.de leg.3.& adducit ad hoc exempla Plot. loco prędicato;
60 Item non coniungit hęc dictio, quando ponitur inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, veluti ſi ſubſtituantur aliquo caſu, filij, & nepotes, prius cenſentur de iure vocati filij, & in ſubſidium nepotes, ſīm ordinē ſucceſſiuum, DD.l. Gallus §. quidam de liber.& poſth. Viui.dec.214.ad tex.
61 c.1.de eo, qui ſibi, & hęredibus, Oſaſc. plenè dec.81.& nouiſſimè Franch.dec. 633.articulum ad partes diſputat; Sed circumſcriptis alijs, circa ſubiectum talis coniunctionis, in caſu noſtrę Rubricę ponitur expoſitiuè, ſeu diſiunctiuè, videlicet *De Baronibus, ſeu eorum officio*, quod arguitur ex pluribus; nam nigrum declarat rubrum, DD. l.1.ff.ſi certum petat. Cumq; in omnibus ſanctionibus huius tituli non tractatur, niſi de officio Baronum, & non de dignitate, vel origine eorum, vel poteſtate, & cęteris, & propterea ad euitandum ſuperfluitatem, eſt dicendum hanc dictionē (&) pro, vel, reſolui, ad Gloſ.inſignē in terminis in rubr. C. de reb. cred. & iur.iuran. In illo enim titulo penitus nō tractatur de rebus creditis; ſed tantum de iure iurando, vnde gloſ.ibi exponit illam dictionem rubricę (&) pro, vel, ad euitandum abſurdum; vnde idem eſt dicendum in rubrica noſtra, quod dictio (&) pro, vel, ponatur, cùm in diſpoſitionibus tituli tractetur ſolum de officio pertinente ad Barones, & non de

alijs

Digitized by Google

alijs. Vltimò, restant declaranda verba illa Rubricæ nostræ (*eorum officio*) & dico, quod illud relatiuum (*eorum*)
62 est demonstratiuum præcedentis sermonis, Dec. cons. 292. Iason. & Rip. l. filiusfamilias §. diui ff. de leg. 1. & benè Surd. dec. 121. disputat, si sit demõstratiuum personale, vel reale, ad omnia præcedentia, ad quos te remitto.

Officium quomodo hic capiatur;
63 scias quod hoc verbum adeò est genericum, vt extendatur ad maiora, & infima, publica, & priuata; Poniturq; pro dignitate, vt in titulo ff. de officio eius cui manda. est iurisd. Ponitur pro ministerio vili, vndè Coquus dicitur habere officium, glos. verb. officium in l. legatis seruis §. 1. ff. de leg. 3. plenè Franch. decis. 353. Non huc pertinet intentio nostræ rubricę, sed verè conuenit cum diffinitione ipsius officij, vt interpretetur pro norma, & meta, iuxta diffinitionem, quam ponit Luc. de Pen. C. de diuersis officijs lib. xj. in rubrica, qui dicit, officium esse debitũ exequendi, quod vnicuique ex institutis, aut moribus agendum sit; Instituto, & moribus Baronum nil aliud conuenit, nisi habere illas tres qualitates, quas Doctores dicunt illis deberi, rectè, scilicet imperandi, regendi, & iustitiam ministrandi, Osasc. in prohęm. decis. Cassan. in Cathal. glor. mund. d. 8. par. de quibus omnibus partibus, si animaduertatur, passim in sequentibus, verba faciemus in repetitione Pragmaticarum.

Verumtamen antequam veniamus ad explicationem sequentium sanctionum, vbi de officio gubernãdi multitudinem erimus tractaturi; Prœmitto, qđ partium subiectiuarum moralis philosophię: Prima est illa per quam quis
64 se regit: & alia, per quam multitudinẽ, vnam Ethicam, & aliam Politicam nominant, Luc. de Penn. l. j. C. de metropol. Berith. lib. 12. Ioa. Mõtaig. tract. de parlam. §. hoc reassumpto. At quia prima valdè se confert ad secundam, immò necessariam esse dicimus; proindè antequam ad politicam descendam admonendos duxi Barones, vt studeant se ipsos benè regere, vt normam viuendi possint subiectis prœstare; Qui enim aliena malefacta vult corrigere, debet se ipsum antea castigare, l. iustas C. de iur. fis. lib. 12. cap. porrò 9. q. 6. nam in-
65 quit ille sapiens, magnam profectò necessitatem parẽdi imponit Superior populo suo, cùm non tantum verbis prœcipit, sed exemplo prœsit, quę quidem necessitas non vi, nec ferro subditos impulit, sed pudore, timoreq; iniecto, ne ipsi faciant ea, quę vident suum Principem odisse, & Ecclesiast. nuntiat; qualis
66 enim Rector populi, tales & ministri eius, & habitantes in terra: hinc est, qđ si Princeps hœresi maculetur, reijci debet, nè subditi maculentur etiam eius exemplo, Napod. in Consuet. rubr. Castald. tract. de Imperatore q. 81. Et si considerabimus benè visionem Apocalyps. 12. de Dracone, qui cum sua cauda trahebat tertiam partem stellarum
67 cęli, nonnè denotat Luciferum, qui suo prauo exemplo, causa fuit excidij tertię parris Angelorum: quod appropriatur ad omnes Superiores, qui eorum pessimo exemplo trahunt multos ad mala, quia populus Superiorum vestigia, & mores insequitur, nõ aliter quam vmbra corpus; vndè Claudianus sic cecinit:

Nec tàm flectere sensus, humanos edicta valent, quàm vita Regentis,
Mobile cum semper mutatur Principe vulgus.

Non tantum mali est, Superiores peccare (quamquam magnum sit de per se malum) quantum illud, quod permulti
68 eorum imitatores existant; non enim vitia solùm accipiunt, sed ea transfundunt in subiectos, vt Cicero 3. de legib. nam à Superiore veluti à capite sẽsus, & motus subditis, veluti cęteris mẽbris per neruos, operationes impartiuntur, & Ezech. 46. ac Hęliseus 4. Reg. cap. 2. vocant Hęliam, Superiorem currum Israel, & Aurigã eius, eò quod Superior
69 debet, vt currus, onera populi vehere, & vt Auriga, viam alijs demonstrare,

vt

Digitized by Google

vndè mores boni, numquam satis laudati in personis regẽtibus populos, quorum exemplo multitudo refrenatur, & regitur. Quomodo enim poterunt increpare malefactores, adulteros, & furesꝰ si ipsi furantur, vel adulterantur, vt inquit tex. l. si vxor §. Iudex ff. ad legem Cornel. de adult. Qualiter poterint iustitiam ministrare, cuius opus est sanctũ, & sacrum, vt l. leges sacratissimæ C. de legib. si ipsi erint in dispositione impura, & contraria; & ideo Salamon Prou. 25. dicit: Aufer impietatem de vultu
71 Superioris, & firmabitur iustitia Troꝰ nus eius; & Deuteronom. 1. dicit: Sic vitã Superioris dirigere debet, vt norma sit, & exẽplum virtutum subditis; nam, mores Superioris certa animi inductione, magis iniusto officio subiectos retinẽt, quàm vel pęnę, vel pręmia magna; cum exẽplis homines, pluſquam alijs ad res præclaras excitentur, & tot mortibus digni sunt, quot perditionis exempla ad subditos transmittunt, cap. quicumque, & cap. præcipuè q. 3. Luc. de Penn. l. exemplo C. de decur. lib. 10. & Paulus ad Thimot. qui sibi, & domui suę pręesse nescit, neque alienis idoneus erit, & postremò, si intueamur ori-
72 ginem, & causã, quare Superiores fuerint introducti, cõstat fuisse introductos pro regendis, & gubernãdis hominibus & ideò dicunt DD. quod in tantum valent leges, & statuta, & seruari debeant in quãtum erint iusta, vtilia, & proficua; Vasq. controu. illust. c. 1. & seq. quomo-
73 do autem se regere debeat Superior circa se ipsum, & quę sint ab eo fugienda, & multa alia cumulat Luc. l. si vacantia C. de bon. vac. lib. 12.

Quo verò ad Politicam, circa regendam multitudinem, aliqua pręcipua similiter notanda duxi, roborata authoritate legum, sacrorum Canonum, & Historiarum, intuendo ad nostrum scopum, circa officium iustè imperandi, regendi, ac iustitiam ministrandi, vt supra dixi. Non desunt, qui sub vulgari, & latino idiomate scripserunt de regimine Principum, vt est videre apud Io. Baptistam Pignum, Augustin. Suess. Laurent. Grima. Cassan. in Cathal. par. 2. cons. 2. cum seqq. Illi in morum lauthitia, in iudicio bellandi, ac in modo duellandi; Nos quomodo subditos in pace, & iustitia regere debeant, notanda aliqua adducemus. Et pręcipua, & maior pars officij Superioris est, ipsum officium retributionis iustitię suum cuiq; tribuendo, quę iustitia à cœlo prospexit iuxta dictum Psalmum, quam Deus dedit in manibus potentum, vt malorum refrenaretur audacia, & gressibus bonorum tutę essent semitę, cap. in apibus q. 7. Quę iustitię virtus, & vtilitas cuius sit necessitatis, & comoditatis experimur, vt non aqua, nõ igne, nõ hoc, quo spiramus aere, magis quàm ipsa egeamus, nã sicuti eleementa illa ad naturalem, sic ista ad ciuilem, summè nobis oportuna sunt, sine qua iustitia, regna, & nationes latrocinia esse dicuntur, vt inquit Io. And. in prohęm. Decret. Ex ea enim vnicuique ius suum tribuitur, & vnumquodq; delictum certa, ac prescripta pœna afficitur, l. 2. ff. de orig. iur. Quid multitudini gratius, quàm opem ferre oppressis, & afflictos releuare? Etenim vt iusta sit, habere debet suos comites clementiam, & sapientiam; clementia enim debet temperare iuris rigorem, sapientia considerare habet facta, tempus, locũ, personas, & alia, quæ sunt iustæ causæ miserendi, vel rigidè procedendi, de quibus verba faciemus infrà Pragm. 6. Et ad hunc scopum tendebant illæ sculpturæ, quas misteriosè Salomon inter tres angulos basium subsstentantium mare, figurandas curauit. Erat enim in ipsis basibus ex vna parte aspectus Cherubin; ex alia Leonis; & ex altera Bouis; Mare ab illis sublimebatur (hęc erat figura) figuratum Mare, Mundus est, iuxtà dictum Prophetæ, hoc mare magnum est; Aquæ eius sunt Populi multi, iuxtà aliud; Aquæ multæ, populos multos designant; Bases subsstinentes mare, sunt Superiores, vti Barones, Comites, & alij Magnates, regentes populos; In istis basibus fuerunt

scul-

Digitized by Google

sculptæ illæ tres imagines, Cherubin, pro sapientia enim ponitur: Bos, pro clementia, & mansuetudine; Leo, pro iustitia pingitur; si vna ex ijs careat Superior, non dicetur vtique iustus, & substentabilis (exempla) In sapientia, Salamon iudicauit contemptionem matrum de filio diuidendo, capit. afferte de præsumption. In clementia, iudicauit Dominus adulteram mulierem; Mulier, nemo est, qui te accusat; nec ego te condemnabo. In iustitia, iudicauit de tributo: Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo; Vndè iuxta qualitatem facti, iustitia exerceri debet, quandoque in rigore, aliquando in clementia, vt dicam infra Pragmatica sexta; qualiter cum sapientiæ condimento causæ erint iudicandæ. Nam si nimis mollis erit Superior, dicetur iniustus; si rigidus erit Tyrannus, vna igitur aliam informare debet, cum sapientiæ condimento, vt benè etiam Lucas de Penn. l. 1. C. de desert. lib. 12, & nouissimè Mastrill. dicto tract. de Magistr. lib. 3. cap. 1. num. 50. allegando hunc locum, hac auctoritate, & exemplo vtitur; Princeps enim insipiens, perdet populum suum; & verè nullus est, cui sapientia magis conueniat quàm Principibus, quorum doctrinæ tot, tantisq; prodesse poterint, vt 3. Regum: Sapientis enim est, cognoscere locum puniendi, & miserendi; Iustitia namq; ideo iustitia denominatur, quia iustè, & æqualiter omnibus exhiberi debet; sicque iudicetur magnus, vti paruus. Vndè ijs tribus virtutibus studere debet, qui profiteri intendet se Principem esse iustum, & si sua Basis altera figurarum carebit, manca ea dicetur. Fuit primo loco sculpta figura Cherubin, quæ sapientiam designat (vt dixi) & hæc est Dux reliquarum. Aduertant Patres Illustrissimi, qui habent filios, postea successores feudatarios, & Dominos vasallorum, vt à teneris annis, studijs, laboribusque eos assuescant; nam cum careant postea admonitore Principes, mala Aulici sugerent; Sed boni Comites docent quid sit honestum, quid expetendum, quid fugiendum, quid sit noxium; Ideo Veget. tract. de re
74 milit. ait: Nullus est, quem oporteat, vel plura, vel meliora scire, quàm Superiores, quorum doctrina, subditis tantis prodesse debent; vt enim in nauigatione, Nauclerum cui Clauus commissus est, oportet cæteros antecellere peritia gubernandi, vigilia, & fide; sic eum, qui Principatum gerit, reliquos oportet dote sapientiæ, quæ omnia moderatur, præcellere; Hinc Alphonsus Aragonum Rex prudentissimus, cum audisset ex Aulicis suis, quemdam dixisse, non decere filium eius, litteris insudare, exclamasse fertur, eam vocem Belluæ fuisse, & non hominis, quia sine rationis iudicio prolata fuerat; quid
75 erunt Principes sine literis, inquit? nisi organa sine voce, quibus si alij non insufflent spiritum, sonitum dare non poterint? Cognoscere res gestas, Memoriæ veteris ordinem tenere, exemplorum antiquitatis notitia abundare, scireuè quibus artibus, qua disciplina, quibus moribus imperare quis debeat, & publicè, priuatimq. præesse, quomodo sine literarum sapientia satisfacere poterint? Iterum ergò
76 admonendos Illustrissimos Patres dico, vt dum animus filiorum suorum est tener, & facilis ad quamlibet impressionem recipiendam, optimis Præceptoribus tradant eos erudiendos, & non otijs, ludis, cæterisque, quibus molles Patres, infortunatos liberos, irretiri non curant. Laudetur noster Illustrissimus Regens Constantius, qui cùm studijs ab infantia tradiderit suum
77 filium D. Flaminium Constantium, adeo is virtutibus pollet, vt licet Iunior, in Iudicè Magnæ Curiæ fuerit assumptus, cum magna expectatione videndi eum in dies ad maiora. Non vltra me extendam circa hoc officium iusti-

Digitized by Google

tiæ, cum inferius suis locis multa proponenda sint alia.

Postremò, præmittamus etiam obiter aliqua spectãtia ad alias duas partes Baronum officij, imperandi & regendi, super quibus permulta possent adduci, sed vtilibus pertinentibus ad nostrum institutum ero contentus. Et primò, valdè necessarium, & pertinens ad Principes est, quod vti boni Pastores inuigilent super gregem suum, vt Aristot. 1. lib. Aeconom. nota tamen quod appellatione Principis in materia regendi, veniunt omnes subordinati ad regendum, Vasq. in præfation controuers. illustr. num. 167. nam larga est significatio. Maximè expedit, Præsidem esse vigilem, & expergisci prius Dominum, quam seruum decet, vt singulariter Andr. in cap. Imperialem, §. præterea num. 80. de prohib. feud. alien. dicens, quod culpa tribuenda est Baronibus, si subditi opprimantur, vel malè gubernentur à suis Ministris; nam ipsi peruigiles esse debent, quæ doctrina satis commendatur; sicq; peculiare Dominorum esse debet, commoda subiectorum inuestigare, eorumq; vitijs, ac delictis occurrere, bonus text. in cap. 1. de offic. Ordin. Ita vt per hanc vigilantiam gubernandi, faciunt se similes Deo, dicit text. in §. itaque Deo authent. vt Iudices sine quoque suffr. Bellug. de Regimin. Princip. rubr. 8. & Principatus Romanorum ex nihilo tantum laudatur, quantum ex magna vigilantia benè administrandi, qui proprìorum commodorum obliuiscebantur, vt legimus de Anaxagora qui dum reperijsset suas possessiones desertas: respondit, non esset saluus populus, nisi istæ perijssent, vt August. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 18. Adde quod vigilantia spectat ad aliam figuram Basis, faciei Bouis, qui est animal necessarium, & vtile, ac mansuetum, sic Superior inuigilare debet, vt præsit, cum omni mansuetudine, nam omnes Principatus, Regna, Potentatus, ob publicam ipsorum ciuium vtilitatem, non in regentium commoda inuentos, creatos, acceptos, & admissos fuisse communi Philosophorum, Legumlatorum, & Sanctorum sententia textatum est, & Cicer. lib. 1. offic. ait, vt enim est tutela sic Reipublicæ administratio ad vtilitatem eorum, quibus commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda; quod confirmat Aristo. lib. 5. Ethic. Boer. de author. Magni Concil. nu. 131. Luc. de Pen. l. militaribus C. de Decur. lib. 10. Diuus Thomas in opusc. 21. ad Duciſſam Brabantiæ, ibi Regnum non propter Regem, sed Reges propter Regnum, & Rex à Tyranno eò differt, quod ille ad bonum publicum tendit, & commune commodum, alter ad proprium; Reges ergò, & leges ad vasallorum vtilitatem introducti, vt Ducatum alijs præstent, Sot. de iust. & iur. q. 5. art. 1. Quis enim absque directore viarum discrimina securus poterit vagari? & quis sine Præceptore disciplinam poterit adiscere? sic nulla Prouincia, nullus exercitus, communitas, congregatio absque Duce, Capite, Rectore esse potuisset, quo mediante indocti instituantur, simplices dirigantur; boni custodiantur; pusillanimes foueãtur; superbi reprimantur; excedentes corrigãtur; mali puniantur, & cuncti à quacunque oppressione defendantur. Hæc creandi Magistratus, Superiores, & Potentatus; fuit origo, & causa, Arist. lib. 4. & 6. Pol. non sic hodie Principes; quærunt enim multi, quæ sua sunt, non quæ subditorũ (pace tamen bonorum) attẽdunt enim ditari, & augere quotidie suos introitus, & qui in hoc vigilant signum pessimũ præbent mali regiminis, & depauperationis vasallorum; Adducũt DD. similitudinẽ lienis, seu milzæ, quæ si crescit, cętera mẽbra corporis securum est decrescere; & proindè experiẽtia docet q; tales auari Domini non attẽdunt nisi ad excoriationem suorũ vasallorũ, vsq; ad sãguinem, q; satis est iniquũ auditu; ipsis natura uta est cura pauperũ, nè opprimãtur, & vt quilibet suo sit contẽtus cap. fi. de regu. lib. 6. & modo, q; ipsi custodes

Rodes deuorét oues, datas ad cuſtodiendum, & q; nullam curã de eis habeant, quantam mereantur pœnam, in alio ſęculo videbimus: Hinc Ezech. 22. Principes facti ſunt hodie quaſi lupi rapaces, qui effundunt, & deuorant ſanguinem miſerarum ouium, quas ad cuſtodiam Dominus eis tribuit, ſed rationem recipiet, Luc. de Pen. l. fi. C. de ſuperind.
87 & proindè fugiant auaritiam Superiores vti cauſam, & radicem tantorum malorum, & mali regiminis, cap. quia radix de pœniten. diſt. 2. laudantur ij potiùs ex liberalitate, & charitate, quæ reddunt populos ſibi deuotos, nam pœnæ, & premia impellunt ſubditos ad amandum Superiores; ita quod ſe exponant tot, tantisq; periculis, Franciſ. Marc. deciſ. 81. par. 1. Hinc Reges noſtri laudantur ex liberalitate, pluſquam alij; & videmus ex tot largis in-
88 feudationibus, quæ primæuo iure, & ſub alijs dominijs, tam ſtrictè procedunt, vt in principio dixi, & refert Caſſan. in dicto Cathalog. glor. mund. par. 2. & Plato dixit: Principis auaritiam, potiſſimam eſſe cauſam, Impe-
89 rij ſubuertendi; ideo Tiberius Cæſar ſcripſit Præſidi ſuadenti noua tributa, Apollinem ediſſe oraculo, Lacedęmoniorum gentes, auaritia eorum perituras; & ſi quis Priſcorum excutiat annales, & veterum monumenta reuoluat, plerasq; ſeditiones ex modicis exactionibus Principum, ortas fuiſſe reperiet, & multorum populorum animos, à ſuis ſuperioribus abalienatos. Hinc Syracuſanus cum pecuniam à ſubditis exigeret pro iuſto bello, & murmurantes cerneret, Imperialia ornamenta vendidit, Aureaq; pocula, veſteſq; vxoris, cæteraq; conſumpſit, dicens, Prædonem potiús, quàm Principem nominandum Superiorem, moleſtum ſubditis pro emungendis pecunijs: & Cyrus inculpatus à Cræſo amico, cur vaſallis non indiceret collectas, vectigaliaq; vt Theſauros in neceſſitatibus Regni reconderet? Reſpondiſſe traditur, dicens. Quot pecunias quæſituras crederet, ſi ſuum conſilium fuiſſet aſſecutus, qui magnum numerum illi præſcripſit, & tunc Cyrus amicos ſuos Imperij adire iuſſit, nuncians ſubditis ſibi neceſſitatem aliquam præſtò eſſe, vt pecunias accommodare eſſent contenti, qui ſpontè vltra numerum à Cræſo taxatum, duplicatum theſaurum in breui recondidit, tumq; vocauit Cræſum, dicens: vide ſi theſauros tuo cõſilio quæſiuiſſem, inuidiæ, nunc, & odio cunctis ſubiectis eſſem, ſed dum amicos ſubiectos, ego diuites reddiderim hos mihi theſauros & cuſtodes ſimul ſemper habui, & bonorum meorum longè fideles, quàm ſtipendiarios: In regnantibus etiam florere debet affabilitas, & quod
90 copiam ſui libenter faciant, omnibus audientiam præſtando, eorumq; querelis ſuccurrendo, nam non omnia decet per ſuos miniſtros facere expediri, cùm à communiter accidentibus videamus, quòd iſti potiùs quærunt, quæ ſua ſunt, quam quę aliena. Exempla dant Imperatores, Reges, & alij ſublimiores, qui certis diebus hebdomadæ, omnes audiunt, & ſui copiam præſtant,
91 quam publicam lætitiam nominat tex. C. de public. lætit. lib. 12. & exinde ſcribitur, quòd propter affabilitatem Alexander Magnus fuit ſummopere à populis dilectus, ita quòd vniuerſum pęnè orbem meruit poſſidere, Lucas l. militiæ C. qui milit. non poſſunt libr. 12. Adde quod cum Alphonſus Aragonum Rex à ſuis monitus, vt caueret, nè nimia lænitas contemptum pareret,
92 magis reſpondit cauendum, nè ſeueritas, & ſuperbia, conciliet inuidiam, & exitij mihi periculum; & Senatum Romanum hac præcipua virtute floruiſſe extollitur, qui cum Chartaginenſium Legati, in Vrbem veniſſent ad ſuos captiuos redimendos, protinus, nulla accepta pecunia, ſed maxima humanitate Iuuenes pęnè tres mille reddidit, ita vt Legati obſtupefacti dixiſſe habetur, ò benignitatem, ò affabilitatem regiminis Romani, ò etiam noſtra

Digitized by Google

supra vota fœlicem legationem, cùm tantam benignitatem manu contrectauerimus. Hinc de Saluatoris nostri laude canitur ab Apostolo: Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri, non ex operibus iustitiæ, quam fecimus, sed secundum magnam misericordiam suam; & ipse proprio ore dicebat. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; & proinde faciles debent esse aditus ad Principes, & hinc Plinius in laudem Trayani dicebat:
93 Nulla in adeundo difficultas, nulla in respondendo mora, statim omnes expediuntur legatorum turbæ, fores non obsident; nam nil tantum odium concitat, quam asperitas, & Superioris morositas. Neminem tristem discedere à facie Principis, licet & paupercula quædam; Philippo Regi Macedonũ, fertur,
94 supplicationem dedisse, dum in subsellio stabat, qui respondit, tunc ocium sibi nõ esse, & pauperculam replicasse. Noli imperare, si cum mora, non vis omnibus audientiam præstare: quæ responsio fecit Regem subsistere, & ait: Visa est mihi vox ista, vti de cœlo tonans, quod sic Principem deceat; & Vespasianus, cum graui morbo vexaretur, non cessabat legationes audire, & ad-
95 monentibus amicis, vt sibi parceret. Respondit, Imperatores oportere stantes mori & vigilantes strenuosq. sicq; vitæ esse perneccssarium, audiendo subiectorum necessitates, & supplicationes; Multumq. confert Superioribus
96 veritatem in ore suo habere: vt Prouerb. 16. Non decet Principem labiorum suorum esse mendacem; & Benedcapit. Raynutius de testamen. num. 43. satis inuehit contra istos Magnates, qui aberrant à veritate, & hodie vnum promittunt, & asserunt, & de mane aliud sentiunt, & nil est, quod lumine clarius fulgeat, quàm simplex veritas, & non duplicata locutio, l. epistola inter claras C. de Summ. Trinit. Quid enim laudis, aut gloriæ nobilis habere poterit, qui mendax, aut infidelis sit? quid turpius, quàm fidem fallere? Benedict. præcitato loco num. 18. versic. testamentum. Magnamq. gloriam sibi parant, si Bonos, Virtuosos, & Re-
97 ctos defendant, & præmient, exaltando idoneos, & merentes, & non inpudicos, & malos: cum ijs conuersando, & tractando, nè boni, & sapientes, stent retro, & mali sedeant in Consilio, vt 10. Numer. Recedite à tabernaculo impiorum, nè inoluamini in peccatis eorum, quod vitium
98 satis imperat hodie malis Superioribus, vt videmus. Remuneratio verò, & præmia, non æqualiter inter subditos sunt distribuenda, vt insipidè multi dicunt, asserentes Superiorem debere esse iustum, & non debere inclinare magis vni, quàm alteri; nam hoc verum, circa merita iustitiæ, & punitionis delictorum, non circa reliqua. Deus namq. speculum, ac norma nostræ vitæ, præmia iusta, & merita confert; sed Saluator noster in Montem Tabor, assumpsit non omnes discipulos,
99 sed aliquos dilectos, Petrum, scilicet Ioannem, & Iacobum; vt Augustin. in regula non æquale omnibus, quia non æquè; sed vnicuique, prout meruit; & adde Vasq. in præfat. num. 81. exemplo Solis, qui faciem palatij suis radijs illuminat, non tamen æqualiter omnibus fenestris lucem impartitur, sed minoribus, & arctioribus minorem, maioribus verò maiorem, iuxtà eorum capacitatem; sic & Superior gratiam suam, & præmia secundum gradus, & conditiones personarum distribuere debet; Fu-
100 giant etiam adulatores, & amici sint veritatis, & amore prosequantur, qui dibaphum cogitant, vt aduertit Petra de Potestat. Princip. cap. 2. num. 5. latius Vasq. in præfation. ex num. 4. Sed proh dolor? hodie isti amantur, isti beneficantur, & sectatores veri, habentur odio, veritas enim odium parit, iuxta illud Apostol. Ego inimicus factus sum vobis, verum dicens, & multa ad hoc cumulat Lucas de Penna l. quoties C. de naufrag. lib. 12.

com-

Digitized by Google

compoſuit nouiſſimè librum meritiſſimus Conſiliar. Tappia in Adulatores, (& hæc intelliguntur, non de omnibus, ſed de malis Superioribus, atque Principibus.) Neceſſarium etiã eis reputatur, quod cum conſilio ſapientum negotia expediant; nam Regentes cum cõ-
101 ſilio ſtatuunt, l. humanum C. de legib. non enim debent ſuo ſenſu abundare, ſed vota capere meliora, Fely. cap. quãto de iudic. in ſextò, & dicam infra de hoc, Prima Pragm. ſeq. Adde quod valdè intereſt Superiorem habere apud ſe Viros ſapientes, & iuſtos; & memorabilis eſt illa Darij ſententia in Hiſtoria Alexandri, dicens: Meliorem eſſe Rempublicam, in qua Princeps malus ſit, dummodò apud eum ſint conſultores ſapientes, & boni, quia, vnus malus à
102 multis corrigitur, ſed multi mali conſultores vincunt vnum, quia vt Dioclecianus dicebat: Bonus, & cautus Imperator, venditur tamen à callidis conſultoribus, Vaſq. controu. Illuſt. in præf. num. 4. Lucas d. l. quoties C. de naufr. lib. 10. Sicq; etiam non debent vulgo, vel cuiuſque vanæ voci, de facili credere, vt Iuriſconſ. l. ſi dictum ff. de euict. & 2. q. 6. cap. certa ratione; in quod vi-
103 tium ſæpè incidunt mali Superiores, qui accomodant aures primo, & Deus duas aures conſtituit, vt vna pro actore; altera pro reo ſeruaretur; non facilè enim debent credere; ſed exquiſitè omnia diſcuti, & in deliberatione pronunciari, Lucas l. vxor C. de minor. debẽtq. pro iuſto conſilio habere homines conſcientiatos, & doctos, de quibus experientiam habent, Petra cap. 1. quia calumniantur Superiores, ſed ſemper culpa tribuenda eſt eorum Miniſtris, qui aberrant à veritate, iniquè conſulendo 86. diſt. cap. tanta, & dicam infra tertia Pragm. vbi de electione officialium loquar.

Neq; debent nimiùm guſtibus, & venationibus attendere, muſicis, & ludis, & ſimilibus; cum nimia voluptas, ſit virtutum extinctiua 22. q. 6. cap. quicunq; & l. veratoribus C. de excuſ. muner. lib. 12. ſic dicitur, Eſaù ideò malus, quia venator, glo. cap. j. de cler. venat. recre-
104 andus tamen eſt animus Principis; nã dilatatus, & lętatus fit promptior ad labores, & onera, ſed exceſſus ſunt reprehendendi, Perez l. 1. tit. 22. lib. 2. ordin. Poſtremò, quia non eſt meum, hic comprehendere omnes qualitates Superiorum, quæ requirerent pergrande volumen; recordor finaliter illud dictum Philoſ. quod Superior non debet eſſe
105 omnibus blandus, ſed paucis familiaris, omnibus æquus, ad iracundiam tardus, ad clementiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus, nõ laſciuus, nulli nocere, omnibus prodeſſe, quæ pauca vtinam ſeruarentur, & licet alij, multa ſcripſerint, ſufficiant hæc dicta auctoritatibus firmata, & non proprio marte excerpta. Adde, quod ſi Superior ita ſuum officium impartiatur, vt fuit dictum: felix Ciuitas, Terra, & Regnum, quæ à tali regentur; nam Superiores boni à Deo dantur ad ſolatium populorum, Andr. cap. 1. num. 3. de capit. qui curiam vend. & è contra ſignum diui-
106 næ iuſtitiæ ad vindictam ſubditorum erit malum Imperium; nam inſtrumenta ſunt diuinæ iuſtitiæ, vt Attila Rex Gothorũ flagellum Dei, ſuper Italiam, Rex Aſſiriorum ſuper populum Iſraeliticum, vt Iſay. Vè Aſſur, virga furoris mei, baculus eſt in manu eius, indignatio mea ad gentem fallacem, vt contra populum, auferat ſpolia, diuidat prædã, & ponat illum in conculcationem. Hinc Tamburlanus ſæuiſſimus Scytarum Rex, vt Ottomãni tradũt ab amico, qui Chriſti fidem tenebat interrogatus, cur tantum ſæuitiæ, & cur ſe inexorabilem redderet? toruo aſpectu reſpõdiſſe fer-
107 tur. Putas nè hominem in hoc me eſſe? Ira Dei ſum in terris, ad pernitiem ſubiectorum. Hæcquè ad declarationem rubricæ noſtræ, & ſequentium explicationem, ſat erunt, nè rubrica ſit longior tractatu, licet multa alia ſuperaddi poſſent. Adde vnum pro complemento, quod Baro grauans in tot caſibus infra paſſim notandis, & ſibi vſur-

Digitized by Google

pans id quod sibi à vasallis non debetur, de iure, peccabit semper mortali-
108 ter, & tenebitur ad restitutionem emendæ, si quid contra iustitiam exegerit, & si non extorserit, tenebitur ad peccatum, & ad interesse quod contingerit vasallis ex occasione iniustæ prætentionis, vel litis, & esset pro tali assumpto discutiendum, an, & quando le-
109 gem non seruans peccet mortaliter, sed concluſiuè loquendo, licet multæ sint distinctiones à DD. traditæ c. 1. & cap. quæ in Ecclesiarum de constitu. Ang. & Sylvest. verb. lex, Nauarr. in Manua. cap. 23. Couar. regul. peccatum par. 2. relect. S. 2. Boer. dec. 1. nu. 7. Viui. dec. 106. Omnes tamen in hoc conueniunt, quod quando lex ciuilis, vel canonica præcipit aliquod, quod respicit commune subditorum bonum, Dominus contraueniendo, semper peccat. Cumq. omnes sequentes sanctiones, promulgatæ sint pro bono regimine vasallorum, & publica vtilitate, & subditorum releuamine, & sint fundatę super bono pacis, & regiminis, iure naturali, & præceptis diuinis, ideo obligant semper, & ad semper; vndè Barones, si intendunt dirigere gressus suos ad viam æternæ pacis, speculentur eorum conscientias in hoc speculo, & legendo videant, si legẽ offendant, ac vasallos, & se emendent, dum sumus in via; nam Potentes potenter tormenta patientur, Simanc. lib. 3. cap. 2. de Republica latè.

SVMMARIVM.

1 *Ordo est finis rerum, & omne bonum consistit in ordine, & distinctione.*
2 *Geminatio multum operatur.*
3 *Principis officium est, comoda subiectorum inuestigare, & calamitatibus succurrere.*
4 *Princeps per vigilãtiam erga subditos, & prouidentiam se facit parem Deo.*
5 *Omnis Christi actio, nostra fuit instructio.*
6 *Princeps vocatur Pater subditorum.*
7 *Pater quis dicitur non solum ex generatione, sed cura, & doctrina.*
8 *Princeps dicitur anima populi, nam vt anima viuificat corpus, ita se gerere debet Princeps erga subiectos.*
9 *Principatus ortum habuit pro subleuandis subditis.*
10 *Magnificentia Principis circa qua versetur, declaratur.*
11 *Princeps an debeat necessariò vti consilio in legibus condendis, vel arduis explicandis.*
12 *Pontifex an teneatur sequi consilium Cardinalium.*
13 *Consiliarij sunt membra Principis.*
14 *Baculum rectum tenent solum Principes non habentes Superiorem, alij curuatum, ad demonstrãdam potestatem absolutam.*
15 *Lex in tantum valet, in quantum est vtilis, & rationabilis.*
16 *Concilium assistit Principi per viam ministerij, & non per modum limitationis.*
17 *Regi Federico tribuitur, fuisse mortuum sine hæredibus, quia suo sensu abundabat, & consilium suorum sapientum non curabat.*
18 *Errare non dicitur Princeps dum concilium suorum sequitur.*
19 *Princeps qualiter dicatur, quod habeat omnia iura in scrinio pectoris.*
20 *Clausula ex certa scientia soli Principi competit.*
21 *Assertioni Principis an credi debeat.*
22 *Principis assertioni in tertij præiudiciũ, vel in sui comodum de iure non creditur.*
23 *Defensiones sunt de iure naturali, ideo Princeps tollere non poterit.*
24 *Proreges sine concilio sibi destinato leges facere non poterunt.*
25 *Proreges quibus in iure æquiparari debeant, an Præsidibus, vel Præfectis Prætorio.*
26 *Regnum Neapolitanum dicitur de iure vna prouincia.*
27 *Princeps potest vnire, & dismembrare prouincias, & feuda, & ipsi soli competit.*
28 *Præfecti prætorio potestas potest dari à Prin-*

Digitized by Google

Principe etiam officiali non administrati Regnum, vt de iure requiritur.

29 Vicarius, & Locumtenens possunt omnia quæ Principalis, & vocantur Legati a latere.

30 Proreges an possint derogare legibus, vel ampliare, & minuere ex causa.

31 Plenitudo potestatis concessa Proregibus non erit sic plena in eis, prout exerceri poterit à Principe.

32 Proreges habent auctoritatem procedendi contra delinquẽtes ex abrupto, motu proprio ex causa.

33 Proregibus multa sunt excepta, quæ non censentur eis communicata.

34 Proreges non possunt suspendere, nec punire Magistratus perpetuos à Rege creatos.

35 Prorex an possit informationem capere contra Officiales perpetuos, & Principi referre.

36 Clausula, dans vices, & voces non extẽditur ad insolita.

37 Officiales omnes vti debent consilio eis destinato, alias priuari poterint.

38 Princeps non potest disponere super Prælatis, nisi teneant feuda ab eo.

39 Ecclesiæ, & Prælati tenent multa feuda in Regno vt refertur.

40 Ecclesiastici sortiuntur forum Principis pro causis feudalibus ciuilibus, & non pro criminibus.

41 Appellari debet ab Episcopis ad laicos Superiores in casibus supradictis.

42 Feudum à Principe concessum an præsumatur datum in allodium, vel feudi naturam.

43 Concessio facta Ecclesiæ, licet præsumatur in allodium, non tamen quoad iurisdictionem.

44 Iurisdictione non potest Princeps se expropriare in totum, ab eo abdicando eam.

45 Episcopus nõ poterit constituere Officialem ecclesiasticum in feudis à Principe concessis.

46 Clericus statim quod quis efficitur, perdit feudum, vel officium.

47 Milites Hierosolymitani an feuda tenere possint.

48 Feuda non possunt emere personæ Principi nõ subiectæ, sine Principis assẽsu.

49 Adiutorium debitum Prælatis feudatarijs, differt à charitatiuo subsidio.

50 Adiutorium in quibus casibus debeatur Prælatis narratur.

51 Adiutorij taxa Prælatis debita quanta sit.

52 Fructuum æstimatio tam in solutione releuij, quam in alijs fit, prout tribus annis præcedentibus pretium stetit.

53 Adiutoriũ exigitur per focularia à terris ad rationem quinque carolenorũ.

54 Adiutoriũ Baronibus debebatur ex varijs causis, quæ hodie sunt taxata, & non licet vltra.

55 Adiutorij præstandi causa finalis quæ sit, discutitur.

56 Adhuc vocatur, seruitiũ militare quod debent feudatarij Regi.

57 Seruitium militare quantum sit taxatũ pro feudo quaternato, vel de tabula, & an possit augeri.

58 Releuium quantum esse debeat, & quæ causæ excusent à defectu solutionis.

59 Causa finalis, & non impulsiua disponit.

60 Adiutorium an debeant vasalli Baroni si is possideat feudum francum.

61 Constit. Regni quamplurimum, an sit fauorabilis, vel odiosa.

62 Adiutorium an debeatur Baroni iurisdictionis ciuilis, vel criminalis.

63 Baro criminalis est dignior ciuili, & ipse præstat licentiam pro parlamentis.

64 Baro ciuilis dicitur verè Dominus, & ipse præstat Regi fidelitatem.

65 Arma depingere in loco dominiũ arguit.

66 Arma alicuius Magistratus imponi non possunt in locis publicis, sed illa Principis prius, & postea alterius.

67 Adiutorium an debeatur feudatarijs nõ habentibus feudum in Baroniam discutitur.

68 Adiutorium an debeatur vsufructuario vel proprietario, & an creditori tenẽti in pignus, vel vxori retinenti pro dote, an locatori, vel officiatori terræ.

69 Adiutorium pro quibus causis debetur refertur.

70 Adiutorium debetur à vasallis quando perso-

Digitized by Google

persona Domini est capta ab hostibus.
71 Legatus ab Vniuersitate si erit captus à latronibus, vel hostibus, an ea teneatur redimere, discutitur.
72 Damnum si patiatur ciuis ex causa Vniuersitatis, vel ob inimicitias, & lites illius, cum alijs, an repetere possit ab Vniuersitate singulariter notatur.
73 Petere non debet quis id quod contrariũ non esset postulaturus, & exornatur, l. pen. C. de solut.
74 Carceratus si erit debitor Baro, & soluere non possit, an adiutorium petere possit.
75 Adiutorium an debeatur pro facienda filio, vel fratre milite.
76 Militaria priuilegia an cesserit hodie, discutitur.
77 Milites Hierosolymitani gaudent priuilegijs militum, & pro ijs debetur adiutorium patri, cum limitatione.
78 Adiutorium pro Doctoratu filij deberi dicit Anna.
79 Adiutorium debetur Baroni pro vna terra emenda, sed non pro multis, & quare.
80 Baro si emat iurisdictionem ciuilem, vel criminalem, vel aliquod casale, an ei debeatur adiutorium.
81 Verba debent interpretari de potiori significatu.
82 Adiutorium praestitũ patri ementi vnã terram, an debeatur filio ementi alteram discutitur.
83 Hereditate adita non dicitur amplius hereditas, sed accipientis patrimoniũ.
84 Adiutorium an debeatur pro pluribus sororibus, vel filiabus maritandis.
85 Numerus singularis an extendatur ad pluralem, adnotatur.
86 Adiutorium an debeatur pro pluribus Nepotibus, & quid si maritentur eodem anno.
87 Adiutorium an debeatur, si dos fuerit constituta filiæ ex testamento disputatur, & contra Andream concluditur.
88 Dos filiæ debetur ex necessitate.
89 Adiutorium non tenentur præstare noui vasalli, declaratur.
90 D. Lucretia de Tuso Orsina laudatur.
91 Locutio indefinita equipollet vniuersali.
92 Paragium debetur sorori de paternis, nõ de acquisitis per fratrem de ipsis bonis antiquis.
93 Adiutorium an debeatur fratri dotanti sororem inopem, vel viriuam, seu cũ sanguineam.
94 Mater si maritet filiam, an possit à suis vasallis petere subuentionem.
95 Argumentum de matrimonio carnali, ad spirituale, an procedat.
96 Legatum factum de mille si nupserit, & de quingentis si filia monaca fiet, an dicatur exorbitans præferendo carnale spirituali, discutitur, & iterum num. 100.
97 Destinatione facta de filia monacanda, an sufficiat pro adiutorio petendo.
98 Legatũ pro matrimonio an debeatur contractis sponsalibus, vel sequuta copula.
99 Adiutorium pro monacatione minui debet.
100 Dos monialium potest esse minus legitima.
101 Monialis dote non constituta, succedit patri in toto paragio, & in dote solito dari mõnasterio.
102 Monaci per ingressum Religionis exeunt à patria potestate, sed non ammittunt suitatem.
103 Adiutorium pro monacatione, vel dotatione spuriarum est medietas subuentionis.
104 Adiutorium an debeatur pro se ipsa maritanda.
105 Adiutorium ex causa est minus medietate ordinario.
106 Focularia an possint renumerari fraude allegata per Baronem in numeratione.
107 Pœna fraudantis focularia est vltra relegationem.
108 Numeratio focularium facienda per Reg. Cam. qualiter, & quando fiat recensetur.
109 Focularia alicuius terræ si deficiant, an Regia Curia teneatur Vniuersitati facere excomputum, & accrescere onus alijs.

110 Ad-

Digitized by Google

110 *Adiutorium an debeatur patri, vel fratri, si filia maritetur sine dote, vti nuptæ ob pulchritudinem.*

111 *Seruitium an teneãtur præstare intra Regnum, vel extra.*

112 *Baronibus, nec Principi licet noua onera indicere.*

113 *Collectas an Baro præscribere possit cõtra vasallos, & quantum tempus requiratur.*

114 *Baro an propria auctoritate possit exigene adiutorium, si controuertatur.*

115 *Vendere, vel emere nemo regulariter cogitur, sed limitatur multis modis.*

116 *Argumentum à maiori est fortissimum.*

117 *Emptionis contractus est de iure gentium, super quo iure Princeps non potest dispensare.*

118 *Decisio Affl. 128. improbatur.*

119 *Princeps non potest dispensare super ijs quæ sunt iuris naturalis, vel ciuilis posti translatum dominium.*

120 *Potestatis ordinariæ, vel absolutæ distinctio refellitur, & noua opinio affertur.*

121 *Potestas absoluta non data causa legitima dicitur vis, atque tyrannides.*

122 *Glos. l. relegati ff. de pœnis, declaratur dum dicit, voluntatem Principis sufficere pro lege.*

123 *Pretium in contanti soluere tenetur etiam Princeps, etiam si vtatur absoluta potestate.*

124 *Pater non potest petere, vt filius habeat fidem de pretio rei venditæ de iure.*

125 *Princeps ex causa potest in modico lædere differẽdo solutionem debitorum.*

126 *Principe in necessitate constituto poterit vti redditibus subiectorum, & cogere ad mutuandum.*

127 *L. bene à Zenone C. de quadr. præsc. limitatur.*

128 *Generi per species quando derogetur.*

129 *Victualium appellatione, non venit vestitus, nec parata animalium causa, vti ordea, & cætera.*

130 *Animalium appellatione non veniunt pisces, & volatilia.*

131 *Relatiuum, ulius, alia est repetitiuum similium, & non diuersorum, & limita nu. 138.*

132 *Clausula generalis restringitur ad ea quæ sunt similia expressis, & non ad dissimilia, vel maiora.*

133 *Verba sequentia ampliant, vel minuũt precedentem dispositionem.*

134 *L. Proculus ff. de vsufr. singularis reputatur, & ea declaratur.*

135 *Pactum quod non transferatur dominium rei vẽditæ, facit censeri contractum esse locationis.*

136 *Vxore relicta vsufructuaria filijs extãtibus alimẽta tantum debentur, secus si extranei essent instituti, limitatur singulariter.*

137 *Verba, vel mens erit attendenda, & quid preualere debeat adnotatur.*

138 *Procurator constitutus ad exigendum à Colonis, & alijs, an extendatur ad Nobiles, vt iure possint ab eo conueniri.*

139 *Locus designatus pro alimentis, an censeatur positus demonstrationis causa.*

140 *Verba in dubio potius demonstrationis causa, quam dispositionis posita censentur.*

141 *Adducta in augmentum non debent pati diminutionem.*

142 *Barones nõ possunt cogere vasallos ad sibi vendendum.*

143 *Colonus iure cogi poterit à Domino ne alijs partem colonicam fructuum vendat, quam sibi.*

144 *Baro an possit cogere vasallos ne fructus feudi vendant alijs quam ei.*

145 *Socius tenetur potius socio, quam alteri vendere, & sic emphyteota potius Domino directo quam alij comunctus coniuncto.*

146 *Verba debent impropriari, vt euitetur correctio.*

147 *Assisiam imponere victualibus, an competat Baroni, vel Vniuersitati, infra nu. 151. declaratur.*

148 *Qualitas noua adducta à statuto videtur inducta pro forma.*

149 *Catapanorum electio an pertineat ad Barones, & ab eorum grauaminibus*

ad

ad quos appellatur.

150 Dictio, præsertim, facit casum minus dubitabilem, & non excludit dispositionem antea factam.

151 Catapanorum creatio, pertinet ad Vniuersitates de consuetudine potius quã de iure, & an consuetudo sit probanda.

152 Catapani, & si eligantur ab Vniuersitate, tamen non poterint pœnas exigere, mandata facere, & quicquam iurisdictionis exercere, sine licentia ordinarij.

153 Baronis prohibitio ne victualia vendantur alij, quàm sibi, quando valere possit, distinguitur.

154 Baro nullum ius habet in territorijs liberis, secus in feudalibus, in quibus dicitur habere ius hypotecæ.

155 Baro licet præferatur volentibus vendere, nõ tamen ex hoc poterit emanare banna ne venditiones fiant, nisi ipso requisito.

156 Prælatio procedit facta venditione, & non antea regulariter.

157 Prælationis ius in casibus de iure cuiquam competentibus non potest cedi, quia personale beneficium est.

158 Bonorum, vel rerum appellatio, largã habet significationem, & extensionem.

159 Venditio potest prohiberi si intercedat publica vtilitas.

160 Baro non potest cogere vasallos ad aficiandos suos introitus.

161 Soliti, vel habites cogi possunt ad onera & munera subeunda.

162 Conducere iterum introitus Baronales, an quis possit cogi declaratur, nobiliter.

163 Barones, neq; ad modicum tempus poterint prohibere, ne subditi vẽdant victualia, quia voluerint ipsi prius distrahere ea.

164 Barones non possunt prohibere exercitium aliquarum negotiationum, vel industriarum.

165 Baro non poterit concedere, vt aliqui tantum exerceant aliquas artes, & ceteri non.

166 Officiales Baronis non poterunt explere ea, quæ Baronibus prohibita sunt, nam prohibitus, vt actum non gerat, neque per interpositam personam poterit.

167 Princeps ex causa poterit disponere super iure naturali, & gentium, ac diuinum.

168 Potestas absoluta si exerceatur cum causa, iusta erit, alias tyrannides, & vis dicetur.

169 Vendere, & emere quando compelli quis possit casus enumerantur remissiuè.

170 Causa publicæ vtilitatis dicetur non solum ea quæ respicit totam prouinciam, sed etiam quæ concernit publicũ vnius terræ.

171 Causa iusta an præsumatur in Principe rescribente contra ius naturale, vel vbi tertio nocet.

172 Barones tenentur vendere victualia vasallis indigentibus, & penuria data, sic & è contra.

173 Vasalli, & Barones ad imperia non debent iudicari.

174 Carcerari an possit debitor à creditore si casu, & fortuna defecerit facultatibus.

175 Vasalli an teneantur alere Dominum pauperem, declaratur.

176 Ciuitas Muri laudatur de fidelitate erga suos Dominos.

177 Mutatio semper parit discordias.

178 Vendere qui coguntur in casibus de iure exceptis, an teneãtur habere fidem de pretio.

179 Via publica si diruatur vicinus tenetur iter præstare transeuntibus, & qualiter discutitur.

180 Necessitas, & publica vtilitas equiparantur.

181 Vasalli non teneutur habere fidem de pretio, quando vendunt Baroni, nisi soluant in contanti.

182 Glos. l. si locus §. cum via ff. commun. præd. confutatur, quæ dicit non esse soluendum pretium quando publica necessitas vrget.

183 Necessitatis extremæ tempore, omnia

Digitized by Google

nia sunt communia.

184 Baro non accomodans victualia subditis tempore extremæ necessitatis peccat grauiter, cum teneatur subuenire illis.

185 Rex tenetur prouidere Regnum ne pereat extrema necessitate urgente, sic Barones in suis terris.

186 Barones quomodo consuetudine, vel præscriptione iura querere possunt cõtra vasallos.

187 Præscriptio à consuetudine qualiter differat latè explicatur.

188 Consuetudo nũ requirit titulum, vel bonam fidem, sed consensum taciturn, vel expressum populi, secus in præscriptione.

189 Præscriptio est odiosa, & strictè interpretatur, & non extenditur.

190 Consuetudo an requirat, vt pro ea sit bis saltim iudicatum, vt legitima sit latè discutitur, & confutatur opinio affirmatiua.

191 Consuetudo non est perfecta nisi sit præscripta, fallit si fuerit pro ea iudicatũ tunc nulla alia requiritur præscriptionis probatio.

192 Solitum per quot actus inducatur, declaratur.

193 Consuetudo non dicetur probata ex actibus ẽt reiteratis, si non constet eos deuenisse ad scientiam totius populi.

194 Consuetudo an possit induci sine assensu Superioris, declaratur.

195 Consuetudinis requisita sunt quatuor, quæ sigillatim declarantur.

196 Actus debent esse vniformes, & frequẽtes ad consuetudinem inducendam.

197 Actus si sint differmiter obseruati, an tunc sit attendendum id quod à maiori parte fuerit approbatum, vel consuetudo corruat.

198 Possessionem, vel quasi nũ tribuunt mille actus differmes inter diuersos gesti.

199 Differmitas actuum an noceat post præscriptam, & inductam consuetudinem.

200 Consuetudo interpretatiua iuris dubij non requirit tantam solemnitatem, vel præscriptionem.

201 Consuetudo non requirit præscriptionẽ temporis, quando populus expressè statuerit quid pro consuetudine seruandum.

202 Consuetudo contra ius, vel bonos mores dicitur abusus, & non erit obseruanda.

203 Consuetudo licet praua excusat à pœna.

204 Præscriptio incipit data quasi possessione, & ex vnico actu incipit in incorporalibus.

205 Prædecessorum facta an præiudicent successoribus, declaratur, & latius pragm. 11. in fi.

206 Quasi possessio an inducatur per actus negatiuos data patientia aduersarij.

207 Præscriptio non requirit consensum populi, vti consuetudo.

208 Quasi possessio, nec præscriptio inducitur ex actibus factis iure facultatis, vel familiaritatis.

209 Actus possessionis promiscui, vel dubij, an interpretentur pro suo, vel iure facultatis gesti.

210 Initio antico possessionis probato, de præterito in præsens infertur.

211 Cõsuetudinis tempus, quale requiritur ad eam præscribendam, declaratur.

212 Præscribitur consuetudo aliquãdo spatio decem, viginti, triginta, quadraginta annorum, secundum qualitatem causæ.

213 Centenaria præscriptio requiritur vbi ius resistit, vel actus sint discontinui.

214 Seruitia indebita de iure Baronibus semper præsumuntur ab eis extorta.

215 Murmuratio populi continuò interrumpit præscriptionem Domini.

216 Barones non possunt præscribere contra vasallos indebita, nisi spatio immemorabili, tàm consuetudine, quàm præscriptione.

217 Tempus immemorabile præsumit titulum, Regium assensum.

218 Præscriptio contra dispositionem Constitutionis Regni non opitulatur, cum in Prohem. Constit. sint annullatæ omnes præscriptiones futuræ contra eas, sed hoc limitatur.

Digitized by Google

219 Præscriptio est impium refugium, & raro ex ea sola obtinetur in Regijs Tribunalibus.

220 Centenaria præscriptio præsumit scientiam Superiorum, bonam fidem, & omnia necessaria.

221 Restitutio in integrum conceditur aduersus præscriptionem longam, sed non aduersus centenariam.

222 Barones possunt quarere iura contra vasallos minori tempore centum annorum, si ea non sint contra ius, & eis resistat.

223 Præscriptio immemorabilis si deficiat in suis requisitis non opitulatur, & in dubio contra eam est decernendum.

224 Probanda, & articulanda qualiter sit centenaria præscriptio, latè explicatur.

225 Testes de fama, cũ illis de auditu qualiter coniungi possint, declaratur.

226 Præscriptio immemorabilis corruit, si titulus sit nullus, vel erroneus.

227 Scripturæ non debent præsentari, si potest titulus oppugnari, & habes intentionem ex præscriptione.

228 Assensus expeditio an præsumatur facta post concessionem, lapso tempore centum annorum, benè explicatur.

229 Lite pendente inter Baronem, & vasallos quis debeat obtinere in possessorio summario accuratè explicatur.

230 Interdictum vti possidetis nõ datur in summario possessorio vbi ius resistit.

231 Spolium, nec turbatio datur, quando possessor possidet iure resistente.

232 Differentia notatur, quando ius resistit, vel non assistit.

233 Tituli exhibitio operatur, vt licet ius resistat possessioni capi debeat informatio de possessorio, sed si non præsentetur, decerni debet semper in summario, vt Baro abstineat.

234 Cap. cum persone de priuil. in sextò declaratur, & sic decis. Capyc. inter sepugnantes.

235 Possessio longa Baronis, an sufficiat ad obtinendum in possessorio, distinguitur.

236 Possessio longa quæ dici posset in possessorio summario, & quæ in plenario minimè declaratur.

237 Possessio immemorabilis requiritur ad obtinendum in plenario possessorio dicunt; sed hoc latè discutitur.

238 Seruitia diformia, & similia non dant legitimam causam possidendi.

239 L. cum de in rem verso ff. de vsur. declaratur.

240 Demanialia feudi non possunt inre concedi, & possideri per vasallos, & seruatur cõtra eos in possessorio eadem distinctio facta contra Barones supra.

241 Lite pendente super ijs in, quibus ius non resistit quis obtinere debeat in possessorio.

242 Venalia publicè tenens tenetur vendere cuipiam emere volenti, alias iniuriarum actione tenetur.

243 Officium publicum tenentes, vti Notarij, Nuntij, & ceteri, requisiti tenentur id exercere.

244 Prælatio an detur in venditione, prout res valet, aut prout ab alio offertur.

245 Assisia ab Officialibus data, pretium non debet alterari.

246 Pretium habet suas partes, supremum, medium, & infimum, cum non consistat in indiuisibili.

247 Pretium semper in contanti est offerendum, & affertur decisio Sacri Consilij.

248 Vniuersitates pro necessitate ciuium poterũt cogere particulares victualia superflua habentes ad vendendum, vel ea non extrahenda.

249 Necessitatis, & vtilitatis publicæ causa, qualiter leges alterari poterint, refertur.

250 Iudices inferiores an possint alterare leges in casibus necessitatis disputatur.

251 Iudices in casibus à iure expressis dicuntur Principes in suis terris, si non sunt eis excepti.

252 Vniuersitates an sine assensu Regio possint pecunias recipere mutuo, vel ad annuum censum.

253 Forma essentialis est, aut accidentalis, & qualiter cognoscantur, & differantur.

Digitized by Google

254 *Forma dat esse rei,& specificè est seruanda, alias actus corruit, & neminem excusat.*

255 *Forma accidentalis non facit dispositionis inobseruantiam nullam, nisi opponatur nu.258.*

256 *Nullitas introducta fauore Vniuersitatis,minorum,vel Ecclesiæ,non potest allegari nisi ipsi velint,& non à tertio impugnari poterit contractus.*

257 *Nullitas nil refragatur, si contractus erit vtilis minori, & similibus personis.*

258 *Acta si erint vtilia pupillo,licet nulla aduersarius non poterit impugnare, sed limitatur.*

259 *Vniuersitas non tenetur pro contractu nisi congregata speciale mandatum Sindico,vel alteri faciat.*

260 *Pecuniam an versam esse in vtilitatem Vniuersitatis probare debeant accipientes,vel creditores dantes, explicatur.*

261 *L.fi.C.de vend.reb.ciuit.lib.10.declaratur.*

262 *Pecuniam in dubio in antiquis,præsumitur esse versam in vtilitatem Vniuersitatis.*

263 *Contrahentes in casibus vbi ius resistit an perdant pretium, discutitur.*

264 *Mala fides præsumitur quando quis contra edicta mercatur.*

265 *Titulus quando reducitur ad non titulum, ex eo fructus erint restituendi.*

266 *Aestimatio quanti plurimi,an crescat vsque ad triennium tantum infra quem præsumuntur fructus durare.*

267 *Ius dubiũ excusat à fructibus,& expensis.*

268 *Qualitas personarum facit leges pensitare.*

269 *Pretium de æquitate non perditur etiã in contractibus in quibus ius resistit, nisi esset datũ pupillis,& vniuersitatibus,& esset ammissum,& non versum in vtilitatem eorum.*

270 *Restitutio in integrum restituit minorem,& etiam maiorem ad pristinum.*

271 *Fructus semper sunt restituendi annullato contractu.*

272 *Fructus restitui debent facta liquidatione etiam interesse pecuniæ datæ ab altero contrahente.*

273 *Interesse capitalis semper excomputãdum est,licet contractus sit nullus ex æquitate.*

274 *Fructus estenuãt sortem in contractibus reprobatis si superant interesse pecuniæ.*

275 *Fructus annullato contractu, an debeantur ex nunc,vel vt ex tunc, singulariter explicatur.*

276 *Conditio non seruata facit contractum resolui ex tunc,modus vero si non seruetur,rescindit conuentionem ex nũc, sicq. fructuum condemnatio fieri debet.*

277 *Fructus à quo tempore debeant restitui annullata donatione inofficiosa, vel data restitutione in integrum.*

278 *Resoluto contractu non solum fructus sunt restituẽdi,sed omnes expensæ ad id erogatæ.*

279 *Contractus si est nullus an obligati pro securitate contractus teneantur.*

280 *Vniuersitas,nec fideiussores obligantur sine assensu Regio ex nouella pragmatica.*

281 *Debitor poterit assumere iudicium fideiussorum,& ex sua persona apponere omnes exceptiones.*

282 *Fideiussores non tenentur si contractus rescindatur non ex priuilegio particulari,sed de iure communi.*

283 *Attendendum est semper quod principaliter fit, & non in consequentiam.*

284 *Pecunia si ad vnum ex obligatis peruenerit,ille prius erit excutiendus.*

285 *Instrumento liquidato contra particulares, solet decerni,vt prius id exequatur contra vniuersitatem obligatam.*

286 *Contractus censualis an subsistat cum particularibus reis debendi, si omnes non supponant particulariter bona annuo censui.*

287 *Fideiussor euictionis non tenetur nisi principali excusso.*

Digitized by Google

288 Nullitatis exceptio apparens impedit instrumenti liquidationem.

289 Fideiussores census an teneãtur etiam non submissis eorum censui latè discutitur.

290 Tertiæ conuentæ in contractu censuali non debentur annullato contractu, sed peti poterit taxari interesse.

291 Interesse qualiter taxari soleat diuersimodè adnotatur.

292 Instrumento liquidato, quousque capitale non exigatur, an tertiæ debeantur ad rationem conuentam in cõtractu, vel taxandum erit denuo à Iudice singulariter affertur.

293 Instrumento rescisso interesse postea non habebit executionem paratam.

294 Instrumentum an possit rescindi per creditorem si non expedierit, assẽsum infra tempus promissum.

295 Assensus põt præcedere, & subsequi, sed qualiter sit impetrandus animaduertitur.

296 Assensus expeditus sub modo, dummodo pecunia conuertatur in causam supplicatam, an arctet creditorẽ, vt curã habeat de hoc, vel onus sit supplicantis notatur.

297 Pecunia an in dubio præsumatur erogata in causam supplicatam, & quid si fuerit expẽsa in aliam, an erit damnum creditoris.

298 Assensus cum solita clausula expeditus dummodo decem ex ditioribus obligentur extinguere censum, an faciat contractum conditionatum, & resolutiuum, declaratur.

299 Assensus secundus validus, an valideat primum nulliter obtentum, magna est quæstio.

300 Subrogatus recipit locum subrogãtis si dependeat ab illo immediate, alias nõ sortitur eius causam.

301 L. fi. ff. de exerc. act. singulariter expeditur quod creditor non debet esse sollicitus de iuribus contrahentis.

302 Restitutio in integrum, an detur contra tertium possessorem.

303 Solutum naturaliter non repetitur.

304 Vniuersitas tempore penuriæ, an possit pretium vilius taxare inter ciues.

305 Vniuersitas habet prælationem in venditione facienda per ciues de victualibus.

306 Decuriones si præuident futuram penuriam tenentur prouidere Vniuersitatem de victualibus.

307 Negotium sufficit vtiliter ceptum, licet vtilem non sortiatur euentum.

308 Ciues cogi poterint emere victualia empta per Vniuersitatem pro eorum comodo, si postea non deseruiant illo pretio quo emerunt licet viliori, currenti.

309 Bannum vt ciues reuelent frumenta collecta valet.

310 Bannum de iure valet, vt victualia vendantur in communi foro, & non priuatim, & nullus emat vltra victum tempore penuriæ.

311 Iustitia summariè, leuato velo, feriatis diebus exerceri debet pro abundantia conseruanda.

312 Banni ignorantia quando excuset cõtrauenientem, & quæ sunt necessaria ad eius emanationem, vt liget omnes, adnotatur.

313 Bannum ne extrahatur frumentum, an extendatur ad farinam, notatur.

314 Banna an ligẽt forenses, qui habent victualia in ea ciuitate, vel terra.

315 Prohibitio ne bona stabilia vendantur nisi inter ciues, an valeat.

316 L. 1. C. non licere habitatoribus loca sua ad extraneos transferre lib. 10. adnotatur.

317 Feuda non possunt vendi, sine assensu Regis alienigenis.

318 Baro potest impetrare prohibitionem à Principe, vt exteri exfractent ab eius terris, ex causa.

319 Baro an ante ingressum possit prohibere ne mercatores accedant ad mercandum in eorum terris.

320 Prorex ex aliqua suspitione poterit prohibere, vt exteri exfractent à Regno.

321 Verbum quicumque est adeo vniuer-

sale

Digitized by Google

sale, quod comprehendit casus maiores expressis.

322 *Contrahi non potest cum infidelibus sub pœna capitis, & excommunicationis.*

323 *Captiui non possunt redimi sine licentia Principis.*

324 *Extrahi bona extra Regnum non licet sub pœnis.*

325 *Tractæ sine deliberatione dari in Regno non possunt.*

326 *Ius extituræ est de regalibus, & non licet extra Regnum, etiam ad fideles extrahi.*

327 *Fraus in extrahendo qualiter probetur.*

328 *L. 1. C. de tractis lib. 10. explicatur.*

329 *Venditionis appellatione regulariter non veniunt alij contractus.*

330 *Barones non possunt cogere, ad sibi locandum rustica, vel urbana, sed cum distinctione.*

331 *Vasalli an præferantur, Barone volente locare demanialia feudi.*

332 *Barones an possint cogere subditos, ad hospitandum suos forasterios.*

333 *Ius hospitandi est de regalibus, & non subintelligitur, nisi in specie concedatur.*

334 *Hospitandi priuilegio concesso Baroni interpretatur ad transitum tantum.*

335 *Cœnæ an debeantur Baroni in eius aduentu à vasallis.*

336 *Barones non possunt cogere ad mutuandum sibi.*

337 *Princeps potest cogere ad mutuandum & poterit ante diem exigere, differre solutiones, & illis vti.*

338 *Vsuræ sunt licitæ in mutuo coacto.*

339 *Depositæ non possunt fieri penes Iudices.*

340 *Strenæ donatiuum solitum dari Baroni, an possit ex debito peti.*

341 *Donari prohibitum est per Pragmaticam.*

342 *Obligatio non nascitur ex longa præstatione si ius resistat.*

343 *Præstationes vniformes arguunt titulum.*

344 *Præstationes longæ factæ pio loco obligant.*

345 *Iurisdictio an præsumatur priuatiuè, vel cumulatiuè concessa ad ordinarium.*

346 *Barones dicuntur furari dum à vasallis victualia emunt, vt carius illis postea vendant.*

347 *Barones cum vasallis, an rectè contrahant, discutitur.*

348 *Instrumenta valida non possunt fieri à Notarijs vasallis pro Baronibus, quod limitatur pluribus modis.*

349 *Instrumentum nullum probat voluntatem contrahentium, & potest testibus probari si deficiat solemnitas.*

350 *Mercatura non conuenit Nobilibus.*

Digitized by Google

DE BARONIBVS ET EORVM OFFICIO.

PRAMATICA PRIMA.

Ferdinandus Dei Gratia Rex &c.

OFficij noſtri debitum, remedijs inuigilat ſubditorum, quia dum eorum excutimus onera, dùm ſcandalà remouemus, nos in eorum quiete quieſcimus, & fouemur in pace; & cum ipſorum ſubditorum commodis, ſollicitudinis ſtudio intendimus, in eorum proprietate pios proſperamus. Attendentes igitur, quod etiam prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, dùm Prælati Eccleſiarum, Comites, & Barones in neceſſitatibus ſuis pro ſuæ voluntatis arbitrio, ab hominibus ſuis adiutorium exigebant, & extorquebant. Hactenus prouiſum extitit, tàm diræ ſubiectorum oppreſſioni Dominos non niſi in certis prętaxatis caſibus tantum, ab hominibus eorum adiutorium petere, & exindè ſtatutum eſt, q; ſi, in caſu non ſucceſſo, vel vltrà moderatum adiutorium ſecundum quod Regni Conſtitutio ſuper hoc edita diſponit, aliquis prædictorum, vaſallos ſuos afflixerit, poſt emendationem damni faciendam perſonis, quibus illatum eſt, tenetur Regiæ Curiæ ad duplum ipſius, quod indebitè extortum fuerit, vel ſuper exactum illicitè; attamen nobis illati belli neceſſitas tulit, vt non modò nonnulli ex prædictis Comitibus, & Baronibus adiutorijs, tallibus, collectis, & diuerſis oneribus ſuos afflixerint vaſallos, & hoc pro ſuæ voluntatis arbitrio contrahere, de illisq; vendere, & quæ voluerint vendenda differre, vel ſi vendiderint per ipſorum emptores de ſuis Terris aſportare, ſuos vaſallos diuerſis inhibitionibus prohibuerunt, eosq; coegerunt, taxatis quibus voluerint pretijs, ad ea ſibi vendendum, & illa ſibi pro ſuo libito voluntatis dimittendum, de quibus ipſi poſtmodum negotiati fuerunt, & quæ à ſuis vaſallis vili quidem pretio extorſerant, eorum vaſallis poſtmodum illis indigentibus pretij, quibus voluerint vendiderunt. Et ſi qui eorum inhibitionibus ipſis contrauenerint eos diuerſis pecuniarijs, ac etiam quandoq; corporalibus pœnis affecerint, quibus niſi debitis prouideatur remedijs, dum ijdem homines ſui laboris fructum eripi, ſic ſibi cernerent, agrorum culturam relinquere: à Maſſarijs, cæteriſq; ruris operibus, non niſi quatenus ſibi ad neceſſitatem victus opus eſſet, intendere cogerent, creſcereq; indè ipſorum inopia, & ad Reipublicæ onera ſoluenda impotentes redderentur, & rectio Regni huius, ad quam nos intendimus, impediretur. Vt igitur, quod belli calamitas introduxit, pacis lænitas ſopiat, & quia pax non poteſt ſine iuſtitia ſubſiſtere, quia pax, & iuſtitia ſic complexæ ſunt, vt vna ſine altera plena haberi non poſ-

ſit

Digitized by Google

sit; volentes propterea, super his, quibus nostræ Reipublicæ status indebitè læditur, iustitiæ remedio prouidere; vt vnusquisq; suo iure contentus, ab alterius iniuria se abstineat, tenore præsentium, nostra ex certa scientia, & cum nostri Consilij matura deliberatione, Regni Constitutionibus, & Capitulis, super prædictis hactenus editis, in suo robore, & efficacia duraturis, prouidemus, statuimus, & ordinamus, quod vnicuiq; libera sit facultas sua quæq; victualia, animalia, & alia, quibus iure licet, prout iure, & legibus permittitur sibi vendere, & de illis contrahere, cum quibus, & prout voluerit vendenda, & alienanda, conducere, atque deferre, nec ab eorum Dominis directè, vel indirectè (vt alias) quouis modo prohibeantur, vel in his impedimentum quomodolibet inferatur, nec sibi vendendum, vel alienandum præsertim taxatis pretijs cogantur, curentq; & faciant Prælati, Comites, & Barones ipsi, quod nec per suos Officiales, homines, & alios per se, vel ipsorum authoritate huiusmodi prohibitiones fiant, vel impedimenta præstentur: si quis autem contrafecerit, vice qualibet pœnam incurrat ducatorum mille ab eo irremisibiliter exigendam. Et nè eis fraus fieri contingat, eorundem tenore præsentium mandamus, vobis nostris Commissarijs, atque Thesaurarijs, Secretis, & nostris Portulanis quarumlibet Prouinciarum Regni huius; quatenus feruenter, & diligenter inquiratis, si qui fuerint, qui huiusmodi Statuto, aut Ordinationi contrafaciant; aut contrarium fieri sinant, aut permittant, quàm primum adinueneritis, nobis, & nostræ Curiæ procuretis, vt sicut res exegerit, pro huiusmodi obseruatione valeamus debitè prouidere; & si casus fortè acciderit, quod victualium pecunia, pro necessitate Ciuitatis, Terræ, vel loci prouidendum videatur, nè indè victualia extrahantur, id nostræ Maiestati nuncietur, indè pro huiusmodi necessitate debita prouisio subsequatur, nè inde hoc prætextu in fraudem huius nostræ ordinationis quidquam excogitari contingat. Et vt præmissa veniant in notitiam singulorum, neque quisquam ignorantiam allegare valeat, &c. Dat. &c.

COMM. PRAGM. PRIMÆ.

PRima hęc pragmatica plures continet partes, & proindè diuisione indiget, vt ordinem habeat, sine quo ait Iurisconsul. quod inanem nostrum actum efficimus, l. quæcumq; gerimus ff. de action. & oblig. & diuisio constituit ordinem, l. 1. de orig. iur. vbi enim non est ordo, ibi confusio, & ait Apost. cap. 14. ad Corinth. Omnia Deus ordine facienda præcepit; cum ordo sit finis rerum, Bart. l. 2. S. prius ff. de vulg. & pupill. Felyn. cap. cum[1] delicta de rescript. vbi multa reperies corollaria: Tantò magis, quod sub hac pragmatica declarabimus tres alias sanctiones huius tituli, de hac eadem dispositione loquentes, videlicet sequentem, ac XIII. & XV. Nè pluries idem repetamus, quod satis absurdum in homine reputatur, non dico in lege, cum repetere, & geminare idem, semper præsumitur cum causa, saltem excitationis, Bart. & omnes l. Balista ff. ad trebell. l. ampliorem S. 1. C. de appell.

1 2

Digitized by Google

Et sic diuido eam in quatuor partes; In prima proponitur vigilantia, ac cura Principis erga subditorum regimen, atq; narratur matura prouisio, quã hic cum Concilio statuit, circa vasallorum oppressiones. In secunda parte præcipitur quod Prælati & Barones, vltra taxatum modum, adiutoria à suis vasallis non exigant. Tertio loco ordinatur, quod vnicuique libera sit facultas sua victualia alienare, & deferre ad libitum ac quod Barones nõ possint prohibere, vt alienata non extrahantur, neq; cogere ad sibi vendendum sub pœna. Postremo disponitur, quod si pro vniuersitatum necessitate opus erit victualibus; & prouidendum videatur, nè à Terris extrahantur, quod Suæ Maiestati nuncietur, nè aliquam fraudem sub hoc colore excogitari contingat.

Quò ad primam partem, notatur, qđ peculiare Principis esse debet, inuigilare, nè subditi aliquo modo grauentur, 3 vel opprimantur; immò proprium eius esse debet ccmmoda ipsorum inuestigare, adduco tibi text. singulariſſimum in c. 1. de offic. legat. in sextò, qui formalia verba text. nostri recitat, sicq; incipit (*officij nostri*) & credo ex eo fuisse verba huius tex. excerpta; notatur etiam in l. nam salutem ff. de off. Præf. vigi. ibi: salutem Reipublicæ tueri, nulli magis cõuenit, quàm Cæsari, & in §. 1. de pact. inter. Imperialem decet solertiam, curã gerere; commodaq; subditorum inuestigare, vt Imperij vtilitas incorrupta persistat, & singulorũ status illęsus conser- 4 uetur: per vigilantiam enim, & curam quam habet Princeps erga subiectos, facit se similem Deo, dicit text. §. itaq; Deo, auth. vt Iudices sine quoq. suffr. Bellug. de Regim. Princ. rub. 8. sollicitus ergò, & diligens debet esse Princeps, non solum ad succidenda grauamina, sed ad commoda subiectorum inuestiganda c. 1. de prohi. feu. alien. Imperialis benęuolentię proprium esse videmus commoda subiectorum inuestigare, & eorum calamitatibus diligenti cura 5 mederi. Exemplum fuit nobis Dominus Saluator noster, Rex Regum, qui pro salute humani generis carnem in Virginali vtero assumpsit, & pro illius redemptione fuit passus, & vltimò corpus suũ in cibum, & sanguinem in poculum tribuit, vt nostris calamitatibus succurreretur, dicit tex. l. vos reddentes C. de Sum. Trinit. & omnis Christi actio, nostra fuit instructio, cap. significasti de elect. & Ioan. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis: Ideo Rex dicitur veluti Deus, in terris, quia eius est, nostris calamitatibus, & erroribus succurrere l. fi. C. qui milit. lib. 12. Bellug. ibid. rubr. 45. & proindè sub Regali brachio, decet nos incolumes, & defensos conseruari, vt in cap. Regni incip. (*salubrem*) constat, vbi Princeps prouidet etiam cõtra Ecclesiasticos, nè sui subditi turbentur, & molestentur; cùm ipsius sit officium 6 ab omnibus eos protegere. Hinc etiam Princeps vocatur pater, ex eo, quod vti pater curam subiectorum, vti filiorum habere debet, vt in d. auth. de instrum. in princ. Luc. de Pen. l. quæcunq; C. de omn. agr. defer. & in cap. Regni 139. Pater namq; quis dicitur, nõ solum ex generatione, sed ex superioritate, doctrina, cura, ac prouidentia; Luc. l. 1. C. de Decur. lib. 10. & propterea vasalli dicũ- 7 tur filij, & vti tales sunt amandi, Mart. Laud. in tract. de Consil. Princ. q. 14. & Plutar. ait: Regis fundamẽtum, beneuolentiam, & amorem esse, ac tutissimum præsidium, vt Regna ipsa labefactari, & solui non possint; & Seneca, rectius ostẽdit, dicens: Principem esse Reipublicæ animam, quæ corpus illius informat, q̃ ergò consolationem sentire poterit ani- 8 ma, si corpus affligatur. Plato etiam inquit, Princeps est vinculum, per quod Reipublicæ cõhæret spiritus vitalis, quę tot millia hominum trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus, & præda, si mẽs illa Imperij subtrahatur; nam vt in rubr. diximus, ad hoc Principatus erectus est vt ab oppressionibus subditos liberaret, & Simanc. li. 3. c. 9. tract. de Republ. Ad 9 regnandum promotus es, vt in Imperio

tuo

Digitized by Google

tuo ab omniũ insidijs, securos, ac tutos custodires subiectos. Hæcq; est illa magnificentia, quæ in Principe requiritur; nam circa ista versatur, vt subditi versẽtur in pace, & quęcumq. Principes agãt ad eam referant, commoda ipsorum su-
10 biectorum inuestigando, eorũq; grauaminibus succurrendo, ob quam virtutẽ dicit Petrarc. de remed. fortun. dialog. 13. p. 1. Quod Prineeps, neq; fato, neq; Dęmonij pessimi subijci poterit fallacijs, cùm Deus promiserit ab ijs, ob hãc vigilantiãm liberare; immo dixit, eum facere longęuum super terram, & multis gratijs abundantem, Afflict. in Const. Regni pacis cultum, & in Const. intentionis 1. notab. Et ex indè pragm. nostra demonstrat, quod Princeps inuigilauit hic, vt onera subditorum tollerentur, quæ à Baronibus inferri audiebat, quĩ varia adiutoria, & collectas extorquebant, & sic prouidendo dicit (qđ cum deliberatione Consilij statuit) ex quibus verbis constat, quod dixi in fine Rubricæ, quod Princeps debet omnia cum consilio Sapientum promulgare, & non in suo sensu abundare, Isern. c. j. hic finitur lex nu. 6. sed per hoc videtur, qđ
11 Princeps necessariò vti debeat consilio in legibus condendis, & arduis explicãdis, & sic probat etiam tex. auth. habita diligenti inquisitione Procerum Consilij C. ne fil. pro patr. & in c. 1. de prohib. feu. alien. l. humanum C. de legib. cum innumeris, quæ demonstrant, omnia cũ cum consilio fuisse condita; nam quod plurimorum consilio fit; maiori fortitudine roboratur; & tantò magis hæc opinio suadetur, cum rarò isti Principes sint legum eruditi, Isern. in prælud. feu.
12 & quod neq; Princeps Apostolicus possit ardua explicare sine Cardinalium Consilio, dixerunt Archid. cap. sunt quidam 15. q. 1. Affl. dec. 289. n. 15. Petra de potest. princip. c. 3. nu. 26. quia Con-
13 siliarij sunt membra Principis; l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiest. Boer. dec. 17. quæ opinio communiter est confutata, sed conclusio stat: istos Princeps posse etiam sine Consilio omnia explicare;
14 nam ideo tenent baculum rectum, & non curuatũ, ad demonstrandum potestatem absolutam, & in nihilo curuatã, Felin. in rubr. de constit. disputat, Vasq. contr illust. c. 23. & c. 2. nu. 20. Cęual. com opi. 645. quod omnia possunt dũ-
15 modo rectè agantur, in vtilitatem; lex mõ requirit aliud, nisi q̃ sint iustè dispositа, & rationabilia, cap. erit autem lex dist. 4. Princeps enim tenet consilium, quod ei assistit, non per modum limitationis, sed per viã ministerij, tex. est singular. in cap. fundamenta §. docet de
16 elect. in sextò; Adde quæ post hæc notat Præs. de Curt. in suo tract. feu. fol. 13 nu. 8. vbi idem firmat, benè verum, videtur quasi necessarium, cum ita sit ob seruatum à prudentibus, semper consilium exquirere; nam vbi multa consilia, ibi salus, cap. constitutus de elect. exindè dicunt: Regem Federicum non habuisse hæredes, quia sine cõsilio statue-
17 bat, & verba Dei non præteribunt, qđ semen condentium leges iniquas, sine aliorum consilio, non durabit super terram; Isai. Veh, qui cõdunt leges eorum sensu; ita refert Andr. in Const. Regni Quanto, & Affl. dec. 265. nu. 81. Nam
18 errare cum consilio non est iniquitas, Innoc. in cap. quantò, extra de iudic. & sine eo Principes excedunt, Marc. Ant. Surg. de Neap. Illust. c. 17. nu. 5. nam tex. l. omnium C. de testam. vbi probatur, Principem habere iura in scrinio pectoris, interpretatur sic; vt præsumãtur iure integerrimi, non quod habeant infusa iura in suo capite; vt benè decla-
19 rat Valasc. in sua consult. 51. num. 6. & Capell. Tholos. q. 472. & ad institutum redeundo: Consiliũ est de congruo, propterea tex. dicit ex certa sciẽtia, ac cõ-
20 silij deliberatione; nam clausula (ex certa scientia) soli Principi, & nõ Consilio congruit, Gram. dec. 105. Gab. Roman. concl. 1. tit. de claus. Veruntamen scias quod assertioni Principis tam in legibus, quam in alijs dispositiouibus, dum asserit cum cõsilio aliquid promulgare
21 est credendum, text. est in clem. literis de prob. And. in c. 1. col. pen. qui successores

sores, & communem refert Afflict.in Const.Regni ea quæ ad decus,Mascar. de prob.concl.1228.nu.119. & idem si testetur plenam scientiam habere, & ex certa scientia disponere, Menoch. cons.100.nu.23.lib.1. limitatur tamen hæc conclusio,nisi tractaretur de tertij
22 præiudicio, vel comodo ipsius Principis,attestantis quem rebellem; propter quam assertionem feuda sibi aperiētur; nam aliundè probatio esset facienda, Affl.c.j.§.similiter nu.26.de Capit.qui Cur.vend.& c.fi.tit.qui succeff. Gram. dec.105.Regens Tap.cap.2.de Const. Princ.Crau.de antiq. tempor. c.3.cum seq.Capy.de prohib.feud.alien.fol.4.si enim staretur dicto Principis super delicto commisso,auferetur defensio parti,quæ de iure naturali est, & per Prin-
23 cipem tolli non potest, clem.pastoralis de re iud. quod procedere dicūt etiam si crimen esset notorium, Mastrill. post hæc editùs lib.3.cap.4.nu.56. cum sequentib.

Inferiores tamen à Principe, licet
24 eius Vicarij sint,debent vti consilio sibi destinato, sin secus eius ordinationes erunt nullæ, Petra de potest.princ.c.4. Vasq.controu.illust.c.1.Luc.de Penn.l. omnes C.de Decu.Bellug.rub.10.nu.7 cum seq.Et hęsitatum fuit,an Proreges possint leges promulgare, ac ardua explicare sine consilio sibi destinato, & conclusio pendere videtur ex ea suppositione, quibus in iure æquiparentur; nam Capy.de prohib.feu.alien.col.145
25 dicit: Proreges comparari Præsidibus prouinciarum, quia Præfecti prætorio dici non poterunt, cum nō habeant sub se plura Regna,vt de iure habebāt Præfecti prætorio,qui tres in iure reperiuntur, Præfecti prætorio Africæ,Illirici & Orientis,vt C.de offic.pręf.præt.Orien. Ilir.& Afr.quæ erant Regna,& licet no-
26 minetur Regnum hoc Neapolitanum, verè Regnum dici non potest, nisi vna Prouincia,Andr.Const.Regni consuetudinem,Affl.dec.109. & sic in vna Prouincia verè stare non compatitur Præfectus prætorio,sed Præses; & licet hoc Regnum videatur habere plures Prouincias, hoc actum fuit ratione maio-
27 ris comoditatis, comodius eas regendi;nam Princeps potest vnire,& diuidere Prouincias ad libitum l.1.C.de Metropol.Berit.lib.10.Affli.Constit.Regni occupatis, Capyc.dec.161. Attamen licet ratione minoris gubernij, Præsuli, vel Præsidi comparentur de iure, Cass. in Cathal.glor.mund.p.7.consid.10. & Frec.de subfeu.tit.quis dic.Dux,ratione tamen potestatis,quam confert Rex in eos, auctoritatem Præfecti prætorio
28 consequuntur,dū Locumtenentes Generales creantur,ac Vicarij constituuntur,& maximum imperium eis confertur,iux.tex.l.vnicę ff.de offic.Pręf.pręt, Surgen.de Neap.Illustr. c.22. num.11. Immò maiorem potestatē Præfecti prætorio,etiam concedunt,vt dicit ibi Cassan.& Surgen. & Garf.tract.de Nobil. glo.3. in princ. Vndé possunt omnia quæ Rex, cuius vices gerunt, Bellug. rubr.25. Franch. dec.165. & omnibus illius prærogatiuis potitur,Milan.dec.8 nu.72.& dicuntur habere mandatum cum libera, omnia faciēdi,vt ibi Milan. & Bellug. & censentur vti Legati la-
29 tere, & sic in commissionibus eorum asseritur,cap.legatos,& ibi glo.de offic. Leg.in sextò,Ann.cons.14.nu.19.& sic ex prærogatiuis, quæ illis conferuntur, leges statuere possunt, vt in dies videmus,Carau.in pragm. de filijsfam. c.2. Verum quod sanctiones sub nomine Vicarij Regis promulgantur, ipsę cum
30 consilio sunt faciendæ,vt dixi, & non alias,& possunt addere, & detrahere legibus ex causa, sed non in totum reuocare, quia licet eorum potestas magna sit,limitata tamen est ad leges, vt fuit declaratum etiam per Suam Maiestatem,Felyn.cap.quod super de maio. & obed.Surgen.loco supra citato, l.humanum C.de legib.Luc.l.omnes C.de Decur.lib.10.Dec.l.j.ff.de off. præfect.
31 prætor, & procedit etiam si esset facta concessio cum plenitudine potestatis, ea enim non erit recta, sic in Vicarijs prout in Principe; nam sine maxima

causa

Digitized by Google

causa probata,eam exercere non poterint,Innoc.cap.cum ad monasterium de statu monac.Capyc.notab.10.de prohib.feud.alien. & in Regno multi tumultus orti fuere,quando aliquis voluit vti hac pōtate,vt Marc.Ant.Surg. c.18.de Neap.Illustr.& licet Prorex habeat potestatem procedendi ex abrupto,& leuato velo,& motu proprio, pos-
32 sit sententias criminales exequi,vt Petra de potest.princ.fol.92. Mastril.dict. tract.de Magistr.lib.3.c.4.nu.296. tamen exercere debet,cum causa,& consilio, Anton.de Ball.in tract.crim. q.8. Menoch.de arbitr.q.71.nu.14. Inde ēt
33 data larga pōtate Proregi,casus multi censentur excepti,& non communicati,vt in assensibus prohibitis in alienatione certorum feudorum,ex pragm.4. de feudis;Non potest etiam suspendere Officiales perpetuos à Rege creatos,sine eius licentia,& mandato,l.2.C.de
34 off.præf.prætor. August.ibi: non amouendi,vel puniendi habeat potestatem, & per literas Regias pluries fuit declaratum,vt refert Mastrill.lib.5.c.6.num. 134.& ita anno præterito fuit Proregi Duci Ossunę,scriptum,vt ipse,& sui successores perpetuò obseruent; sed an
35 possit Prorex informationem saltem cāpere,& Principi referre; vide ibi Mastrill.& de Ponte in tract.de pot.prore. fol.119.& multos casus Proregibus exceptos,notat Paris de reintegr. feud.q. 269.cum seq.Mut.Surg.in add.ad fratrem fol.369.& clausula quæ dat vices & voces non extenditur ad insolita, Boss.tit.de princip.nu.88.Andr.de pro-
36 hib.feud.alien.nu.13. Et regrediendo ad principalem quæstionem,dico,quod inferiores à Principe, debent vti consilio destinato,vt supra probauimus;nam Officiales qui habent officium in admi nistrationem, & non in dominium non
37 possunt respuere consilium suorum sapientum,alias poterint priuari, vt narratur de Roboam filio Salomonis, qui Regno fuit priuatus, ex eo quod consilium suorum à latere,non curabat, Petra de potest.princ. fol.169. num.269. Capyc.de prohib.feud.alien. coll.140. Regens de Ponte in dicto suo tract.c.fi. idem sequitur.

In secunda parte, Pragmatica nostra statuit,quod Prælati,& Barones pro quibusq; necessitatibus, adiutoria nō quęrāt à vasallis,nec collectis,vel alijs oneribus ipsos affligant,nisi in casibus prętaxatis sub pœna: Indè concluſiuè in hac parte tractabimus materiam,& cognitionem de adiutorijs præstandis à vasallis Baronibus, & dum noster text. loquitur primò hic, de Prælatis, est declarandum quomodo hic Princeps disponat super eis, in quos nullam habet iurisdictionem,auth.cassa C. de sacrosc. eccl.cap.cum ecclesia de constit.cum vulg.Intellige,hic disponi super Prælа-
38 tis tenentibus feuda à Rege; nam Ecclesiæ,& ecclesiasticæ personæ, possunt tenere feuda à manu Regia, vt videmus in Regno,de Ecclesia Sanctissimæ Annunciatæ fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, quæ plura possidet quaternata feuda de Monasterio Cassinēsi, & alijs, sicq; de Episcopis Montis Casini, Ar-
39 menti,Tribisatiarum,Cauæ,quæ refert Frec.tit.de orig.Baron.q.3.nu.24. adnotans ibi:omnes Episcopos,& complures Archiepiscopos feuda tenentes in Regno,qui iurant fidelitatem,præstātq; seruitium,& est tex.c.1.in fin.de capit. Corrad.& ratione feudi,&pro dicti feudi causis,Regiæ iurisdictioni subijciuntur cap.verum de foro compet.ibiq; forum sortiuntur,quidquid alij senserint, vt Guid.Pap.dec.129.nam contra eum est communis,vt Dec.ibi,& Clar.§.feu-
40 odum q.70. Et consequenter pro causis appellationum spectantibus ad dictum feudum tantum adiri debent Regij Superiores, destinati ad appellationes re-
41 cipiendas,& non Superiores Pontificię potestatis,Felin.cap.solitæ de maior. & obed.Couar.pract.quæst.cap.4. Franc. Marc.dec.205.p.2. & adest Ritus Magnæ Curiæ 52. sed suppositio omnium prædictorum, videtur pendere ex illa quæstione,nùm feudū concessum Eccle sijs,& ecclesiasticis personis pręsumatur

da-

Digitized by Google

datum in naturam feudalem, vel in allodiũ; si enim Terra simpliciter à Principe erit data, in dubio conceſſio præſumetur facta ratione piæ cauſæ, in naturam liberam, & non feudalem, gloſ. c. j. in fi. de delict. puer. Iſer. & Affl. in Cõſt. Regni Iuſtitiarij nomen, Frecc. auct. 29 Capyc. in inueſt. verſ. feudales appellationes, Regens de Ponte conſ. 30. nu. 6. & ſic videtur quod Prelati, alijuè Adminiſtratores feudorum, non ſubijciantur Regiæ poteſtati, nec quò ad leges, nec quò ad culpas, vel ſeruitia præſtanda, vel appellationes deferendas; Alij tamen dixerunt veram eſſe opinionem,
43 quod Terra, & eius pertinentia præſumantur donata, & conceſſa in naturam allodialem, quod tamem iuriſdictio, & altum dominium, non præſumatur expropriatum; nam iuriſdictio ſemper præſumitur excepta in quacumque generaliſſima conceſſione, nec *P*rinceps po-
44 terit à ſe expropriare in præiudicium Coronæ, & ſi ſequi velimus Vaſq. cont. illuſt. c. 5. nu. 24. is firmat, nec liberè poſſe donari bona attinentia ad feudum, vndè receptior videtur opinio, quod iuriſdictio ſemper dicatur excepta, Capy. in inueſt. verſ. feudum dant, verb. Imperator, Frec. tit. de differ. feud. quat. nu. 34. & dicam infra 8. pragm. Carau. Ritu 52. & ita nouiſſimè Maſtril. poſt hæc ſcripta editus lib. 3. c. 8. nu. 24. qui ſimiliter firmat, quod etiam ſi in allodium concederetur Terra, iuriſdictio, *P*rincipis ſuprema, remanet, & ad eum, & ſuos ſubordinatos Officiales erit recurrendum, & inueſtitus reputabitur verè feudatarius, & D. de *P*onte de poteſt. pror. tit. de elect. Official. §. 1. nu. 48. Capyc. in inueſt. verb. feudales appellationes; & proindè Eccleſia, vel Epiſcopus non
45 poterint ponere Officialem Eccleſiaſticum, Ann. ſing. 460. & benè de omnibus, de *P*onte dec. 4. Aduerte tamen, quod feuda tenere poſſunt Eccleſiæ, de expreſſa licentia, & ſcientia Regis, cum de iure ſit prohibitum ipſas poſſe tenere feuda, immò ſi vt laicus quis teneret, & efficeretur clericus, ſtatim ammittit feudum, ad tex. c. 1. §. qui cleri-
46 cus tit. ſi de feud. defun. & in Conſtit. Regni errores, l. Officiales C. de epiſc. & cleric. cum auth ſeq. Couarru. pract. quæſt. c. 33. etiam ſi habitum Hieroſolymitanum acciperet, Franch. dec. 479.
47 Caball. caſu 64. latè, prout nec officia ſecularia habere poterit, latè Maſtrill. lib. 2. c. 6. per tot. Indè licet larga poteſtas data fuerit *P*roregibus, aſſentiendi in venditionibus feudorum, fuit eis interdictum, vt non poſſint aſſentiri ſine licentia Regis, quando venderentur, vel emptionem intenderent facere, perſonæ non illi ſubiectæ, vti eccleſiaſti-
48 cæ, pragm. 4. tit. de feud. c. j. & benè ibi D. Rouit. Ann. in Conſt. Regn. diuæ memoriæ nu. 32. & Regens de *P*onte in ſuo tract. fol. 347. latius.

Et ſic progrediendo vltrà, ſancitur hic, nè *P*rælati quærant adiutoria, niſi in caſibus taxatis; poſſet dubitari, qui ſint iſti caſus, erant forſan illi, ob quos Epiſcopi cogere poſſunt Diœceſes ad
49 charitatiuum ſubſidium ſibi præſtandũ de quo Felyn. & alij cap. cum ex officio de præſcript. & Boer. dec. 133. cum tribus ſeqq. & Menoch. de arbitr. iud. caſu 178. latius, dic, quod ſatis differunt, aliud enim eſt ſubſidium charitatiuum, aliud eſt adiutorium, quod à vaſallis, & non à clericis exigitur: Caſus noſtri adiutorij, ſunt taxati per Conſtitut. *R*egni, quamplurimum in fi. vltra quos nõ licet *P*rælatis quidquam petere, licet de iure forſan ineſſent alij caſus, propter quos poſſent exigere aliquid ratione
50 adiutorij: debetur enim, quando *P*rælatus per *P*apam eſſet conſecrandus, iuxta gloſ. cap. quod ſicut de elect. vbi notatur materia conſecrationis. Secundò debetur, quando eſſet vocatus ad conſilium. Tertiò, ſi pro ſeruitio Regis erit vocatus ad exercitum. Quartò ſi contingerit hoſpitari Regem in ſuis Terris, vltrà non licet, vt Andr. Affl. & alij d. Conſt. taxa verò huius adiutorij, ſecundum Affl. dec. 136. in cauſa conſecrationis Epiſcopi Licienſis erat deciſum, vaſallos eſſe obligatos dare æſtimatio-

Digitized by Google

mationem valoris quartæ partis annui
51 redditus illius feudi, seu terræ, iuxta solitum Regiæ Cameræ, quæ arbitratur redditus, non illius anni, quo forsan pretia sunt aucta, vel diminuta, sed coacervat tres, vel quatuor annos precedētes, & postea distribuit fructus, vt etiam respondit Frecc. de subfeu. 3. auct. nu. 3. in materia releuij soluēdi, defuncto feudatario; & quod sic sit facienda fructuum
52 æstimatio; Adde Arr. Pinell. de rescin. vend. 3. par. lib. 2. c. 4. nu. 3. Affl. tit. per quos fiat inu. § sed res n. 40. licet Ayell. de iure adohæ sustineat opinionem contrariam, debere attendi valorem illius anni, de qua quæstione non curo cum per Gram. dec. 88. sit decisum, aliter faciendam esse taxam, & ita obseruatur exigi adiutorium, numero focolariorum, ad rationem quinq; carolenorū pro singulis, & ita meminit Vrsill. ad
53 præcitatam decis. Affl. vndè non est curandum de Affl. cum nouissimè Gram. opinio attendatur; hæcq; quòad adiutoria Prælatorum, vide Menoch. casu 139. circa reliqua.

Barones autem, ex varijs casibus iustis, & coloratis antiquitus adiutoria extorquebant, vt Iacob. de Sancto Georg. in tract. feu. vers. & promiserūt; hodie casus sunt taxati per dictam Const Regni quāplurimum, vltra quos, se ampliare Barones nō poterunt, Affl. dec. 263. nu. 64. & DD. ibi, sed antequā
54 veniamus ad enumerationem, & declarationem dictorum casuum, videamus causam, quare adiutoria Baronibus, vasalli dare teneantur? Dixerant multi, quod causa sit ea; nam sicuti Baro vasallus præstat Regi seruitium militare, vel adoham, ac sustinet alia onera releuij in morte, multasq; collectas subue
55 niendo Principi in necessitatibus, vt dicam infra, sic & vasalli Baronum debēt respondere, illos adiuuando, vt Andr. c. 1. quis dicatur Dux; & proinde asserunt, quod per Capit. Regni Comites, erat constitutum, quod adiutorij taxa debita Baronibus, esse deberet medietas seruitij, quod Baro quilibet præstabat Regi quotannis; nam & seruitium quod Barones præstant, adiutorium ēt nominatur, Lucas l. illud C. de annon. & tribut. lib. 10. Capyc. vers feudorum
56 adiutoria, licet impropriè, cum adoha sit proprium suum nomen; quid verò, & quantum sit istud seruitium, quod quilibet Baro debeat pro quolibet feudo quaternato, vel de tabula, vide Andr. c. 1. § similiter de Capit. qui Cur. vend. & c. 1. de capit. Corrad. Frec. 5. auctor. D. tñ Tappia de Const. Princ. c. 4. rubr. distinguit inter feudum quaternatum,
57 & simplex, recurre pro inuestigatione ad eos; Adde nouissimè de Curte in suo tract. feud. fol. 38. per totum articulum, D. Rouit. titu. de offic. Procur Cæs. pragm. 19. Ann. c. 1. de vasall. decrep. ætat. num. 148. & an possit augeri per Principem; quoduè sit aliud onus releuij, quod debent Barones, vide Frecc. auct. 3. vltra Andr. d. c. 1. de capit. Corr. Ayell. de iure adohę, & D. de Franch. dec. 121. vbi multa, & dec. 306. & vide Capyc. de prohib feu. alien. § præterea, qui ponit 24. casus excusantes hęredes,
58 si non soluerint releuium; nam erat pœna de iure amissionis feudi, hodie duplicati releuij, vt Franch. ibi, D. Rouit. pragm. 2. titul. de offic. procur. Cæs. qui termini per præcitatos benè declarantur, & sufficit loca designasse Tyronibus. Et ad principalem quæstionem redeundo, ob ista onera, quæ habēt Barones, dicunt vices pares debere reddere, etiam vasallos suis Baronibus, quas
59 rationes non esse finales scias; nam dispositionem inducerent, l. 1. § sexum ff. de postul. dico, quod sequeretur, quod si feudum esset francum sine seruitio, & onere, vel esset postea remissa adoha Baroni, quod vasalli non tenerentur
60 neq; ipsi ad adiutoria, vti cessante causa, quæ argumēti species est solidissima, vt Tiraq. in hac regula. Eò magis cum strictè esset facienda interpretatio in
61 dicta Const. it. cum sit exorbitans, secundum DD. ibi l. commodissimè ff. de lib. & posth. vnde falluntur, qui ex dictis rationibus mouentur; nam adiutoria debentur

Digitized by Google

bentur ratione dominij, & debẽtur Dominis, vti Dominis, Frecc.aucto.2.verſ. poteſt, & nouiſſimè diſcutit plenius hũc articulum D.de Franch.dec.76.de feudo burgenſatico; etenim dictæ rationes poſſent dici impulſiuæ, D.de Franch.in alia deciſ.131.nam adiutorium debetur Dominis, licet exempti ſint ab omnibus oneribus feudalibus præſtandis Regi.

Item dubitari poſſet, dum pragmati-
62 ca noſtra, ac Regni Conſtit. generaliter loquãtur de Baronibus, quod exigere poſſint adiutoria in taxatis caſibus, ſi vna terra ſit diſtincta, & regatur à duobus, vno habente ciuilem; altero cri-
63 minalem iuriſdictionem; an ambo poſſint petere adiutoria; videtur dicẽdum, deberi Domino criminalis iuriſdictionis, qui eſt dignior, cum habeat merum Imperium, quod eſt potentius ſimplici iuriſdictione, l. Imperium ff. de iuriſd. & ſtatutum eſt in conſilio, quod is præcedere debeat, ac licentiam præſtare vti
64 maior, in conſilijs congregandis, D.de Franch.dec.338. & ante eum Capyc. dec.27. Contrarium tamen eſt verum; nam licet dignior ſit criminalis ciuili, attamen Baro ciuilis dicitur verus Dominus Terræ, ipſeq; præſtat Regi ſeruitium, iurat fidelitatem, ipſi ſoli competit facere depingi ſua arma, & inſignia quæ denotãt dominium, & non Domi-
65 no criminalis, qui dicitur habere iuriſdictionẽ potius in officio, quam feudo, Frec.de ſubfeu.2.&4.auct.D.de Frãch. dec.131.quæ ſunt notanda ad multa ſimilia, licet de iure in locis publicis, etiã in operibus Principis, nomen, inſignia illius, & arma, debeant poni, & non alterius Magiſtratus l.2.cum ſeq. ff.de oper. publ. D.de Ponte in ſuo tract. de poteſt.proreg.tit.de diuer.prouiſ.& in-
66 ſignijs; ſed poſt factam inſcriptionem Principis, tunc nomen priuati, & omnia alia inſcribere, non denegatur l.qui iudices C.de oper.publ. Franch.dec.443 de qua dubitat ibi de Ponte, ſed in Barone quod poſſit ſua inſignia ponere vti vtilis Dominus Regis, nouiſſime Cancer.var.reſol.lib.3.c.13.nu.344.firmat cum noſtra opinione.

An autem adiutoria debeantur feu-
67 datarijs, qui non poſſident feudum cũ prærogatiua Baroniæ, iuxta ea quæ notauimus in rubrica pragmatica noſtra nominat ad adiutoria Barones, & Comites, quorum appellatione non veniũt feudatarij, vt ibi dixi abundè, Gram. conſ ciuil.68. conſuluit, adiutorium nõ deberi, cùm Baronibus adiutoria ſint conceſſa, quorum appellatione, nec in benigna, nec in pęnali appellatione veniunt feudatarij; quam opinionem communiter confutatam eſſe ſcias, cum Conſtitutio quamplurimum, exigat adiutoria à vaſallis, nec differunt, an vaſalli ſint Baronum, Comitum, vel feudatariorum; immò non ſolum feudatarios, ſed ſubfeudatarios poſſe gaudere, dixit Frec.2.auct.nu.10.& ita Affl. & alij d. Conſt.notant.

Nùm adiutoria poſſit petere vſufru-
68 ctuarius feudi, vel proprietarius, vel ſi quis teneat feudum in pignus, vel ſi ſit vxor, quæ teneat in dotarium; vide Capyc.in inueſt.fol.27.& dec.184. Affl. Conſtitut. Regni Mulier quæ dotarium 9.dub. Et quid in poſſidente Terram cũ pacto reuendendi, vide Excell.D.de Franch.dec.76.& nouiſſimos Addentes decidentes hanc antiquam controuerſiam: an poſſit peti ante præſtationem fidelitatis factam Regi, & ante petitam aſſecurationem à vaſallis, Aycll.de iure adohæ, Affl.d.Conſt.9.dub. nè nimis in hoc moremur, an debeatur affictatori, infra prag.8.dicam.

Vidimus perſonas, quæ potiuntur beneficio petendi adiutoria; percurramus modo, qui ſint iſti caſus, quos dicit pragmatica noſtra, eſſe prætaxatos: Dic qd hi ſunt ſcripti in dicta Conſtitut. Regni
69 quamplurimum, & ſunt quinque: Quãdo perſona Domini caperetur ab hoſtibus dùm eſſet in ſeruitio Regis; Item pro faciendo filio, vel fratre militi. Tertiò, pro maritanda filia, ſorore, vel amita. Quartò, pro emenda Terra vna vice tantum. Quintò, adiutorium debe-

tur

Digitized by Google

tur, si Rex hospitetur in terra Baronis, vel erit submonitus à Rege, pro suo seruitio: vltra istos taxatos casus, vasalli non tenentur Dominis subuenire, qui sub colore tex cap. 1. §. in ostenditijs de capit. Corrad. & ex c. 1. hic finitur lex, qui dicunt, vasallos debere adiuuare Dominos, extorquebant sub varijs causis munera, & pecunias in dies: Verum licet dicti casus sint certi; quia nil in iure est tam clarum, quod non recipiat dubitationem, l. 1. C. de vet. iur. enucl. habent tamen multas quæstiones, & multæ lites pro ipsorum interpretatione ortæ sunt, non transcribam de charta in papyrum, quod notant DD. dicta Constitut. & Andr. præcitatis antea locis, ad quos recurras, sed aliqua declarabo, & decisiones de recenti non adhuc notatas in medium afferam ad vtilitatem legentium, & explicationem huius pragmaticæ nostræ.

Ad primum, quando est capta per-
70 sona Domini ab inimicis, existentis in seruitio Regis, pro illius redemptione præstanda est subuentio à vasallis; licetq; dubitationem afferant tex. l. inter omnes §. non omnia ff. mand. Bart. l. 2. ff. ad leg. Rhodiam de iactu, per quas doctrinas D. de Franch. decis. 147. decisum relinquit, quod si Ambasiator
71 erit captus à latronibus, vel pyratis, Vniuersitas tenebitur, & non captus, quæ conclusio procedit non solum isto casu, quod iste dicitur missus ab Vniuersitate, sed si propter lites inter Vniuersitates, vel ex causa inimicitiæ vniuersalis, aliquis ciuis pateretur damnum, tunc non posset illi dici, tibi imputetur, sed ab vniuersali est damnum
72 resarciendum, vt Mastrill. decis. 164. Surd. decis. final. num. 24. quod sæpe contingit; sicquè nunc videbatur dicendum, quod Rex teneatur redimere, vel ipse Baro teneatur; nam si ditatus esset in bello, non communicaret
73 vasallis, & nemo debet petere id, cuius contrarium non esset postulaturus, l penul. C. de solut. quæ insignis reputetur, & exornat eam Thesaur. dec. 4 o

Attamen quidquid sit, placuit Principi esse succurrendum ei, qui pro seruitio ipsius Regni captus fuerit; sed si non esset sub eius seruitio, non deberetur subuentio, si fortè à latronibus, vel pyratis esset captus: nam Constitutio est exorbitans, & strictè ad literam est seruanda, Capyc. in inuestitu. fol. 27. & proindè non est amplianda, etiam ex idemptitate rationis, vt multi dicebant
74 de Domino carcerato pro debitis, existente in maxima necessitate; nam siuè ex debito, siuè ex delicto, quod suffragium non meretur, l. sed ex parte §. q̃quam ff. quod cum eo; idem procedit si necessitas proueniat ex casu, vt egregiè notat Menoch. de arbitrar. iudic. casu 182. Constitutio prædicta non debet ampliari in damnum tertij; nam subuentio non fuit inducta ob miserationem depauperationis, & Baronum adiuuamen tantum, vt dicebat Afflict. dicta Constitution. communiter reprobatus, sed fauore Regis, ac Baronis, Frecc. 2. auctor. num. 9. & in principali controuersia videndus est Boer. decis. 118. benè.

Secundus casus, vbi debetur adiu-
75 torium pro faciendo filio, vel fratre milite, & hoc fauore militiæ Regis, ac Baronis expendentis; nam pro habendis insignibus militaribus, multa erant eroganda, Iaso. & Rip. l. centurio ff. de vulg. & super isto casu multæ quæstiones fieri possent, sed ex nouis DD. notaui hanc subuentionem recessisse ab aula in isto casu, cùm milites non fiant hodie cum illa iuris solemnitate, iuxta glos. l. pen. ff. ex quib. caus. nec cum tot expensis, vndé cessante causa, cessat iuris dipsositio, l. quamuis §. adige-
76 re ff. de iur. patron. Hinc dicunt DD. quod priuilegia militaria hodie cessant, Thesaur. decis. 101. vltra DD. dicta lege Centurio; solum enim habent locum, donec sunt in expeditione, Viui. decis. 491. vbi de priuilegio vltimarum voluntatum, Mastrill. latè dec. 173 Sed si ob dictas rationes adiutorium non debetur, do instantiam ipsum de-

Digitized by Google

beri in creatione militum Melitẽsium,
77 qui cum omnibus iuris solemnitatibus creantur, ac cum magno dispendio, vt est notorium, & sic respondet Sforza in tract.de sustitut.par.5.tertio præmisso, dicens hos gaudere priuilegijs iuris, siue sint in expeditione, siue non; & ita respondet Bart. l.2. C.de his qui non impletis stipendijs lib.10.in fine, dum dicit: hodie tamen priuilegia militaria competunt militibus Templi, qui milites Templi sunt prædicti Melitenses; nam milites Templarij antiquitus nominabantur, vt in Sylua variar. lection.2.par.cap.4.& Sforza loco prẽsignato, Gamma decis.365.de Ponte cons.14. num.1. Vndè in creatione istorum, opinarer adiutorium posse peti à vasallis, & si non plenam subuentionem, minorem saltem, vt in adiutorio, quod debetur pro monachatione, quod minus taxatur, quia minus expenditur, vt dicam in sequenti: & coadiuuatur hæc opinio ex Anna postea viso singul.
14. qui hoc procedere dicit etiam pro
78 Doctoratu filij, & est casus minus dubitabilis, cum Doctoratus fiat cum satis minori sumptu, quàm requiritur pro recipiendo habitu Hierosolymitano; sed nescio si posset obtineri dictum Annæ.

Tertiò, adiutorium debetur pro
79 emenda Terra, vna vice tantum, non assignatur vera ratio ad hoc, cur vasalli teneantur; cum nulla subsit necessitas Domini, qui si vult fieri honoratior ex statu, non hoc debet obesse vasallis; Alij dixerunt, quod ex eo statutum fuit, quod cum Dominus sit maior ex statu, subditi releuantur ab oneribus subeundis, vt in portandis victualibus, & cæteris, quæ repartiuntur per Terras, vt dicam infra pragm. 14. argumen.l.2.C.de priuileg.domus Augustæ lib.10.quæ ratio non est concludens; nam fortius deberetur adiutorium si emeret quamplures Terras, authent. multo magis C. de sacrosanct. eccl. sed est permissum solum pro vna Terra. Ita tamen placitum est, l.non omnium ff.de leg. Aduerte, quod subuentio debetur pro terra, secus si Baro vel-
80 olet emere vnam iurisdictionem ciuilem, vel criminalem super terra, tunc non essemus in terminis, cum verba sint capienda in potiori significatu, l.3.§.1.ff. quod quisque iur. verum si emeretur quid perfectum, licet sit vnum oppidum, vel villa, seu Motta, subuentio deberetur, cum verificetur statutum de terra, Antib.de muner.§.2.n.8.ibi: quot modis Terra sumatur, Frecc.auctor.2.
81 nu.25. Quid si adiutorium fuerit præstitum patri ementi vnam Terram, an possit, & peti à filio, alteram emente, Affl. d.Const. dicit hanc quæstionẽ non esse ab aliquo tactam, ipse tamen distin
82 guit: quod si feudum filij est hæreditarium, quod petere non possit, secus si ex pacto, & prouidentia; sequitur Frec.de differ. feud.hæred. & ex pacto q.3. sed sui oblitus, aliud firmauit in 2. auctor. nu.32. quod semper deberetur, cum adi
83 ta hæreditate, non dicatur amplius hæreditas, sed patrimonium l.1. §. veteres ff.de acquiren.hæred. & ita seruatum à prudentibus audiui, & decisum in Consilio vidi pluries, & præcipuè pro Vincentio Loffredo, contra Vniuersitatem Montis Sani, & pro Duce Grauinæ cõtra Vniuersitatem Spinazzolæ.

Quartò, debetur adiutorium pro filia, sorore, vel amita maritanda, super hoc Affl. fecit 24. quæst. ad quem recurras, & adde Menoch. ad hunc casum de arbit.iud.cas.181. Nos aliquas dubitabiles decisas adnotabimus; & valdè fuit hęsitatum, cum Constit. prædicta loquatur per numerum singularem, videlicet pro filia, sorore, vel amita maritanda, an
84 debeatur pro pluribus filiabus, vel sororibus, & amitis; multi Iurisperiti responderunt, quod non, tum quia dicta Cõst. est exorbitans, tum quia numerus singularis non extenditur ad pluralem, l. in vsu ff.de verb.sign. & maximè in odiosis, l.cõmodissimè ff.de lib.& posth. Cõtrariũ tamen est receptum, adiutoriũq; deberi pro pluribus filiabus, sororibus, vel amitis; nam causa demonstrationis, & non dispositionis, text.demonstrauit

perso-

Digitized by Google

personas per numerum singularem, argum.l.itaq; ff.pro soc.& eadem ratio; imò maior versatur in pluribus,quam in vna,ratione maioris indigentiæ ex dotatione plurium,vnde eadem debet esse iuris dispositio, l. illud ff. ad leg. Aquil. l. à Titio ff. de furt. D.Franch. decis. 306. latè. Non obstat, quod Constitut. loquatur per numerum singularem; nam quandoq; extenditur ad pluralem,Crauett.cons.161.Tiraquell. de reuocand. donation. fol. 276. num. 226.latè. Et quod subuentio debea-
86 tur pro pluribus neptibus, si ius dotandi pertineat ad Auum, non existente filio, vel viuente, sed inope, ita est decisum contra multorum opiniones vt D. de Franch. decis. 215. Et quid si vno anno maritarentur plures; an pro omnibus debeatur subuentio, D. de Franch.decis.306. quæ omnia sunt notabilia, & necessaria ad tot disputationes, quibus adde Boer. decis. 131.
87 Quid si dos filiæ fuerit à patre legata, an vasalli teneantur ad adiutorium, Isern. in Constitut. Regni Comitibus, quem sequitur Capyc. in inuestitur. vers.feudorum adiutoria, tenent,quod non sint obligati, cum hæres integra legata, & onera hæreditatis soluere debeat, & iure non reperiatur cautum; quod subditi teneantur subuenire hæredi, quia defunctus fecerit legata, licet magna. Et in maritagio Dominæ D. Beatricis Vrsinæ sororis mei Illustr. Domini, Vniuersitas Solofrana, ex ijs auctoritatibus, prætendebat non esse obligatam ad adiutorium, eò quod pater prælegauerat ei certam dotem, quæ opinio licet tanti Viri legum scrutatoris, non est recepta, & dum talis causa fuisset Neapoli collegiata, vbi sunt grauissimi causarum Patroni, & extra Ciuitatem, quasi nullus sit, qui licet iuris peritus,in feudi articulo sciat quid loquatur; fuit confirmatum,adiutorium deberi; nam dos debetur officio
88 Iudicis filiæ, ex necessitate, l.qui liberos ff.de ritu nupt. & sic siuè iure testamenti, siuè ex contractu promittatur, in hoc non est imponenda differentia; Nec ratio vera diuersitatis assignari potest; nam pater legando dotem filiæ, suam obligationem declarat, & excutit,& non de nouo concedit, & ita alias decisum in Consilio, dixit Frecc. de subfeu.auct.2.num.16.Ayell.de iure adohæ nu.40.adde Ann singul.11. Et in eodem maritagio dictæ D. Beatricis
89 fuit etiam dubitatum, an Terra Sorbi teneretur ad adiutorium, cùm fuerit empta post mortem sui patris à Balia, & matre dicti vnigeniti D.Flaminij, D. Lucretia de Tuso, numquam satis laudata, cuius laudes si hic expendere vellem,alio eloquio, quam mea inculta oratione opus esset, & totus tractatus
90 de hoc esset necessarius; & nè indiminutè loquar de castitate, decore, regimine,& singulis virtutibus animi,&corporis,melius erit tacere;Et ad institutū redeundo;an dicta noua Terra teneretur, videbatur ex generalitate Constit. Regni dictantis, adiutorium deberi,dū nubunt filiæ,sororesuè, multi consulu erant,quod exigi debebat; nam lex generaliter intelligi debet, l. de pretio de publ. l.1.§.& generaliter ff.de leg.prę stand. & indefinita locutio, æquipollet vniuersali, l.inter veteres vers.maximè
91 C. de fideicom. tamen hæc opinio non fuit habita pro vera,vt dixi; nam paragium debetur sorori ex bonis paternis, atque adiutorium debetur ratione exclusionis,quam facit masculus,& proindè donato feudo, vel aliundè obuento fratri, illi vasalli non tenentur ad adiutorium, Afflict. dicta Constitut. 5. dubitat. plenè Loffred cap. 1. §.vt autem vers. his, de pace tenenda, & D. de Franch. decis. 73. sicq; cum Terra Sorbi empta fuerit à fratre, post mortem patris; paragium debetur sorori
92 super bonis paternis,non de acquisitis per fratrem:nam onus noui feudi non est subuenire, cum filia non sit exclusa ab eo, vt fratri prosit, & sic ea Terra
93 non fuit molestata. Quid autem si frater maritet sororem inopem, vel viriam; quas dotare tenetur in sub-

Digitized by Google

sidium, Thess. decis. 192. & Gramm. decis. 376. Boer. decis. 131. vel mater si maritaret filiam de iure non obstringitur dotare, an possint cogere vasallos
94 ad subuentionem; vide Boer. dec. 129. Molfes. tit. de iure dotium q. 4. Num autem adiutorium debeatur pro filia monacanda, prout debetur pro maritanda, argumento sumpto de matrimonio carnali ad spirituale illud pro-
95 cedit, Bart. l. 2. de his quæ pœnæ nomine, vbi firmat cõclusionem, quod si erit factum legatum de mille mulieri, si maritetur, & de quingentis, si monaca fiat, legatum de mille debetur etiam si monaca fiat, cum non debeat esse peioris conditionis matrimonium spiritu-
96 ale carnali, de qua quæstione Mastrill. decis. 153. & consequenter pro absoluto habetur, adiutorium deberi pro monachatione, Boer. decis. 126. dic facta professione, non vt alij putabant sufficere destinationem, argum. l. pen. ff. de milit. testam. nam expectari debet actus
97 perfectus l. 3. §. hæc verba ff. quod quisque iur. sic D. de Franch. decis. 42 & ante eum Anna, quem ipse non citauit singul. 13. ex l. quod pupillæ ff. quando dies leg. Bal. cons. 228. lib. 3. & latè Menoch. tract. de præsumpt. præsu. 84. Honded. cons. 73. lib. 2. nam & simili-
98 ter expectari debet tempus matrimonij cõsumati, nubilis ætatis, & nõ cõtractus capitulationis, sed carnalis copulæ per prædictam legem, & nouissimè est videndus Surd. dec. 383. quando debeatur legatum factum mulieri, si intrauerit monasterium: Sed quæritur quantum esse debeat istud adiutorium pro monachatione; cum pro dotatione mo-
99 nialium parua dos constituatur, vt decisum est in Regno, quod est menti tenendum, quod monialis licet habuerit minus legitima conqueri non possit, nec tabulas testamenti impugnare, vel ad
100 supplementum agere, si habuerit dotem solitam constitui monialibus illius monasterij; cum non attendantur hoc casu facultates dotantium, D. de Franchis decis. 44. & ante eum Vrsill. decis. 136. & communiter impugnata est Bartoli doctrina supra allegata in l. 2 ff. de his quæ pœnæ nomine de legato facto de mille si nupserit, & de quingentis si monaca fiat; nam attendetur dispositio testatoris, vt Vasq. controu. Illust. c. 33. benè Capyc. decis. 104. Adde Gabriel. Roman. tit. de legat. 2. conclus. Dico in dote constituta; nam dote non assigna-
101 ta, monialis succederet ab intestato, Afflict. dec. 348. licet Molfe. super Cõsuetudin. Neapol. titul. de succes. ab intest. q. 22. teneat quod mortuo patre ab intestato, paragium debeatur filiæ, etiam si vellet ingredi monasterium, vel illi donare, sed idem Molfes. titul. 3. q 8. distinguit; sed si fuerit ingressa, & non habuisset in vita patris, adhuc deberetur, alias si fuisset præterita, testamentum esset nullum, iuxta distinctionem Molfes. par. 4. q. 18. quia licet exeant monaci à patria potestate per ingressum religionis, suitas tamen non tollitur, Guttier. §. sui instit. de hæred.
102 qualitat. Et ex ijs fuit conclusum à Sapientibus, adiutorium deberi, minus tamen ordinario, nam vt dixi, solitum est exigi quinque carolenos pro foculari, vt Affl. dec. 136. & Gram. dec. 88. Et pro monacatione constitutum est deberi medietatem, quæ est 25. gra-
103 norum pro foculari; idemq; procedit in dotatione filiarum spuriarum, quibus debentur alimenta, sic minor dos, Vrsill. decis. 265. num. 56. Boer. decis. 127. Iacob. de feud. vers. qui quidem inuestiti, vbi distinguitur benè de filia spuria, naturali, vel incestuosa, Anna singul. 12. Menoch. casu 179. Et quid in sorore vterina, vel consanguinea, Afflict. decis. 265. num. 54. Franch decision. 73. & ibi Addent. & an filia pro pro se ipsa maritanda possit subuentionem petere, Boer. decision. 130. & in facto fuit determinatum non deberi.

Et aliquando minus medietate fit taxa, veluti si Baro habeat quamplures Terras, à quibus oĩbus si exigeret adiutoriũ, faceret quasi totã dotẽ monialis,

vel

Digitized by Google

vel ſpuriæ,ſine erogatione ſui,tunc Regia Camera minus ſolet arbitrari, Frec. auct.2.nu.23.Sed quis numerabit focu
105 laria Terrarum Baronum,tali caſu qñ adiutoria exigi debẽt? dic quod attendetur taxa numerationis Regiæ, pro qua præſtantur functiones fiſcales, & alia munera repartiuntur; verum ſi Bato allegaret fraudem,& vellet eam detegere ſuis sũptibus audiretur,repeten-
106 dis poſtea à fraudatoribus,vltra pœnã corporalem,quæ talibus debetur,etiam vltra relegationem, vt vidimus annis
107 elapſis in numeratione præcedenti facta,& ita Frec.d.2.auct.nu.28. Adde de Curte in ſuo tract.feud. fol.1. nu.4. & fol.25.nu.26. qualiter hæc numeratio inter regalia computetur; ac quan-
108 do, & qualiter fieri debeat, ſunt videnda quæ doctè, & curiosè adducit Regens de Ponte in ſuo tract.de poteſt. proreg.fo.157.& dicam infra prag.10. nu.18. Et è contra,audientur vaſalli ſi focularia eſſent diminuta incurſu hoſtium, & ſimilium, vt Marc.Ant.Surg. fol.483.de Neap.Illuſtr. ibi: ſi Regia
109 Curia in vna Terra deficiat, an onus accreſcat alijs; quid ſi filia,vel ſoror detur à marito ob pulchritudinem, vel nobilitatem,iuxta terminos l. ſi voluntate C.de dot.promiſ.& Affl.dec.61.
110 an audiutorium debeant vaſalli, vide Vrſill.dec.136.Reliqua apud DD.facilè reperies: Vltimus caſus,vbi adiutoria debentur, eſt quando Baro erit ſubmonitus pro ſeruitio Regis in rebellione Regni, vel ſi hoſpitetur in ſuis Terris, vide Frec.loc.cit.Ayell.in tract.adohæ, Iacob.verſ.promiſerunt;ibi quando Barones teneantur ſeruire intra Regnum,
111 vel extra,& ſi eorum voluntate acceſſerint ad ſeruitium, an poſſint onerare vaſallos ad ſubuentionem, videte Capyc.de prohib.feu.alien. cap.Imperialẽ S.ſi. vbi benè.

Vltra ergo prætaxatos caſus, dicit text.noſtræ pragmaticæ,non licere Baronibus talliare vaſallos,nec aliqua onera,vel collectas eis imponere;nam onerum impoſitio eſt de Regalibus, quæ ſoli Principi competunt, Andr. & alij quæ ſint regalia verſ. collectę,imò neq;
112 Principem hodie ex cauſa vrgẽti imponere poſſe collectas, & gabellas Regno, dicunt Andr.d.cap.Imperialem §. illud,& §.formet de prohib. feud.alien. Iacob.tit.de homagijs,& nos latius explicabimus infra pragm. 10. limitatur verò dicta concluſio,niſi Baro ex conſuetudine,vel præſcriptione vltra caſus dictos, quæſijſſet aliquod ius exigendi
113 aliquam collectam,gabellam, vel ſeruitutem,nõ durioris oneris; nam ſtante antiquiſſima præſcriptione centum annorum,poſſunt Barones eam tueri; Alij dixerunt hæc vti regalia eſſe impræſcriptibilia, Bellug.rubr.22. & dicam infra prag.8.in fi.ſed dum caſus accidiſſet in facto, cum Principe Venuſij de certa collecta, quam Princeps ſolitus erat exigere, nota deciſ.de Franch.56. qui latius punctum exorditur, & firmauit pro Principe,dicẽs, quod tales collectæ dummodo non ſint immoderatæ quæri poterint conſuetudine,ac præſcriptione etiam annorum 40.quod eſt ſingulare; nec dicuntur omninò contrariæ iuri, vt etiam dixit Clar. quem non allegauit in §.feudũ q.29. Et quod non dicantur de regalibus, cum non ſint publicæ,vide ibi Franch. & Luc.de Pen.l.ſi diuina C.de exact.trib.lib.10. Capyc.in inueſt.verb.gabellarum, Iacob.d.tit.de homagijs, & nos inferius latius loquemur; & propterea iniquum eſt primis principijs nõ reſiſtere,alias ſemper ſera
114 medicina;vt dicam infra prag.10. Et an Baro in caſibus debitis poſſit ſibi ius dicere,vide Menoch.caſu.181.dicam infra prag.16.

In tertia parte huius pragmaticæ, prouidetur his formalibus verbis: quæ neceſſaria putaui hic annectere,pro ſequentibus dubitationibus, dicit (quod vnicuique libera ſit facultas ſua quæq. victualia, animalia, & alia, quibus iure licet ſibi vendere, & contrahere,cum quibus voluerint, & alienata conducere,atq; deferre,nec ab eorum Dominis directè, vel indirectè prohibeantur.)

Digitized by Google

Et pro fundamento huius partis est sciendum, quod conclusio solida est: Ne-
115 minem cogi posse ad vendendum, vel emendum, l. inuitum C. de iur. delib. l. nec emere C. de contrah. empt. quam regulam exornant Socc. & Duen. in verb. vendere, Tiraq. de retract. in præfation. omnes enim contractus debent esse liberi, l. sicut C. de act. & oblig. l. 1. §. si cõuenerit ff. depos. tantò magis iste contractus venditionis, cum sit de iure gentium, quo iure adhuc vigebat norma primæ libertatis, glos. & tex. l. j. §. est autem ff. de contrah. empt. DD. l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. quod est notãdum, & præsciendum ad sequentem propositionem, quæ est, quod arguẽdo à maioritate rationis, dicimus quod cogere ad emendũ, vel vendendum vllo modo possunt Barones, & sic probo positam
116 cõclusionem per locũ à maiori, quod est sui natura destructiuum, glos. cap. si Paulus 30. q. 8. fundãdo, quod nec Princeps, qui est supra legem, l. Princeps ff. de leg. potest cogere quẽpiam ad emẽdum, vel vẽdendum; nam super his quę sunt iuris gentium, vt est cõtractus em-
117 ptionis, vel iuris naturalis, Princeps disponere nõ valet, solum enim super his, quæ sunt iuris positiui dispensandi habet facultatem, vt latè Petra de potest. princ. q. 28. ac nouissimè Mastrill. de Magistr. lib. 3. c. 4. qui multa adducit, atque licet contractus sint iuris ciuilis, post tamen quæsitum dominium, quod est de iure gentium, Princeps disponere non poterit, glo. insignis l. fi. C. si contra ius, vel vtil. publ. Angel. l. Lucius ff. de euict. Crauett. latè de antiq. temp. ar. 1. nu. 51. & ita Affl. dec. 128. concludens, Principem potuisse reuocare legitimationem cuidam factam, cum ea iure ciuili introducta fuerit, quod Princeps tollere poterit, vt est stipulatio, vsucapio, & cætera, quæ afferunt DD. d. l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. Regens de Ponte cons. 4. nu. 13. quamquam (ne id prætereamus) illa decisio Afflicti repu-
118 tetur iniqua, & communiter est reprobata, non propter auctoritatem, quam nos citauimus, sed quia priuilegium sortitum erat suum effectum, & reuocari non poterat, Pinell. de rescin. vend. c. 2. nu. 9. Tappia l. fi. cap. vltimo n. 31. de constit. princip. Et si sequamur subtilem Pinel, dicit in 2. cap. rub. de resci.
119 vend. quod Princeps nec ea, quæ sunt Naturalis, vel Gentium, vel ciuilis iuris, nec de potestate ordinaria, nec absoluta, post quæsitum dominium tollere potest, & exindè cogere non posse ad vendendum etiam de absoluta potestate, & licet DD. asserant, quod nil est, q pertineat ad iuris dispositionem, quod Princeps terrore huius absolutæ potestatis, facere non valeat, vt Capyc. dec. 166. Thess. dec. 91. Gabr. Rom. concl. 1. tit. de iure quęsito, Couar. var. resol. c. 6
120 lib. 3. & alij, qui de hac potestate tractarunt; attamen exterminandam hanc Doctorum opinionem, dixit ipse, qui habet multos sequaces, vt referam, dicentes, quod iure dari non poterit absoluta potestas, sed ordinaria; quæ alteratur, ampliando, & minuendo, ex causa, etiam ius Diuinum, Naturale, Gẽtium, & Ciuile; sicq; causæ dant locũ dispen-
121 sandi, & non absoluta potestas, quæ vis, & tyrannis dicetur, qua vtendo Princeps grauiter erraret, Iser. quæ sint regalia vers. bona, dicit eam esse potius plenam peccandi potestatem, Alciat. l. censuræ ff. de verb. sign. Crauet. de antiqu. temp. 2. art. Vasq. contr. illustr. c. 5. & 16. Thess. dec. 91. D. Tappia de cõst. princip. c. 1. rub. nu. 77. nec benè intelligitur l. relegati, & eius glo. ff. de pęnis,
122 quæ à contrarijs adducitur (ibi) quod sufficiat pro ratione voluntas; nam intelligitur circa illud quod loquitur de remissione fiscalis pœnæ, quæ erat sua, & non indistinctè in omnibus, vt inaduertenter locuti sunt multi, quos improbat Gayl obseru. 58. lib. 2. Pinell. loc. præcitato nu. 12. Alciat. reg. 3. & quamquam talis opinio verior sit, tamen hæc distinctio ordinariæ, & absolutę potestatis procedit secũdum cõem opinionem, & ea vtũtur Reges nostri, vt in indiuiduo dicit Peregr. de fideic. ar. 42. n. 123. Petra

de

de potest. princip. nouissimè c. 1. in fi. licet afferat, non posse vti sine causa Sest. tract. de inhib. c. 4. §. 3. & exindè dicũt, quod satis fallitur Ang. d. l. item verberatum ff. de rei vendic. qui ait pretium
123 non esse obligatum persoluere Principem, quando ex potestate absoluta bona capit; nam siue sequamur primam vel secundam opinionem, Princeps super quocumque iure disponat, Ciuili, vel naturali, siue vtatur ordinaria, vel (vt dicunt) absoluta potestate, semper pretium soluere tenebitur, tex. sing. l. venditor §. constat ff. commu. præd. ibi; non aliter hoc faciat, nisi prius solitum salarium Domino præstet, l. si quando C. de inoff. testam. vers. nec credendum Romanum Principem, qui iura tuetur, Regens de Ponte cons. 4. nam nec à fi-
124 lio bona auferri possunt pretio non soluto, Oldrad. cons. 87. & 91. Crauet. cõs. 276. & licet magna sit causa, & vtilitas publica, quę præferuntur priuatis, l. vnica §. ne autem C. de caduc. toll. non tamen cum totali damno tertij; nam in modicis poterit Princeps præiudicare, vt in dilatione quinquennali, non in
125 auferendo ius tertio, Thess. dec. 91. & licet Princeps esset in maxima necessitate, differre poterit solutionem, & non tollere actionem, Vasq. contr. illustr. benè c. 5. nu. 16. & c. 6. nu. 5. Adde Pereg. de iure fisci fol. 27. nu. 65. & in necessitate Rege constituto, ob bella, & expẽ-
126 sas, quas præstare habet, poterit suspẽdere solutionem introituum creditoribus, & ordinare, vt sibi consignentur, cum promissione restituendi, Andr. rub. quæ sint regalia nu. 13. Ias. l. ex hoc iure nu. 54. ff. de iust. & iur. & nouissimè Regens de Ponte in tract. de potestate proregis fol. 232. nu. 22. & fol. 147. nu. 37. quod quando introitus Regni non suppetunt, stante necessitate Rex potuit suspendere solutionem annuorum introituũ, prout ordinauit Dux Ossunæ hoc anno contra Genuenses assignatarios functionum fiscalium, vt ipsis differatur solutio. Et licet id esse contra naturalem æquitatem arguant multi ex l. benè à Zenone C. de quadr. præscr.
127 vbi quando fiscus vendit rem alienã emptor sit securus post quadriennium illa tamen lex non adaptatur ad nostrũ casum; sed si benè ponderetur, habet tot interpretationes, & limitationes, q̃ faciunt eam legem satis æquam, vt Afflict. in prælud. Const. 14. quæst. Iacobi. de S. Georg vers. sed an Princeps, qui ponit septem limit. alias adducit Gram mat. dec. 65. D. Tappia 1. cap. rubr. de consti. princip. Petra de potest. princip. c. 24. nu. 67. Peregrin. d. tit. de iure fisc. Et sic redeundo ad propositum vndè digressi fuimus, si Principem de potestate ordinaria, nec absoluta posse cogere ad vendendum, vel emendũ demonstrauimus, quanto minus valeant Baronés? respondeat Euerar. in suo loco Topico 65. qui regulam à maioritate rationis exornat latissimè: propterea iustè prouidetur hic, vt cuiq; licita, & libera sit facultas sua victualia, & animalia, & alia ad libitum vendendi, & transferendi.

Sed ex prædictis verbis pragmaticę oriri potest dubitandi ratio, cum videatur se adstringere p enumerationes specierum, dicendo quod libera sit facultas sua quæq; animalia, & victualia vẽdendi; vndè ad reliqua videtur licitum esse Baronibus prohibitiones facere, vulgata l. cum prętor ff. de iudic. in vno enim prohibitum, in reliquis videtur permissum, l. maritus C. de procur. ge-
128 neri enim per species derogatur, l. ge neri ff. de regul. iur. l. ita ff. de condit. & demonst. victualium enim appellatio nõ est vniuersalis: continet solum namq; ea quæ pro cibo, & potu hominum ordinata sunt, in tantum, quod neq; vestitus
129 continetur, l. verbo victus ff. de verb. signif. vbi Cępoll. quod neq; subaudiũtur victualia animalium causa parata, vt ordeum, fenum, & cætera; vt Ripa par. 4. tit. ad conseruand. vbertatem nu. 18. strictaq; est significatio animalium, ita vt eorum appellatione non ve-
130 niunt omnia: Anseres enim, & volatilia, piscesuè, non compræhenduntur

eorum

Digitized by Google

eorum verbo, vt pro singulari tradidit Barth. de Capua sing. 5. quod dato priuilegio exigendi Gabellam de victualibus in ponte, quod exigi non possit de prædictis, arg. l. 1. ff de iust. & iur. Et sic videtur quod pragmatica strictè debeat interpretari, & licet sequantur verba (& alia quæ iure licet vendere) illud tamen relatiuum (alius) licet sit repetitiuum similium, non tamen extenditur ad vniuersalia, & maiora expressis, glol. si fugitiui C. de seru. fugit. & ibi notãt
131 omnes DD. Et pro regula habetur, qđ clausula quantumcumque generalis restringitur ád similia expressa, & non ad diuersa, vel separata, Bart. l. quæsitum §. pen ff. de fund. instruct. & pro regula tradit Fely. cap. sedes de rescript. Reg. de Ponte cons. 4 nu. 38. Hinc clausula
132 generalis omnium casuum fortuitorũ, & similium, intelligitur de similibus expressis, nõ de maioribus. Et per prędicta in facto defendi testem exanimatũ, qui dixerat se nihil amplius scire, & in alio articulo interrogatus deposuit; nam nõ intelligebatur falsus, sed quod nil amplius sciebat, vltra quod dixerat in illo primo articulo, vt Fely. d. cap.

Pro resolutione notes primò, quod dispositio, licet in principio sit stricta ex verbis sequẽtibus, tamen recipit ampliationem, vel limitationem, prout in casu nostro, & ad hanc demonstrationẽ probandam adduco tex. l. proculus ff. de
133 vsufr. quem pro singulari expendunt quod si testator leget vsumfructum domus, cũ prohibitione altius non tollendi eam, quod per dicta vltima verba plena proprietas, & nõ simplex vsusfructus legatus censeatur, cum altius tollere, vel seruitutem imponere, veri domini sit, l. nisi ff de vsufr. sicq; pro singu-
134 lari dictam legem allegat Afflict. in prælud. feu. nu. 128 & Marsil sing. 661. & licet Pinell. more suo aliter intelligat, de bon. matern. tamen hunc communem sensum sequuntur omnes, vt Crem. sing. 28. Bar. Bald. Alber & Flor. ibi: ex quo notant, quod verba sequentia, licet implicita, ampliant dispositionem; sicque minuunt, vt Afflict. dec 338. & Surd. nouissimè dec. 157. de vendente rem cum suis substantialibus, quod
135 per pactum additum, nè transferatur dominium, dicetur locatio facta, D de Franch. dec. 506. l. cum manusata in fi. ff. de contrah. emp. sic in l. vbi ita ff. de don. caus. mort. quam exornat Boer. decis. 353. Duen. reg. 217. quod si donetur causa mortis, cum pacto, nè possit reuocari, ea transibit in donationem inter viuos, & Bald. cons. 209. lib. 3. notat alium casum singularem, quod si mulier erit relicta à marito vsufructuaria, hęrede extraneo instituto, regulari-
136 ter legatum vsusfructus ei debetur, secus si filij essent hæredes relicti: nam restringitur ad alimenta, Gabriel. Rom. conck. 2. tit. de vsufr. Franch. decis. 155. Borgn. tract. de vsufr. mul. rel. nu. 80. sed: si vxor erit relicta vsufructuaria, & domina, prout erat in vita ipsius mariti, tunc per hæc verba (prout steterat in domo) alimenta tantum censentur relicta, cum hęc, & non alia à marito prætendere poterat eo viuente, & sic in facto obtinui, & multa alia singularia corollaria adduci possent, quod verba ampliant, & minuant dispositionem, & impropriari faciant eam, videte in occurrenti per Vasq. contr. illustr. c. 51. n. 75.
137 cum seq. & latè Fely. cap. quoniam frequenter, vt lite non contesta. vbi notabiliter, & satis insignè Pinell. de rescinden. vend. fol. 39. Tiraquell. de retract. consang. §. 30. glos. 1. quando sint attendenda verba, vel mens, & quid prævaleat, aut quod de iure, vel natura est dispositionis, quæ omnia semper occurrunt in facto. Et consequenter, vt vnde digressi sumus, nostra redeat locutio, dicimus, quia vltra victualia, & animalia diuersæ qualitatis, & speciei, supponuntur verba (& alia, quæ licet iure vendere) per talia verba, dispositio censetur vniuersalis ad omnia, & non limitata ad victualia, & animalia tantum, nam quamquam verbum (alia) sit repetitiuum similium, regulariter, vt dixi, stat aliquando ampliatiuè, & augumẽ-

tatiuè,

Digitized by Google

ratiuè, denotans casus maiores expressis, Felyn. d. cap. sedes de rescript. vbi si constituo procuratorem ad conueniendum meos villicos, & alios, poterit pro-
138 curator non solum villicos, sed nobiles conuenire; Accedat quod ad euitandam correctionem, & absurdum, verbū (alia) stat longe, & ampliatiuè, glo l. omnes verb. alias C. de quadr. præscript. Reg. de Pont. cons. 2. nu. 148. sic Lucæ 22. & alij duo nequam ducebantur cū ipso, Bertaz. de clauſ. lib. 4. glos. 18. Et proindè dicimus, quod verba enumerationis animalium, & victualium potius causa demonstrationis, quam dispositionis fuerūt posita, & multi decipiuntur, quod verba Legislatoris, vel testatoris posita; credunt dispositiuè semper, &
139 est controuersia, si testator mandet, vt alimenta tot aureorum præstentur ex introitibus talis fundi, si ex eo non percipiantur tot fructus, dicebant non deberi: nisi ad eam summam, quia locus adiectus, causa dispositionis videtur positus, DD. l. Lucius ff. de alim. Attamen Franch. dec. 721. dicit quod semper in dubio causa demonstrationis verba in-
140 telliguntur posita, nisi aliud ex verbis claris disponentis argui poterit, & distinguit notabiliter Surd. tract. alimen. tit. 5. q. 26. latè Borgn. in reper. decis. in cap. verba; nam cum pragmaticæ istæ veniant ad releuandum vasallos, hoc modo inducerent diminutionem, quod
141 non est præsumendum, l. non omnis ff. si cert. pet. Et proinde firma remanet posita cōclusio, quod arbitrarium sit cuiquam sua bona vendere, & transferre, non obstantibus bannis Baronum; vt millies etiam fuit iudicatum, & inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem Actuario Cioffo, & facit l. libertas ff. de iur. patr. Progreditur vltra pragmatica nostra, quod non solum Barones non possunt prohibere, quempiam vendere
142 ad sui arbitrium, sed neque vasallos cōpellere, ad sibi vendēdum, præsertim taxatis pretijs; ista sunt formalia verba text. Quæ prouisio videtur iuris communis correctoria in damnum Baronū, quod videtur probari; si enim Colonus, potest cogi à Domino, nè partem suorū fructuum vendat alij, quam sibi, Alex. & alij l. 1. C. de dolo, Marsi. singul. 510. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 18. nu. 2. Couarru. variar. resol. c. 14. lib. 3. nu. 6. qui dicit hanc communem opinionem. Quanto fortius deberet tenere Baronis
143 prohibitio Domini territoriorum, ex quibus percipiuntur fructus. Et quod Baronum prohibitio valida sit, tenet. Luc. de Pen. vir magnæ authoritatis, in l. 1. per illum text. C. de metall. lib. 10. Aluar. & Afflict. c. 1. §. post natale de
144 pac. tenen. asserentes Barones habere ius hypothecæ, & prælationis in venditione fructuum qui colliguntur ex tenimentis feudorum, ac proindè prohibere posse, nè alijs, quam sibi victualia vendantur; quæ conclusio de iure procedere videtur, non solùm in venditionibus, sed in alijs contractibus correspectiuis, vti societatis, & communitatis, q
145 potius socio tenetur quis vēdere, quā extraneo, pretio iusto, & communi, licet ab altero plus offeratur, Carroc. in tract. locati tit. de emp. DD. l. ad officiū C. commun. diuid. idem est sancitum in emphyteota, quod volens vendere, potius Domino, quàm alteri vendere debeat, l. fi. C. de iur. emph. Et coniunctus præfertur in emptione bonorum coniūcti, l. j. de priuil. cred. l. si in emptione ff. de minorib. multa notat Rip. d. l. 1. ff. de priuil. cred. Ex his igitur, videtur, proui sionem factam per nostram pragmati-
146 cam, esse iuris correctoriam; sed ad eā euitandam, quam iura abhorrent, ita quod sensus, & verba impropriari debent, vt statutum reducatur ad ius commune, l. 2. C. de noxal. Crauett. cons. 3. nu. 12. videbatur dicendum, quod ratio nostræ pragmaticæ ad sic disponendum maneat sub illis verbis (præsertim taxatis pretijs à Barone) & ea sit causa finalis; nam auctoritas taxandi pretia, & sibi vendendi, esset duplex, priuilegium, ac specialitas nimis dura, quod quis sibi ius diceret, taxandi pretium, & cogendi ad vendendum; Assisia enim in victua-

Digitized by Google

ctualibus non competit Baronibus, sed
147 ad Principem, vel ad Communitatem pertinet, l. 1. C. de Episcop. audien. vbi DD. c. 1. d. S. post natale de pac. tenen, Pinel. de rescin. vend. vltim. art. D. de Franch. dec. 9. quod potius de consuetudine, quam de iure pertinet ad Vniuersitates, Ann. sing. 60. Vndè qualitas no-
148 ua addita à statuto, videtur inducere formam, & ratione nouæ dispositionis, Bal l. si quis non dicam rapere C. de epis. & cler. latè Felin. cap. edoceri vers. gesta de rescr. Maran. cons. 91. & ex inde dictum fuit in electione Grasseriorũ, seu Catapanorum, Baroni non compe-
149 tere ius eligendi, & creandi, & quod neq; appellatio ad eum pertineat de grauaminibus, cum non dependeant à sua iurisdictione, sed à communitate, D. de Franch. decis. 511. quamquam Anna videatur contradicere sing 60. & sic dicendum videtur, quod causa talis prohibitionis consistat in dictis verbis (taxatis ab eo pretijs) qua pretij taxatione cessante, punctus videtur remanere in iuris cõmunis dispositione, l. si extraneus ff. de cõd. ob caus. vt subditi volentes vendere, cogi possint, vt potius Baroni, quam alteri teneantur victualia alienare iuxta pretium commune, vel à Principe taxatum; sed neq; dictam responsionem satisfacere, probatur; nam pragmatica generaliter loquitur, ac specificè prohibet, vt vasalli non possint adstringi ad sibi vẽdendum. Nec obstãt
150 illa verba ponderata (præsertim taxatis pretijs) nam hæc dictio, nõ excludit prohibitionẽ, cũ natura huius dictionis, non sit excludere pro sionem statutam, sed facit casũ minus dubitabilem, dicẽdo, quod tanto magis prohibitio nõ valet, si pretiũ taxetur, glos notabilis, l. illud vers. præsertim ff. ad ad. leg. Aquil. Frãch. dec. 517. Accedat, quod de iure Baroni regulariter cõpetit ius imponen-
151 di assisiam, quia is habet iurisdictionẽ, & Vniuersitatibus prohibitũ est exercere aliquam iurisdictionẽ, & ita probat text. l. fin. ff. ad leg. Iul. de annon. & sic Ann. d. sing. 60. D. Tappia Regens fol. 431. super iure Regni, licet D. de Ponte in d. suo tract. fol. 50. nu. 22. & fo. 52. dicat sic de iure, licet de consuetudine aliud seruari soleat, quæ consuetudo, re in dubium deducta, esset per vniuersitatem probanda, & ea attenta adhuc Banna, & ordinationes, exactiones, & contrauentiones, per officialem Baro-
152 nis erunt facienda, de Pont. cons. 105 par. 2. Et si Vniuersitas abutitur, poterit priuari, vt benè ibi notatur, & sic corruunt argumenta supra adducta: quid dicendum? Ego firmo conclusionem cum pragmatica, quod prohibitio Baronis ad sibi vendendum potius, quam alijs, non valeat, cum sit priuatiua libertatis, quam incolumem iura seruare intendunt; allegata verò pro prima opinione sic conciliantur, limitando conclusionem iam positam, quod ea non
153 procedat, si prohibitio fiat a Barone, nè vendantur fructus collecti de suo feudo, ac suis terris datis ad coloniam, terragium, censum, & similia; in his n. habet ius hypothecæ, & prælationis, pro cedúntq; allegata pro prima opinione; secus verò in alijs territorijs liberis, &
154 allodialibus, in quibus Barones, nec Princeps habent vllum ius, nisi iurisdictionis, & protectionis, iuxta notabilem doctr. Luc. de Pen. l. quicunque C. de omni agro deserto lib. 12. Et sic in alijs rebus, bonis, & animalibus prohibitio est nulla, vt est decisum in Consilio, licet in volentibus venderę præferatur Baro, vt iudicatum fuit inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem, Actuario Cioffo; soluendo pretium, prout alij ci-
155 ues. Verum pro ista prælatione, non poterunt emanare banna, vt nemo vendat, nisi requisierit Baronem, & fuit sic prouisũ in dicta causa. Et ex indè iniustæ sunt ordinationes, nè vendantur pisces, & fructus, antequam requiratur Baro loci; nam commercia debent esse libera, & non impediri ob prælationem Baronum: nam prelatio dicta compete-
156 ret, venditione facta, vt similiter fuit decisum pro dicta Vniuersitate Lauri, vide Couarr. var. res. c. 14. num. 6. lib. 3.

Fran-

Digitized by Google

Franch.in decis. 390.In fructibus verò collectis ex suo feudo, prohibitio procedit,Frecc.de subfeu.auct.38.sublimitatur verò,dummodo ipse Baro,fructus pro se velit emere, secus si emptiones
157 velit facere pro alijs amicis;nam hoc non poterit,cum personale priuilegium sit prælationis,& personam egredi non debeat, l.quia personale ff. solut.matri. Gui.Pap.dec.411.multa adducit Osas. dec. 156. quando ius prælationis possit cedi, vel vendi,D.de Franch.dec.226. quod nota,cū hoc deseruiat quamplurimis causis, vbi Barones præferuntur pro se, & non vt alijs cedant, vel vendant,And.S.ex eadem in fi.de leg.Corrad. Adde de Curte fol.9.num.49.Mastrill.nouissimè lib.3.c.10. nu.333. Et sic fœdere distinctionis, & concordiæ, conciliantur supradicta,vt firma remaneat conclusio tex.nostri, quod Barones cogere non possunt ad sibi vendendum, sed quod libera sit facultas alienandi,& extrahendi.

Quam conclnsionem amplio ex sequenti pragmatica, quæ clarius declarat hāc primam, prohibens Barones nè impendiant liberam venditionem, vel
158 extractionem bonorum quorumlibet, ac rerum: bonorum verò, & rerum appellatio latissima est l. bonorum,l.res ff. de verbor.signif.Hinc fuit iudicatum, quod Marchio Lauri abstineret, dum, sub figura vtilitatis publicæ, prohibebat, nè ciues extraherent lignamina, de territorio,Actuario Cioffo. Verum, si publica intercederet vtilitas in bene
159 ficium Vniuersitatis,prohibitio posset substineri, Surd.cons.210 lib.2. Bald. cōs.483.lib.j.Luc.l.j.C.de rustic.lib.10. Ampliatur in dicta Secūda pragm. pœna;nam in hac prima est duc.mille,& in sequenti, contrauentionis pœna,est decem mille; Amplia ex dispositis infra, pragm.13. quod Barones neque cogere
160 re possint vasallos ad affictādum suos introitus Baronales,& ita prouisum erat in Const.Regni Magistri Camerarij, & Cap.Regni Terrerijs, nisi vasalli non, affictarent, ad æmulationem,vt illa bona Domini perderentur, vt solet fieri, quando inter Vniuersitatem, & Baro-
161 nem sunt lites, eo casu, per Superiores soliti, vel habiles possent cogi non ad affictandum, sed exigendum introitus expēsis Domini, iusto salario mediante,ad instar Quæsteris,Frecc.de subfeud.auct.51.Clar.q.7.§.feudum, soliti enim stante necessitate,possunt cogi ad munera,l.moris §.damnare ff. de pœn. Adde tex.l.semper §.quibusdam ff.de iur.immun.quibus locis probatur,quod habiles possunt cogi ad munera, & M. Ant.Surg.de Neap.illustr.fol.432.&ad id quod dixi,quod Barones nō possunt cogere vasallos ad affictandū,& emendum suos introitus feudales,neque solitos reconducere,compellere iure poterit,l.licitatio §.1.ff.de publ.limita,quod tribus concurrentibus cogere Baro poterit ad affictandum. Primò,si ille an-
162 tea conduxerit. Secundò, si superlucratus esset. Tertiò,si pro futuro,conductorem non reperit.His stantibus cogi ille poterit,Castr.l,cotem ferro §.qui maximos ff. de public. Boer. dec. 249. Peregr.de iur.fis.tit.de conduct.nu.6.q est notatione dignum,& in facto defendi in conscientia quendam Baronem, qui coegerat ad relocandum,quia hæc tria concurrebant, de Ponte §.8. tit.de regal.impos.in d.suo tract.nu.14. Ampliatur etiam, quod nec venditio, vel
163 bonorum extractio prohiberi potest ad tempus, vt faciunt multi Barones, qui pœnalibus edictis prohibent subditis, nè vendant frumenta, vel vina, nec macellēt sua,vel alia animalia, nisi sint vendita illa Baronis, sicq; vno, eodemq; tempore cogunt ad non vendēdum,& emendum,quod magnam sapit tyrannidem, Affl. constit. Magistris, & Cap.Regni 49. Petra de potest. princ. c.5.nu.122.cum seq.& c.6.n.28. idēq; procedit, quod Barones prohibere non possunt, nè exerceant vasalli aliquas
164 mercantias, & negotiationes victualium,lanæ,olei,& similium, quia forsan ipsi Barones tenent implicatas suas pecunias in prędictis negotijs;nam iniquū

hoc

Digitized by Google

hoc reputatur, Iacob.de S.Georg.fol.4. Ann.ſing.14.ſolet hoc tantum fieri pro publica vtilitate, vel Principis neceſſi-
165 tate; & conſequenter, neq; concedere poſſunt Barones, vt aliqui tantum ſint macellatores, vel exerceāt aliquam artem, Petra c.5 num.121. Ann.ſing.54. Bal.I.j.C.de commer. Surge.fol.433.& multa notat Maſtr.lib.4.tit.18.ex n.37 qui citat hunc noſtrum locum: Adde, &amplia, quod neq; Baro per ſuos officiales poterit prædicta explere; nam regula eſt, quod qui per ſe actum gerere non poteſt, neq; per interpoſitam perſo
166 nam ei conceditur, latè Menoch.caſ. 459 de arb iud.Oſaſc.dec.109.

At quia, non eſt regula, quæ non patiatur exceptiones, propterea poſitam concluſionem limito; & licet dixerim ſupra, iſtos contractus emptionis, & venditionis adeò eſſe firmos, & liberos, vt nec Princeps ſuper ijs diſponere poſſit, de poteſtate ordinaria, nec abſoluta: Verum ex cauſa, poteſt Princeps non
167 ſolum per viam generalis legis, ſed particularis ordinationis diſponere cōtra prędicta. Hucq; pertinet, quod diximus ſupra, Principem non habere poteſtatem abſolutam, ſed ordinariam, quā extendere poterit ad omnia, relaxando ex cauſa non ſolum ius poſitiuum, ſed gentium, ac naturale, vel diuinū, ſecundum ea quæ infra proponemus: ſine .n.
168 cauſa non dlceretur poteſtatem abſolutam exercere, ſed tyrannidem; ſed data cauſa, ordinaria poteſtas exerceri poterit, vltra iuris regulas, Reg.de Ponte conſ.4.nu.13. ſicq; licet quis ad vendendum cogi nō poſſit, ex cauſa tamen publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis cogi poterit, l.tem ſi verberatum ff de rei vendic.& enumerat 23.caſus notabiles
169 vbi Princeps ex cauſa poteſt cogere ad emendum, vel vendendum, Petra de poteſt.princ.q.4.nu.39.& fol.194. latius, vbi declarat, quando dicatur cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, ita vt poſſit pręiudicare; Adde, quod fauor publicus
170 non totius orbis, vel prouinciæ concurrere debet, ſed ſufficit ſit fauor publicus illius loci, Alex.conſ.101.vol.1. Petra de poteſt.princ.fol.199.num.17. iuſta cauſa in dubio non præſumitur, Alciat.de præſump.3.regul.præſ.8.dico quando reſcribit contra ius gentium naturale, vel diuinum, ſecus contra ius poſitiuū, Gayl pract.obſer.58 & obſ.56 Crau.de antiq.tēp.ar.2. latè hoc exorditur, q̄ dicatur cauſa iuſta, & quomodo pręſumatur, Regens de Pont.conſ.4 nu.14.Cęual.com.opin.opi.529.& Petra de poteſt.princ.fol.199.cum art.ſeq. ſicq; ad propoſitum, concluſio noſtra licet firma, limitatur in multis. Et ex dicta pragmat.infra 15.quam hic promiſimus excutere, ne pluries idem repetere remus, excipio limitationem, dum dicit Barones cogere poſſe ad ſibi vendendum pro neceſſitate ſui victus, & familiæ; quæ diſpoſitio habet iuris correſpō-
171 dentiam; nam & ſimiliter Barones cogi poſſunt ad vendendum victualia vaſallis indigentibus, Bart.l.1. ff.de offic. præfect vrb.Maran.in ſua prax.in artic. inquiſitio nu.181. nam Domini tenentur redditus feudi diſtribuere in neceſſitatibus ſuorum ſubditorum, vt Paris de reinteg.feud.q.262. nam ad imparia
172 non debent iudicari Dominus & vaſalli, ſed alter alteri debet vices ſuas reddere, vt Affl.latè dec.268.& ſic vti vaſalli tenentur vendere in neceſſitate Barone conſtituto, ſic & è contra: Dico id q̄ eis ſupereſt; nam quis non tenetur ſe diſcooperire, vt alium veſtiat, Affl.in prælud.Conſtit.q.3. imò in caſu neceſſi
173 tatis, & paupertatis Domini effecti pauperis non ſui culpa, quia aliter nullum priuilegium poſſet ſperare, Caraui. Rit.19.nu.25. (ſed fortuna quæ non inducit culpam, adeo quod debitor depauperatus, ictu fortunæ non poterit carcerari) ſingulariter notat Gram.dec. 86. hoc caſu vaſalli tenentur alere
174 Dominum, nam ſi vaſalli dicuntur filij, tenentur vtiq; alere patrem, Luc. l. quicūq; C.de omn.agr.deſer.Affl.dec. 165.& Vrſill.cum alijs adductis; ſed aduertas, quod alij intelligunt hanc opinionem ꝓcedere in vaſallo feudatario

tenen-

Digitized by Google

tenente feudum à Domino, & non in alijs vaſallis, ſic declarat Clarus §. feudum q. 27. Aluaro. cap. licet ſi de feud. fuerit controuer. Mea patria Ciuitatis Muri dum annis retrò eſſet ſuſpenſus à iuriſdictione Dux Grauinæ, qui eo tempore erat Dominus illius Ciuitatis, & omnia erant ei, & ſuæ vxori ſequeſtrata, Duciſſa Donna Beatrix Ferrella ſpe-
176 culum illuſtriſſimarum fœminarum gloriabatur de fidelitate dictæ Ciuitatis, quod per multum temporis ſpatium de omnibus neceſſarijs eis prouidebat, & verè fidelis fuit ſemper cum ſuis Baronibus; ita vt ex antiquiſſima memoria non recordetur quiſpiam aliquid controuerſię, cum Dominis ſuis habuiſſe: Confirmet hoc Deus, vt tale vinculum charitatis nō diſſoluatur mutatio-
177 ne familiæ Dominorum, cum tale periculum immineat, & mutatio ſemper parit diſcordias, Cæph. conſ. 583. vol. 4. Et ad propoſitum redeundo, vaſalli nō tenentur Dominum alere, ſed eidem vendere pretio mediante victualia, & non alias; ſed valdè fuit dubitatum, an ſicuti Baro poterit cogere vaſallos ad ſibi vendendum pro neceſſitate ſui victus, poſſit etiam cogere ad habendam fidem de pretio, quod in promptu non
178 habet? Quæſtio hæc deſeruit omnibus limitationibus regulæ l. nec emere C. de iure deliber. vbi nemo cogitur emere, vel vendere, quam limitant Doctores ibi, & Duen. reg. vendere. & dicendum videtur, quod cum ius reſpiciat neceſſitatem, ea iuris neceſſitas quæ cogit ad vendendum, debeat cogere ad habendam fidem de pretio, alias eſſet necare, l. neeare ff. de liber. agnoſcend. Adducunt ad hanc opinionem gloſ. fin. l. ſi locus §. cum via ff. quemadmodum ſeruit. amitta. vbi ſi via publica erit diruta, vi fluminis, vel
179 alio impetu, quod vicinus ratione publicæ vtilitatis, viam præſtare debet etiam non ſoluto pretio, Anna ſingul. 582. & quod Barones, & eius Baiuli tali caſu non poterint pœnam exigere, ex authoritate dictæ gloſ. quæ ſatis ſolet commendari, quod attendatur plus publica vtilitas, quam priuatum damnum, & publica vtilitas, & neceſſitas æquiparantur, ita vt valeat argu-
180 mentum, Bald. in rubr. C. qui bonis cedere poſſ. Contraria tamen opinio eſt verior, & communis, quod nunquam compelli quis poſſit ad rem ſuam vendendam, pretio non ſoluto, hinc eſt quod fuit deciſum, quod Beccarij, &
181 alij, non teneantur dare carnes Baronibus cum taleis, ſed in numerato teneantur ſoluere, vt inter Principem Hoſtiliani, & Vniuerſitatem Theani fuit iudicatum; quamquam enim ſtatutum arctet quem ad vendendum, tamen pretium in numerato eſt ſoluendum, gloſ. l. ſeruitutis, & ibi Bald. C. ex quib. cauſ. ſerui pro premio libe. Affl. in c. 1. §. ſimiliter de Capit. qui cur. vend. num. 19. ex tex. venditor §. ſi conſtat
182 ff. commun. præd. ibi (non aliter hoc faciat niſi prius ſalarium ſolitum Domino præſtat, gloſ. l. 1. verbo neceſſitatem C. de commun. ſeru. manum. & ſic nouiſſimè diſcutit Valaſc. conſul. 22. cū alij DD. ſicco pede pertranſeāt, qui impugnat dictum glo. in d. §. cum via, vti communiter reprobatum: Verumtamen ſtante extrema neceſſitate, poſſet ſuſtineri prima opinio, alias publica vtilitas non debet nocere tertio, cui Princeps de poteſtate ordinaria, & abſoluta præiudicare non poteſt, vt Doctiſſimus Pinell. cap. 2. rubr. de reſcinden. vend. niſi ex maxima vrgentia, vt Gayl obſeru. 56. num. 18. lib. 2. quem vide, & Vaſq. controuerſ. illuſtr. cap. 6. num. 8. tunc
183 enim omnia ſunt communia, etiam inter priuatos, & non ratione poteſtatis hoc euenit, l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu; Adde, quod exindè ſi maxima eſſet neceſſitas, tenentur vaſalli fidem habere de pretio, ſic & è contra Baro vaſallis in neceſſitate magna poſitis, licet non habeant pretium deconstanti tenetur eos accomodare de frumentis, vel pecunia, Petra de poteſt. Princip. fol. 192. Gayl dicta obſeru. 56. num. 18. lib. 2. Vaſq. controuerſ. illuſtr.

Digitized by Google

dicto cap.6. num. 8. & proindè dum
184 annis retrò fuisset ęgestas, & penuria magna in Regno, & Barones quidam haberent horrea plena, vasalli autem in vijs fame perirent, & bona sua offerrent: Dixi, quod in conscientia non fuerunt tuti eorum Domini; nam sine eorum interesse, & incommodo, poterant illorum morti succurrere, & habita fide, & obligatione, quam offerebant illi de suis bonis, tenebãtur omni iure eis subuenire, & etiam si ea ammisissent, quia obligatus est Diues succurrere; Non pauisti, ergo occidisti, ait Augustin. & Imper. l. fin. C. de annon. lib. 10. statuit quotidie indigentibus 125. modios, & Traianus quinque millibus puerorum, & decem millibus fœminarum alimenta decreuit in certa penuria, & Socrates lib. 2. cap. 3. refert de Constantino, qui in Ciuitate succurrebat in dies octuaginta millibus pauperibus; sicque idem iuris est de toto, quo ad totum, quod de parte, quo ad partem, l. quæ de tota ff. de rei vendic. sicut Imperá-
185 tor, sic Baro in suis Terris tenetur prouidere indigentibus, argumen. l. 1. C. vt nemin. lic: in empt. spet. lib. 10. vbi Domus Regia frumentum dare tenetur; cumq; Baronibus Terræ sint tributæ, & ipsis data sit cura earum qui sunt subrogati ad omnia in locum Principis, tenentur redditus feudorum distribuere in necessitatibus, Paris de reintegr. feud. quæst. 262. nam ad impa ria non debent iudicari Dominus, & vasalli, vt dixit Affl. decis. 288. Capyc. in inuest. verb. Parilitas: limitatur etiam conclusio ex eademmet 15. pragm. quę disponit, quod Barones non possint cogere vasallos ad vendendum, nisi habeant hoc ius prohibendi ex titulo, vel ex legitima præscriptione, vel consuetudine, tunc salua esse sua iura Baronibus per supradicta verba dicit; nam sicuti vasallos in libertate retinere quærit, ita iura quæ Barones ex priuilegio, vel consuetudine obtinent, conseruare intendit, quæ limitatio, ac clausula pertinet ad omnes sequentes pragmaticas, & in multis repilogantur præfata verba formalia, vndè pro præsenti, & sequentibus declarabo conclusiuè, & breuiter terminos istius limitationis, quæ multum pertinet ad totum opus. Nõ insistam quomodo titulo quæri possit hoc ius prohibendi, & an prejudicari possit vasallis in libertate per Principem; nam hoc declarabimus infra 10. Pragm. vbi est sedes sua.

Sed hic videbimus quomodo præ-
186 scriptione, vel consuetudine Barones iura quærere possint contra vasallos, ac Vniuersitates. Et quid differat præscriptio à consuetudine, & quomodo probetur, quæ omnia sunt satis, superq; vtilia, & necessaria, & maxime ad scopum totius tractatus nostri.

Et præscriptio à consuetudine val-
187 dè differt, cum enim habeant diuersa nomina, oportet, vt habeant separatos effectus, l. si idẽ C. de codicill. & aliquas differentias notauit Balb. de præscription. par. 1. artic. 10. Cravet. de antiqu. tempor. tamen nos ad materiam nostram nouissimè alia adiungendo, declarandoq; dicimus, quod differunt Primò ex definitione, nam præscriptio est vsurpario iuris alieni, consuetudo est quædam forma introducta ex consensu populi; ita Bald. consil. 401. lib. 5. Napodan. in prohem. consuetudin. & proindè consuetudo requirit animum, & scientiam totius,
188 vel maioris partis populi, cum ex ea acquiratur ius in publico, præscriptio verò requirit animum præscribentis, non autem aduersarij, & ex præscriptione acquirit ius in priuato, & ex consuetudine regulariter quæritur ius in publico, Grammat. consil. ciuil. 147. & 98. Viuius nouissimè decision. 515. vltim. libr. Secundò differunt; nam in consuetudine non requiritur titulus, & bona fides, vt in præscriptione cum sufficiat legis auctoritas consuedinem approbationis ob consensum ciuium, Rip. cap. 3. extra de causa possessionis, & proprietatis; item

Digitized by Google

præscriptio est odiosa, & non extenditur, vnde strictissimè interpretatur, Gabriel. concl. 2. tit. de præscrip. Balb. 2. p. tertiæ partis, latè Fely. cap. auditis de præscrip.

Tertia differentia notabilis est; nam alio modo inducitur consuetudo, diuersoq; modo probatur, quàm præscriptio vt enim consuetudo inducta dicatur, dicunt aliqui; quod opus erit, vt pro ea
190 bis sit iudicatum in cõtradictorio iudicio, ex glo. §. ex non scripto instit. de iur. natur. Alex. cons. 132. lib. 1. qui dixit esse necessarium, quod duo actus iudiciarij interueniant, per binos enim actus dicitur quid consuetum, D. de Franch. dec. 91. nu. 16. sed ne decipiaris, nam hoc dictum licet sequantur multi, id tamen non est verum, quod sit de essentia; nam & si non sit iudicatum ex alijs actibus, potest induci, & hæc est communis opinio, Viui. commun. opin. incip. Consuetudo, Mascard. concl. 427 Crauet. in d. tract. de antiq. temp. par. 3. nu. 32. & hanc magis communem dicit Cęuall. com. contra com. opin. 358. si verò esset iudicatum bis, illa bina sententia faceret plenam probationem sine alio documento, nec aliqua requireretur præscriptio, vt requiritur sem-
191 per, quando non apparet esse iudicatum, Franch. dec. 238. & dec. 722. n. xj. licet aliqui teneant contrarium, vt refert Molfes. ad consuetud. Neap. par. 1. nu. 43. sed non est discedendum ab opinione Franch. quod non sit hoc de essentia, sed binæ sententiæ inducerent notorium, vti scientiam præscriptam totius populi, quia fortiores sunt actus iudiciales, quã extraiudiciales, sed vnus
192 actus extraiudicialis, sine alijs non sufficeret; nam & si solitum inducatur per duas vices, Viui. com. opin. 257. Capyc. dec. 163. tamen ad inducendam consuetudinem multi actus requiruntur, & ex vno, & duobus, non fit de iure vera illatio vniuersalis scientię, Garsia
193 in tract. expens. cap. 9. nu. 46. nam requiritur frequentia actuum, ad inducendã notorietatem, quod Iudicis arbitrio relinquitur; In præscriptione verò fundanda, vnus vel duo actus sufficerẽt ad initiandam, Abbas cap. fin. num. 17. de consuetud. Tiraquell. de primogen. quæst. 38. Andr. cap. Imperialem §. præterea num. 3. de prohibit. feud. alien. vt dicam inferius; Adde quod falluntur dicentes, consuetudinem induci non posse nisi auctoritate Principis, adeo vt Ciuitates habentes superiores induce-
194 re non possint, vt Marant. consil. 71. Santerna in tract. assecur. fol. 13. Viui. decis. 325. num. 28. Borgn. de tutor. num. 43. Nam hoc verum est, secundum distinctionem, quam fecit Duen. regul. 141. incipien. Consuetudo, quod aut inducitur contra Principem, & requiritur eius scientia, & assensus, idem si induceretur vti lex; nam à solo Principe inducitur, idem si induceretur contra ius; nam requiritur assensus, vel præscriptio longissima, Crauett. de antiqu. tempor. fol. 134. num. 13. Capy. in inuestitu. vers. iure Longobardo, vbi latè, nam etiam vna familia quoad se, potest inducere consuetudinem quoad ordinem succedendi, & alia; vndè quoad sui pręiudicium, & regimen, Ciuitates inducere poterint consuetudinem, modo quod sit præscripta, vt dicetur.

Hæc verè sunt necessaria ad consue-
195 tudinem, vsus populi, ac frequentia actuum; secundo, tacitus populi consensus; tertiò, consuetudinis rationabilitas; quartò, legitima pręscriptio; Hęcq; sunt probanda, & articulanda, quidquid alij dicant, vt nouissimè Mascard. concluf. 424. qui hanc communem traditionem refert, Marant. consil. 113. Gayl obseruat. 31. lib. 2. practicarum obseruation. vsusq; populi, ac frequentia actuum est probanda, qui sint vni-
196 formes, & ad minus, tres actus sunt deducendi notorij per contestes, & non singulares, Crauett. consil. 96. nam ex actuum frequentia, vsu, & moribus, consuetudo colligitur, dummodo in notitiam populi deueniãt, alias duo actus non sufficerent, sed tot requiruntur, vt

Digitized by Google

tacitus populi consensus colligi possit, Ias.l.de quibus n.45.ff.de legib.dicitur enim consuetudo,quasi cõmunis assuetudo,Guid.Pap,dec.631.nu.11.& ideo quotiescũq; ex coniecturis talis populi consensus haberi potest,actuum frequẽtiam non esse curandam,quod communiter sequitur,vt Gayl loc.præcit.si verò actus sint non vniformes, sed difformes,an tunc sit obseruãdum,quod maior pars approbauerit,& sit inducta cõ-
197 suetudo; Dic quod quãdo actus sunt difformes, non inducitur consuetudo, neq; præscriptio etiam centenaria operabitur,maximè in causis vbi ius refragatur,prout in seruitijs prætensis à Baronibus contra vasallos,& alijs à iure nõ debitis,Couar.reg.possessor p.4.§.2 Auend.de exeq.mand.par.2.c.4.nu.17 Garsi.tract.expens.c.9.nu.26 & mille-
198 actus possessiui facti inter diuersos nõ præstant de iure veram scientiam illis ad quos pertinet,prout ad Primates Ciuitatis,& illos deRegimine,D.Roui.tit. de iurisd.non turb. prag.2. nu.21. cum seq.& quid si actus difformes fierẽt post consuetudinem præscriptam, benè excutit Garsi.loc.præcit.nu.49. Tiraq, de
199 primog.q.90. Tertiò,diuturnitas tẽporis requiritur decem annorum,quod ita sit obseruatum per tex.l.diuturna ff. de legib.nam quoties de consuetudine fit mentio,de præscripta intelligitur,gl. cap.fin.de consuet.non dico de consuetudine interpretatiua iuris dubij, seu
200 obseruãtia, ista enim præscriptionem non requirit, vt pulchrè Reg.de Ponte cons.41.Crauet.cons.101.Maran.cons. 71. Nec requiritur præscriptio,quando populus expressè statuit, vt quid pro consuetudine seruandum sit,vt Napod,
201 in prohem.consuetud.nu.14. cũ seq. Montanar.super pragm.2.nu.23. tit.de administr.Vniuers. Quartò, requiritur quod consuetudo sit rationi consentanea,l.quod non ratione ff.de legib.dico quod non sit contra iura,vel bonos mores,vt Gayl obseru.31.lib.2. consuetu-
202 do enim tali modo introducta nõ est obseruanda,sed extirpanda, Viui.bené decis.66.D.Roui.tit.de official.institue. Reg,de Pon.d.tract.tit.1.§.3.num.50. excusat enim mala consuetudo populi, vel solitũ à pœna,Vrsill.dec.91. Maran. cons.113.sed non quod actus aduersan-
203 tes iuris dispositioni starc debeant: Præscriptio verò non prædicto modo inducitur, sed probata possessione, vel quasi in iuribus, seu seruitutibus indu-
204 cendis,tunc ex vnico actu cum scientia,& patientia aduersarij ſdatur quasi possessio, & exindè præscriptio, Vrsill. decis.67.& dec. 388. Idemq; procedit contra Vniuersitates, quod dummodo actus veniant in notitiam maioris partis Ciuium data patientia quæritur aduersario quasi possessio, & incipit præ-
205 scriptio,quæ continuatur etiam cõtra successores Ciues, licet ignaros dictæ possessionis,& præscriptionis,Crau.cõs. 15.Guid.Pap. dec.279.Vrsil.d.dec.67. nam prædecessores prçiudicant successoribus, Garsi.d.tract expens.c.9.nu.49 dũmodo tales actus fiant iure suo.Nam circa ista possessoria,vel quasi,est notãda distinctio,q actus aut fiunt iure suo, vti si Baro ꝓhibeat nè quis accedat ad aliud molendinum,vel furnos,nisi suos, vel nè vendantur sua victualia,nisi ven-
206 ditis suis,& cęteris,tũc per istos actus negatiuos,& prohibitiuos,data patientia vasallorum quæritur possessio, secus si cõtradixerint vasalli,vt latè Petra de pot.Princ.fol.40.n.12.& tunc si illi cõsenserint,incipiet quasi possessio,& præscriptio, Franch.dec.166.n.8.Menoch. de arb.iud.cas.160.& data quasi possessione,& probato postea temporis efflu-
207 xu, non est necesse probare sic fuisse continuatũ, prout requiritur in cõsuetudine,dũmodo præscriptio sit immemorabilis,quia ea attẽta non erit curandũ de alijs requisitis, prout requiruntur in consuetudine præscripta tempore ordinario,vt D.Roui.pragm.14.huius tituli nu.2. qui sic dicit iudicatum iũctis aulis,ad quod aduerte Aduocate,quando habes eligere viam præscriptionis, vel consuetudinis;nã diuersimodè erit probanda, & articulanda consuetudo, vel

præ-

Digitized by Google

præscriptio. Aut actus fiunt iure facul-
208 tatis, & tunc mille non inducunt possessionem, vel quasi, vndè si infinitè vasalli soliti sint accedere ad furnos, vel molẽdina Baronis, si iure facultatis hoc egerint; non præstabitur possessio, vel quasi ipsi Domino: idem procedit si iure familiaritatis aliquid passi fuerint vti venari, vel piscari in suis defensis, tunc tales permissiones non præstabunt possessionem, vel præscriptionem, Card. cons. 38. nisi esset facta posteà prohibitio, & actus subsequerentur, vt declarat subtiliter Rip. cap. cum ecclesia de causa possess. & propriet. Gabr. Rom. tit. de præscrip. concl. 10. Bertaz. cons. 420. & si actus essent promiscui, quod possent
209 præsumi iure familiaritatis, vel facultatis, ac etiam pro suo, in dubio nõ præsumuntur gesti iure suo, l. semper in obscuris ff. de regul. iur. nisi actus haberet fortem præsumptionem, vt ibi Rip. nu. 68. Cæuall. com. opin. opin. 781. in fi. Et tunc ad probandam præscriptionem debet deduci, & probari initium possessionis, & allegando possessionem de
210 præsenti; præsumitur cõtinuata prescriptio, l. Celsus ff. de vsucap. Vasq. contr. Illustr. c. 58. ibi, quot modis præsumatur continuata possessio in incorporalibus, & quid in corporalibus; vide ibi differentias, Franc. Balb. in tract. præscr. vbi benè quos articulos nota, quomodo Barones, consuetudine, vel prescriptione quærant iura, & quæ habeant probare: Quarta differẽtia consuetudinis, & præscriptionis est, ex tempore: Consuetudo namq; præscribitur spatio 10. ann. vt
211 dixi. Præscriptio verò requirit tempus decem annorum, aliquãdo viginti, triginta, vel quadraginta, C. de præscr. longi vel longissimi temp. sed hanc Doctorum differentiam, non video generalem, sed scias, quod licet vnum de requisitis essentialibus sit diuturnitas tẽporis decem annorum, in præscribenda consuetudine, vt dixi, quod est verum, siue cõsuetudo sit cõtra ius, siuè præter ius, vt Ias. in l. de quibus de legib. nu. 33 Duen. reg. 138. quod tempus decennij à tempore primi actus initium accipit; tamen vt aduertit D. de Franch. decis. 283. nu. 15. consuetudo regulariter re-
212 quirit spatium decem annorum de iure ciuili, secus de iure canonico: Item aliquando requirit spatium triginta, & quadraginta, ac centum annorum, vti si tractetur de consuetudine, contra ea quæ sunt Principi reseruata, vt Ias. loco præcitato nu. 15. Duen. reg. 138. cum trib. seqq. vel si tractetur de consuetudine super actibus habentibus causam discontinuam; nam spatium requirit immemorabile, Crauett. cons. 96. Adde
213 Menoch. cas. 83. de arbitr. iud. Vndè non potest dari certa differentia inter præscriptionem, & consuetudinem, cum ambo varientur secundum causas, Napodan. benè in d. prohęm. consuetu. nu. 32. cum seq. Molses. par. 1. c. 5. Capyc. dec. 163. & notat Viui. dec. 66. De consuetudine inducta contra id, de quo populus statuere non põt, vel si esset contra ecclesiam, tunc requiritur spatium triginta annorum, Gram. dec. 54. n. 34. latè Crauett. de antiq. temp. par. 4 Mascard. conclus. 424. nu. 24. ad quos te remitto super hoc articulo.

Sed figamus quæso aliquantulum hic pedes, dum Pragmatica dicit, quod conseruare intendit iura quæ Barones consuetudine, vel præscriptione quęsierunt; Quantum erit sufficiens istud tempus, erit forsan decem annorum, vel triginta, seu quadraginta, vt diximus supra: Constituas primò hanc conclusionem, quod seruitia non debita à iure, semper præsumuntur per vim, à Domi-
214 nis extorta; sic regulam ponit Mascard. in tract. de probatio. concl. 1307. Gram. vot. 12. nu. 17. Iacob. de feud. tit. de homag. concl. 10. & Boer. dec. 132. nam auctoritas Superioris, certa animi inductione terret vasallos, ad expresse non contradicendum, tamen quia personalia, vel regalia seruitia, & subiectiones non possunt pręsumi liberè concessæ Dominis contra ius naturale libertatis, recto iure est approbatum, præsumi extorta, & præscriptio, & consuetudo,

Digitized by Google

licet appareat longa, quia murmuratio
215 tacita populi impedit possessionem, vel quasi, ac exinde præscriptionem, vt singulariter dixit Andr. c. 1. quæ sint regal. colu. 4. verb. plaustrorum, Luc. de Pen. l. 1. C. vt rustican. ad vllum obsequium, & Capy. in inuest. vers. collectarum. Et proindè constiturum est, quod siuè consuetudine, aut præscriptione, iura, & seruitutes præsumant quærere Barones, quod minori tempore centum annorum tueri nõ possunt; nam consuetudo requiritur, quod sit isto tempore, præscripta, Petra de potest. princip. c. 6.
216 nu. 5. Vndè non est differẽtia inter cõsuetudinem, & præscriptionem, quo ad tempus, circa istam materiã ita respondit Bellug. rubr. 22. §. & quia num. 14. Gram. consil. ciuil. 147. benè; istud enim tempus abstergit præsumptionem extorsionis, & metus, ac ex taciturnitate tan-
217 ti temporis, præsumitur omnis debita solemnitas iuris, & facti, & proindè est, quod tale tempus constituit titulum, l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua, quotid. præsumit Regium assensum, vt Affl. dec. 254. nu. 4. Ac licet per Constitutionem Regn. quia frequenter, sit cõstitutum, quod consensus vasallorum, ac Vniuersitatis non sufficiat ad obligandum eos ad seruitia, & onera, quamquã solemni stipulatione adstringantur, nisi interuenerit Regius assensus, tamen centenaria sufficiet, quia præsumit assensum, licetq; contra Regni Constitu-
218 nes præscribi non possit, cùm in prohœmio Constitutionum annullẽtur omnes consuetudines, & præscriptiones futuræ, contra eas tamen spatium immemorabile sufficit, vt in his terminis respondit Frec. 3. auctor. q. 28. Viui. decis. 36. Ista enim præscriptio non est impium refugium, vt alię longi, vel longissimi temporis, ex quibus dixit Vrsill. decis. 229. & Regens de Ponte cons. 48.
219 quod nunquam per eas obtinere potuerint in consilio, cum sint odiosæ, tamen secus in immemorabili, quæ vim Regalis tituli obtinet, vt latè Gabr. Roman. concl. 1. tit. de præscript. quæ trãsfert verum dominium, Pinell. auth. nisi tricẽnale C. de bon. mate. licetq; Vasq. contr. Illustr. dicat, quod præscriptio sustinetur existentibus quatuor elementis vt rerum natura, dico, in possessione, traditione, bona fide, & titulo; intelligitur de alijs præscriptionibus, quam centenaria, quæ præsumit scientiam Supe-
220 rioris, ac bonam fidem, Ilern. c. 1. §. præterea de prohib. feud. alien. per Federic. & aduersus eam non conceditur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, vel læsionis, Mascar. concl. 1377 Franc. Balb. de præscript. fol. 50. benè,
221 quem videas: Adde Præs. de Curte fol. 69. in tract. feud. Verum tamen, Barones minori tempore possent præscribere, si ius non resistat, præsumendo in contrarium; nam si sint secundum, ius, vel præter ius, Barones possent quę-
222 rere spatio quadraginta annorum, vt in causa Principis Venusij dixit D. de Franch. dec. 56. sed si essemus in alijs subiectionibus, immemorabile tempus requireretur. Quomodo autem probetur centenaria hæc, difficilis est proba-
223 tio, ita vt contra eam esse decernendum dicat decis. Perus. Ioseph 196. Peregrin. tit. de præscript. nu. 23. d. tract. de iur. fis. Ideo aduertant Aduocati in articulando, & probando quod sint cõcludentes probationes, vel per scripturas. hæc enim probatio est sufficiẽs, l. vetustissimi C. de iure dominij, sed difficilior est, quando per testes est facienda, glo. c. 1. verb. memoria de præscript. in sexto notat requisita; Adde quæ nouissimè adducit Præses de Curte fol. 78.
224 quod testes debeant deponere, quod toto tempore eorum memoriæ, vsq; in præsens, ita sit obseruatum, & quod ita audierint à suis maioribus, qui maiores ita etiam dixerunt se audiuisse à suis prædecessoribus, & quod ita sit communis fama, & opinio, & nũquam contrarium audierunt, quæ fama publica debet probari in specie, & non per vltimũ articulum, qui solet fieri, quod de prædictis est fama publica, ita D. de Frãch. dec. 56. nu. 20. quod testes debent esse

sal-

Digitized by Google

saltem quinquaginta annorum, vt ibi Gabr.concl.1,de præscrip.& quomodo testes de fama coniugantur cum illis de
225 auditu, ac visu, vltra Franch,vide Crauett.de antiq. temp. 4.par. vlt.art. Balb.de præscr.fol.50.Capyc.dec.198 & vide Ann.in Const. Regni diuæ memoriæ nu.189.qui dicit in consilio fuisse iudicatum quod coniungantur,& singular.516.in addit. & quod testes de auditu oporteat nominare duos,saltem à quibus audiuerunt, ita obseruatum esse,etiam non interrogati, vide Viui. dec.77.alia notat ibi Balb.benè.

Notes tamen vnum singulare, quod licet tot,& tãta operetur ista immemo-
226 rabilis prescriptio,q præsumat verum titulum,Regium assensum, ac omnia solemnia, loco munitissimi priuilegij; Tamen si actor vellet probare per scripturas titulum suæ possessionis centenarium,ipsum priuilegium præsentãdo, non cautè ageret;nam si titulus ex aliquo defectu solemnitatis, vel nullitatis oppugnetur, tunc data nullitate tituli nulli, vel erronei, nulla poterit probari
227 legitima præscriptio, Pinell. d. auth. nisi C.de bon.matern.Tiraq.de retract. conuen.§.1.glo.2. (licetq; multi dixerint,longissimum, vel immemorabile tempus sufficere,& si titulus sit nullus) tamen quod super iniusto, erroneo, vel nullo titulo, nulla causetur præscriptio, firmant Frecc.aucto.8.Duen.reg.255. Vrsill.benè dec.374, & per plura Crauett.de antiq temp.4.par.n.60. Pereg. de iur.fisc.d.tit.de præscr.nu.25. confutans Vasq.opinionem qui c.80. nu.11. defendit contrarium; Et sic aduertas quando habes intentionem ex præscriptione,vt eam probes per testes,& non labaris,in præsentando scripturas:quod nota,vide quæ notat nouissimè de Curte fol.13.nu.41.& fol.78.nu.11.benè, sed de Curte ibi fol.13.nu.42. non ne-
228 gat,quod si post primam concessionẽ sit elapsum tempus immemorabile, quod præsumatur expeditio assensus,ex post,& sic innuere videtur D.Rouit.tit. de priuil.Vniuersita.pragm.1.num.20. Nam licet in concessione non appareat insertus tenor Regij assensus, verum quia potest præcedere, & subsequi, vt dixi pragm.1. intra tempus centenarium potest dari præsumptio, quod is fuerit expeditus,& æquior videtur hæc sententia,quam communem dicit Vasq.cont. illustr.c.81.nu.11. in possessorio autem etiam ius refragatur Baronibus, & in-
229 per hoc multi multa scripserunt:concluſiuè tamen notabo distinctiones:q aut tractatur de summarijssimo possessorio,de oneribus,ac seruitijs prætensis à Barone contra vasallos, in quibus ius resistit,& semper præsumit ea per vim extorta, & tunc prouideri solet per Superiores,quod Baro abstineat; nam interdictum vti possidetis, non datur ei cui ius resistit,& contra eum qui habet fundatam intentionem de iure communi,Menoc.tract.de retin.poss.remed.3. nu.590.& benè Reg. de Pont. dec.40. qui in specie tractando de isto summa-
230 rissimo possessorio dicit,quod quãdo ius resistit qualitati possessorij, quia res non potest possideri sine titulo solemni si non prętenditur aliud,quam simplex possessio, semper contra eam est decernendum, imò de facto detentor potest expelli,vel turbari,cum vrgeat præsumptio iuris pro turbante,& nouissimè D. Rouit.prag.1.de iurisd.non turb.nu.31
231 cum seq.& non obstabit exceptio spolij,Capyc.dec.77. Couarr.pract.quæst. c.23.de Pont.dec.18. num.12. & licet Ann.sing.556. videatur contrarium asserere, quod in summario possessorio sit manutenendus Baro,potius quàm
232 in plenario,posset saluari,si ius non absistat, secus verò si ius expresse resistat, cum magna sit differentia in hoc, vt Ses. tract.de inhib.in princ.& dicam in sequ. Posset etiam limitari supradicta concluſio,nisi allegans possessorium in promptu exhiberet titulum, tunc.n. alio modo prouideri solet, vt capiatur
233 informatio de possessorio, & licet ius resistat,stante discussione tituli,& bona fronte coloratæ possessionis non posset decerni,vt in primo casu diximus,quod

Baro

Digitized by Google

Baro se abstineat: Ann. alleg. 84. & sic intelligitur tex. cap. cum personæ de priuil. in sextò; nam exhibitio tituli dat
234 exceptionem, ac excusationem resistentiæ iuris; sed aduerte, quod non sufficeret sola tituli allegatio, sine præsentatione, licet Capyc. decis. 189. asserat sufficere titulũ allegare; nam reprehenditur communiter, vt docet Sese c. 5. §. 10. nu. 33. in d. tract. de inhib. & posset saluari, eam decisionem posse locum habere, vbi ius non resisteret, sed non assisteret, vt supra diximus in præcedenti casu, tunc enim allegatio tituli sat esset, licet titulus non exhiberetur, & conciliatur: ideo Capyc. dec. 77. quæ videtur pugnare cum alia supra allegata, sed sic possunt concordari, vt dicit idem Sese loco præcitato: Sublimita tamen hanc positã conclusionẽ nisi cõstaret de possessione longa ipsius Baronis, ante hãc controuersiam, vt Capyc. dec. 6. Nam
235 si orta controuersia, peteret Baro cõseruatorium, etiam si ius resistat, posset obtinere, vt Menoch. tract. retin. possess. remed. 3. nu. 593. & Sese ibi num. 46. & tempus diceţur longum, si esset vltra decem annos, tunc colorato titulo ipsum allegando, possessor esset manutenendus, Osasc. dec. 116. nu. 7. Peregr. de fideicom. ar. 52. nu. 142. Sed si de
236 possessione Baronis non constaret, sed modo contrauerteretur, in summarijssimo seruanda erit regula supra posita, vt Baro se abstineat, Reg. de Pon. cons. 97. & in plenario iudicio posset prętendi dari terminum super possessorio; & arbitrarium erit iudici, quantum tẽpus sufficiat esse elapsum, & quæ coloratio tituli detur, vt iure possit decerni pro possessore.

In plenario possessorio aliqui opinati sunt, quod probata decennali possessione cum allegatione tituli, Baro sit manutenendus, iuxta terminos l. cum de in rem verso ff. de vsur. & sic respondet Iacob. de S. Georg. d. tit. de homag. nu. 19. & 37. Rom. cons. 22. Thess. dec. 206 Plor. de in lit. iuran. §. 3. Alij hoc negarunt, nam seruitia indebita, quia præsumuntur per vim à Dominis extorta, vel metu reuerentiali præstita, quod tẽpus decem annorum non sufficiet pro
237 possessorio obtinendo; & maxime si tales seruitutes sint discontinuæ, vt benè Gram. consil. ciuil. 90. & 147. asserẽs quod sola exceptio, & probatio præscriptionis immemorabilis posset impedire quia vasalli lite pendente non debeant ipsi manuteneri, & sic Peregr. tract. de iur. fis. tit. de præscrip. nu. 24. vel data possessione longissima, non sit onerãdus Baro de præstando cautionem de soluendo quidquid fuerit iudicatum in casu succumbentiæ, vt refert decisum Gram. vot. 12. Petra in tract. de potest. princip. fol. 42. nam cum vasalli habeãt ius commune pro se, omni via debet eis consuli, donec causa cognita non fuerit discussum priuilegium allegatum, & sic habemus verum sensum dicti capituli cum personæ de priuileg. in sextò, & conciliantur pugnantes decis. Capy. supra allegatæ, vt benè etiam distinguit Vasq. cont. illustr. cap. 85. cum seq. qui ait, quod cum suspecta sit semper exactiò, & præstatio seruitiorum, Barones si non allegent causam probabilem nunquam sola possessio debet eis suffragari; nam potius erit præsumendum qđ ratione violentiæ, vel metus, vel familiaritatis, vasalli consenserint, quàm ratione debiti, & ita notat Reg. de Ponte cons. 97. Et considerandæ sunt obliga-
238 tiones, & seruitia, si fuerint vniformia vel difformia, vt Garf. aduertit loco supra citato, cum enim talia seruitia præstari ius commune resistat, & ius Regni refragetur, fortis est præsumptio, & violenta, qđ possessio non sit iusta, & ideo non adaptantur termini præallegatæ l. cum de in rem verso ff. de vsur. quæ procedit in simplici discussione interdicti retinendæ, vbi ius de diametro non
239 resisteret, Mascard. de proba. conclus. 1377. Idemq; iuris esset seruandum, si Vniuersitas, vel vasalli prætenderent possessionis conseruatorium rei demanialis feudi; nam quia ius resistit eam posse alienari sine assensu, & beneplacito

Digitized by Google

cito Baronis, eadem distinctio esset fa-
240 cienda circa possessoriũ contra vasallos, prout fuit dictũ supra aduersus Barones, vt Luc. de Pen. l. quicunq; C. de omn. agr. deser. lib. 12.

Si verò prætensiones essent præterius, vel non assisteret ius super prætẽsis,
241 tunc essemus in meris terminis retinẽdæ possessionis, in qua an debeat quis obtinere, multa sunt consideranda, de quibus vltra Menoch. in tract. retinendæ, Mascar. infinita adducit concl. 1099 & post eum Thess. dec. 206. & sic resoluta mihi videtur practica super ista materia possessorij.

Limitatur tertiò principalis conclusio, quod Barones cogere possunt ad si-
242 bi vendendum ab eo, qui tenet venalia; nam si priuati cogere possunt tales personas ad vendendum, alias iniuriarũ actione agere poterunt, fortius hoc cõpetit Baronibus, Isern. tit. de pac. tenen. nu. 18. sicq; Caupones, Stabularij, Ma-
43 cellatores, Nuncij, Notarij, qui publicum officium exercent requisiti denegare non debent, Affl. Const. Regni omnes nostri, Capell. Thol. q. 446. Couarr. variar. resol. c. 14. lib. 3. Ibiq; discutitur de meretrice, si inuita deneget facere copiam sui. Quæ omnia procedũt, dum tamen soluatur pretium in numerato; nam Baro non potest facere conditionem vasalli deteriorem, itavt si vasallus ab alio maius pretium inueniret, non tenebitur vendere Baroni, l. 1. C. de communi seruo, vbi glo. insignis, & ita dicit infra pragm. 15. ibi (dummodo sol-
244 uant pretium, quod ab alijs etiam exteris reperiatur) licet Tiraq. de retract. §. 1. glo. 18. teneat sufficere oblationem iusti pretij, quamquam alter supposuerit excessiuum, Rip. benè l. j. ff. de priuil. cred. Vndè concordes debent esse de pretio, alias prælatio non cõpetit. Frec. auct. 38. nisi in ipsis venalibus fuisset assisia publica, & certa imposita, tũc licet
245 maius pretium inueniatur, nõ erit alterandum, DD. l. j. C. de Episc. Audien. at vbi pretium non est determinatum, tunc æstimatio non erit vniformis, cum pretium tripliciter consideretur (quod est clauis materiæ) supremum, medium, & infimum, Valasc. consult. 44. Ant. de
246 Burg. cap. cum causam de emp. vna enim res, pretio supremo potest valere decem, pretio infimo, octo, & medio, nouem; nam pretium non potest consistere in indiuisibili; Et quod pretium innumerato sit soluendum, ita fuit decisum pro Vniuersitate Theani, contra Principem Hostiliani, qui cogebat dare
247 carnes, & alia venalia cum taleis, vt supra etiam dixi l. venditor §. constat ff. commun. præd.

Vltimò limitatur conclusio posita, quod libera debeat esse facultas vẽdendi, & extrahendi, & quod à Barone ea arctari non possit: nam fallit si pro necessitate Vniuersitatis prouidendum videatur de victualibus, vt infra pragm. 15. tunc particulares Ciues cogi pote-
248 runt ad vẽdendum quod eis supereſt, nam vt supra dixi, necessitas, & publica vtilitas faciunt alterare leges, DD. l. fideiussor §. necessario ff. qui satisd. cog. nam licet contractus sint liberi; tamen (vt dixi) ex causa possunt restringi, &
249 exempla publicæ vtilitatis refert Petra fol. 195. de potest. Princ. qui signat 23. casus. Exemplaq; necessitatis similiter quomodo alterant regulas, late prosequitur Tiraq. de retract. consang. §. 16. glo. j. & pro necessitate, Cott. verbo filius, notat quod Papa dispensare potest, quod filius Regis licet professus in monasterio, ducat vxorem, & de necessitate multa notat Marſ. §. aggredior à nu. 61. ad 74. & quod Vniuersitas possit facere prohibitionem extractionis victualium pro publica vtilitate, benè Mar. Ant. Surg. de Neap. Illust. c. 14. nu. 22. latè Petra fol. 192. & fol. 21.

Sed dubium restat ad prædicta om-
250 nia si ex causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis possint hęc fieri per Iudices inferiores, vel sit adeundus Princeps, DD. l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præfe. & l. Nauarchorum C. vt nauic. lib. 10. firmant sine licentia Principis prædicta exequi non posse, cum solius Principis

sit

Digitized by Google

sit dispensare vltra regulas iuris, & ita Valasc.consul.22.Couar.autem variar. resol.lib.3.c.14.distinguit,quod aut dispensatur ex publica necessitate, & ludices inferiores hoc facere possunt, aut pro publica vtilitate, & tunc videtur q̃ sit adeundus Princeps; nam necessitas, & vtilitas publica,licet quoad qd̃ equiparẽtur,tamen in multis differunt,Affl. titul.de Mag.Came. Alij,& verius distinguunt,vt Francis.Marc.dec.236.& dec.521.par.2.quod si tractatur de alterando regulas iuris in casibus à iure
251 non dispositis, vel soli Principi reseruatis,)tunc is erit adeundus, velutiqd̃ demoliantur suburbia,vel domus alicuius pro publica vtilitate,pro dilatandis fossis,ne hostes eo se recipiant,vt Gayl obieru.56.lib.2. tunc recurri debet ad Principem, aut tractatur de casibus in limitationibus à iure particulariter signatis,quos recensent Socc.in regula vendere,& alij,& tunc siue causa sit necessaria, siue tractetur de publica vtilitate,Barones, seu eorum ludices poterunt id statuere,Petra de potest. princ. c.11.&c.13.D.de Franch.dec.223.pro amplianda ecclesia,vide D.Tappiã super Const.fol.51.super pragm.3. tit.de Monial.ibi,quid pro faciendo atrio; nã in casibus scriptis Officiales dicuntur Principes in Terris,& in terminis Petra c.6.nu.74.de potest.princ.

Sed ex hac quarta, & vltima parte
252 nostræ pragm.quam aggredimur,maior ad præcedẽtia dicta proponitur difficultas,dum dicit ibi (quod si prouidẽdum erit de victualibus pro necessitate Ciuitatis,& proinde pecunia sit capienda,quod Suæ Maiestati nuncietur,ne hoc prætextu in fraudem quidquam excogitari contingat)vndè videtur,qd̃ sine Assensu Regio, supradictæ prohibitiones fieri non possint,sed respondetur quod pragm.nostra dictat,si pro necessitate Ciuitatis prouidendum erit de pecunia pro victualibus emendis,quod sit nuntiandum Suæ Maiestati, & sic ,p capienda pecunia, necessarius videtur assensus,& non qd̃ requiratur,vt Ciues nõpossint cogi ad vẽdendũ, stante necessitate, sed hæc responsio tollitur ex pragm.15. infra, quæ etiam requirit explicationem, ad hoc, vt Ciues cogi possint ad vendendum,vel nè victualia extrahantur, vndè omnino his casibus Princeps erit adeundus. Et per hæc nõ contradicitur quæstioni præcedenti,vbi firmauimus Iudices inferiores posse dare licentiam ex publica vtilitate;nam dixi hoc fallere in casibus exceptis Principi; nam exceptiones firmãt regulam: si enim fuisset regulare in omnibus casibus habere assensum,non fuisset necessarium in ijs pragmaticis addere formã quam constat esse accidentalem,& non essentialem,addita enim fuit (vt dicunt verba nostri tex.) vt euitentur fraudes
253 hęc causa posita indicat formam accidentalem,Pely.singulariter cap. cum dilecta de rescrip. vbi narrantur signa, & coniecturæ, quæ faciunt cognoscere quando id quod ponitur sit de forma.

Sed non prætermittam hic quæstionem,quæ fuit in facto anno præcedenti in terminis huius partis pragmaticæ, si Ciuitas mutuo,vel ad annuum censum capiat pecuniam pro euidenti necessitate,ac vtilitate ciuium ad emenda victualia ãnis retro penurioſis sine Regio assensu,an creditores nulliter contraxerint,ita vt contractus omnino de iure defendi non possit. Secundò,an data nullitate,Ciuitas teneatur ad restitutionem pretij recepti,ac vsurarum solutionem, vel creditores perdiderint pretiũ, ac vsuras.Quæ quęstiones,cum sint vtiles,& quotidianæ,pertinẽtes ad tex.nostrum,deseruiẽtesq; quamplurimis causis,ideo notandas hic duxi.

Et ad primum articulum,an contractus sint ipso iure nulli,non seruata forma huius Regiæ sanctionis in procurãdo Regium assensum; videtur quod sic,
254 nam formam inducit hic pragmatica addendo qualitates assensus,& forma dat esse rei,l.certa forma C.de iur. fisc. lib. 10. taliter vt plus attendatur legis forma, quam ratio, Valasc. consul.52. ita vt specificè sit seruanda,alias actus

corru-

Digitized by Google

corruit, nec adimpleri per æquipollentia ſufficiet, Fely.latè d.c.cum dilecta verſ. geſta cum forma, de reſcrip. nec excuſat ruſticos, alioſuè ignorantes, vt abundè Tiraq.de retract.§.4.glo.3.nu. 15.& §.36.glo.2.Viui.infinita corollaria notat deciſ.334.cum trib.ſeqq.Sed huic obiecto videtur poſſe reſponderi aſſerendo contractum non poſſe dici nullum,duplici ratione: Prima,nam forma alia eſſentialis, alia accidentalis; eſſentialis facit actum ipſo iure nullum ſi non obſeruetur; accidentalis nouiter
255 poſita à ſtatuto, non facit actum ipſo iure nullum,glo.eſt inſignis reputata l.vniuerſali C.de prec.Imp. offer.& extollit eam Reg.de Pon.conſ.5.nu.50.& eſt notabilis differentia, quæ conducit ad multa, vt audietis. Hic forma fuit poſita ex cauſa accidentali, ne aliqua fraus excogitari contingat, vt dicunt verba pragmaticæ; vndè præter miſſio iſtius formæ non facit actum ipſo iure nullum. Secunda ratione, etiam ſuadetur contractum ſuſtineri; nam iſta
256 ſolemnitas fuit inducta in beneficium Vniuerſitatum ad euitandas fraudes, & læſiones; vnde ſi actus fiat in vtilitatem,ac euidentem neceſſitatem erit validus, licet ſolẽnitas deſit, ſcimus enim Vniuerſitates pupillis comparari,l.Reſ publica C.ex quib.cauſ.maiores,& pro firmo habemus, quod licet minor contraheret ſine tutoris auctoritate, vel alienaret prædium ſibi expediens, ſine
257 iuris ſolemnitatibus,contractus tenet ſicq; ſi ſine ſolemnibus quis vti tutor compareat;nam ſi erunt acta vtilia pupillo valent, ex tex. l.non eo minus C. de procur.quem exornat ad omnia prædicta Pinell.de bon.matern.l.1.p.2.nu. 51.Surd.dec.194.Borg.de tuto.nu.25 Vrſill.dec.262.Franch.deciſ.206.Reg. de Pon.conſ.1.nu.84.idem in bonis Ec
258 cleſiaſticis fuit conſtitutum, vt D.de Franch.dec.28.de re eccleſiaſtica alienata ſine ſolemnibus,quod ſubſiſtat,cũ tendat in vtilitatem Eccleſiæ,& Capy. de prohib.feu.alien. per Feder.col.145 & Affl.Conſt.diuæ memoriæ 3.col. firmat, quod licet aſſenſus ſit de forma alienationis feudi,alias contractus nullus, ſi tamen directus Dominus ſibi expediens ducat,contractus ſubſtinebitur. Et conſecutiuè videtur aſſerendum in caſu noſtro, quod contrahentes cum Vniuerſitate dando pecunias in neceſſitate,rectè contrahant pro emendis victualibus, vel ſimilibus, licet aſſenſus Regius deſit:His rationibus reſponderi poteſt ſubſtinendo primam opinionem, & dicitur, quod licet accidẽtalis forma non faciat ipſo iure actum nullum,prout eſſẽtialis,tamen per viam oppoſitionis partis actus annullatur, licet non ſit ipſo iure nullus,glo.d.l.vniuerſa,quã extollit Reg.de Pon.d.conſ.5.nu.154. & conſ.81. Fely.ſing. cap.quoniam vt lite non conteſt.Cæuall.commun.opin. opin.675.ſic diſtinguit,& latè de Pon. in ſuo tract.fol.209. ſicq; reſoluitur ſecunda ratio præcedentis opinionis,l.nõ eo minus;nam vera eſt opinio,quod do nec Vniuerſitas,minor,& Eccleſia non conquerantur,& opponãt de actus nullitate contractus ſubſiſtat; nam tertius, ſeu contrarius non poterit ipſe dicere de nullitate, Affl.dec.366.nu.7. vt nouiſſimè Surd.dec.180.latè tamen ſi creditor ageret ad pretium, vel vſuras, & Vniuerſitas ſe opponat ſuper nullitate contractus,tũc non poteſt dubitari,quin per oppoſitionem non veniat declarandus nullus,Borgn.de tuto.num.170.Pinell.loc. præcit. & ſic reſoluitur prima quæſtio; nam etiam de iure communi, vt Vniuerſitas obligetur vendendo ſua Regius requiritur aſſenſus, veluti ſi capiat pecuniam ad annuum cẽſum bona ſubmittendo,Capyc.dec.93.& regulariter ſemper quod contrahit,ad hoc,vt obligetur pro oneroſo contractu,requi-
259 ritur vt Sindicus habeat ſpeciale mandatum per publicum conſilium, alias Vniuerſitas nõ iure obligatur,ſed contrahentes,& vlla poſſent recuperare ſi probent pecuniam verſam in Vniuerſitatis vtilitatem,& non alias, l.Ciuitas ff.ſi cert.peta. quæ lex attenditur non ſolum ad mutuum, ſed ad omnes con-

Digitized by Google

contractus,Pinell.de rescin.ven.l.j.p.3.
c.1.in fi.si verò Ciuitas more solito cõ-
260 gregata det potestatem capiendi pe-
cuniam, & obligandi Vniuersitatem,
tunc Vniuersitas obligatur, nec requi-
ritur quod creditor probet pecuniam
versam in vtilitatem,cum præsumatur,
dum honoratiores Ciues populi cõsen-
tiant,Mascar.concl.582.& concl.1167
nu.18.Montanar.prag.2.de administr.
Vniuers.Viui.dec.436.nam bonorum
261 fieret alienatio, nisi tunc requiritur
etiam assensus ex l.fi. C.de vend.rebus
Ciuitatis, Montanar. ibi, qui tex. licet
loquatur de bonis Reipublicæ, fuit ex-
tensus ad omnes Vniuersitates; nam
priuilegia concessa Reipublicæ, exten-
duntur ad omnes Vniuersitates, & Vil-
las, glos.l.Respublica C. ex quib. caus.
maio.Capyc.dec.93.nu.2. Hoc casu si
deficiat assensus,deberet probari pecu-
niam versam in vtilitatem,vt agi possit
nec sufficeret mandatum vniuersale,
Valasc.consult.83.glo.d.l.fi. Quomodo
verò probetur ex præsumptionibus pe-
cuniam in vtilitatem conuersam, vide
Mascar.concl.1165.cum seq. & in an-
262 tiquis, in dubio pecuniam præsume-
tur in vtilitatem conuersam,Crauet.de
antiq.temp.fol.123.nu.20. Ad secun-
dum dubium, an creditores sic nulliter
contrahentes perdant pretium, ac vsu-
ras,seu tertias,perceptasq; teneãtur re-
stituere, videtur quod creditores amit-
263 tant pretium,ac fructus perceptos re
stituere teneantur per iura clarissima;
nam creditor contrahendo non seruãs
legum,vel statuti solemnitates contra
edicta mercari dicitur, & esse in mala
fide,glo.in l verbo mala fide C. de fide
instrum. & iur. hast.fisc.lib.10. cap.qui
contra de reg iur.in sextò,& contra le-
264 gem contrahentem amittere pretiũ,
dicit tex.l.quẽadmodum C. de sacros.
eccl. vbi si quis emerit sine solemnita-
tibus rem ecclesiasticam amittit pre-
tium,& rem cum fructibus perceptis re
stituere tenetur,& sic glo. & Isern.cap.
Imperialem de prohib. feud.alien.vers.
bona fides in emptore feudi sine assen-
su,Mascar.de prob.concl.1003.& ita
refert decisum Gram.decis.79.Franch.
dec.163. quod quando titulus reduci-
tur ad non titulum pretium perdatur,&
265 fructus sint restituendi,Affl.dec.278.
Surd. dec.171. ac teneri ad pretium
fructuum perceptorum,cum æstimatio-
ne quantiplurimi intra triennium tan-
tum,Surd.dec.179.&81.latissimè, licet
Vasq.discedat ab ista distinctione c.38
contr.illustr. qui Auctores sunt videndi
266 in occurrẽti,& adde Plot.de in litem
iur.nu.7.§.benè.Alij contrariũ fuerunt
opinati, & intelligũt prędicta procede-
re posse,quando constaret contrahentẽ
esse in mala fide expressa; nam titulus
nullus ratione iuris, vel facti ẽt iniusti,
267 malam fidem non producit, immo ad
præscribendum est sufficiens,Castr.l.1.
ff.de vsucap.Fely.cap.de quarta nu.34
de præscr.Couar.reg.possessor §.7.secũ
dæ partis relectionis,glo.l.j. C.vbi cau.
stat.quod bona fides præsumatur etiam
ex iniustis,& temerarijs causis,Alcia.de
præsump.3.reg. nam errores iuris, vel
facti non excusant contractus nullita-
268 tem,sed non per hoc inducũt malam
fidem, Gramm.dec.77.latè Garsi.tract.
expens.cap.23.Vndè præcedens opinio
posset verificari data calliditate credi-
toris,vel scientia expressa in emente rẽ
minoris,Ecclesiæ, vel Reipublicæ, ac in
persona literarum nõ ignara, vt Gram.
d.dec.77.glos.Paris.§.22.nu.52. nam
qualitates personarũ faciunt leges pen
sitare,l.1.C.si quis Imperat.sic Afflict.
dec.13.Vasq.cont.illust.c.81. Alij di-
stinxerunt in hoc,quod aut tractatur de
contractu vbi ius resistit, & mala fides
semper presumitur,& sic pretium amit-
titur,& fructus restituí debent, iux.tex.
l.sed si lege §. scite ff. de peti. hæred.
tex. insignis C. si quis ignorans rem
minorum,l.si contra, Valas.consul.83.
an error sit facti,vel iuris resistentis,vel
non assistentis.

Cæterum in puncto iuris, & eius ri-
gore,præualet opinio,quod data nullitate contractus pretium amittatur, & fructus restitui debent, siue titulus sit nul-

Digitized by Google

nullus ex errore, vel q̃ ius resistat, vel non assistat, Felyn.cap.in causa de re-iud.& nouissimè Osasc.dec.460. Pinel. c.4. lib.2. C. de rescind.vend.qui coaceruãt infinitas alias auctoritates,quod pretium perdatur, & fructus sint restituendi. Hæcq; de iuris rigore,de æquitate tamen receptum semper fuit,& nouissimè in Tribunalibus, quod pretium non perdatur, quam æquitatem scriptam præferre debemus rigori, DD. l. placuit C.de iud. ita Card. clemen. 1, q.25.de reb.eccl. Imola l.cum vir ff.sol. matrim.Odd.cons.41.lib. 1.nam natura comparatum est, neminem locupletari cum aliena iactura,& sic Ann.in repet. Const.Regn.diuæ memoriæ nu.191.de Pon.in suo tract.de pot.proreg.fol.269 nam nulla maior reuocatio, q̃ per restitutionem in integrum, & tunc maior ẽt
279 reponitur ad pristinum. l.quod si minor §.restitutio ff. de minorib. Quę oĩa procedunt dum tractatur cum maioribus; cum ecclesijs verò,minoribus, vel Vniuersitatibus,vt in puncto nostro,attendenda est dispositio l. Ciuitas ff. si cert.pet.& auth. hoc ius porrectum C. de sacrof. eccl. quod ita demum pretiũ restitui debeat, si probetur versum in-vtilitatem ipsorum, alias tunc perderetur,quem punctum ad intelligentiã præallegatarum legum subtiliter,& vtiliter tractat Pinell.videndus l.2, p.3.nu.24. C.de rescind.vend.est tex.l.1. C.de reputa. quod minor petens se restitui debet pretium soluere si de eo locupletior factus esset,quem tex.mihi allegabat quidam magnus Iurisperitus, adde Surd.dec.45.tex.insignis l.pen. §.1 ff. de reb.eor. Sed difficultas quædam occurrit,quis debeat probare,creditor,vel debitor pecuniam non esse versam in-vtilitatem,hic vertices legum pugnant vt explicat Pinell.ad quẽ te remitto,an haberet iustam cãm credendi quis, vel non, q̃ pecunia transierit in vtilitatem prædictorum.gl est notab.l.prædiorum
271 C.de præd.minor.fructus verò in omnem causam erunt restituendi verũ fiet ẽt liquidatio interesse p̃tij, ex benigna & æqua l.curabit C.de act.emp.vt proportionabiliter taxentur,ita Couar.c.4. lib.3.var.resol.& Osas.decis.prędicta in fi.latè Odd.Sfo.q.47.ar.8.& q.45.ar.j. per tot.benè,Gama dec.311.Thes.dec. 29.& ita pluries fuit decisum in S.C. q
272 annullato contractu fructus restituãtur,& taxetur interesse pretij ad septem pro centenario,& pro concurrenti quãtitate fiat compensatio,plus, vel minus arbitrio Iudicis,vt benè Cęuall.comm. opin.opi.762.nu.47.& Sfor.in tract.de rest.in integ.q.45.ar.2.n.24.& hoc possidente contrahẽte, sed si ille alienasset tertius cum titulo, & bona fide non tenebitur ipse,sed auctor,vt Thessau.dec. 29 & sic decisũ in causa inter Iosephũ Mellutium,& Iulium Cæsarem Rossillũ ex causa reuocationis alienationis feudi,Actuario Longo. Adde quod in cõ-
273 tractibus reprobatis à iure,fructus percepti extenuant sortem,l j. cum seq.C. de pign.act.l.j.C.de pact.pign,vnde restitutio pretij debet extenuari iuxta-quãtitatem perceptorum fructuum,sed aduerte,& signa,quod ẽt in istis contra-
274 ctibus à lege reprobatis, vti pignoratitijs,vsurarijs,cęterisq; similibus pro rata pretij exbursati,habenda est ratio,vt fiat compensatio cũ fructibus,vt supra, cum in omni casu non liceat alterũ locupletari cũ aliena iactura,Socc.reg.3, Thess.dec.78.Verum antequã ad aliud transgrediamur, est adnotandum circa fructus,an cõtractus sit ipso iure nullus à principio,vel per oppositionẽ, & hoc conducit scire ad supradictã distinctionem de forma essẽtiali,quæ facit ipso iure nullum actum, & de forma accidenta-
275 li per oppositionem;nam primo casu,fructus sunt restituendi ex tunc; Secundo casu data oppositione ex nunc, Tiraq.de reuoc.don. l. si vnquam vers. reuertatur nu.286.nisi inesset magna-calliditas malæ fidei,sicq; in redhibitoria,vel reuocatoria, resoluente contractum ex primęua causa,secus si ex accidentali, vt aduertit in simili Reg.de-Pon.cons.28.sicq; si cõtractus resoluatur,quia modus adiectus est donationi,

Digitized by Google

vel contractui,non attendetur causa ex
276 nunc,sed à principio fructus restituẽ-
tur;Idem in conditione,quæ nihil ponit
in esse,tunc fructus à principio debẽtur
sicque in pactis resolutiuis appositis,
Vasq. c.38.contr.illust.benè,quando p
actionem rescissoriam debeãtur fructus
à die rescissionis,vel à die contractus,&
Reg.de Pon.d.conf.28.sicq; data reuo
277 catione donationis inofficiosæ,vel ex
l.si vnquam C.de reuoc.don. Franch.
dec.46.& Boer. dec.98. & quando re-
scinditur ex remedio restitutionis in in-
tegrum,Franch.dec.248.&si rescinda-
tur venditio propter lęsionem ex l.2.C.
de rescind.vend.vide Franch. dec.119
num.2.& an sint non solum restituendi
fructus,sed creditor teneatur ad solu-
tionem gabellarum,& expensarum pro
proxenetis,& Notarijs,assensu, & simi-
278 libus,vide tex.notab. l.debet ff. de
ędil.edic. quem exornat Tiraq.latè de
retrac.consang.§.29.glo.4.& de retra.
conuen.§.6.gl.2.benè, quæ omnia no-
tat Pinell. de rescin.vend.d.l.2.c.3.nu.
35. Addo alias q̃stiones super hac ma-
teria,quas non omittam, cum in facto
quotidie occurrant;q̃a si creditor con-
traxerit sine assensu Regio,sed ipse obli
gare sibi fecit pro censu alios particu-
lares ciues;quo casu illi efficaciter obli
gati tenentur,iux.tex.l.ciuitas ff.si cer.
peta.vbi DD.omnes concordant, & est
notab.tex.l.& is C. de præd.min.nam
279 creditor sic sibi cauendo respexit, &
cõtemplatione vtriusq;videtur cõtraxis
se,Vniuersitatis,& particularium, vndè
ipsi non sunt excluſi, licet Vniuersitas
nõ iure obligetur, D.Roui.tit.de admi.
Vniu.prag.5.nu.12. (quamquam hodie
hoc nõ procedat per nouissimam prag-
maticam,per quam statutum est,vt sine
assensu Vniuersitates nõ possint obliga-
ri,nec ẽt ciues adiecti,talibus contracti
280 bus eos teneri sancitur) sed pro cele-
bratis antea,contingit dubitari,si Vni-
uersitas,dum essent citati illi particula-
res assumpserit onus causæ,& cõpareat
dicẽdo de nullitate contractus ex defe-
ctu assensus acceptãs, ipsam re vera ac-
cepisse pecuniam, & particulares fuisse
adiectos vti fideiussores,quorũ cãm ipsa
suscipiendo defendere intendit,nã prin
cipalis põt iudiciũ in se suscipere, & ex
sua p̃sona exceptiones opponere,& pri
281 uilegia allegare,l.idẽq; §.generaliter
ff.mand.Marsi.de fideiuss.nu.275. & qñ
exceptio principalis põt releuare fidei-
iussores,ea est admittẽda,& superseden
dũ contra fideiussores;nã qñ contractus
rescinditur ex iure cõi,fideiussores non
282 tenẽtur,Osasch.dec.67. Franch.dec.
247. Nec videtur negotiũ facere, qd
ciues sint in solidum obligati vti princi
pales;nã cũ re vera contractus cũ Vni-
uersitate sit gestus,attenditur q̃ princi-
283 paliter fit, l.si quis nec cãm ff.si cert.
peta. Tiraq.de retrac.§.30.nu.4. vnde
licet p renũciationes principaliter sint
obligati,tñ cũ constet nil ad eos perue
284 nisse,prius excutiẽdus est principalis
gl.l.sed si Iulianum vers.itẽ ff.ad Sena.
Cons.Mac.Marsi.sing.2. tit.de fideiu.&
inde videmus in praxi,q̃ qñ fit liquida-
tio instrumẽti contra ciues,decerni so-
let cum conditione,vt exequatur prius
285 cõtra Vniuersitatẽ,& credo hãc prax-
im ortã ex dicta iuris causa,tanto ma-
gis,q̃ isti dicuntur potius fideiussores de
euictione,q̃ alias;nam dũ cõtractus cẽ-
sualis fit cum Vniuersitate,& eius bona
submittũtur annuo censui,& non bona
illorũ ciuiũ,contractus cẽsualis cũ parti
286 cularibus non subsistit,vt dixit Surd.
cõs.318. quẽ refert Mastr.dec.131.nã
solẽnitas essẽtialis est,vt fiat subiugatio
sup̃ bonis,vt ex oĩbus Cõst.Põtif.patet,
Sixti,Nicolai,Martini, Calisti, de quo
Foller.de censu. vers.huiusmodi cẽsualia
super rebus, ideo dicẽdum est,istos esse
adiectos,nõ vt principales subiugantes
287 sed in defectũ euictionis,quo casu sẽ-
per est prius agendũ cõtra principales,
Affl.dec.24.& dec.318.Gam.dec.371
& dũ principalis assumit iudiciũ,excep
tio cõpetẽs principali iuuat fideiussores
l.tam mandatori C. de non num.pecu.
Marsi.de fideiuss.nu.267. Affl.dec.206.
Ergo si nullitas assensus sit euidens ex
facie instrumenti,& nullitatis excep-

im-

Digitized by Google

impediat instrumẽti liqdationẽ,Milan. decis.Sicil.7.num.21.Franch.dec.235. videtur particulares ciues citatos super incusatione instrumenti posse defendi,& in M.C.V.vidi obtentum,licet pendeat appellatio in S. C. à quo fuit reuocata sententia M.C. nam licet antiqua sit controuersia, quod fideiussores accepti in contractu censuali,etiam obligati principaliter,non teneantur, si particulariter non submittant bona sua annuo censui, seruata forma Bullæ, vt tenent Surd.d.cons.318.nu.12.Fachin. contr.iur.lib.10.c.64. cum alijs ab eis
289 adductis, asserẽtibus non posse plures reos debendi constitui in censu,nisi adhibitis solemnitatibus censuarijs;nam quot sunt res, tot sũt obligationes l.eãdem §.fi.& ibi Bar. ff. de duob reis, & census super obligatione personali cõstitui non posse dicunt; Attamen contraria opinio fuit recepta,vt Intrigl.super Bulla q. 60. & doctissimè resoluit omnia argumenta contraria Felic. de censib.lib.4.nu.3. quãquam Addentes ad Intrigl.nõ negent, saltẽ de iure verã esse primã opinionem,q̃ isti fideiussores sunt potius securitatis, vndẽ de iure essent prius excutiẽdi principales,vt Affl. dec.215. sed recepta fuit secunda opinio,& nouissimè D.Roui.prag.5.de admin.Vniuers.n.12.idẽ innuere videtur.

Sed dum Vniuersitas confitetur pecuniam recepisse,videtur contra eam exequendum,l.j.C.de confess & non habet dubium,sed vtilitas quæ insurgit est,q̃ annullato contractu tertię cõuen-
290 ctę non possent peti actione pacti,sed arbitrio Iudicis esset taxandum interesse,quod requireret probationem extrinsecam,lucri,vel damni emergentis,Gabriel.concl.10.tit.de solut.Affl.dec.20 & quãquam S.C.soleat taxare hoc interesse,tamen quandoq;ad quinque, vel sex,& septem,plus, & minus, prout casus expostulat Ann.cons.15. vnde
291 videbantur releuari Vniuersitates, q̃ ante pragmaticam soluebant censum vsque ad decem pro centenario, & sic annullato contractu,officio Iudicis arbitrandũ esset interesse,vt benè cõsiderat Gam.dec.110.de Pon cons.76. & hoc intellige quãdo contractus rescinditur ex causa nullitatis; sed si rescinderetur ex pacto mediante sententia,vel liqui-
292 datione instrumenti ob pacta resolutiua non solutionis factæ,& similium, tunc multi DD. opinantur, actionem primęquam nõ esse nouatam ob causam iudicatam;nam licet ex sentẽtia nascatur noua actio nõ tamen prima tollitur nisi facta solutione, l.grege §.cum creditor ff.de pign.act. Hinc liquidato instrumento quousq; non fiat integra solutio sortis,debentur tertiæ ad rationem instrumenti conuenctam, DD.l.1. C.de iudic.Maresch.variar. resol.c.63. D.Roui.prag.1.de censib.nu.39 & in facti contingentia sic fuit decisum in Reg.Audien Calabriæ quam causam defẽdit eruditissimus causarũ patronus Scipio Saliturus.Verũ q̃ rescisso instru-
293 mẽto, licet tertiæ debeãtur ad rõnem cõuenctã,non tamen exequutiuè agi poterit pro illis decursis post liquidatione.n,Carau.Rit.167. D.Rouit.loco cit.

Quid si particulares ciues obligati, promisissent expeditionem assensus in-
294 fra trimestre,vt solet fieri,an tempore transacto,possit peti rescissio cõtractus, & pretij restitutio,sic dicit Franch dec. 341. Surd.decis.183.ac interesse, de Pon.cõs.5.& licet assensus debeat prę-
295 cedere alienationem, Gram.dec.40, tamen potest subsequi,Affl dec.286.de Pon.cons.81.sed aduertendum,q̃ assensus,vt sustineatur, debet fieri mentio in supplicatione de venditione iam facta non de facienda,alias corrueret,Frãch.
296 dec.105.Quęritur vltra,quid si fuerit expeditus assensus,sed cum conditione dummodo conuertatur in talem causã supplicatã, an creditor teneatur curare dum soluit pecuniã,vt in causam decretam implicetur, vel sufficiat eã soluere Deputatis, vt in eam cãm conuertant, tex.est sing.l.fi.ff.de exerc.act. q̃ creditor mutuando in refectionem nauis, nõ est obligatus curã habere, vt nauis accomodetur;vnde videtur satis sibi con-

Digitized by Google

sultum,q̃ creditor Vniuersitati pecuniã assignet in cãm assensus, & in terminis Surd.dec.55.Osas.dec.171.& in dubio
297 pręsumetur expẽsa in cãm supplicatã, Mascar.cõcl.1165. Add.ad Capy.dec. 194. Surd.156.decis.tractat,q̃ si in aliã cãm pecunia sit conuersa, qđ non erit dãno creditoris,Menoc.cas.432. & qđ assensus expeditus sub modo obliget venditorem ad obseruandũ,& non emptorẽ,benè Surd.dec.156. ita vt si non seruetur,non per hoc assensus inualidatur,sed ad interesse tenetur, non adimplens venditor,& supplicans,Bar.l.sicut §.illud ff.quib.mod.pign.secus si assẽsus esset sub cõditione,quia resolueret contractũ in totũ, vt singulariter ibi Surd.
298 & facit pro modo,qui solet continuo apponi in assensibus,vt decẽ ex ditioribus se obligent extinguere ; nã hoc respicit supplicantes,nõ alios contrahentes,Zappul.prag.5.de admin.vniu.n.13 secus si fieret cũ conditione resolutiua, Surd.dec.268.Alia quæstio mihi in facto pluries accidit discutiẽda, vbi Vniuersitas sine assensu pecuniã cępit, annuo cẽsui submittendo sua bona,si deinde tractu tpis alius obtulit meliorẽ cõditionẽ Vniuersitati,censum minorãdo ei,minus q̃ conuenerant cũ primo emptore,& sic pro isto cõtractu faciẽdo in extinctionem primi crediti fuit procuratus,& obtentus assensus,cũ esset in vtilitatem euidẽtem, Vniuersitas cessit iuluẽdi,& contractũ fecit,vt pecunia daretur,& soluatur illi primo creditori me
299 diãte parlamẽto;Deindè Vniuersitas ex defectu primi assensus ex capite nullitatis , & restitutionis in integrũ petijt liberari à cẽsu p̃stando,allegando nullitatẽ primi cõtractus;& q̃ possint ẽt cõtra tertiũ possessorẽ talia remedia dari, DD. l.Aemilius ff de minor. Borgn. de tut.n.153.Nec videtur obstare q̃ secũdus emptor solẽmniter retraxerit à primo;nam cũ successerit in illius locũ stãte nullitate primi contractus, ẽt secundus inficitur,vt singulariter notauit Tiraq.de retr.cõsan.in fi. n.40.vbi si vicinus retrahat ab emptore,q̃ emptor minus soleniter emit à minore,si minor ille postea vẽdicauerit à tertio,non poterit ille se tueri,qđ retraxerit licito iure, Franch.dec.206.in fin.de Pon.in d.suo tract.fo.354.ti.de assen.§.9.n.13.Accedat q̃ assensus secundo cõcessus ad cõfirmandũ contractũ primũ,non extẽditur,sed validat contractũ si primus subsistat,Surd.dec.189.n.21. In contrariũ respondi,nã dũ nouiter Vniuersitas cõtraxerit submittẽdo bona sua pro habẽda pecunia,conuertenda in solutionẽm creditoris, suadẽte vtilitate minorationis census,accedente assensu, cęteris uè solẽnitatibus,contractus iste stat de per se,& non subrogatur iste secũdus in lo-
300 cum primi,ita vt ab eo creditore habeat cãm,sed cõtrahit cũ Vniuersitate, extinguẽdo primũ de ordine Ciuitatis, quę soluẽdo nõ habet repetitionẽ,l.repetitio ff.de cõd.indeb. & sic nõ sumus in terminis Tiraq. q̃ iste subrogetur in locũ illius,vndè data validitate contractus,si agi possit de lęsione,vel nullitate primi contractus pro pretio, vel vsuris cũ primo,Ciuitas posset experiri,non.n. tenebatur perquirere iste emptor secũ-
301 dus, & esse sollicitus de iuribus Vniuersitatis,sed sufficit q̃ in cãm legitimã solutionis ęris alieni pecunia fuerit destinata,& ipse in vtilitatẽ cõtrahat Vniuersitatis,vt supra dixi ex l.fi.ff.de exer. Surd.dec.55. vndè cũ secundo, nec de nullitate dici poterit,neq; de lęsione,sine qua nõ põt dari restitutio in integrũ, & maximè contra tertiũ bonę fidei,l.in causæ §.Põponius in l.seq. ff.de minor.
302 & in terminis q̃ minor ipse teneatur recuperare à primo creditore, & bonæ fidei possessore,Sforz.de rest. in integr. p.j.q.47.ar.3 nu.18. & tex.d.l.j. C.de repu. Nec refert q̃ assensus nõ cõfirmat contractũ nullũ; nam esset verũ,si successor à primo emptore cãm haberet, sed donec ab ipsomet primo debitore, oritur venditio,diuersa est ratio;Vltimo fuit allegatũ q̃ maior non habet auocationẽ,& restitutionẽ aduersus solutionẽ
303 factã de debito naturali, & nõ ciuili, sed solũ minor,tex.& gl.l.2.C.si aduersus solut.

Digitized by Google

solut. l. Iulianus ff. de cond. indeb. Sforz. q. 52. p. 2. de rest. in integr. sed hoc casu, qa capienda est occasio, vt vtriq; consulatur, rectius est, vt Vniuersitas restituatur, nè emptor sine sui culpa perdere habeat suam pecuniam, quod iura abhorrent: Expeditis partibus tex. nostræ pragmaticę, iuxta diuisionem in principio præmissam, quæro de aliquibus dubitabilibus ad eam, & ad id quod diximus de Vniuersitatibus, quod necessitatis tempore possunt victualia prohi-
314 bere, scias quod pretium etiam vilius possunt taxare, vt Gomes. tit. de empt. Nũ verò in extractione nè victualia desint Vniuersitati peti possint, vt prohibeatur ipsorum extractio, & ciues ijs vẽditis possint comparere prælationem
305 petendo pro eodem pretio, vide Couarr. variar. resol. c. 14. nu. 3. lib. 3. & qđ Vniuersitas hoc facere possit, nõ solum existente necessitate, sed pro publica vtilitate, vt Ciuitas sit abundans, Affl. in prohęm. Const. 3. q. Guid. Pap. decis. 373. nam Vniuersitates debent facere
306 prouisiones respiciendo ad id quod euenire potest, exemplo Ioseph, qui prę-uidendo futuram ęgestatem copiam frumenti comparauit Genes. c. 14. Et proinde Decuriones Magazena facere debent, alias de negligentia inculpari poterunt, si quoquo modo penuria prę-uideri poterit, Franc. Marc. dec. 40. 2. p. licetq; postea non successerit, si iusta fuerit causa timendi, sufficiat negotium
307 vtiliter cęptum, licet vtilem non sortiatur effectum, ex singul. tex. l. sed an vltro §. 1. ff. de nego. gest. Capy. dec. 58 nu. 5. & tũc cogi poterint Ciues, vt ipsi
308 reemant pretio empto, licet maiori currente æstimatione, Franc. Marc. dec. 290. 2. par. Sicq; pro publica vtilitate possunt proclamari banna, vt ciues reuelent frumenta quæ collegerunt, vt possit videri si ea sufficiant, & in domi-
309 bus suspectis manu militari horrea perscrutari poterint, Franc. Marc. dec. 230. & 40. Et pro publica vtilitate põt mandari ciuibus, & Vasallis vt non priuatè, sed in communi foro victualia vẽ-
310 dant, Lucas l. 1. C. ne rustic. lib. 12. ac mandari ne vltra victũ emant, vt Franc. Marc. dicta decis. 230. par. 2. Petra de potest. princ. fol. 65. nu. 17. vide pragmaticas sitas sub tit. de annon. & D. de Pon. tit. de abundan. vbi multa notabilia quæ possunt fieri contra regulas iuris pro annona conseruanda, vel tempore penuriæ: Et quod pro similibus causis Iudex summariè omni tempore
311 iudicium ferre possit, etiam feriatis diebus, Ioa. de Plat. l. 1. C. de pistor. lib. 10. & infinitos casus coaceruat Amend. ad decis. Franch. 9. ad quos omnes recurras in occurrenti, Mastrill. lib. 4. c. 18 nu. 74. cum seq. Quæ banna quomodo præconizari debeant, & an ignorantia allegari possit videnda sunt quæ ad excusationẽ adducit Osasc. notab. dec. 71
312 Et an banna fraudare directè, vel indirecté liceat, & si loquantur in materia, an extendantur ad materiatum, & si
312 de grano, an comprehendatur farina, & panis, vide Rip. de pest. tit. de conser. vbert. Clar. q. 82. n. 83. nouissimè Surd. dec. 139. Boer. dec. 177. Mastril. decis. 139. An verò banna facta pro publica
314 vtilitate, ligẽt forenses qui in ciuitate habent victualia reposita Marsil. l. fi. de iurisd. dicit quod non; Adde Ann. sing. 17. & Montan. pragm. 2. nu. 72. cum seq. de admin. Vniuers. Alij quod bona ibi reperta ligantur, licet personæ non subijciantur: Crauet. verò cons. 71. & Thessau. dec. 152. disputant an victualia sint ibi recollecta, & banna procedunt, dummodo nõ sint directa ad personas non subditas; nam forenses non possent ligari ad onus Ciuitatis, de qua quæstione nouissimè vide Molfes. super consuet. Neap. p. 2. tit. de personis q. 1.
315 Sed quid in bonis stabilibus, an ex causa publicæ vtilitatis possit mandari, ne ea possint alienari, nisi inter ciues, multi dixerunt hoc esse contra libertatem, Crauet. autem cons. 271. sustinet hoc non esse grauamen, sed vtile cum sit in fauorem Ciuium, nè alienigenæ occupent eorum bona, Bertazol. consil. crimin 285. & 485. firmat quod banna

Digitized by Google

valeant, si respiciant commoditatem vasallorum, secus si commodum Baronis, Ann.sing.493.&Clar.q.82.Tiraq. de retract.§.1.glo.9.nu.162.Viui.dec.
477 disputat an valeat tale legatum, vel pactum, adduco tex. quem alij non allegarunt l.1.C.non licere habitato-
316 ribus loca sua ad extraneos transferre lib.11. per quem tex. dicunt in Regno esse constitutum exteros Regni nõ posse emere feuda sine licentia specifica Regis, Marc.Anton.Surg.fol.433.&
317 corrueret assensus si nõ exprimeretur quod venditio fit alienigenis, Frec.lib. 2.q.3. & vide Const. Regn.cum hæreditarium, vbi Barones non possunt maritare filias cum cęteris non subditis, sine assensu: Hinc quæritur an possit fieri prohibitio nè exteri habitẽt in Terris
318 Baronis; & quod Prorex ex causa cognita possit, est videndus Reg. de Pon. in tract.de pot.proreg.tit.de exteris habitan.in Terr.Baron.& an ante
319 ingressum possit Baro prohibere mercatores, & alios nè veniant ibi ad mercandum, Ann.sing.54.& Addo Franc. Marc.dec.356. & quod ex causa suspitionis, vel penuriæ Prorex possit eijcere
320 à Regno omnes exteros, de Pon.in tit.de abundan.§.2.nu.3.& tit.de tract. & extract.Mastr.lib.2.c.9.D.Roui.in pragm. tit. de extraction. Item quæro cum pragm.dictet quod possit contrahi
321 ac bona vendi ad libitum cum quibuscumq; personis, quæ relatio est vniuersalis apta comprehendere personas, & cætera maiora expressis, glo.clem.1. vers.quibuscumque de iudic.an possint ad infideles extrahi, ac cum ijs cõtra-
322 hi? Dic q lex quantumcũq; generalis nõ trahitur ad casus prohibitos à iure, Marsil.latè videndus in sua prax. §.sequens nu.10. Et de iure prohibitum est cũ ijs mercari, vt C.quæ res vẽdi, & C. quę res asportari, & cõmercium cũ talibus haberi non põt sine licẽtia sub pęna capitis, Boer.dec.173. ac adest pœna excommunicationis omnibus deferentibus victualia, lignamina, & quæcumque alia, Capy.dec.150. immo ẽt pro redimendis captiuis licentia Pontificis, & Regis est necessaria, vt cum ijs
323 contrahi, ac pecunia extrahi possit, vt ibi Capyc. Nec quidem licet cum eis commorari, neq; per noctem sub pœna triremium, pragm.1. titul.de commer. Regens de Pon.multa adducit cons.93 Boer.dec.179. Item aduerte q non solum ad infideles, sed èxtra Regnum, victualia, animalia, aurum, & argentum deferri, & extrahi poterint sine licentia
324 in damnum publicæ vtilitatis. Indè tractæ dari non debent, nec possunt nõ prævia deliberatione Regni, an expediat, Marc.Ant.Surg.latè c.24.nu.6.& Additio fratris, ibi quantũ soluatur pro
325 tumulo in exituris, & multa alia notantur ad materiam. Adde, quod non solum exituræ sunt prohibitæ cum infidelibus, sed etiam ad fideles extra Regnum sine licentia Proregis, cum ius exituræ sit de Regalibus, & ad Prin-
326 cipem spectet nè bona à Regno extrahantur, & Regnum penuriam patiatur, Affl. cap.1.§.post natale de pac.ten. & multa notat Muscat.tit.de extract.in prax.crim. An sufficiant testes, vel requiratur apprehensio rerum, & de pro-
327 batione fraudum, multa de Pon. tit. de tract. & extract. & propterea sunt deputati Portulani in locis maritimis ad hanc custodiam, cap.Regni quorundam cum seq. Capyc. in inuest. verb.portubus: Multoties verò Regnum est adeò frugiferum, & abundat victualibus, vt expediat superflua vendi, vt Ciues locupletentur, & tunc ex permissione Regia
328 ad supplicationem dantur tractæ, l.2. C.de nauicul.lib.10. l.1.C.de tract.lib. 12.Loffre.cons.14.nouissimè de Curte in suo tract fol.27.nu.53.vbi etiã discutitur si super tractis feudum dari possit.

Vlterius quæritur, cum pragmatica nostra prohibeat Barones nè cogant vasallos ad emendum, vel vendendum, dubitatur, an possint illos cogere ad alios contractus, cum venditionis, vel
329 emptionis appellatione alij contractus non contineantur, l.liberos §.quod tamen Cassius de leg.3. Ita quod statutum

Digitized by Google

tutum loquens de venditione ad alios contractus non extenditur, Specul.tit. de empt § nunc vidēdum,vbi gabella imposita ad venditiones non extēditur ad alios contractus permutationis, societatis & aliorum;dic verum hoc procedere in stricta significatione, sed vbi existeret naturalis ęquitas, vel fauor, prohibitio facta de venditione extenditur ad omnes contractus, glos.verbo vendi, l.quemadmodum C.de agricol. Adde Arr.Pinell.l.2.p.2.c.1. nu.10.in tract de rescin vend. Hic suadetur publica, & naturalis ratio liberè contrahendi,vndè licet nostra pragmatica loquatur de venditione,ea extenditur ad omnes contractus,& ex indè asserimus Baronem non solum cogere non posse ad vendendum,sed neque ad sibi locā-
330 dum rustica,vel vrbana,præfertur vę rò volentibus locare, Tiraq.de retract. in præfa.nu.15. ita iudicatum fuit in Sac. Consilio inter Marchionem Lauri &Vniuersitatem,Actuario Cioffo. Sed Rendella in tract.de iur.prothom. S. in primis vers.sub eodem seruitio,num.62 allegando hunc locum, similiter concludit,& declarando dicit procedere si Baro habeat aliq ius in rebus, quas Ciues,vel Vniuersitas vellet locare; nam ratione consortij præfertur volen-
331 tibus locare, prout è contra si Baro vellet locare prę̃feruntur Ciues,Frāch. dec.301 & dicam infra prag.16, sed si simpliciter vasallus voluerit locare sua, super quibus Baro nullū ius habet, erit considerandum,& decretū Sacri Consilij videndum, vndè ortum habuerit. Neq; Barones poterint cogere ad comodandum,vel hospitandum, vt solent Barones grauare, mittendo forasterios
332 venientes pro negotijs ad ipsum, ad hospitandum modo apud vnum, modo apud alterum ex subditis;nam hoc prohibitum est de iure,Crauet.cons.78. & ita decisum pro Vniuersitate Theani, cum Principe Hostiliani,nisi adesset legitima præscriptio,vt audio esse in Ciuitatibus Lauel & Mineruini; & nota quod ius hospitandi est de regalibus,& nisi in specie concedatur, non subintel-
333 ligitur,& non vidi in aliqua inuestitura, cuiquam Baroni hoc concessum, neque Principi Bisiniani, cuius authoritas, & priuilegia insignia fuerunt, vt pluries vidi, sic tex. l.2. C. de Metha. lib.12.Bal.l.obseruare ff.de off.Procon, & q non subintelligatur in quauis plenissima concessione,Lopez 4.par.tit.25 lib.6.Sed data hac prærogatiua Baroni in specie, vt minus lædat vasallos, hoc priuilegium interpretatur de iure, vt liceat Baroni cum sua familia posse ho-
334 spitari apud subditos in transitu,& p modica mora,Ioa.Andr.ad Spec.tit.de feud.S.quoniam col pen.verb. (& nota quod vasalli) Ioseph Sese nouissimè in tract.de inhib.c.4.§.7.nu.10.vbi etiam notat, quod neque ius cenandi ex quauis plenissima concessione debetur Ba-
335 roni in eorum aduentu,nisi antiquissima esset consuetudo,l.fi.C.de professoribus lib.10. & Sese loco prælitato. Similiter neque ad mutuandum pecunias,vel victualia,Barones cogere pos-
336 sunt; solum enim Principi hoc competit in necessitatibus,prout & differre solutiones particularium,& de introitibus vti, & ante diem exigere, D. de Pon.in suo tract.de pot.proreg.fol.234 nu.22.quod priuilegium extenditur de
337 iure competere Vniuersitatibus in suos Ciues, necessitate vrgente vt cogere possint illos ad mutuandum,Surg. de Neap. illustr. fol.424. Auenda.de exeq.mand.lib.2.c.14. quod non procedit, si prædicti haberent modum vn-
338 de pecuniā exeutere possint,Franch. dec.201.n.10.& aduerte,quod pro tali mutuo coacto debentur vsuræ licito iure,Vasq.contr.illust.c.6.Osas.dec.95 Gayl obseru.2. idemq; procedit in depositis,nō enim possunt cogere ad deponendū pęnes ipsos,vel suos officiales, vt vidi obseruari a quodam Barone quē modestiæ causa taceo, qui præcipiebat non posse fieri depositā nisi pęnes suum Aerarium ad effectum vtendi pro suis negotijs,& in liberatione postea subditi defatigabantur, & de iure depositā debent

Digitized by Google

bent esse libera, & neque possunt fieri apud ipsos Iudices, Tiraqu.de retract.
339 conuent.§.4.glos.7. Est verum, quod possent fieri penes Aerarios, vt Caraui. ritu 169. nu.4. Tamen procedit ad electionem partis, sed non coactè, vt considerat Azzeuedo l.13.tit.9.lib.3. Sese de inhibit.cap.4.§.1.nu.5.

Et quod duriùs est, quod si vasalli gratificandi causa aliquando prædicta facerent, Barones hoc ex debito posteà prætendunt, allegando solitum, & consuetum, ac possessionem. Sed vt supra dixi, ille actus facti familiaritatis iure, etiam per mille annos nullam præstant possessionem, vel quasi, l.qui iure familiaritatis ff. de acquir.possess. Sicq; fuit responsum, & iudicatum de donatiuo strenæ, quam sic nominat glos. l.laudabile C. de aduoc.diuers.iudic. de cuius etymologia loquitur Marc. Ant. Surg. cap.5.nu.27. nouissimè D.Rouit.tit.de porter.quod quidam Baro prętendebat sibi deberi ex consueta obligatione,
340 quod iure gratitudinis ei concessum erat, pro quo ius resistit, cum donari ab Vniuersitate Baroni sit prohibitum, vt in pragmatica finali de administr. Vni-
341 uers.Franch.decis.172. nec præstatio longa officit, ad præsumendam obligationem, vel titulum quando ius resistit, Vasqu.controu.illustr. c.83. cum sequ. Franc.Balb.tract.præscript.par.2.tertię
342 part.art.10. & non potest allegari efficax causa ad colorandam possessionem, Alex.cons.124.vol.4. Marsil.sing. 192. & benè Franc. Balb. d.tract. de præscript.2.par.3.part.10.art.& latius Vasqu.cap.83. in terminis, verùm in hoc etiam est aduertendum, vt notaui
343 apud Franch.decis.56.nu 7. namq; multa dona, præstationesq; vniformes, quas Vniuersitates fecerunt Baronibus in ordinariam præstationem fuerunt in tempus transfusæ, vndè Vniuersitates abstineant, Ripa cap.3.de cauf.pos-
344 sess. Franch.decis.172. in fin. Attamen præstationes vniformes si fiant pio loco inducunt obligationes in futurum, Czasch.decis.99.nu.1. fauore piæ cau-

sæ, Garsia tract.expens.cap.9.nu.26.

Vltimo quæritur, cum obseruantia istius Pragmaticæ sit commissa Portulanis, & Secretis, an ista iurisdictio videatur concessa priuatiuè ad alios superiores Regis? dic quod iurisdictio nusquam præsumetur abdicata ab ordinarijs, licetq; alijs sit concessa præsumeretur cumulatiuè l.1.C.de offic.Præfect Grammat.decis.30. D.de Franch. decis. 417. Immò ex verbis Pragmaticæ, potiùs ratio capiendæ informationis, quàm causæ cognitio videtur ijs tributa (ibi nostræ Curiæ intimare procuretis) de quo articulo plenius loquemur infra pragmatica octaua.

Postremò non omittam notare, & increpare id quod pessimi exempli esse dicit nostra Pragmatica, quod abstineant Barones ab emendo victualia à vasallis, pro mercando, ac vendendo tanto carius ipsis, & dico cum Foller. in pragm.cens. vers. Nicolaus nu.224.
345 quod satis furantur Barones, dùm reponunt frumenta empta à vasallis, vt carius vendant, vide Menoch.de arbitr.iudic.casu 383. cum seq. vbi de pęna, & Prouerb.11.væ illis, qui annonam coaceruant, & lex Dardanarios vocat istos, ac rectè per Regia banna annis elapsis erat prouisum, nè Barones, & massarij mercarentur de victualibus. Et abstinere debent Barones inquãtum possunt contrahere cum subditis, nam licet de iure inter se contrahere possint l. Cæsar de publican. vbi Princeps effi-
346 caciter etiam obligatur, vt Vasqu. cap.3. sicq; & alij inferiores etiam, Gomes.de contract.tit.1.in princ.quãquam alij contrarium putarunt, vt Petra de potestat.Princip.fol.91.num.10. dicens aliud cùm Cæsare, aliud cum dependẽtibus inferioribus, l.1. C. de contract. iudic. tamen prima opinio est verior, solùm instrumenta confici non possunt per Notarios vasallos; cap. Regni Ladislaus, quod excutit Afflict. in constit. Regni in locis demanij, quicquid dixerit Frecc.de præsent.instrument.par.2.
347 quod prędictum capitulum Regni

non

Digitized by Google

non sit in obseruantia; nam se decepit, vt Franch. videtur innuere dec. 118. dũ approbando regulam dicti capituli, limitat non procedere si per Actuarium vasallum Baro se obligasset pęnes acta, constituendo differentiam inter instrumentum, & obligationem iudicialem; & Ann. sing. 144. limitat, non procedere dictum capitulum in testamẽtis, vel codicillis confectis à Barone per Notariũ
348 vasallum, & alia notat Molf. ad consuetud. Neap. par. 2. q. 10. tit. de instrumentis, vbi disputat, si illud capitulum procedat fauore vasallorum, vel Baronis, ita quod ille in cuius beneficium fuit ordinatum possit approbare instrumenta; sed in facto in Regia Audientia dum occurrisset similis causa, & super ea fundabatur instrumentum confectũ inter vasallum, & Baronem, & esset præsentatum instrumentum ex parte Baronis, vasallus securus de nullitate instrumenti, nullam adduxit aliam defensionem, Baronis autem Aduocatus, Doctor Berardinus Russus nobilis genere, & virtute patronus pauperũ illius Tribunalis, coadiuuando instrumentum præsentatum examinari fecit testes, qui
349 interuenerũt in illo contractũ, & causa introducta, dicebat qđ si instrumentum erat nullum, tamen ex eo probatur voluntas contrahentium ex l. fi. ff. de reb. eor. qui sub tutela, Mascard. concl. 357. tract. de prob. & pulchrè Gama dec. 264. vndè licet contractus deficeret ratione solẽnitatis, ratione tamẽ voluntatis fuit perfectus, qua probata ex testibus coadiuuantibus condẽnari debebat vasallus ad petita, vt Peregr. dec. 33. & dec. 80. vbi idem concludit in testamento nullo ex defectu solemnitatis q̃ coadiuuari poterit voluntas testatoris per testes oportunos, quibus examinatis, voluntas illa testatoris probata pro testamento erat seruanda, Couar. cap. relatum nu. 9. de testamentis, & sic fuit decisum pro Barone. Inde in alia causa vbi obligatio pęnes acta nõ fuerat subscripta per partem, & testes ad formam nouellæ pragmaticæ, & allegabatur eius dens nullitas, pars præsentiens difficultatem, eam produxit ordinariè probãdo conuentionem per testes, vnde condemnauimus reum conuẽtum, & adducebam decis. Surd. 43. & sic circumscripta via executiua, causa pro actore fuit iudicata; & redeundo ad digressa, obligationes inter Dominum, & vasallum de iure sunt efficaces, Card. Tusc. concl. 78. sub verbo Notarius, verùm remanet quædam mala præsumptio reuerentialis metus, si Baro eius qualitatis sit; nam & si Vasalli se demonstrent liberè vendere, & contrahere, verumtamen semper subiectionis metus adest in damnum eorum, Marsil. singular. 645.
350 Tantò magis deberent cauere isti illustres Domini, cum Nobilibus mercatura non conueniat, l. 3. C. de commercijs, Tiraq. de nobil c. 7. Surg. de Neap. illust. fol. 429. nouissimè post hanc primam nostram impressionem meritissimus D. Roui. tit. de mercat. official. prohibita nu. 7. qui asserit eos non posse mercari, seu non licere mercare voluerit dicere credo.

PRAGMATICA SECVNDA.

REColimus prout vniuscuiusq; vestrum notitię peruenisse certò scimus, superioribus diebus, quibusdam nostris Pragmaticæ sanctionis literis ordinasse, licitum esse cuilibet nostrorum subditorum habere, & absque aliquo impedimento, seu obstaculo, quæcunq; victualia, & res, & bona eorum vendere, mercariq; ad eorum arbitrium, & voluntatem, non obstantibus quibuscumq; inhibitionibus, & prohibitionibus per quoscũq; homines fortè factis, & in posterum faciẽdis, nec debere per quempiam

no-

Digitized by Google

noſtrorum fidelium contra tenorem dictarum noſtrarum literarum, vllo tempore aliquid attentari, prout in eiſdem literis (ad quas nos referimus) continetur. Quò circa volentes nos, quod huiuſmodi litterarum tenor pro communi commodo, & vtilitate noſtrorum fidelium, & noſtræ Curiæ, ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruetur. Tenore præſentium vobis omnibus ſupra nominatis, & veſtrum cuilibet, noſtra ex certa ſcientia expreſsè dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus dictis noſtris ordinationibus, & mandatis obtemperando nullatenus vos, ſeu aliquis veſtrum emptionem, ſeu venditionem quorumcumq; victualium per quos vis homines factam, ſeu de cætero faciendam, impediatis, aut impedire aliquo pacto permittatis, quinimò ſi fortè prohibitio, & vetatio aliqua per quos in terris, & locis noſtris de non extrahendis victualibus facta fuit, eam ſtatim ad receptionem præſentium ceſſare, & annihilare debeatis, nullum deinceps ſuper emptione, & venditione prædictis obſtaculum, ſeu impedimentum inferendo, ſeu inferri permittendo, cum ſit pro communi commodo noſtrorum fidelium, & melioratione iuriũ tractarum noſtræ Curiæ fieri omnino volumus, & iubemus, nec contrarium faciatis, aut fieri permittatis, pro quanto gratia noſtra vobis chara eſt, & penam ducatorum aureorum decem mille per quemlibet noſtro Fiſco applicandorum cupitis euitare: Præſentes autem literas noſtro paruo ſigillo munitas poſt earum opportunas inſpectiones, ſingulis vicibus reſtitui volumus præſentanti. Datum in Caſtello.

Hæc pragmatica fuit declarata in præcedenti, vbi eadem materia fuit excuſſa, ideo non indiget alijs commentarijs, ſed vide poſita ibi ex num. 115. cum multis ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Principis peculiare officium eſt, ſubiectos protegere, & ab omni oppreſſione liberare.*
2 *Pax Reipublicæ, armis, & legibus conſeruatur.*
3 *Princeps licet Terram conceſſerit cũ regalibus, & omnimoda poteſtate, non cenſetur vnquam directum dominiũ à ſe abdicaſſe, audiendi querelas, & grauamina ſubiectorum.*
4 *Princeps etiam ſi voluerit, non poterit ſe expropriare directo dominio, & auctoritate audiendi appellationes.*
5 *Priuilegium non operatur contra concedentem, & in generali conceſſione non venit inclusa perſona concedens.*
6 *Barones dicuntur familiares, domeſtici ac membra Principis.*
7 *Barones, & alij Superiores diuino, naturali, ac poſitiuo iure ſunt obligati ſubiectos defendere, & grauaminibus eorum ſuccurrere.*
8 *Barones an licito iure, in conſcientia poſſint petere mercedem pro fauoribus miniſtratis ad beneficium ſuorum vaſſallorum.*
9 *Donari an liceat Baroni in recompẽſam diſcutitur.*
10 *Seruitia præſtita, ratione officij iniuncti non dant actionem remunerationis petendæ.*
11 *Datum perſonæ, quæ gratis tenetur explere negotium, turpiter accipitur.*
12 *Principatus, & alij ſuperiores fuerunt introducti pro ſubleuandis populis, nũ pro ſomodis Magiſtratum.*

13 *Ini-*

Digitized by Google

13 *Iniuria atrocior reputatur quando infertur à suis, potius quam ab extraneis.*

14 *Pater potest remittere iniuriam factã filio, sed non si fuerit illata illi à suis.*

15 *Statutum dicens occidi foriudicatum sub pœna, non comprehendit suos, & si occiderint erunt in pœnam.*

16 *Receptans bannitum coniunctum, an sit in pœna.*

17 *Lex in tantum valet, quatenus utilis sit subiectis, alias non obligat.*

18 *Superioritas fuit introducta propter puniendam hominum iniquitatem, & principium Principatus refertur.*

19 *Verborum generalitas & geminatio, extendit dispositionem ad omnes casus, & personas, licet de iure exceptas.*

20 *Verbum (quicumque) est generale, & vniuersale, & extenditur ad omnes casus maiores, & minores.*

21 *Inuestitura concessa pro se, & heredibus quibuscumq; est potentia, vt feudum possit legari, & fideicommitti.*

22 *Bonorum appellatione, non veniunt iura & actiones, limitatur tamen.*

23 *Donatio omnium bonorum sustinetur, de iure si donans habeat iura, & nomina debitorum, vel actiones, nisi donata essent omnia quomodocumque.*

24 *Pragmatica de censibus, qua datur paratã executionem pro censibus contra quoscunq; detemptores rei subiugatæ, an comprehendat inquilinos, & colonos detinentes.*

25 *Status hominum est triplex, supremus, medius, & infimus.*

26 *Gradus cõditio in tres partes diuiditur.*

27 *Verba non præsumuntur frustratorie posita: sed aliquid debent operari.*

28 *Clausulæ motu proprio, vel de certa sciẽtia appositę in rescripto non operantur in tertij præiudicium, nisi essent geminata, quia tunc absolutam potestatem designant.*

29 *Milites noua militiæ an impunè possint portare archibusium caricum intus habitatum, disputatur.*

30 *Statutum secundum generale, an extendatur etiam ad priuilegiatos, vel oportet, vt specialis mentio fit facienda vt comprehendi possint de iure.*

31 *Sententias, & decisiones potius attendere, & sequi debemus, quam consilia Doctorum, qua vt plurimum sunt ad placitum.*

32 *Priuilegium primum an derogari possit sub generalitate, non facta mentione primi.*

33 *Cupiditas quãta mala pariat, refertur.*

34 *Auari semper egent.*

35 *Molestia Baronum punibilis in vasallos qualis esse debeat, refertur.*

36 *Molestia iudicialis non dicitur verè molestia, vndè legatum pœnale, nè cuiquã inferatur molestia, non extenditur ad iuditialem.*

37 *Calumnia iudicialis, molestia dicitur.*

38 *Oppressio propriè pauperum dicitur, qui à potentibus angustiantur.*

39 *Opprimentes debiles à Deo mirabiliter castigantur, quia particularis vindicator eorum est, vt refertur.*

40 *Vasallis licitum erat impunè occidere Baronem Tyrannum.*

41 *Iustitia, & vindicatio non est danda in manu partis.*

42 *Resistere licet Superiori iniquè exequẽti, sed non eum offendere.*

43 *Baronem suum offendens an committat crimen læsæ maiestatis, discutitur.*

44 *Officiales immediatos Regis offendentes intuitu officij, crimen læsæ Maiestatis committunt.*

45 *Barones dicuntur ministri Regis, & eos offendentes grauius puniuntur, & sunt excepti ab indultu.*

46 *Barones antiquitus visitabantur, cur autem abierit in desuetudinem, refertur.*

47 *Tyrãnides exerceri dicuntur non solum per Infideles, sed per omnes Superiores opprimentes iniustè subiectos.*

48 *Visitatio est quadam inquisitio, qua in Regno non fuit recepta, solum in officialibus perpetuis.*

49 *Baro malè tractans vasallos, an feudo possit priuari, latè disputatur.*

50 *Priuari debet beneficio, qui eo abutitur.*

51 *Prin-*

Digitized by Google

51 *Principes fuerũt depositi ob Tyrannidẽ, referuntur Historia.*
52 *Feudum deteriorans potest eo priuari.*
53 *Principis honor offenditur, dum Barones malè tractãt subditos, ratione directi dominij quod habet in illos.*
54 *Baro, & vasallus sunt correlatiui, & ad imparia non debent iudicari in omnibus.*
55 *Vasallus naturaliter tenetur honorare, & obseruare suum Dominum.*
56 *Baro de iure est obligatus diligere, defendere, & adiuuare vasallos.*
57 *Iniuriarum actione tenetur qui non præstat debitum honorem suo Superiori.*
58 *Baro tenetur tractare vasallos vti filios alias nomen Domini non meretur.*
59 *Baro potest cogi vendere feudum, si erit nimis molestus vasallis.*
60 *Monitio an sit necessaria, vt Baro abstineat à molestando vasallos, antequã priuetur.*
61 *Monitio vbi requiritur in præiudicialibus, ter erit necessaria, & non vna.*
62 *Declarari pro confesso in contumaciam quis non potest, nisi ter fuerit citatus sic & in multis, refertur.*
63 *Monitio non est necessaria in actu affirmatiuo prohibito, cum statim quis in legem incidat illum committendo.*
64 *Decisiones, & iura temporibus mutantur.*
65 *Remuneratorium feudum emptitium reputatur, & non ammittitur culpis feudorum.*
66 *Remuneratoria donatio quæ propriè dicatur, nouiter, & subtiliter declaratur.*
67 *Seruitia, & officia præstita erga coniunctos, vel superiores, non præstãt actionem.*
68 *Officiales, militesuè, qui rectè gerunt officium eis tributum, nõ consequuntur actionem ad remunerationem, quia suum munus explent.*
69 *Donatio facta vxori ob seruitia præstita in infirmitate mariti an vti remuneratoria valeat, discutitur.*
70 *Opinio communis non est attendenda vbi validiores rationes eam vincunt.*
71 *Verba enunciatiua Principis asserentis donare ob benemerita, an faciant feudum remuneratorium, declaratur.*
72 *Feudum venditum, vel datum in remunerationem, an perdatur culpis iuris feudorum.*
73 *Feudum ex pacto, & prouidentia, an amitti possit ex culpa feudatarij in præiudicium vocatorũ ex inuestitura & quid in feudo hereditario, discutitur.*
74 *Culpa feudatarij nocet successoribus qñ offenditur persona Domini, secus si delinquat in alios.*
75 *Culpa feudatarij, ob quam feudo debet priuari, an det locum aliis successoribus ab intestato, vel sit causa confiscandi.*
76 *Molestia Baronis generalis in vasallos est causa priuationis feudi, non particularis.*
77 *Vasalli particulares effecti odiosi Baroni ob lites, & similia, possunt petere se eximi à potestate illius.*
78 *Princeps an in præiudicium Baronis possit gratiare, vel eximere vasallum à iurisdictione vtilis Domini.*
79 *Pater potest cogi emancipare filium si ille probauerit illius sæuitiam.*
80 *Vxor potest petere diuortium ob nimiã mariti sæuitiam.*
81 *Saluaguardia pro vasallis qualiter soleat expediri per Superiores causa cognita, refertur.*
82 *Baro non poterit cogere ad officium Aerariatus suscipiendum vasallum ei odiosum.*
83 *Molestia generalis vasallorum qua dicatur, & qualiter probari debeat.*
84 *Baro non potest carcerare, nec iniuria quempiam afficere sub pœna.*
85 *Baro an mediocriter possit verberare vasallum impunè, si is humilis erit sine pœna, discutitur.*
86 *Carceratio modica cũ causa non est prohibita Baroni.*
87 *Baro habet legitimam personam comparendi pro vasallo, etiam sine mãdato pro illius defensione.*
88 *Eps potest comparere pro suo clerico, & Abbas pro Monaco.*

89 *Vni-*

Digitized by Google

88 *Episcopus potest comparere pro suo clerico, & Abbas pro monaco.*
89 *Vniuersitas an habeat legitimam personam pro suo ciue offenso.*
90 *Ciuilis Baro dicitur verè Dominus qui potest pro suis subditis capita dare contra criminalem, sed non è contra.*
91 *Baro tenetur defendere vasallum oppressum etiam contra suum fratrem.*
92 *Vasallus feudatarius, & vasallus burgensis valdè inter se differunt.*
93 *Defendere aggressum, & offensum regulariter quis non tenetur.*
94 *Libellus qualiter contra Baronem recipi debeat à vasallis.*
95 *Vasalli an possint actionem famosam instituere contra Dominum.*
96 *Vasalli an possint esse testes cõtra suum Dominum.*
97 *Suspendi quando possit Baro à iurisdictione, pendẽte inquisitione contra eũ.*
98 *S.C. est Iudex competens in grauaminibus vasallorum.*
99 *R.C. quando potest fiscus habere interesse, licet secundarium trahit cognitionẽ causæ ad suum Tribunal.*
100 *Pax, & iustitia conseruant publicum.*
101 *Iustitia est mater pacis, & sine ea nec vetus latronum substineri potest.*
102 *Iustitia est de iure diuino, & fuit in initio in cælis exercitata cum Lucifero & in terra cum Adam.*
103 *Iustitia cur fuit data in manibus Potentum explicatur, & de origine.*
104 *Principatus qualiter inuentus, & datus, perbellè discutitur.*
105 *Deus de re maiori maiorẽ curã habet.*
106 *Superioribus Deus cõstituit plures Angelos, vt rectius lumen habeant in regendis populis.*
107 *Superiores dicuntur Dei coadiutores & Deus infundit in eos maiorem gratiam, & scientiam.*
108 *Cometæ dant signum de morte Magnatum.*
109 *Tutelæ, & curæ personarũ Illustriũ, citius finiuntur, quã aliorũ, & de causa.*
110 *Mulieres illustres non indigent mundualdis.*
111 *Gratia Spiritus Sancti non cooperãtur cum superiore iniquo.*
112 *Magistratus mali ex Deo sunt, vt instrumenta diuinæ iustitiæ.*
113 *Mortuus nunquam fuisset homo, si non peccasset, sed ab hoc sæculo ad aliud fuisset commutatus.*
114 *Iustitia non dicitur iusta, si stat in mero rigore, sed hoc declaratur.*
115 *Iustitia pingitur cum Statera rigoris, & misericordiæ, & dantur exempla.*
116 *Clementiæ casus, recensentur.*
117 *Delictorũ reiteratio, & solitum Prouinciæ erit iusta causa rigorem exercẽdi.*
118 *Exẽplis iustitiæ refrenãtur gentes plus quam premijs, & multa notantur.*
119 *Iustitiæ diffinitiones quamplurimę ponuntur.*
120 *Deriuatio differt à diffinitione.*
121 *Eligens magistratũ inhabilem, infinita mala agit, & ea sibi coaceruat in animæ iudicio.*
122 *Barones non possunt ipsi exercere iurisdictionẽ, sed tenentur eã demãdare*
123 *Barones non possunt interuenire in capiendis informationibus, & torturis infligendis.*
124 *Barones nõ possunt probibere quempiã excarcerari sine sua licentia, cum id ad Officiales suos pertineat tantum.*
125 *Officiales sapientes eligi debent, alias imperitos assumens erit in culpa.*
126 *Rex Ferdinandus curabat teneri librũ Officialium benemeritorum.*
127 *Comes de Lemos laudatur de vigilantia in eligendo rectos magistratus.*
128 *Auctor fuit adscriptus ad officiũ Prouinciæ Calabriæ cum violentia.*
129 *Cogi an possit quis ad acceptandum Magistratum.*
130 *Sapiens infidelis deterior est insipiente*
131 *Sal scientiæ, vel conscientiæ sit magis necessarium, discutitur.*
132 *Electio Officialium, de quibus experientia habetur, secura est.*
133 *Senes eligi possunt in Officiales ex cap. Regni.*
134 *Nobilium electio securior est, quam Ignobilium.*
135 *Vnus qui præest, solet esse ruina milliũ*
136 *Baro eligens personã insufficientẽ pec-*

Digitized by Google

cat, & tenetur ad restitutionem.

137 Iniustitia tripliciter fieri potest, & benè declaratur.

138 Princeps an possit mandare quempiam puniri non datis defensionibus.

139 Appellationem, an & quando Princeps tollere possit.

140 Renũciare non põt Reus defensionibus, & qd obseruandũ tali casu, notatur.

141 Testiũ dicta formaliter sunt scribenda & quæ dicunt pro, & contra fiscum.

142 Baro denegans iustitiam, an feudo priuetur, discutitur.

143 Iniustia officialis nocet Baroni, qa causa poterit priuari per Superiores.

144 Remediũ querelæ quod datur subditis pro iniustitia quale sit, deducitur.

145 Priuilegium Baronibus concessũ, nè causæ possint ab eo auocari non valet.

146 Dolus de futuro remitti non potest.

147 Princeps facta inuestitura, non debet se intromittere in cõcessis, nisi per viã grauaminis; nam ius alti dominij nũquam censetur eradicatum.

148 Appellari debet ab iniustitia, si cã erit in actis deducta, alias querelæ remediũ proponi debet apud superiores.

149 Instãtia causæ an possit per Superiores abbreuiari mãdãdo Baroni, vt eã expediat infra tempus arbitrandum.

150 Tẽpus solitũ concedi pro celeri expeditione cãrum quantum soleat taxari.

151 Remissiones cãrum Baronibus nõ esse concedendas sine comminatione tẽporis, & clausula, vt certiorentur ipsi superiores de expeditione, sm pragmaticã.

152 Remissione causæ Baroni cõcessa, vigilis esse debet p habenda copia causę, & recipiẽdo carcerato, alias posset priuari

153 Baro an grauetur ex remissione cum clausulis supradictis, notatur, & quod non seruatur Regia Pragm. assertur.

154 Remitti non debet causa Baroni, si constat vasallum illi esse odiosum.

155 Remitti an debet causa Baroni, si nil constat contra inquisitum, explicatur.

156 Causa an possit auocari à primo Iudice per superiorẽ, si Baro bẽt secũdas cãs.

157 Negligentia Officialis quando sit punibilis, & quæ erit pœna.

158 Appellatio, vel q̃rela, an possit iure dari apud superiores, omisso medio Iudicis secundarum causarum, discutitur.

159 Bãna pęnalia nè vasalli omisso medio adeãt superiores, an sint valida, & pęna cominata possit exigi, notatur.

160 Prohibens adiri Principem læsæ Maiestatis crimine puniri dicunt, & an Proregi liceat ex causa.

161 Vasalli non possunt prorogare iurisdictionem in præiudicium sui Baronis.

162 Sententia nõ est considerationis, sine visione processus, vt ad exemplum possit adduci quod est notabile, quia minima causa facit mutare decisiones.

163 Carceratus põt frangere carceres, rũpere habilitationẽ impunè, adeundo superiorem propter iniustitiam, sed limitatur hoc.

164 Barones habẽtes ciuilem iurisdictionẽ tantũ nõ possũt prohibere vasallos, vt non adeant superiores omisso medio.

165 Suspecto Barone, an dicantur suspecti eius Officiales, latè discutitur.

166 Suspectus in cognoscendo, an erit suspectus in delegando, notantur multa.

167 Practica varia recensetur, qua superiores vtuntur Barone suspecto.

168 Baro si erit inimicus, priuatur facultate cognoscendi, & delegandi.

169 Baro si erit incompetens ratione causæ redundantis in sui vtilitatem erunt incompetentes sui officiales.

170 Superior an possit mandare, vt tortura non inferatur ipso inconsulto, vel grauetur Baro.

171 Confessio facta in tortura, erit nulla, si adest inhibitio superioris.

172 Iudex appellationis an possit retinere totam causam pro grauamine ab interlocutoria, multa afferuntur.

173 Appellationis Iudex an possit remittere cãm cũ norma, discutit vtraq; opinio.

174 Appellationis Iudex erit incõpetens se immiscendo in primis, nõ data appellatione.

175 Iurisdictio contentiosa incompetens, an possit prorogari.

176 Causæ ciuiles, & criminales nõ pñt extrahi à pprio domicilio reorũ p Baroues, &

Digitized by Google

& multæ rationes, & iura adducũtur.

177 Reus licet consentiat, & cãm renunciet tũ Baro poterit eo inuito vti suis priuilegijs, & petere remissionem ad sui domicilium.

178 Prorex an possit de facto retinere causam alicuius subditi Baronis citra præiuditium.

179 Carcerati possunt extrahi ex causa, si carceres erint debiles, si causa delegaretur foras.

180 Carcerati poterint extrahi ad aliquã Terrã de Baronia si sic erit solitum.

181 Carcerati, an, & quãdo possint extrahi ad Iudicem appellationis, distinguit.

182 Carcerati cuius expensis sint mittẽdi ad Iudices appellationum.

183 Baro tenetur constituere Iudicẽ appellationis intra prouinciam, & quod nõ sit vltra dietam, & si habet comoditatem conuicinij infra sex miliaria.

184 Præses non põt se intromittere in causis alterius extrahendo, ẽt si ipse teneat ambas.

185 Rex tenetur Vicarium, & Officiales deputare intra Regnum, & non poterit causas ad se auocare.

186 Baro an possit cãs ab ordinarijs auocare, latè disputatur, & diuersa opiniones referuntur.

187 L. iudicium soluitur ff. de iud. declaratur.

188 Opinio D. Rouiti discutitur.

189 Officialis non põt amoueri infra annũ ab officio, etiam ipso consentiente.

190 Princeps antè tẽpus determinatum nõ potest remouere officialem, sine causa.

191 Officiales plures habere super vna administratione, sapit grauamen.

192 Officialis non põt amoueri infra annũ ẽt Terra alienata, vel si moriatur cõcedens, & ita decisum refertur.

193 Ratio cuiuscumq; dispositionis restringit similia ad limites illius.

194 Absurda quæ possent dari, si Baroni liceret auocare causas ab ordinarijs, referuntur.

195 Baro non tenetur causas delegare in eadem Terra, nec est obligatus eligere delegatum Doctorem.

196 Argumentum à communiter accidentibus, validissimum est.

197 Auctoritas Baronum timẽda est, dum de facto procedunt.

198 Lex quamuis dura seruanda est.

199 Episcopus Baroni comparatur in iure.

200 Episcopus an possit ad libitum auocare causas ab ordinario Vicario.

201 Vicarius Epi ad nutum potest reuocari, nisi habeat tempus constitutum.

202 Opinio communis non est attendenda si altera sit æquior.

203 Sententia est stricti iuris, & non patitur extensionem.

204 Decreta facta domi, vti non discussa non sunt magnæ existimationis.

205 Decretum S.C. in supradicta controuersia formaliter adducitur.

206 Causa an requiratur in Principe, vt sit motiua, vel probata in rescriptis, vbi potest tertio præiudicari.

207 Baro non est competens de factis suorũ Officialium.

208 Officialis remoueri non põt per Barones ẽt ob causam ciuilem, vti infirmitatis & similium, sed per superiores.

209 Decreta Ordinarij non põt Baro euertinare, vt reuideãtur, sed appellare debent qui grauantur.

210 Vota illorũ qui non habent iurisdictionẽ, & nõ sũt Assessores possũt reuideri.

211 Assessor vnus, & vnus Iudex constitui debent, & non plures in vna Terra.

212 Baro an teneatur constituere Officialem Iurisperitum.

213 Assessorẽ Doctorẽ an teneatur Baro dare, vel Iurisperitũ, vti Licentiatum.

214 Officialis quando possit decernere sine voto sui Assessoris, & quãdo teneatur requirere, notatur.

215 Assessorẽ Baro tenetur constituere officialis imperito, & prouisionem constituere.

216 Baro tenetur Iudicẽ ordinariũ secundarum cãrum constituere, & non delegare causas modò vni, modò alteri.

217 Locũtenens per dies põt constitui, & nõ per multum tempus, nisi ex causa.

218 Locumtenens quare poterit esse ciuis in sua patria.

219 Actuarij non possunt esse de patria.

220 Officiales in casu absentiæ, vel alterius impe-

Digitized by Google

impedimenti, an possint sibi cõstituere Locumtenentes, vel Baroni competat.
221 Officiales non possunt delegare.
222 Substitui non potest in officijs.
223 Locumtenens aduena constitui debet si absentia Ordinarij erit longa.
224 Prorex an possit sibi substituere in casu absentiæ.
225 Substituens an teneatur pro substituto sibi in officio.
226 Officiales Patriotæ possunt esse in Villis & paruis Terris.
227 Baro an possit constituere vnũ Officialem in pluribus Terris.
228 Officialis non potest fungi etiam munere Actuarij, quia acta erunt nulla, limitatur in officio tenui.
229 Baro non tenetur constituere Assessorẽ assistentem in Terris paruis.
230 Officialis cõstitutus in pluribus Terris, vbi teneatur residere, discutitur.
231 Baro nõ potest tenere plures Officiales in vna Baronia, ipsa non consentiente.
232 Extrahi an possint carcerati ad vnã Terram de Baronia, declaratur.
233 Locus iudicij comodus eligi debet.
234 Iudex appellationis an possit cõstitui, vt resideat in loco primarum causarum.
235 Rex an in Terris Baronum possit ponere residentiam Reg. Audientiarum.
236 Iurisdictionem aliquam quis exercere non poterit in dominio alterius Baronis nisi de sui licentia.
237 Barones sine licentia Proregis non possunt exercere iurisdictionẽ contentiosam Neap.
238 Licentia vt quis possit exercere iurisdictionẽ in Terra, non põt dari per Officialem loci, sed per Dominum.
239 Facultas exercẽdi iurisdictionẽ in alieno Territorio an præscribi possit.
240 Citatus in alieno Territorio an teneatur comparere, latè excutitur.
241 Iudex semper potest iurisdictionem suam ordinariam exercere, quousque non elidatur.
242 Iudex licet notoriè sit suspectus poterit iure procedere, quousque non fuerit suspitio proposita.
243 Iudex incapax iurisdictionis non poterit exercere suam ordinariam iurisdictionem in personam exemptam.

PRAGMATICA TERTIA.

Carolus Quintus in Anno.

QVin etiam, nuper ingressis nobis eiusdem citerioris Siciliæ Regni fines, crebra multorum populorum, clamosaq; ad aures nostras querela peruenit, à varijs vtilium Dominorũ oppressionibus se releuari querentium, durumq; visum, vt populos quos ab exterorum impetu armis tutamur, à nostris opprimi audiremus, Statuimus igitur hac in perpetuum valitura Pragmatica sanctione, & prouidemus, vt Barones cuiuscumq; status, gradus, aut conditionis existant, & alij vtiles Dñi, suis contenti vasallos sine molestia, & oppressione, pace, & iustitia nra gaudere permittantur.

COMM. PRAG. III.

IN tres partes diuido hanc Pragm. Primò notatur, quod clamosa populorum querela peruenit ad Principem Carolũ Quintum, de varijs vtilium Dominorum oppressionibus, quod satis fuit durum, vt populi, qui tanto sudore ab impetu inimicorũ tutantur, opprimi a suis postea audiantur. Secundò præcipitur, vt Barones, cuiuscunque gradus, status, & conditionis existant, suo sint contenti, & ab oppressione, & molestia vasallorum abstineant; & finaliter dicit, quod ipsi Barones permittant, vasallos pace, & iustitia gaudere.

Ad primam partem notauimus supra præcedenti pragmatica, quantum peculiare Principis officiũ esse debeat, subiectos protegere, & ab omni oppressione liberare, vbi multa dixi, & hic probatur

quod

Digitized by Google

quod armis, & legibus vtitur Princeps, ad nil aliud, nisi ad pacem subditorum conseruandam, cum Reipublicæ pax, ex stirpe istorum duorum, armorum, ac legum conseruetur, dicit tex. in auth. de
3 armis, & C. de Iustiniano Cod. istis enim propugnaculis Prouinciæ tutantur, ac purgantur, l. congruit ff. de offic. Præsid. & in summa, armis, aut legibus oppressiones vasallorum, Princeps vlciscitur, allegantur sæpius cap. Regni salubrem, & cap. Regni ad Regale fastigium, per quæ iura constat, quam diligēs sit cura Principis, qui prouidet, occurrēdo: Principis. n. est protectos & incolumes seruare subiectos ab omni gente, cum offendatur sua auctoritas, & iurisdictio ex oppressione ipsorum, & proindè pro sua iurisdictione, & subditorum pace statuere licet contra quoscunq; D. Tap. c. 4. rub. de const. Princ. nu. 17. Capyc. in inuest. vers. ad instantiam Ecclesiasticorū: Ac consequenter licet Terram infeudādo
3 concesserit in naturam frācam, ac cum Regia, & omnimoda potestate, non per hoc abdicata erit ab eo potestas directi dominij, bal. rub. quid sit inuest. Capy. vers. feudorum alienationes 7. ampl. q directum dominium respicit principaliter audientiam querelarum, & appellationum subditorum ab oppressionibus Officialium, Affl. in const. Capitaneorū Princeps. n. dicitur verus Dominus, & protector populorum, & ex indè mādat prouidet, statuit, & succurrit q̄relis omnium, quamquam Terras, vel Ciuitates cū omnibus regalijs concesserit, Bellug. rub. 38. S. conqueruntur, & etiam volēs
4 Princeps nō poterit se expropriare isto alto dominio, Capy. in inuest. vers. feudum dāt declar. 1. quia esset deformare Principatum, cap. intellecto de iure iur. nam libera poterit concedere feuda ab omni seruitio, sed nō à superioritate prouidendi querelis subiectorum, ac puniendi feudatarios, eos opprimētes; nam
5 priuilegium nūquam intelligitur excludere Principem concedētem, prout est in alijs inferioribus, vbi priuilegiū operatur excluso ipso concedente, iux. glo. ordinariam cap. pastoralis, & cū ab Ecclesiarum de off. ordin. & probantur ex pragmatica nostra, dū succurrit oppressionibus, quæ ab vtilibus Dominis inferri audiebantur, quę obijciendo; dicit q̄ durum fuit auditu, vt populi, quos ab exterorū impetu tuemur, postea à suis
6 opprimātur; sui, vocātur Barones, ac ēt familiares, domestici, & protectores appellantur, vt in rubr. C. de domest. & protector. lib. 12. vbi Lucas, dicuntur ēt mēbra corporis regalis, ad tex. in l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiest. & 7. q. 1. §. verò, Boer. dec. 17. nu. 4. vnde vti membra tanti sublimioris corporis deberēt esse, & perfectiora, intuendo, ac considerando quid ea operari teneātur, & taliter sūt obligati succurrere damnis, & periculis vasallorum, q̄ si non fecerint, tenentur in animæ iudicio ad restitutionē, Vasq. contr. illust. c. 43. nu. 11. Adde q̄ omni iure sunt ad hoc obligati, Diuino, naturali, ac positiuo, Assumptum primū probatur ex ijs, quæ D. Paul. dicit: Qui suorum curam, & defensionem nō præstat,
7 infideli deterior est, Naturali iure tenētur, cum sub hac lege, & conuentione primitùs magistratus datus, & acceptus fuit, vt talem curam gererēt, taleq; ministerium populis præstarēt, vt dixi, & Cagnol. l. culpa caret ff. de reg. iur. vbi multa alia tradit, qualiter Magistratus teneātur adiuuare, defendere, auxiliūq; præstare vasallis vsq; ad mortē sub præcepto, & latius Vasq. contr. illustr. c. 41. nu. 20. in terminis; ex quibus respondi,
8 certis Baronibus, qui in recōpensam alicuius fauoris, & auxilij præstiti pro vasallis prætendebāt licito iure posse accipere, & sibi deberi; & in facto quidam dum sua Terra hospitio esset oppressa apud Proregem, ita se exhibuit, vt obtineret exonerationem hospitij, ex qua gratia, quantitatem pecuniæ sibi legitimè deberi pugnabat, dicens, quod & si Vniuersitatibus donare non liceat, maximè suis Baronibus, Prag. 5. §. fi. de ad-
9 ministr. Vniuers. tamen q̄n hoc faciunt in remunerationem, valere donationem DD. oēs affirmāt, vt Montanar. loc. cit.

Digitized by Google

Gram. dec. 45. Ann. sing. 209. quia remuneratio emptioni, & venditioni comparatur, l. Aquilius ff. de donat. Replicaui, procedere allegata, quando persona quæ seruitia præstitit, non esset ad talia obligata, sed si ratione officij, & debiti teneretur se talem exhibere, ea seruitia non merẽtur remunerationem cum ille suum officium impleat, inde talia non præstant ortum actionis, vt salarium iure peti possit, sed potius accipiendo, turpiter ille accipere dicitur, ad ad tex. insignem l. fi. ff. de cond. ob turpem causam, sic Tiraqu. de reuoc. don. vers. donatione largitus nu. 21. & 106. & Pinell. de bon. matern. l. 1. par. 3. num. 6. Franch. dec. 428. & proinde tuta conscientia remunerationes in recompensam talium auxiliorum recipi non possunt per Barones, sed certa munuscula dari, & accipi possunt pro recognitione, vt Tiraq. loco cita. nu. 25 Nam potestas vasallorum eis tributa fuit, vt diligentius ipsi protegerentur in pace, ac vt suum cuiq; ius tribueretur, & delinquentes præscriptis pœnis afficerentur, vt singulorũ status illęsus cõseruaretur §. 1. de pac. ten. Non autem potestas fuit distributa ad opprimendos subditos, & sanguinem emungendum à vasallis, Boer. dec. 55. in fi. & cap. salubritatem de consecr. dist. 3. vbi Papa increpat Episcopos, dicens, ipsos fuisse constitutos, vt susciperent partem suæ sollicitudinis, & non quod veniant ad sollicitandos subditos, ne verificetur illud dictum Ezech. 22. Principes facti quasi Lupi rapaces: Et ex indè ait tex. noster, quod durũ fuit audiri, vt populi, qui ab impetu inimicorum tutantur, à nostris postea opprimãtur, & longè durior reputatur oppressio, quæ fit à suis, q̃ quę ab extraneis, vt Marsil. in l. diuus ff. ad leg. Pomp. de parric. vbi dicit, quod licet pater possit remittere iniuriam illatam filio, iux. l. sed si vnus §. fi. ff. de iniur. l. in personam ff. de pact. Viuius com. opin. opi. 216. par. 2. non tamen pater poterit remittere iniuriam factã filio à cõiuncto, eo quod satis atrox reputatur, & ante eum posuit pro singulari Rom. sing. 92. Arno. dial. 48. Adde ad hunc punctum Franch. dec. 715. & adeo est exosa legi offensio suorum, vt statutum licet generale sit, iubens occidi foriudicatum, non comprehendat, & arctet suos, imò quod si occiderint, ij puniri poterunt, vt Marsil. d l. Diuus, & sing. 129. D. de Franch. dec. 276. & cõsequenter, receptario foriudicati à consanguineis facta, non punitur, cum natura non ferat, quod is offendat, qui defendere teneatur; & si cõsideremus primam originem secularium potestatum; clarius hoc demõstrat, quod introductæ fuerunt ad protectionem populorum, ad dirimendas lites, ad punienda crimina: Hinc leges in tantum valent, in quantum sunt vtiles populo, alias non ligant, cap. erit autem lex 4. dist. Et leges, & Superiores non fuissent necessarij, si homines ratione gubernati, & recti fuissent; nã per legem nõ fuit iussum benefacere, sed prohibitum malefacere vt 23. q. 5. c. ad fin. & sic declaratur illud, quod qui spiritu Dei aguntur, non manent sub lege, Fely. c. 1. de Sum. Tri. & fid. cathol & si non fuissent peccata, nõ oportuisset habere Superiores, cap. de Constantinopolitana 22. dist. Orta enim fuit Superioritas à Cayn vsurpatore, cuius tempore omnia erant communia, & erat illa primęua naturalis libertas, non distinguens meum à tuo, & is cępit vsurpare prius communia, similiter, & alij fecerunt, & ætas illa aurea recepit finem, & introducta fuerunt dominia ex hominum iniquitatibus, cap. dilectissimi 22. quęst. 1. At quia ex indè oriebantur magnæ concertationes, & distinctiones, mei, & tui, introduxerunt homines, statuta, & constitutiones facere. Et quia parum fuisset, eas habere, si non fuissent homines præcipui, qui ordinationes seruari facerent, & errantes coercerent, creauerunt Reges, & postea alias Potestates, l. 2. §. post originem iuris ff. de orig. iur. Vndè considerent Superiores, quantum deficiant in salutari suo, opprimendo, non releuando vasallos

los, quos Deus concessit à primordio eis, vt subiectos in pace gubernarent.

Propterea hic Princeps, secunda parte statuit, quod Barones cuiuscunque status, gradus, aut conditionis existant, suo sint contenti; & ponderando huius textus generalitatem, verborumq; eiusdem prægnantiam, & geminationem, notatur, quod hęc ordinatio extenditur non solum ad Barones, sed ad quoscūq;
19 in dignitate, & prærogatiua, licet maxima, positos, vti ad Comites, Marchiones, Duces, ac Principes, & ad inferiores quoscunq; ac superioritatem, & iurisdictionem habentes. Perpendatur illud verbum (cuiuscunq;) nam est distributiuum adeò vniuersale, ac generale,
20 vt sit aptum comprehendere casus maiores expressis, ac infimos, & abusiuos, Capyc. dec. 88. & Crauet. cons. 294. Boer. dec. 36. nu. 12. & est nobis in exēplum, illa nodosa quæstio Feudistarum quod si inuestitura cuiquam erit facta, scilicet sibi, & hæredibus quibuscumq; quod per illud distributiuum, seu dictionem (quibuscumque) feudum pote rit transire, ac relinqui etiam extraneis, Bald. cap. Imperialem de prohib. feud. alien. Alex. l. etiam ff. solut. matrim. Vrsill. dec. 286. nu. 5. Reg. de Pont. cons. 2. nu. 170. Immò quod possit fideicommitti, ac legari, quod est maius, cum fideicommissarij, ac legatarij impropriè hęredes, ac successores dicantur; sed quia virtus illius dictionis est, etiā ad impropria extendi, ideò legatum feudi substineri dicunt Rip. l. ex facto §. si quis ff. ad Trebel. Curt. in tract. feudorum 3. p. quæst. vlt. (licet, & verius aliter distinguant Iacobi. de S. Georg. in tract. de feudis vers. quibuscunq; & Vrsill. d. dec. 286. latè Reg. de Ponte cons. 15 nu. 15 Anna consil. 53. num. 15. cum seq. & ideo appellatione omnium, licet verbū
21 (omne) sit vniuersale, Gram. dec. 4. q extendit, & ampliat, Pinell. 1. par. rubr. de bon. matern. nu. 31. Bertaz. de clausul. 4. clausul. non tamen comprehenduntur
22 iura, & actiones, vti tertia species separata à mobilibus, & immobilibus, vt ibi Pinell. indè saluant donationem omniū bonorum valere, dum iura, & actiones
23 non comprehenduntur, quia salua manent donanti, licet refutata essent omnia bona, laso. & alij in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. quod secus procedit, si donatio fieret de bonis quibuscumque; nam verbum illud genericum extenditur etiam ad iura, & actiones, DD. l. mouētium ff. de verb. signif. Surd. dec. 233. Reg. de Pon. cōs. 151. multa cumulat Marsil. l. si vnius §. cogniturum ff. de quæst. Et sic patet, q̄ larga, & vniuersalis, ac indefinita sit potestas huius distributiui ad casus maiores, & infimos, ac abusiuos, vt latè Iraquell. in tract. retract. §. 1. glo. 7. Reg. de Pon. cons. 63. nu. 53. qui limitat singulariter prędicta; & modò in facto cōtrouertitur, si pragmatica de censibus,
24 quæ dat exequutionem realem, & personalem contra possessores, & quoscūq; detemptores rerum obligatarum, comprehendat inquilinos, & colonos, merè detemptores, & improprios possessores propter illud verbum (quoscumque) quem punctum latè attingit Franc. Milan. decis. Sicil. 3. ad quem te remitto. Adde Reg. de Pon. cons. 63. nu. 61. vbi multa, Intrigl. super Bulla censu. q. 37

Eamdemq; generalitatem demonstrant etiam alia sequentia verba nostri
25 textus, ibi (status, gradus, & conditionis) status hominum est triplex, supremus, medius, & infimus, glos. & Luc. de Penn. C. de appar. præfe. Vrb. lib. 12. li-
26 cet alij, aliam distinctionem tradiderint l. 3. ff. de stat. hom. Gradus etiam, & cōditio hominum, in tres partes diuiditur in plebeios, nobiles, & in dignitate posi tos, Luc. de Pen. in l. 1. C. de desert. lib. 12. Et consequenter ex ijs verbis geminatis, arguitur vniuersalitas, & genera-
27 litas statuti; nam verba non præsumūtur frustratoriè posita, Castr. l. qui in potestate §. 1. ff. de testam. sed semper debent aliquid operari, l. si quando ff. de leg. 3. Socc. regul. incip. verba, & geminatio verborum per infinita alia in iure operatur, l. bal. sta, vbi omnes ff. ad

Tre-

Digitized by Google

Trebell. & multos effectus geminationis cumulauit Marsil.l.1.§.quæstioni ff. de quæst.& verba prægnantia satis generalem faciunt dispositionem, Petra de potest.Princ. vlt.art. vbi dicit, quod
28 clausulę ex certa scientia,vel de plenitudine potestatis positæ in rescripto nil operantur in tertij præiudicium, tamen si erint cumulatæ, dicendo de plenitudine potestatis,motu proprio,ex certa scientia,propter has geminationes enixa voluntas Principis arguitur,etiam contra tertium de potestate absoluta: & similiter nō omittam annotare,quod in maxima causa obtinui in Reg. Audientia contra certum delinquentem qui captus fuit cum sclopeto carico, & se defendebat, quod portare poterat,
29 quia erat miles nouæ militiæ, quibus per prag.2. de militib.c.4. erat concessum posse portare omnia arma, præter pugiones,& archibusios paruos;Respondi ego,quod ex generalitate verborum noui bandi prohibentis omnibus cuiuscunq; status,gradus, & conditionis, facultatem portandi archibusium caricū intus habitatum,quod propter hāc generalitatem,& verborum geminationē, secundum statutum,extenditur ad om-
30 nes etiam priuilegiatos, de quibus esset facienda expressa mentio,secundum Alex.cons.4.vol.6.& cons.215. Decia. cons.171.Socc.cōs.120. afferēres generalem,vel vniuersalē prohibitionem cū verbis prægantibus factam,comprehēdere etiam priuilegiatos, ex rationibus supradictis; ex quibus causa appellata de indebita captura; fuit remissa (quāquam vt verum fatear) cōtrarium ego fuissem iudicaturus, cum consilia sint
31 ad placitum, sed vota, & sententiæ debeant inhęrere veritati, Thesaur. in præfa.decis.nu.60.Foller.de censib.fol. 82.Dico,quod primum priuilegiū concessum militibus de omnibus armis, vt dixi,non potest tolli per sequens quantūcunq;generale nisi facta expressione dicti primi, vel facta derogatione saltē generaliter, vti non obstātibus quibuscunq; priuilegiatis,ita Franch.dec.162 nu.14. Princeps enim non præsumitur
32 per quamcunq; generalitatem,vel vniuersalitatem verborum,velle præiudicare illis, quibus specialiter prouidit,tex. insignis l.item apud Labeonem §.ait ff. de iniur.benè Petra de potest.princ.penult.art.cum præcedenti, ad quem recurras, Ripa subtiliter cap. sicut de rescrip.nu.48.Osas.dec.169. D.Tappia vlt.art.l.fi.ff.de const.Princ.n.45. & laxis fimbrijs ad partes hoc discutit Marsil.in pract.crim.§.quæritur ex num.16 qui dicit hāc quæstionem esse lucro plenam,& à paucis benè distinctam,vt verè ipse excutit ibi, & sic pragmatica nostra satis est vniuersalis.

Et sequendo institutum tex. nostri (Barones cuiuscunque gradus, suo sint contēti)sic verba tex.l.4.C.fin.regund. ibi,quilibet suo sit contentus,& rem nō expetat iuris alieni; & verè auaritia est causa tanti mali regiminis, vt dixi in
33 rubrica,ea est causa, & radix omnium malorum,cap.quia radix de pœnit.dist. 2.nam mens alligata cupiditatis vitio semper à vero deuiat,vt 90.dist.in cap. benè quidem,est mater omnium litium & iurgiorū,cap.de his 27.dist.sed proh miseri? (inquit ille Sapiens) non videtis,quod cupiditas est ferociſſima pestis quæ homines semper egenos facit,cum eò magis quo fuerit locupletata mendicat?
34 omnia possidemus quęcunque non cupimus; & numquam satis dixissem de infinitis malis huius vitij,sat est dixisse,esse radicem omnium malorum & cumulat multa Marc.Ant.Surg.c.17 nu.20.&Additio fratris,ibi;vndè Barones vt rectè regant,obseruent hoc vnū vt suo sint contenti; sequitur ex textu
35 (& vasallos sine molestia,&oppressione tractēt)molestia fit facto,&verbo,facto vti angariādo iniurijs realibus afficiēdo vasallos collectādo,adulterādo,& similibus,vt infra dicam verbo contumelijs iniuriando, & dicitur molestia propriè quæ fit extra iudiciū, vndè lege pęnali
36 facta ne alicui inferatur molestia,intelligetur de molestia facti, non iuris, per viam iudicij,l.1.C.de his quę pęnæ nomine

Digitized by Google

mine, l. amplius ff. rem rat. hab. vbi DD. Borgni. de vsufr. nu. 56. Adde Pereg. de fideico. ar. 31. nu. 5. qui benè distinguit hoc; verum quando esset calumniosa iu
37 dicialis molestia, extenderetur etiam si in iudicio fieret, Capy. dec. 69. nu 9. qui ait in generali sermone venire quamlibet molestiam ét iudicialem, Tiraqu. latius de retract. §. 35. glos. 4. num. 39. vel melius, q attenditur mẽs, vel verba Testatoris, vel statuti, an sint vniuersalia, ac prægnantia, vt Marsil. l. vnius §. cogniturum nu. 42. ff. de quæst. Abb. cons. 44. Surd. dec. 194.

Oppressio propriè dicitur pauperum & miserabilium personarum, quæ præ-
38 ualere, & se defendere non possunt aduersus potentiam Superioris, vt 11. q. 3 cap. pauperum, & tales opprimens, iudicium sanguinis sibi parat, dicit tex. cap.
39 omnis oppressio de pẽni. dist. 1. quorum oblationes à Deo refutantur, eò quia proprium Dominorum est, subleuare, & miseros non opprimere, cap. gloria 22. q. 2. vbi dicitur, quod sacrilegium committitur ex oppressione miserabilium, quorum Redemptor noster præcipuam causam sibi reseruauit, ac protectorem eorum se fecit, & qui ijs iniustitiam facient, iniustitiam consequentur §. omnibus auth. de sanctiss. Epis. & experientia docet, q isti emunctores sanguinis pauperum miseram vitam finiunt, & eorum quæsita labuntur ad instar floris, qui de mane egreditur, & subito conteritur, vt Psal vidi impium exaltatum, transiui, & ecce non erat, nec inuentus est locus eius.

Et in foro fori scias, quod de iure licitum erat vasallis grauatis, molestia, &
40 oppressione, Dominum impunè occidere, & de hoc esse communem, receptãq; sententiam, refert Viui. com. opin. opin. 316. par. 1. Grammat. consil. ciuil. 162. prout aduersus Regem Tyrãnum licet Regnicolis se rebellare, Capyc. dec. 19. nu. 32. Camp. cap. Regni 131. quæ cõclusio licet de iure substineri posset, huic tamen per Concilium Constantiense fuit derogatum, ex eo, quod non est dã-
41 dum iudicium, & iustitia in manibus partium, vt refert Capy. de proh. feud. alien. col. 39. idem Capy. dec. 69. nu. 32 Luc. de Pen. l. j. C. vt armorum vsus; resisti tamen poterit, sed non licet offen-
42 dere Superiorem iniustè exequentem, dicit Paris de syndic. verb. resistere; Adde, vt in tantum sit verum, vt Baronem suum offendẽtes, multi tenuerint incurrere in læsæ Maiestatis crimen, Petra de pot. princ. fol. 34. nu. 12. Surg. de Neap. illust. cap. fi. nu. 10. sed hæc opinio substinetur in Dominis non recognoscẽtibus
43 Superiores, & Imperialia habentibus, vt in Magnis Ducibus, sed in alijs Baronibus, nõ fuit recepta talis opinio, Gui. Pap. dec. 344. & Viui. dec. 278. solum
44 quando officiales maiores Regem immediatè representantes ex causa officij essent offensi, vt Viui. ibi, Mastril. tract. de indultu q. 26. nu. 18. & Decia. tract. crim. lib. 7. c. 8. nu. 7. verũ quod grauius puniũtur, & excepti sunt isti delinquentes ab indultu, tanquam offendẽtes Mi-
45 nistros Regis, Principi tamen remanet vindicta Baronum, ad quẽ pertinet castigatio scelerum, & oppressionum vtilium Dominorum; & proindè Cæsarea Maiestas, Vniuersitate conquerẽte, solet destinare duos Consiliarios, vel pro-
46 bos viros ad audiendum eorum grauamina, Anna sing. 155. Et prius solitum erat facere visitari Barones, inquirẽdo quomodo tractarent subditos, quod iure esse obseruandum, dixit Affl. Const. Regni Capitaneorum nu. 6. asserẽs nescire quomodo in desuetudinẽ hoc abierit, cum fuisset firmamentum boni reginiminis; nam si non virtutis amore, saltim pœnæ timore, multa minora essent grauamina in Regno, & Tyrannides; Nam Tyrannides exercentur, non solum per
47 Tyrannos, seu Infideles, sed per omnes opprimentes, Bart. in tract. tyran. vers. exercitio tamen fiunt Tyranni, Boss. tit. de Principe nu. 55. Adde Vasq. contr. illust. 47. Frec. autem tract. de subfeud. auct. 35. defendendo Barones, dicit, qd
48 non erat licita visitatio, cum esset quæ-dã generalis inquisitio, & turbatio possessio-

Digitized by Google

ſeſſionis feudi,de Pont.in ſuo tract. tit. de elect.§.1.num.62.ſed ſufficiat,quod ſubditis conquęrentibus eis miniſtretur iuſtitia,vt nouiſſimè Maſtril.lib.4.c.13. in fi.d.tract.de Magiſtr.

Et ſic pęna contra Barones indebitè
49 moleſtantes, & opprimentes ſubditos, ſecundum vnam opinionem erat priuationis feudi, vltra pœnam delicti,iuxta ſui naturam, ſi moleſtando delinqueret in perſonas eorum,ita probatur ex tex. cap. Domino ſi de feu.defun fuer.controu.& c.1.qualiter Dominus propriet. feu.priu. cum debeant pares vices reddere vaſallis,dicit ibi glo. ſic Iacobi.de S.Geor.tit.de Royd.col.13.Capy.dec. 69.nu.29.Gram.conſil.ciuil.162.n.15
nam qui abutitur dominio facit ſe indi-
50 gnum,& intereſt Reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur,Caſtr.l.in re manda ta C.mand. & ex officio tenetur Superior, cum ſciuerit oppreſſiones vaſallo-
51 rum vindicare,ex lege illicitas §. nè potentiores ff.de off.Præſid.Gui.Pap.dec. 62.& refert Vaſq.quamplures Poteſtates priuatos c.8.nu.20.Adde Petram. de pot. princ.fol.39.nu.119. qui refert exempla quamplurimorum priuatorum ex abuſu dominij.

Et arguędo à fortiori, hoc probatur
52 ſi n. deteriorans feudum poterit feudo priuari,iuxta diſt.Clar.§.feudum q.56. fortius erit ſi fiat in perſonis,quę longè nobiliores ſunt rebus l.iuſtiſſimè ff.de ędil.edict.eò maxiuè quod ſolita inueſtiturarum clauſula eſt,non deterioran-do vaſallos, & feudũ,vndè abutens,mo leſtando,angariando,collectando, adul terando, iniuriandò, & extorquendo à miſeris vaſallis,qui vt eorũ feſtis,& guſtibus vacent,ipſos excoriant, ita vt videamus, quod etiã & victualia vſq; ad anſeres,& gallinas,ad modum militum hoſpitantium procurant,iuxta glo.l.cę-naticorum C.de erog.mil.annon.Boer. dec.304.Iſto modo,maxima dicitur de
53 terioratio, & ſatis grauatur honor Regis,cum malè tractantur ſubditi, & ad pauperiem deducuntur,cuius valdè intereſt habere locupletes §. cogitatio auth. vt Iudices ſine quoq. ſuff. Frecc. auct.8.& ex his videtur iuſta cauſa priuationis feudi; Adde quod ita cõcludit Gram.conſil.crimil.10.lex.n.feudorum
54 ad imparia non iudicat Dominũ a vaſallo,nam ſicuti vaſalli nil cõtra Dominum fęlonię,ac mali excogitare debẽt, ſic & Dominus tenetur non moleſtare ſuos vaſallos c.j. de forma fidel.& ſicuti vaſallus tenetur honorare Baronem,
55 cum à natura hoc ſit inſitũ, vt ſubditi reuereantur ſuperiores,quod obſeruatũ videmus à Brutis, quæ Leoni, & Vrſo, reuerentiam, & timorem præſtant, vt Crauet.conſ.6.nu.20. & refert Luc.de Pen.obſequialia,quæ debent vaſalli Baroni,l.2.C.in quib.cauſ.Colon.quilibet
56 inferior.n.debet debitam reuerentiam & locum Superiori ſuo, alias iniuriarũ puniri poſſet,Vaſq.in pręfa.nu.25.in fi. Carau.rit.39.idem Vaſq.in præfat.nu. 125.quia Principatus eſt de iure natu-
57 ræ, cui obedire tenemur, ſic è contra, Barones debẽt reddere vices ſuas,amã-
58 do vaſallos vti filios,eorum commoda procurando, l.nam ſalutem ff. de offic. Præf.Vigi.& nõ detrahere eis,alias nomen Dominorum non mẽrentur habere,Bal.conſ.439.Crau.cõſ.238.& Affl. latiſſimè dec.265 vbi conatur oſtendere omnes caſus,qualiter alter alteri pares vices debeat reddere,& Capy. in inueſt.verſ.parilitas ſeruanda,& nil excogitare vnus contra alium debet,licet maior pęna ſit in vaſallo,ita vt Maieſtatis crimine reus haberetur,cũ Baro repræſentet Regem,Vrſill.d.dec.265.qđ non placet Viui.dec.178. vbi videre poteris, an,& quando offendens Baronem læſæ Maieſtatis pœna teneatur, & dixi ſupra de veritate.

Alij,aliam opinionem tenuerunt,qđ non ſit iuſta cauſa priuationis feudi,
59 Domini ſæuitia, & moleſtia, ſed quod cogi ex his poterit Dominus vendere feudum,argum.tex.§.fi.inſti.de his qui ſunt ſui iuris, ibi, quod ſi intolerabilis videatur ſæuitia Domini, cogatur ipſũ ſeruum vendere; nam ſufficit vaſallis eximi à dominio crudelis Domini, &

tunc

Digitized by Google

tunc Baro non ammittet pretium feudi quæ çquior videtur opinio, ſicq; dixit Boer.dec.304.n.8 Bal.l.2. ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur. Franc.Marc.dec. 374 par.2.Adde Crau.conſ.6.nu.109 & ita de Pon.in ſuo tract.fo.90.de pot. Proreg.poſt hæc edito.

Tertia fuit opinio quam inſequũtur
60 multi, quod feudo poſſit priuari Baro, ſi præceſſerit trina monitio à ſuperiore facta,vt abſtineret à moleſtia,& oppreſſione vaſallorum; nam ſi ille maneret in pertinacia,tunc argueretur verus dolus,& inobedientia, quæ nullam habebunt excuſationis cauſam non priuãdi eum feudo, Ann.ſing.55. & pro vera cautela tradidit Iacobi.de S.Geor. f.7. verſ.quæritur,Capyc.in inueſt. fol.67. hancq; opinionem ſectatur nouiſſimè Gayl obſeru.17. lib. 1. dicens in praxi
61 ita obſeruandum,& quod trina,& non vnica monitio ſufficiat,hoc credo,quod ex eo fit, nã videmus quod in omnibus præiudicialibus, lex non fuit contenta vnica interpellatione,iuxta ſingularem doctrinam Gomeſ.var.reſol.c.1.de delictis,qui hanc regulam exornat,& obſeruatum videmus in praxi; ſemper .n. quis admittitur, niſi expreſsè per alia duo decreta fuerit reiectus,quod eſt notabile,Viui.dec.235. Trinaq; monitio requiritur, vt accuſator pro deſiſtente repelli poſſit,Carau.rit.120.Sicq;vt Baro poſſit feudo priuari,ſi non præſtiterit
62 ſeruitium,trina interpellatio requiritur c.j.de milite vaſallo qui contumax eſt, Affl. Conſt.ſi vaſallus,& in noſtro puncto Crauet.conſ.222.Boſſ.tit.de principe num.56.In ijs enim quæ ſunt magni præiudicij,& inretractabilia, videtur q vnica monitio non ſufficiat, vt ex prædictis conſtat.

Verùm Gram.dec.104.ſequẽdo primam opinionem ſubſtinet, quod omninò feudo priuari debeat Baro,licet aliqua monitio non præceſſiſſet,ac reſpõdet argumento prædicto, quod in præiudicialibus vnica interpellatio non ſufficiat,quod id procedat in dolo præſũpto,vti in denegatione iuſtitiæ,& ſic in ommittendo,ſecus in committendo; nã ſi de mala tractatione vaſallorum conſtet, non eſt expectanda alia monitio,
63 cum legem Baro offenderit.Item tunc monitiones ſunt neceſſariæ, vbi à iure imponitur pœna pro culpa negatiua, tunc enim ad hoc, vt quis in eam incidat,citationes ſunt neceſſariæ, veluti ſi Baro non fecerit iuſtitiam, vel non cõſtituerit officiales, & in ſimilibus, tunc enim in mora debet conſtitui,vt pœna plecti poſſit,ſecus vbi pœna ponitur p facto affirmatiuo,vt puta ſi quis commiſerit talc crimen puniatur,tunc non eſt expectanda alia monitio,ſed pœna legis punietur, quando in eam inciderit quis Gram.ibi,& Alex.l. ita ſtipulatus ff.de quæſt.nu.17.ſic etiam diſtinguit, quod eſt menti tenendum,Adde Menoch.de arb.iud.caſ 49.nu.41.

Et redeundo vnde digreſſi ſumus, Gram.firmat deciſum in Conſilio,illum Baronem fuiſſe pro ſuis exceſſibus relegatum,ac feudo priuatum, ſtante probatione moleſtiæ vaſallorum,quem ſequitur Vrſill.dec.265.nu.25.& notant tex.pro ſingulari l.1.C.ſi quacũq; prẽditus poteſtate,quæ deciſio cum in Regno faciat ius,non videtur eſſe recalcitrandum; verumtamen neſcio, an iſtis temporibus poſſit obtineri, cum tẽpora
64 faciãt variare opiniones,& deciſiones, l.2.§.ſed quia C.de vet.iur.enucl. nam videmus,quod nouiſſimè multæ deciſiones renouantur,& reuocantur,Viui.vlt. tom.dec.401. Theſſ.in prohẽm. deciſ. Iſern.in prohẽm.Dico,quod hodie ſunt maiores reclamationes vaſallorum,pluſ quam alijs temporibus, & tot, tantaq; capita grauaminum proponuntur, & tamen non vidi quemquam priuatum, ſed ſolum reiecta grauamina, ac punitos Barones de ſuis exceſſibus,& ſeruata fuit ſecunda opinio,quod fuit iuſſum vt venderetur feudum (potius voluntariè,quam neceſſariò per ſententiam,vt vidi in cauſa cuiuſdã Baronis Genuenſis) Viui.dec.447.vlt.par. vbi benè ſic concludit,& Maſtr.nuper in d.tract.de Magiſt.lib.3.c.10.nu.70.cum ſeq.

Sed

Digitized by Google

Sed ſtante opinione Gram. pro vera aliqui limitant dictam regulam nõ procedere in feudo remuneratorio, id.n.
65 non ammittitur ex culpis feudi,cum non habeat propriam naturam meræ, & gratuitę beneuolẽtiæ,iuxta feudi definitionem,& tranſcendit terminos donationis,cum ſit facta ex remuneratione,quæ emptioni comparatur d.l.Aquilius ff.de don.ſic Ann.ſing.209.Gram. dec.65.Marſil.ſing.333.Oſaſ.dec.139 num.78.Viui.com.opin. verb.donatio, Tiraq.l,ſi vnquam d,verb donatione largitus num.13,quæ opinio communis
66 eſt,Tamen tu eam ſublimita,intelligẽdo ſecũdum verum ſenſum, qui ſemper ab adoleſcentia mihi placuit de conceſſione feudi remuneratoriè facta, vbi pcedunt talia merita, ex quibus dari potuiſſet actio,vel Iudicis officium,alias ſi ea merita non preceſſiſſent, aſſerimus talem conceſſionem non excedere terminos ſimplicis donationis, probat tex. l.donari,ibi(nullo iure cogente) ff.de reg.iur. quod ſic declarant glo.Cagn. & Dec.ibi, namq; donatio eſt,quæ non fit aliquibus præcedentibus meritis, & officijs,quæ tñ non obligant ad actionẽ vti de ſeruitijs præſtitis erga parentes, coniunctos, & amicos: Conceſſio remuneratoria erit,ſi quis tanto tempore geſſerit negotia amici,ex quibus poterit petere ſalarium, vel ſi ſuis expenſis quis inſudauerit in bello,ac ſimilibus caſibus, quæ præſtant obligationem, &
67 actionem, in his ceſſat ingratitudo, ac pęnæ feudales, & in his etiam nõ requiritur inſinuationis ſolẽnitas,nec decretum in ipſarum cõceſſione,licet res ſint Vniuerſitatis,vel Eccleſiæ,Bar. l.ambitioſa ff. de decr. ab ord. fac. ſed in alijs meritis, quæ vel ex obligatione naturæ vti ſeruitia,quæ præſtãt filij parentibus
68 vxores maritis,vel ex debito officij,vti officiales qui benè adminiſtrant,milites ſalariati qui fideliter pugnant, hæcq; ſeruitia remunerata, non verè remuneratoriam naturam obtinent,cum actionem hæc non præſtare potuiſſent,prout dicimus de donatione facta coniugi ex
69 ſeruitijs, quod licet probentur magna ſeruitia,obſequia,vigilię in infirmitatibus, non per hoc donatio erit remuneratoria,cum ea obſequia non producãt actionem;Adde Franch.dec.428.in terminis. Et ne aliorum labores mihi videar appropriare, ſunt videnda quæ in hac quęſtione ſcripſit doctiſſimè Pinel. de bon.mater.l. 1. p.3.nu.60. qui viuis rationibus contra communem aliorum opinionem defendit prædictam conclu
70 ſionem.Nec curandum eſt de communi;nam vbi validiores rationes eam vincunt, communis non eſt attendenda, D.de Franch.dec.30. & in terminis de Pon.in ſuo tract.fol.70.qui allegat hũc locum.

Et inferendo ad caſum noſtrum, ſi Princeps feudũ conceſſerit, ac donauerit alicui,ob ſua merita remuneranda, quia pro defenſione in bello multa pericula ſubijt,ac digna Heroum opera egerit,hic laudãdus erit,quod fideliter ſuum munus expleuerit, de quo Princeps debet tenere memoriam,iux.text. l.fi.C.de præpoſ agen. lib.10. & l.j. C. de priuil.eor.qui in ſacr.bell.lib.12.Nõ
71 tamen reperitur cautum, quod Princeps prædictum ſit obligatus remunerare, vnde ſi Princeps donet feudum fortaſſe, non poterit dici remuneratorium,ita vt ob ingratitudinem, & infidelitatem, vel ob alias culpas feudo priuari non debeat, quæ opinio vltra Pinell.roborata eſt auctoritate Glo.Pariſ. in terminis §.30.nu.99.& D.Tap.hanc dicit eſſe opinionem veriorem l.fi. ff de Conſt.Princip.7.art & Reg.de Pon.nouiſſimè viſus, ita refert iudicatum in Conſilio,de quo gauiſus ſum conſ. 59. nu.15. & hunc locum citat idem Reg. de Pont.in ſuo nouiſſimo tract. Sed his
72 circũſcriptis,& ſi ſequi velimus primęuam opinionem contra Pinell.dico fortius,quod etiam in feudo vendito, culpæ feudorum locum habent,ita ex multis rationibus firmant Roland.conſ.10. lib.3.& Tap.ibi, licet Crauett. conſ.6. contrarium opinetur,ex eo,quod feudũ emptitium ſit improprium feudũ, vndè

pęnalia

Digitized by Google

penalia ad impropria non extẽduntur; Adde Præsid.de Curt.fol.33.nu.53. & fol.83 in suo tract.feud.tamen supradicta opinio consuetudine seruatur; & ita intellige limitationem positam, sicque latè Petra fol.81.num.160.de potestate princip.

Limitatur etiam conclusio principalis in feudo ex pacto,& prouidentia, in
73 quo culpa viuentis non nocet successoribus, quibus prouisum est in inuestitura,in quo articulo variè Doctores scripserũt;Realis tamen distinctio terminorum est, quod aut viuẽs delinquit contra tertium, vti in casu nostræ quæstionis,quãdo molestat, & malè tractat vasallos, vel delinquit contra Principem, seu Dominum concedentem.Primo casu,delictum feudatarij non nocet filijs, vel agnatis, cũ delictum debeat tenere suos auctores,l.sancimus C.de pœnis,& non obesse successoribus,quos Princeps vocat,& à cuius pſona successores feudum habent, & non ex persona delinquentis,Affl. & omnes Feudistæ in c.1. §.præterea,& §.penul.quæ fuit prima causa benef.amit.quod secus est in feudo hæreditario,Vrsill.decis.385.Gram. dec.77.(licet se inuoluat,confundendo antiquum feudum cum illo,quod est ex pacto,& prouidentia,& carpit eũ Vrsil. dec.282.nu.20.)

Secundo verò casu,quando offenditur persona Domini? hic punctus ha-
74 bet plus difficultatis;nam siue paternũ, siue ex prouidentia sit feudum, iniuria sic vindicatur per legem feudi, vt culpa viuentis offendat successores c.1. an ille qui interficit fratrem Domini sui,& c.1.quæ sit prima causa §.fi.Alij quamplurimi distinguunt,solum posse priuari delinquentẽ,eiusq;filios,& descendẽtes vt eorum memoria non sit feudo,sed
75 admittantur alij agnati proximiores, lsern.d.§.fi.& §.præterea nu.9. quæ be nignior videtur opinio,vide de Pon in suo tract.fol.423.nu.20.cum seq.Attamen prima communis est, & procedit, dummodo offensio sit magna, vt latè Gayl de pac.publ.c.13. quæ disputatio cum ad nostrum tractatum non pertineat,te remitto ad supra citatos,& latè Farin.q.25.nu.62.cum seq.

Limita etiam positam conclusionem
76 dummodo molestia, & oppressio vasallorum sit quasi generica,& vniuersalis, secus si esset particularis, quo ad aliquos subditos,tunc non procederet priuatio feudi,sed illi particulares,probata
77 hac molestia,& oppressione,seu odiositate possent petere se eximi à iurisdictione Baroniæ, vna cũ familia,ex textu singulari in l.1.C.si quacunq.præd: potest.Capyc.in inuest fol.66 Iacobin. in tract.de Royd.Gram.d.decis.104. & nouissimè Gayl obser.17.lib.1.& Vasq.
78 c.8.nu.18.nam licet Rex non possit eximere aliquem subditum à iurisdictione Baronis, postquam Terram infeudãdo concesserit,vt Luc.l.in sacris C.de proxim.sacr.scrin.col penul Guid.Pap.decis.56. ex causa tamen licita poterit, Crauet.cons.6.nu.100.& est tex.l.fi.ff. si à parentib.quis fuerit manum.vbi pa-
79 trem cogere potest filius ad se emancipandum,ob suam nimiam sęuitiam,imò ipso iure eximitur à patria potestate, glo.c.1.de infan.expos.quæ vt singularis,& in maxima causa mihi deseruit,&
80 vxor licitè potest diuertere à marito,& separationem thori,& dotem repetere, si maritus erit nimis sęuus,vel eam malè tractet,vt D.de Franch dec.244. latè Thessaur.decis.130 ibi, quæ dicatur sæuitia,Item licet aliquando non adesset nimia vexatio, sed inesset magna odiositas,vt solet esse contra aliquos caporales factionis litium, quando Baro litigat cum Vniuersitate, tunc etiam illi vasalli timore,nè opprimantur, poterunt hoc narrare Principi,seu eius Vi-
81 cario; solet enim eo casu expediri saluaguardia,causa cognita, ex l.fi. C.de erog milit.anno.Marc.Anton.Surgen. c.25.in fi. ne Baro in causis ipsorum procedat in criminalibus, nisi ipso Superiore consulto,transmissa copia actorum,Guid.Pap.dec.62.& Gram. d.de-

Digitized by Google

ciſion. & l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic.Præſid. Adde Lanar.conſ.5.qđ ſeruatur etiam in Curia Romana inter Epiſcopum, & Clerum, Caſſiad.dec.6. titul.de priuileg. Et ob præſumptum
82 odium, Baro non poterit cogere ad officium Aerariatus, ait D. de Franch. dec.301.nu.8. & ita nouiſſimè D. de Pon.tit.de elect.Official. §.1. num.8.& Seſe de inhibition. fol.256. cap.4.§.4. nu.20.qui ampliiat,idem etiam in ciuilibus debere obtineri,licet Maſtr.tract. de Magiſtr.lib.5.c.6.nu.214.dicat,qđ cauſa cognita cum temperamento iſtæ ſalueguardiæ ſint dandæ per Proregem.

Sed quæ erit iſta generalis moleſtia,
83 vel oppreſſio, dic quod ſunt ſeruitia per vim extorta, onerum impoſitio,indebita collectatio, iniuriæ reales, vel perſonales,quæ omnia, vel aliqua ipſarum demonſtrant voracitatem ipſius Baronis in omnes ſubditos, Boer. dec.304. Frec.auct.8.Gram.in conſil. ciuil.162. nouiſſimè Viui.vltim.lib.deciſ.447.vbi multa de iſta generali moleſtia;Indebita carceratio ſine cauſa dicetur etiam
84 generalis moleſtia; nam non licet Domino quemquam iniuriare realiter, vel perſonaliter,licetq; aliqui dixerint Domino licere emandare,& moderatè caſtigare ſubditos ad inſtar Magiſtri,Mariti,& Domini in ſeruum,& proximi in proximum,vt C.de emẽdation. ſeruor. & titul.de emendation.propinquor. vt benè Menoch.de arbitr.caſ.364. Gayl obſer.106. par.2. ita vt poterit medio-
85 cribus verberibus cædere, Clar.quæſt. crimin.16. ea tamen opinio non eſt vera,cum nullo modo liceat Baroni realiter,nec perſonaliter vaſallo iniuriam inferre,etiam ad correptionẽ,ita Vaſq; c.8.nu.16. Affl.conſt.ſi vaſallus, Boer.
86 dec.55.modica tamen carceratio permittitur ad correptionem; Adde Menoch.de arb.iud.caſ.380. & modica verberatio humili perſonæ ad correptionem,neq; debere eſſe in conſideratione dixit Affl.in Conſtit.Regni vt dignitatum in ſi.Carrer. §. circa nu.72.vt C.de ſportul.l.2.ac ibi DD. Nam Baro
87 tenetur potius defendere vaſallum, q̃ inferre ei iniurias,Capyc.dec.69.& nõ ſolùm per viam iuſtitiæ tenetur vindicare iniuriam vaſallo illatam,vt in ſua Curia ſibi miniſtretur iuſtitia, ſed ſi in alio foro cauſa erit tractanda, Baro habebit legitimam perſonam comparendi ſine mãdato pro ſubdito offenſo,cum
88 interſit ſuæ iuriſdictionis ſubditos non inquietari, Bartolus qui hoc extendit ad Abbatem pro Monacho, & ad Epiſcopum pro clerico in l.1. §. idem ait, ff.de iniur.Frecc.auctorit.27. & omnino videas Gayl obſeru.125.diſtingnentem, quando Dominus ſine mandato pro cauſis vaſallorum poſſit comparere; nam omnes qui defendere, & protegere tenẽtur, habent actionem gene
89 ralem de iure agẽdi,& defendẽdi,prout Vniuerſitas, quæ pro ſuis Ciuibus agere,& de iniuria, & generali violentia accuſationem porrigere poteſt, & capita contra Dominum temporalem, & ſpiritualem dare, Guid. Pap. deciſ. 464.& Baro ciuilis, qui propriè Domi-
90 nus Terræ dicitur, ſimiliter poteſt capita dare contra criminalem, pro releuamine ſubditorum, Ann. ſingul. 61. quæ ego intelligo, ſi moleſtia tangat pluralitatem, ſecus pro cauſa particulari, ac non ſolum per viam iuſtitiæ,ſed de facto ſit aggreſſus Baro,tenetur va-
91 ſallus defendere Dominum, cum ad imparia non debeant iudicari,vt toties diximus, ita Boer. deciſ. 83, quod facere debent etiam contra fratrem & patrem, Clar. §. feudum quæſt. 27. nam regula ſtat in contrarium, quod nemo cogitur alium defendere, & exponere ſe periculo, Dec. & alij l. culpa caret ff. de regul. iur. Viui. commun. opinion. opinion. 69. part. 1. quamquam hoc dictum, alij intelligant procedere in vaſallo feudatario, vt ipſum defendere teneatur Dominus
92 & è contra, & non in vaſallis ciuibus; nam vaſallus feudatarius, & vaſallus

ratio-

Digitized by Google.

93 ratione feudi,& sic ciuis,valdè differũt; quod nota,est tex.singularis de Pace Constant. l. in causis §. vasalli de quo non meminit Capyc.dec.162.nu. 14.licet sic distinguat. Tamen primam opinionem procedere etiam cum vasal lis ciuibus ab omnibus interpretatur indistinctè,vide Vasq.cont.illust.c.41.& c.43.

Et sic ampliata, & limitata est con-
94 clusio, quomodo feudo priuetur Baro si molestet, & opprimat vasallos; libellus verò contra Dominum qualiter sit concipiendus, vide Iacobin. de homag.nu.27.Aduertas tamen,qđ actio-
95 nem famosam instituere non debent quando ciuili actione vasalli id cõsequi possent, ad instar mariti cõtra vxorem vt ff.rer.amot.Capyc.dec.118. num.7. Franch.dec.161.nu.9. & vasalli an pos-
96 sint testificari contra Dominum, vide Affl.dec 304.Ann.sing.82.& quot testes requirantur contra Baronẽ,& quales esse debeant,vide Const.Regni prosequentes,Capyc.in inuest.vers.prærogatiuæ,quamquam ea Regni Constitu. non seruetur,vt dixi in rubr.num. . . . & pendente causa deducta in iudicio,si quid substantiale apparuerit contra Baronem,an poterit peti,vt suspendatur à
97 iurisdictione,ac vt discedat à Terra, quando testes ibi sunt examinandi, vide Gram.consil.ciuil.162. Adde eũdem Gram. consil. crimin.10. nè super istis articulis sim nimis prolixus: In
98 causis autem grauaminum inter Barones,& vasallos ex Regia pragmatica, Sacrum Consilium est Iudex competens,licet ad inuoluendum negotium soleant Barones instare,si causa pertinens ad feuda sit,in qua posset Regia
99 Camera habere interesse si feudum deuolueretur, vt ea causa remitteretur ad Regiam Cameram,quæ semper trahit ad se cognitionem,vbi vertitur interesse fisci, vt dicit Ann.in repet. const. Regni Diuæ memorię nu.12. quo casu Sacrum Consilium, an Regia Camera cognoscet de hoc incidenti, vide Molfes.super Consuetud.Neap. tom.1. fol. 360. & coniungendo nouissima primis notent Barones verba nostræ pragmaticæ,vt abstineãt à molestia, & oppressione vasallorum,pro foro fori,& poli.

Tertiò, & vltimò, pragmatica dicit (quod permittant Barones pace,& iusti-
100 tia vasallos gaudere) quæ verba sunt magni ponderis, ideo vt aliquantulum cognoscatur eorũ robur, & vtilitas,dico,quod coniunctim pragm. asserit pace,& iustitia, cum vna sine altera stare nequeat,vt dicit tex. supra prag.1. ibi, quia nec pax potest esse sine iustitia, & Isai.22.Opus iustitiæ est pax,Sap.12.In disponenda pace,lex est iustitia,& Psal. Iustitia,& pax osculatæ sunt;& idem,
101 Pax multa,diligentibus legem tuam: ita vt opus iustitiæ inducat pacem,& sine iustitia non solum Ciuitates,sed nec exiguus hominum cætus conseruari poterit,Frec.tit.de off.Magist.Iust.Nec latronum conuẽtus,sine ea stare possunt, Bellug.rub.xj.§.postquam in prin. (nec regitur Regnum,Ciuitas, vel Terra, sine aliquo,qui eam regat) Vasq.in præfatio.nu.133. solum animalia non habent Reges,qui etiam asserit,pacem esse filiam iustitiæ,& data matre, filia venit,vti correlatiua,l.fi.C.de cupress.lib. 10. Vndè si Superiores curabũt seruari præcepta iustitiæ, quæ sunt,honestè viuere,alterum non lędere, & ius suum cuique tribuere §. iuris præcepta de iust.& iur. super quibus consistit omnis Mundi iustitia,vt inquit Zas. de origin. iur. pax erit super vniuersam Terram;
102 Iustitia namq; de cœlo prospexit, vt Psalmista ait, & patet de Lucifero de cœlo expulso; de Adam de Paradiso eiecto, de Cayn profugo facto super terram: Exquibus constat, quod primus minister iustitiæ à principio Mundi fuit ipse Deus, & proindè punitionem scelerum, & iustitiam de iure Diuino esse dicunt §.j.auth.de instru.Cuius iustitię administrationem,postquam populus fuit auctus, & perturbata fuit
103 primęua naturalis libertas, & cognitum, & separatum meum à tuo, dedit Deus in manibus Potentum, vt malo-

Digitized by Google

rum refrenaretur audacia, & bonorum
greſſibus tutæ eſſent ſemitæ, cap. in
apibus 7.q.1.vbi notatur,quod apum
exemplum, Principum poteſtatem ne-
ceſſariam deſignauit, Caſſan. Cathal.
glor.muud.8.par.conſid.1.& iſti dicun
tur debitores iuſtitiæ 33. q. 5. cap.Re-
gum: Et primò creauit Deus Moyſen
& tradidit ei legem, ac tranſgreſſori-
bus pœnam impoſuit, vt Exod. ſi fra-
ter tuus, & vxor tua deprauare volue-
rint veritatem,ſit manus tua ſuper eos,
& effundas ſanguinem ipſorum, alias
ipſi Superiores redarguentur,vt Ioa,16
arguet ipſos de iudicio, & iuſtitia, &
Deutheronom. cap. 13. Regens iuſti-
104 tiam ne declines in dexteram, vel ſi-
niſtram, ſi longeuus eſſe velis ſuper
terram, & vè illis ſi rectum iudi-
cium, & iuſtitiam non conſeruaue-
rint: poſt verò Moyſen, Ietro videns
ipſum defexum in iudicando Populos,
à mane, ad veſperas, dixit, vltra vires
eſt tibi hoc negotium, oremus Domi-
num, quid ſit agendum ? & Deus iuſ-
ſit; Prouide de omni plebe viros po-
tentes,qui præcepta legis obſeruent, &
in quibus ſit veritas, & eos conſtitue,
vt iudicent populos. Et ſic cœptum
fuit poſtea conſtitui Superiores, iuſti-
tiam miniſtrantes, & in his repoſita
fuit iuſtitia,& pax populorum. Et pro-
indè debitores dicuntur iuſtitiæ vt 33,
quæſt.5. cap.Regum. Iſta fuit prima
ſpecies Principatus Deifica,quæ à Deo
emanauit. Poſtea ſucceſſit alia,quæ po-
puli conſenſu habuit principium, quæ
legitima dominatio dicitur, vide Vaſq.
contr.illuſt.c.47. Et talibus Deus ma-
105 iorem dat habilitatem;nam de re ma-
iori,maiorem curam habet, Vaſq.cont.
illuſt.41.in fi. & plures Angelos Cuſto
des ad ipſum regendum cõſtituit, Foll.
in pragm.cenſuali fol. xj. Ac infundit
maiorem gratiam, & ſcientiam diſcer-
nendi,regendi,& imperandi;Hinc de
Saule legitur,qui aſſumptus in Regem,
meruit influentiam prophetiæ, 1.Reg.
cap. 1. Salomon creatus cum fuit Rex
obtinuit ſapientiam à Deo, vt 3. Reg.

106 & Cayphas licet iniquus, propheta-
uit mortem Domini Noſtri,legimus qd
Rex Franciæ nonnullos morbos ſanat,
Caſſan.in cathalog. glor.mund. 5.par.
Quæ omnia Deus conſtituit, ad deno-
107 tandum,quod Vicarij ſunt diuinæ po
teſtatis, & proximiores Deo, dicuntur
enim Dei coadiutores,Paul.ad Corint.
Per me Reges regnant; & Prouerb. 8.
Poteſtas enim à Deo dependet, Vaſq.
præf.nu.106.ac vt Bellug.rub.xj.§.poſt
quam, ipſos facit ſubiectos melioribus
cæli influxibus,à quibus dominantur,&
in eorum morte, vel periculis, teſte ex-
perientia,nos videmus in cœlo ſigna
108 apparere, quæ Cometas nominamus
& ſæpè ſæpius mortem Magnatum,
vel ſimilia accidẽtia demonſtrant.Gui-
do Pap.deciſ.114 & Iſern.in Conſt.tit.
de iure Balij, dicit Nobiles iſtos Supe-
riores eſſe à Deo maioris iudicij dota-
tos capacitate; Hinc in dicta Conſtitu.
109 prouidebatur in 15.anno finiri tutelas
& curas eorum, cum preſumatur ma-
gis tempeſtiuè eis ſubuenire diſcretio-
nem,& aliorũ tuitione non indigere
(licet nouiſſimè per pragmatic.ſit ordi-
natum, quod curator adminiſtret vſq;
ad 18.annũ,prout in priuatis, ad maio-
rem cautelam; Adde ad hũc articulum
Frãch,nouiſſimè dec.650.Mulieres nõ
110 indigent Mundualdis, cum nobilitas
præſumat pro eis conſilio non indigere
vt ibi: Ecce quomodo iſti Potẽtatus,ac
maioratus, ſint à Deo priuilegiati, vt
præſint bono regimini populorum:Et ſi
aliquando gratiæ Dei non cooperãtur,
prouenit ex eo,q omne agẽs agit inpa
tiẽs bene diſpoſitũ, vt Philoſop. ait:de-
bent enim Superiores ſe expurgare ab
111 iniquitatibus;vt gratiæ Dei operẽtur
in ipſis,Luc.de Pen.l.j,C.de deſert.Ec-
cleſ.22.Auſer impietatem de vultu Su-
perioris, & firmabitur iuſtitia eius; &
aliquando ex Dei permiſſione veniunt
dominari Superiores Tyranni, vt po-
pulus caſtigetur, Oſeę cap.8. Dabo le-
gem in furore meo; Tyranni enim
ſunt inſtrumẽta diuinæ Iuſtitiæ, vt Rex
Aſſiriorum ſuper populum Iſraeliticum

Rex

Digitized by Google

112 Rex Gothorũ flagellũ Italiæ: Dionysius ruina Siciliæ, vt Capy. dec. 130. nu. 35. Quanta legimus de Pharaone, vt Foller. 1. ar. nu. 26. in prag. census: Propter peccata veniunt aduersa, propter peccatum Adæ, Mundus, & eius successores fuerunt puniti, alias homo non esset mortal s, sed semper inuenis, neq; su
113 biectus tot angustijs, Affl. 1. Const. Regni nu. 12. Adde Vasq. c. 21. n. 10. quali ter mali magistratus à Deo depẽdeant vbi latè nu. 21.

Hæcq; necessaria putaui ad nostram Pragmaticam, nostrumq; institutum, ad sciendum debitum iustitiæ, quod tenent Barones: Quam iustitiam, scias non consistere in mero iuris rigore, vt insipidè
114 putarunt aliqui, ponendo iustitiam pro seueritate, vt DD. l. placuit C. de iudic. Ideo cum pragmatica nostra dicat (pace, & iustitia) ad demonstrandum quod iustitia debeat esse cõiuncta cum clementia; nam pax pro misericordia, & clementia ponitur, Affl. Const. pacis cultum, & iustitia denominatur, quia iusta esse debet, & æqua. Hinc fingitur Dea iustitiæ cum statera, quæ non debet pendere nec in rigore, nec in pietate, Eccles. iast. Qui iudicat, stateram in manu portet, vtroq; penso, iustitiam, &
115 misericordiam. Summum enim ius, summa iniustitia; nam si nimis rigidus fuerit Superior, dicetur Tyrannus, Boss. tit. de Principe num. 34. si autem nimis mollis, dicetur iniustus, cap. disciplina 45. dist. vnaquè debet informare aliam, cum sapientiæ condimento Cassan. in cathal. glor. mund. 5. par. & dixi in rubr. quod iustitia, & clementia vti debent Superiores secundum accidentia facti, qualitates q; personarum,
116 in atrocioribus enim non est tẽperanda iustitia, & in solitis delinquere non debet Superior esse misericors 23. q. 5. c. j. S. sint, maleficos non patiaris viuere super terram. Numquid sic castigabitur delinquens ex dolo, sicut ex culpa, in l. respiciendum S. delinquunt ff. de pẽn. Cum doloso agatur iustitia, cum culposo æquitas, & multæ sunt causæ, quæ rigorem iuris temperant, & augent, vt benè Luc. de Pen. l. si apparitor C. de coharct. lib. 11. DD. l. quid ergo §. pœna grauior ff. de infam. Tiraq. in tract. de pẽn. mollien. & dicam infra prag. 6. Et sic secundum accidentia, æquitas, vel
117 rigor iustitiæ sunt exercenda, Bellug. rubr. 11. S. compendiosa, ita vt conditio locorum, etiam sit considerandа; nam licet homines ijdem sint, attamen æquitas plus suggerit in vna Terra, quam in alia. Aequitas in loco, vbi versatur copia facinorosorum faciet homines magis procliues ad scelera, quos rigor refrenaret. In alio loco rigor esset Tyrannis, vbi cum magna causa delinquitur, & tunc ibi mitiùs est agendum, Foller. de cens. vers. iuris moderandi rigorem, Ego possem ponere exemplum sub eodem dominio mei Ill. Domini inter gẽtes Solofranas (pace bonorum) pessimæ digestionis, procliues ad mala, & gentes Muranæ Ciuitatis; nam cum prima rigor est perneccssarius, ad constringen-
118 dum aliorum iniquitates; cum illatũ supplicium vni, multos saluos faciat §. homicida auth. de mand. Princ. l. 1. C. ad leg. Iul. repet. cum alia æquitate conseruantur illi, Foller. abundè (vbi me remitto) pro ista materia in loco prẽcitato.

Quid verò sit iustitia, necessariò esset videndum, cum loqui de aliqua re sine definitione, sit tanquam ambulare de nocte sine lumine, DD. l omnis definitio de reg iur. Dic quod multę fuerũt
119 traditæ diffinitiones, vt Bellug. rubr. xj. § postquam, & Addentes ad eum ponũt duodecim differentes diffinitiones, asserentes tamen communem, & veridicam esse, quam Iurisconsul. posuit in l. iustitia ff. de iust. & iu. Alijs placuit ex oppositis, eam diffinire, vel cognoscere (vel
120 melius dixissent eam deriuare, cum aliud sit diffinire, quod demonstrat essentiam rei, aliud deriuare, Rip. in rubr. C. de eden.) sic eam diffinit Bellug. ibi, & ante eum Luc. l. si vacantia de bonis vacan. lib. xj. Ego non tempus cõteram circa istas diffinitiones; sed aliqua eius oppositа, quę non haberent particulare

Digitized by Google

ſedem,in ſequẽtibus pragmaticis, ſumpta hac occaſione iniuſtitiæ, ſuper qua fundatus eſt noſter ſcopus in medium afferam, ad explicationem noſtræ materiæ,& noſtri tractatus, & vtilitatem Baronum,& ſubditorum,

Et primò dico,quod nulla maior in-
121 iuſtitia reputatur, quàm iuſtitiæ adminiſtrationem Terrarum commictere hominibus inſufficientibus cap. vè vobis 11. quæſt.3.nàm ſalus,& regimen ſubditorum,eſt integritas,& prudentia preſidentium, cap.miramur 61. diſt. & qui magiſtratum dat ipſe gerere videtur,l.quidam ff.de re iud, cum omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem C.de emen. Iuſtin. Cod.§.pen.& vulgatum eſt axioma,qđ mala electio eſt in culpa,l.etiam, l.cum mandato ff.de minor. nam tractatur de electione regendi populos, opus ſatis ſublime,& delicatum,Bellug.rub.35.in fi. Vndè quia Barones tenentur demã-
122 dare iuriſdictionem,cum ipſi exercere non poſſint, D.de Franch. dec.511. Frec.de ſubfeu.fo.209.ita vt nec reſcripta expedire debeant, dicendo facias ſic,vel non facias,ſed iuſtitiam tantum poſſunt excitare, Petra de pot.princip. c.j.nu.55.& fo.45,ſolus princeps poteſt mandando decernere, Barba.conſ.23, Adde quod hoc ſancitur ex Conſt.Regni.Ea quæ ad ſpeciale,vbi omnes no-
123 tant, & nouiſſimè meritiſſimus Conſiliarius Tappia,quod Barones abſtinere debent à miniſtratione iuſtitiæ, cum ſubditi terreantur coràm ipſis reſpondere, & tractare, ac eorum iura defendere; Ideò prohibita eſt etiam eis præſentia, in informationibus capiendis, examinandis teſtibus, & torturis infligendis,cum de facili præſentia eorum animos ſubuertere poſſet, & dum pro Vniuerſitate Lauri, fuiſſet de hoc ſupplicatum contra Baronem,fuit prouiſũ, quod abſtineret,Actuario Cioffo. Et ex eadem ratione, fuit eidem prohibitum dum mandauerat,nè ſine ſua licentia
124 carcerati excarcerarentur, quod abſtineret, ſed officialis ſufficiat bullecta, & licentia carcerandi,& excarcerandi. Nam in exercitio iuſtitiæ, omninò ipſi ſe intromittere non debẽt;ſufficiet Officiales conſtituiſſe: Conari ſolum debẽt eligere ad regimen homines ſapientes, qui ſciant diſcernere iuſtum ab iniquo, & ad illicita non inclinare ſoleant,l.nõ idcircò C. de reſcin vend.Adde quod
125 ſic præcipiũt cap.Regni 121.& c.173. & ideo magiſtratus nominantur,quia magiſtri, & ſcientes eſſe debent, l. cui præcipua ff.de verb. ſignif. & exemplũ eſſe debet Ferdinandus Primus,qui curam habebat conſcribendi quinternum bonæ adminiſtrationis,quem ſæpius re-
126 legebat, & officia ijs conferebat, vt Campa.cap.Regni 35. Quæ vtinam ſeruarentur etiam hodie,nam digni,ad digna vocarentur,& nõ ordine perturbato, l.1.C.de diuerſ. offic. lib.12, & ſic
127 obſeruabat Comes de Lemos Prorex nemini ſecundus,qui ſollicitam curam, & inquiſitionem faciebat de hominibus litteratis, & conſcientiatis, & ipſis non prætendentibus, & inuitis cogebat pro publica vtilitate ad officia, prout egit mecum,qui certa die fui ab ipſo euocatus,& coegit me ad acceptandum mu-
128 nus Auditoratus Prouinciæ Calabriæ, & ſex menſibus elaboraui pro effugiendo tanto laboris munere;nam & ſi tale officiũ magnis colatur honoribus, multis tamen malis, & incommodis, atque periculis agitatur, vt benè Cicero in orat. pro Sextio, & indè magiſtratus onus, & non beneficium nuncupatur l. munerum verb iudicandi ff. de muner. &hono.Menoch.de arbit.q.41.Verum-
129 tamen quia perſonæ cogi poſſunt ad ſubeundos Magiſtratus, & vocatus, vt Aaron ſine miniſterio nõ debet reſpuere l.ſi ad magiſtratum C.de Decur.lib. 10.l.ſi quemquam C.de epiſ.& cler.& multa notabilia adducit Maſtr.pohhęc editus lib.j. c.3. in tract. de Magiſtr. & eod.lib.c.30. ponit,quando poſſit quis excuſari ab officio conferẽdo,vbi multa adducit notabilia. Nec ſat eſt,homines eligere literatos,& doctos,ſi non habeant etiam ſalem conſcientiæ; nam

magis

Digitized by Google

130 magis nocere poterit ſapiens infidelis quam inſipiens, auth. de his qui ingrediunt ad appell. §. illud, Bellug. loco præcitato in fi. Inſipida eſt namq; ſcientia ſine conſcientia, ideo debet habere officialis ſalem ſapientiæ, & conſcientiæ, Lucas l. magiſtros C. de profeſſorib. & medic. diabolica dicitur ſciẽtia ſine cõſciẽtia, Frec. de orig. Baro. n. 53. in tract. de ſubfeu. & ſic D. Rouit. doctiſſimè in com. prag. tit. de ſale n. 7. q. dicit magnã
131 fuiſſe controuerſiam, quid ſit magis damnoſum, habere ſal ſcientiæ, & non conſcientiæ, vel habere ſalem conſcientiæ, & non ſcieutiæ; & multi tenuerunt melius eſſe habere ſalem conſcientiæ, quia in dubijs caſibus poterit homo bonæ conſcientiæ adhibere ſibi conſultorẽ; At tamen validiſſimis rationibus cõtrarium firmat, quod vtilius erit publico, magiſtratum habere ſal ſcientiæ; nã impoſſibile eſt, quod is qui capit veritatem facti, & iuris, ſit tàm diabolicus, qđ dolosè, & appenſatè contra propriam conſcientiam contrariam ſententiam proferat contra ſtimulum, vt benè ibi;
132 Debẽtq; eligi experti, & practici, Bar. l. 1. ff. de decre. ab ord. fac. Experientia eſt enim omnium rerum magiſtra §. penult. Inſtit. de ſatiſd. Adde quod non per hoc excludimus, vt de ijs qui experientiam non habent, non ſit facienda electio, vndè dicunt q; aſſumptio Iuuenum non eſt laudabilis. Nam dico, quod non ætas, ſed ſcientia, & mores attendi debent, nam ſi ętas immatura nõ præſtat experientiam, ſcientiam tamen benè explicat, quæ ei proponuntur; imò ætas nimis grauis apta non reputatur, & ex cap. Regni 35, vbi cauetur, quod
133 ſenes nõ eligantur od officia, nec inhabiles, & infirmi, nam & ſi experientia polleant, tamen virtus non ſuffulta viribus, parum prodeſt in inuigilando, laborando, ſolùm in ſupremis Tribunalibus vbi plures ſunt in iudicando, & laborando, hoc non procedit, vt aduertit ſuper dicto Regni cap. D. Tapia cõfert multum ſi ijs adiunctis eligatur homo nobilis, non enim ſolent, vt à cõmuniter accidentibus maculare ſuam famam, & valorem, & ſunt generoſi; vili
134 tamen genere procreati, ſolent eſſe inprudentes, & timidi, ſequendo ſuos natales, & multoties ita sũt in ſuis operibus mendici, propter quod cum magno dedecore officium exercent, & eorum auctoritas vileſcit, & iuſtitia paruipenditur, l. ſi cohartalis, & ibi Ioa. de Pla. lib. 10. Affl. Conſt. Magiſtri Camerarij: Conari etiam debẽt Barones eligere homines, de quibus conſcientiam & experiẽtiam habent, & licet alij multas qualitates adduxerint pro perſonis Officialium, ego tamen ſemper notaui qualitates ex textu, quẽ ab inſigni Doctore didici §. nam hoc inſtit. de iuſt. & iur. qui ad hoc ponderatur, vbi Imperator quando inſtitutiones faciendas iuſſit, elegit Theophilum, & Dorotheum viros illuſtres, eo quia ſolertiam, legum ſcientiam, & fidem, ex multis rerum argumentis cognouerat: hæc ſunt formalia verba text, ad quem aduertere debent alij Superiores in electionibus ſuo-
135 rum officialium, ne vnus qui præſit ruina ſit multorum, vt 11. q. 4. cap. ita hæc non ſolum in damnum eſſe ſolent, ſed etiam detrimentum inferunt principaliter, ipſis eligentibus. Quãtæ lites & contentiones inſurrexerunr inter Barones, & ſubditos, culpa officialium? Quantum ſunt reprehenſi Barones de denegata iuſtitia, & tyrannide, culpa officialium? Et certè valdè in hoc animaduertere debent, nam & ſi in hoc foro rationem non dant, in alio dantes cauſam damnum reſarcient, l. quemadmodum §. Magiſtratus ff. ad leg. Aquil. nam ad damna, & intereſſe tenẽtur ſu-
136 biectis ex mala electione, vltra peccatum mortale, ſi contulerint officium indigno, Couar. regul. peccatum §. 7. n. 2. par. 2. Baiar. ad queſt. Clar. 97. Guttier. quæſt. can. xj. lib. 2. & pro concluſione iterum dico, quod ruminari, & trutinari debent electiones officialium, antequã fiant, & non prece, vel pretio concedi, alias iniuſtitia magna erit.

Item oppoſitum iuſtitiæ, eſt ipſa iniuſtitia,

Digitized by Google

ſtitia,quę fit denegando, vel ipſam ne-
137 gligẽdo, vel contra ipſam iuſtitiã de-
cernendo; quos tres terminos diuerſos
adnotabis ex varijs effectibus. Et pri-
mò denegatur iuſtitia, cum Barones,
vel eius Officiales homines carcerant
de facto, qui licet rei ſint criminis, at-
tamen debent per legitimos iuris tra-
mites,cum ijs tractare,& ipſos facere
expediri, & caſtigari, & non vinculis
mancipari, & in carceres detrudi. Ita
vt vix ſciant titulum inquiſitionum, cũ
eius copiam attingere non valeant, qđ
ex eo fit,vt defatigati ſquallore carce-
ris,& expẽſarum,timore nè moriantur,
reduci poſſint ad votũ Baronis,ad com
poſitiones intolerabiles,vt dicit Pragm.
noſtra finalis.Et audio quendam Baro-
nem,etiam prohibere Aduocatis ſubdi-
torum cauſas criminales defendere, &
138 innocentiæ cauſas demonſtrare,vt ip
ſe,cooperta veritate, ad ſui votum ad-
ducat reum,proh dolor? nec in Inferno
denegantur defenſiones, Bart.in tract.
inter Dęmonem,& Virginem, nec Rex
poterit cauſam diffinire,defenſiones rei
non admittendo,Capy.in inueſt.f.267.
neq;in crimine lęſæ Maieſtatis,D.Rou.
tit.de bon.prod.nu.14.latiſſimè Pinell.
1.par.rub.de reſc.vend.c.2.nu.21.An
139 poſſit reſcribere appellatione remota
Gram.dec.36.n.35.Camp.fol.28.Affl.
dec.391 vbi excutitur,in quibus cauſis
M.C.torquere poſſit ex proceſſu infor-
matiuo; Vaſq.contr.illuſt.c.3. ſi iure
Princeps poſſit tollere defẽſiones, & ex
qua cauſa,& Addentes ad citatam de-
ciſ.Affl.abundè. Nec in Terris quorũ-
uis Infidelium defenſiones negantur,
Baiar.ad Clar.q.50.Et iuſtitię Miniſtri
oppugnant,quorum proprium eſt ex of
ficio defenſiones inquirere, l. & ſi non
defendantur ff.de pęn.l.4. §.hoc autem
ff.de dam.infe.Marſil.§.opportunè nu.
14.Neq; reus ipſe poterit renunciare
140 defenſionibus,& ſi renũciauit, iudex
neq;poterit ſtatim procedere ad expe-
ditionem cauſæ, ſed termini probatorij
lapſum expectare debet,Vrſil.dec.391
ac tertius pro reo appellare poteſt, l.nõ
tantum ff.de appell. niſi eſſemus in cõ-
uictis, vel atrociſſimis, Marſil. de rapt.
virg.num.138.benè. Et ſemper obſtiti
Actuarijs, qui aſſequuntur quandam
diabolicam practicam ſcribẽdi teſtium
141 dicta,quæ faciunt pro fiſco, & ad of-
enſam, & non quæ demonſtrant defen
ſionem rei,& hoc expreſsè eſt prohibi-
tum,vt tit.de Actuar.pragm.6. nam
teſtium dicta ſcribi debent,vt proferun
tur,non aliquo mutato,vel addito,ne
defraudentur rei, vel accuſatores ſuis
defẽſionibus,alias neſcio quomodo po-
terint ſalutem prætendere ex offenſio-
ne,& reſtitutione,quas iſti facere debe-
rent, Clar.q.23. & q. 44. in pract. cri-
mina.notat benè Petra ad deciſ.Gram-
mat.42.

Et circa hunc primum caſum quan-
do iuſtitia denegatur à Barone,videtur
dicẽdum,quod hæc ſit iuſta cauſa pri-
142 uationis feudi,Bal.c.1. qualiter Do-
minus proprietate feudi priuetur, qui
enim abutitur iuriſdictione ſibi commiſ
ſa,facit ſe indignum: Item ſicuti vaſal-
lus tenetur obedire,& præſtare quæ de-
bet,ſic & Dominus debitor iuſtitiæ,eam
reddere debet,alias feudo poſſet priua-
ri,glo.c.j.§.item qui tit.quæ fuit prima
cauſa benef.amitt. Iacobin.verſ.dictiq;
vaſalli,Curt.7.p.in fin.bonus tex.auth.
ſtatuimus C.de Epiſ.& Cler.§.feudum
q.68.Gram.dec.30.

Quæ opinio non eſt vſquequaq;tuta
poſſent tamen procedere cum vaſallo
feudatario, non quod hac de cauſa Ba-
rones feudo poſſint priuari, ſed iuriſdi-
ctione tantum illius cauſæ,quæ à Supe
riore poterit auocari, Franc.Marc.dec.
375.par.2.Capyc.in inueſt.verſ.parili-
tas nu.10.Bellug.rubr.12. §.reſtat, licet
143 non ipſe,ſed officialis eius errauit,Pe-
tra fol.56.n.80.Non enim ſemper pro-
cedit, quod denegans ſuum officium
illo priuetur; Benè verum eſt,vltra auo
cationem cauſæ Baro tenebitur ad to-
tale intereſſe,ac indignationem Princi-
pis męretur,vt Bellug. & Bal. & Caſtr.
d.auth.ſtatuimus,licet habere locum
dicãt,quando iuſtitia denegaretur cle-
ricis

Digitized by Google

ricis, sed pro reparatione huius iustitiæ statutum est, quod partes possint adire
144 Superiores per remedium querelæ, q̃ solent expedire prouisiones, quod mini stretur iustitiæ complementum, iuxta genus, ac merita causæ. Et factis tribus monitionibus expeditur Commissarius qui processum recipiat, & carceratum si causa erit criminalis expensis Iudicis, vel Baronis, contra quem exequi solet pro pœna, & Officialis carcerari pro inobedientia solet, & causa auocatur vt Capy. & Fran. Marc. loc. præc. Petra c. 7 nu. 72. qui dicit esse necessarias monitiones; Verum licet Regij Superiores ter soleant monere, antequam destinẽt Commissarium, tamen S.C. obseruare solet, expedita obseruatoria sine alia comminatione, si non fuerit obeditum, destinare commissarium, Gram. vot. 28.
145 licetq; Baro priuilegium habeat nè causę aliquo modo ab eo auocentur, ob quomodocumq; denegatam iustitiam
146 illud non erit seruandum; nam dolus de futuro remitti non potest, l. si vnus § illud ff. de pact. vt latissimè excutit Grãmatic. d. vot. 28. vbi multa, cum daretur materia delinquendi, l conuenire ff. de pact. dotal. Nec poterit Princeps hac
147 prærogatiua priuari in non audiendo & prouidendo querelis subditorum, vt abundè scripsit Gram. ibi, & Viui, dec. 208. quamquam enim Princeps in prima instantia non debeat se intromittere post factam inuestiturã, Bal. l. 1. q. 43. ff. de rer. diuis. superioritate tamen recipiendi lamentationes expropriari non poterit in præiudicium Coronæ, & dãnum vasallorum, Capyc. in inuest, f. 128 & dixi supra pragm. 1. sed ad hoc, vt per viam querelæ in isto casu Superior possit adiri, oportet quod iudicium non
148 sit cęptum, alias deberet appellari, & cessaret extraordinarium remedium stante ordinario, l. in causæ ff. de minor. Fely. cap. ex literis nu. 8. de Const. & notissimè Gayl pract. obser. 28. lib. 3. In causis vero introductis, vel quæ erunt in limine expeditionis, multi dixerunt quod etiam per viam querelæ poterit adiri Superior vt rescribat inferiori, q̃ causam diffiniat, dummodo prius pars constituerit Iudicem in mora per tres interpellationes; Adde Const. Regni incip. Iustitiarij nomen vers. defectus,
149 tunc Superior solet tempus statuere, intra quod causam expediat, alias auocetur, quod tempus est arbitrarium, secundum terminos in quibus causa reperitur, & licet sit duorum mẽsium iuxta Const. Regni Nomen, & normam, & Const. hac lege, quod idem obseruabatur de iure cõmuni, vt Gayl ibi, & Frãc. Mar. dec. 375 tamen arbitrariũ est Superiori, instantiam breuiare tàm in prin
150 cipio, quàm in fine; quando enim est in limine expeditionis, solent dari octo dies, sic Frec. auct. 11. qui hunc punctũ benè distinguit. Nec obstat illud capitulum Regni Quorundam, quod comminatur, vt infra sex menses, causa terminetur sub pœna auocationis; nam id recessit ab aula, vt ibi Niger, cum esset impossibile intra tale tempus instantias finiri. Vndè arbitrarium est superioribus præfigere tempus instantiæ, maximè quando causæ ab eis remittuntur inferioribus, vt Viui dec. 208. per prag. 14. de off. Magist. Iustit. vbi ordinatur,
151 quod remissiones causarum non fiant sine comminatione, & temporis determinatione ad ipsas expediendas, & si præstituto tempore nõ venerit fides de expeditione, q̃ citentur partes ad procedendum in Tribunali remissæ causæ, sicq; vt iustitia fiat, solent etiam apponere, quod certiorent Superiores ipsos de iustitia expedita, Viui. d. decis. & extat prag. 1. tit. de remiss. caus. Ann. sing. 271. Idemq; nè causa protrahatur, fa-
152 cto decreto remissionis causæ fit cõminatio Baroni, quod intra tantum tẽpus procuret carceratum, ac recipiat copiam processus, alias causa remaneat, vt Viui. d. decis. Quæ omnia fuerunt statuta ob solitam denegationem Iustitiæ Curiarum Baronalium; Et quod pœnæ auocationis causarum ex causa possint fieri à Superioribus, cum eorum sit iustitiam excitare, & curare, vt subiecti nõ

pro-

Digitized by Google

protrahantur,Couar.pract.quæst.c.12, Petra c.7.nu.80.de potest.princ. Adde
153 quod de iure cõi regulariter videtur prohibitum,cũ simpliciter causa debeat remitti, etiam quod vasallus venlret ab soluendus, vt seruari dicit D.Tap. in S.C.in Cõst.Regni Statuimus in fi.tamẽ quando constaret de odio,& malignita te Baronis in illum subditum,tunc posset fieri comminatio,vt supra, Ann.singul.269.& sic seruatur per omnia Tribunalia, quod supradictæ comminationes non fiãt,nisi vasallis conquerẽtibus de iniustitia,dilatione, vel malignitate, & similibus, aliàs causæ simpliciter remittuntur, non obstãtibus pragmaticis aliter dictantibus,quæ sic fuerunt interpretatę;quãdo constaret de aliquo Baronis liuore, vt meminit ibi D.Tap. & tantus põt esse liuor, quod poterit iure decerni,vt causa remaneat,Mastr.lib.4. c.16.nu.223. & dicam infra pragm.8. & nouissimè D.Consil.Roui. tit. vbi de
154 delicto nu.40.notat pro coronide,qđ etiam vbi delictum non constaret, cãm
155 esse remittendam Baroni,cum norma vt ille honoretur, si expressa iniustitia inquisito non fuerit facta, Et qualiter istis casibus verba decreti sint concipienda,notat ibi singulariter; sed si Baro habeat secũdas causas,non poterit cau
156 sa auocari,quia primus Iudex grauauit,vt D.Tap.ibi,& antea Ann.& Viui, dec.208 & dicam infra prag.8,vbi explicabimus remissionis materiam.

Secũdo casu,iniustitia fit ex causa negligentiæ, & datur idem querelæ remedium, quod in præcedenti quęst. quæ differunt in hoc; ibi præsumitur verus dolus,hic culpa,Bellug,rubr.38.S,conquerũtur;& similiter querela datur,si causa non fuerit contestata,alias per appellationis viam est procedendum, vt ibi Belliug. vbi notatur quanto pinguius sit remediũ querelæ,quam appellationis, DD.l.nemo C.de iurisdiction,
157 Verumtamen vt quis constituatur in meris terminis negligentiæ,aduerte qđ ter saltem requiri debet,q valdè extollit Bellug. & antè eum Par. de syndic. verb.negligentiæ,& nouissimè Osas.decis.12.nu.6.Mascar.concl.1588.quæ trina monitio semper requiritur,cũ simus in præiudicialibus, iuxta ea quæ supradiximus hic n.54.Quę Iudicis negligẽtia nõ solum per Superiores poterit reparari,cãm aduocando ad se,sed scias, quod si ea sit erga criminales cãs circa personas, tunc ex magna negligentia Iudex poterit officio priuari, l. si quos C.de off.Præf.Præt.Orien.sic Gayl loco præc.Nouel.in suis regul.verb.negligẽtia;nam vera negligentia dolo æquiparatur,Viui.dec.322.si vero negligentia erit in causis ciuilibus, hæc remittetur syndicatui vbi tenebitur ad interesse,& expẽsas,vt notãt DD.l.2.C.de pæna Iudicis,sic distinguit Iaco.de S.Georg.in tract.feud.in princ.vers.quæritur nu.12.

Sed difficultas erit in his duobus ca-
158 sibus,si Baro habeat secũdas causas, an possint adiri Superiores omisso medio, si primus Iudex denegauerit, vel neglexerit facere iustitiam? videtur q sic, alias nil noui tribueret hoc remediũ querelæ, & videmus,quod qui perhorrescunt aduersarium, & timent iustiam non consecuturos, habent remedium recurrendi ad Superiores omissis medijs l.1.C.quan.Impe.A maiori hoc concedetur,dum iustitia omnino denegatur, auth. multo magis C.de sacrosc. eccl.Accedat, quod licet de iure communi,non liceat per saltum Iudices adire,l.Imperatores ff.de appell.tamen in Regno videtur expeditum,quod omisso medio,possint adiri maiora Tribunalia, ita in Const.cum noua, vbi Afflict. 4.nota.& Maran.in artic.appell.n.377 de quibus meminit Coua.cap.4.pract. quæst.vers.sexta conclusio.

Contrarium tamen est de obseruantia,& veritate,quod ommisso medio de iure non liceat etiam in casibus denegatæ, vel retardatæ iustitiæ, tenent ex antiquis Franc.Mar.dec.375.p.2.Frec. auct.xj.ex nouissimis Ann. singul.269. Gayl obser.28.lib 1. Nec obstat dicta Const.nam aliter per Rit.52. est prouisum,quod omisso medio,non liceat, nõ

quod

Digitized by Google

quod esset delictum, Principem adire qui est pater iustitiæ, sed quia defraudarentur Barones eorum priuilegijs. Nec his refragatur l. 1. C. quan. imp. vbi particulariter est prouisum personis miserabilibus, & est ius singulare, quod non est trahendum ad regulam, l. ius singulare ff. de legib. Et proinde licet Baro-
159 nibus edicta pœnalia proclamare, ne quisquam vasallorum, audeat Tribunalia Regia adire, omisso Iudice primarū, vel secundarum causarum, quæ pœnalia Banna sunt licita stantibus priuilegijs, D. Tap. tit. vbi de delict. & Cōst. Regni statuimus nu. 33. D. Roui. rub. de iurisd. non turb. alias Baro læsæ Maiestatis cri-
160 mine puniretur, si prohiberet aditum ad Superiores, Vrsill. dec. 255. & 265. Frecc. xj. auct. Adde Marc. Anto. Surg. c. 25. nu. 21. quando Prorex potest prohibere accessum ad Regem, vt benè de Pont. in suo tract. de pot. pror. fol. 79. ad tex. l. fi. C. de legat. lib. 10. Imò Baro poterit à quocunq; Tribunali auocare causas, & personas, cum non liceat va-
161 sallis iurisdictionem suam prorogare, neq; foro renunciare, Capy. dec. 9. Vrsill. dec. 155. alias pœna banni poterit à Barone exigi, cui licuit pro sua iurisdictione conseruanda pœnam imponere, l. j. ff. si quis ius dicenti non obtemper. Foller. in pract. crim. vers. audiantur excusatores, licet Addentes ad pract. Tartagl. c. 2. referant, quod dum hoc discuteretur in Consilio, de pœna hac commissa per subditum, quod is fuerit absolutus, licet M. C. omisso medio adijsset quia fuisset iniquum, quempiam puniri eo quod ad Principem recurrisset; Verum ego non discedo à præcedenti opinione, quod pœna possit exigi iuxta stylum Regni, & ita vidi iudicatum in Cōsilio in causa Vniuersitatis Solofræ cum Ill. Domino, penès Actuar. de Caro: frustratorium enim esset priuilegium, si nō posset defendi, Luc. de Pen. l. j. C. vt nemo ad suum patrocinium, & in causa posita per Tartag. potuit esse, quod aliqua iusta causa excusauerit vasallum à pœna, & dolo, non quod ea sententia simpliciter intelligenda sit, & ex indè notandum est quod dicit D. de Franch. dec. 517. quod sunt videndi processus,
162 & non sententiæ, nam facta faciūt variare iura: Et hanc quæstionem firmat Corneus cons. 261. vol. 4. Adde nouissimè Surd. dec. 147. Foll. in d. prax. criminal. ibi, audiantur excusatores n. 162 D. Tap. super iur. Regni fol. 255. quod ommisso medio non liceat, nisi in certis casibus ibi notatis, & per Maran. in art. appell. nu. 379. Verum si tractaretur de causa criminali, & vasallus citatus dubius de odio, & iniustitia Baronis, & suorum Officialium se præsentaret coram legitimo Superiore non incideret in pœnam, cognita causæ veritate, & suspitione, Ann. sing. 561. Immò si esset habilitatus cum cautione de nō discedendo,
163 neq; cautio infringeretur; nam licet etiam rumpere carceres pro iusto timore iniustitiæ, Mascard. concl. 265. Clar. q. 21. n. 26. latè Ann c. 1. de vass. decrep. æt. nu. 58. nam non dicitur fugere, qui vadit ad superiores, l. quis sit fugitiuus ff. de ædil. edic. In ecclesiastico foro autem licet omisso medio Pontificem adire, vt Maran. loc. cit. Et in summa concludimus, quod prohibitio pœnalis Baronis pro conseruāda sua iurisdictione valet; pœna autem non exigitur nisi quando malitiosè, & calumniosè vasallus fugeret iurisdictionem sui Baronis, sed data aliqua causa probabili, quia cessat dolus, cessare debet, & pœna, & sic conciliandi sunt, qui tenēt pœnam non exigi, vt Amendo. ad Franch. dec. 511. & conferūt notata per Cabal. cas. 42. qui ait vasallum non debere esse impunem, licet habeat recursum ad Principem si carceres fregerit: Insuper nota, quod talia banna possunt emitti p
164 Barones habentes merum imperium, sed denegatur alijs habentibus simplicem iurisdictionem, vt benè comprobat Mastrill. tract. de Magistr. lib. 4. cap. 16. nu. 67. Bouadil. lib. 2. polit. c. 16. nu. 81. Verum intellige dummodo talia banna fiant de licentia Principis, non quod liceat Baronibus de per se, vt dicam

prag.

Digitized by Google

pragm.8. Sed quid si Baroni erit vā-
165 sallus odiosus,vel inimicus,& sic ei legitimè valdè suspectus, an eius officiales deriuantes ab eo dicantur suspecti ita vt excusent illum adeuntem Superiorē omissis medijs, Innoc.Abb. & alij in cap.insinuante de offic.deleg.firmāt quod suspecto Episcopo, suspecti erint eius Vicarij;nam vbi caput est suspectū omnes qui caput sequi præsumūtur reddūtur inhabiles, ita vt suspecto capite Collegij,totum Collegium sit suspectū, DD.c.1.de iudicijs, & est tex.l.1. C.si quacunq.præd.pot Crauet.notabiliter cons.6.nu.32.vndè data incompetētia Iudicis licito iure videtur posse Superiorem adire probata inimicitia, seu suspitione,sed aduerte,q̄ suspitio psonas priuat exercitio iurisdictionū , sed cām nō tollit,Castren.l.prętor ff.de iurisd.omn. iud.Et pindè poterit adiri Superior,vt
166 mandet Baroni cognita suspitione,q̄ data præuia lista suspectorum, alios Iudices comparenti assignet, causam delegando,& sic quantumcunq; sit inimicus Baro,vel sui Iudices,non priuabuntur potestate delegandi iurisdictionem; ita vt à Barone non dependeāt Iudices Frec.tit.de differ.feud.quatern.& de tabul.in fi.Carau.Rit.265.Neq; Superior legitimè poterit Iudicem certum assignare , vt Baro ei causam deleget, cum id esset minuere iurisdictionem, sed Baro debet ad sui arbitrium iurisdictionem demandare personæ non suspectæ,Frec.auct.35.benè ; Adde Abb. & DD. cap. si quis de for.comp. an Baro suspectus priuetur etiam potestate delegandi: In practica autem in Regijs Tribunalibus, diuersimodè solet prouideri;nam aliquando Reg. Cur. dat adiunctum officiali Baronis,Capyc.decis. 124.in fi.aliqñ decernit,vt Baro eligat
167 Iudicem in Ciuitate,vt D.Tap. super Const.Regni statuimus in fi.iuxtà ergo facti qualitatem,& odium præscriptum causa solet arbitrari, vt refert idē Tap. super Rit.265.& tanta potest esse causa,vt Baro sit omnino priuandus,si erit inimicitia grauis inter ipsum,& vasallū; nam & si vera sit opinio,quod suspectus in cognoscendo,non erit suspectus in delegando,quod obseruari videmus,ēt quod Præsidente Sac.Cons.allegato suspecto,causa probata, ille remouetur à votando,sed non prohibetur in delegādo,vt D.Roui.prag.xj.tit.de suspit. sed ibidem ipse limitat , nisi causa suspitionis oriretur ex inimicitia , quod sequitur Mastr.lib.4.c.17.nu.85. in tract de
168 Magist.cum alijs ab illis coaceruatis; & similiter respondet,quando tractaretur de causa pertinente ad comodum ipsius Baronis , tunc incompetens erit ipse , & omnes sui Iudices, vnde potest vasallus recta via Superiorem adire,qa
169 incompetentia iurisdictionis sigillat personam Baronis in cognoscendo , & delegando,Cancer.var.resol.lib.3.c.13 Mastr.dec.150. Reg.Tap. super iure Regni tit.de off Procur.Cęs.nu.3.verūtamen in actis inretractabilibus de cōsuetudine, potius quā de iure rescripto Superioris , licet omisso medio obediri
170 debet , veluti si mandet ne Officiales procedant ad torturam ipso inconsulto nam tunc tenentur illi parere, & non disputare, si iustè , vel iniustè processerit ille,& cautius erit, prius comparere petendo reuocationem, & remissionem causæ,quam se supponere periculo inobedientiæ,& etiam si Reus confiteretur in tortura , stante inhibitione confessio esset nulla, & non posset ex ea dari iu-
171 sta condemnatio, solum faceret inditium,Capyc.dec.145.Bellug. rubr.38. S.conqueruntur,Camp.cap.Regni subditorum in fin. qui ait,quod Superiores non grauant iurisdictionem Baronum ijs casibus sic rescribendo.

Tertiò casu,iniustitia fit contra ius,& constitutiones procedendo , vel decernendo, ac iniquè diffiniendo , & in istis similibus casibus datur ordinaria appellatio,& non recursus querelæ , sed gradatim erit appellandum ad mediatum Iudicem,l.Imperatores ff de appell. qui
172 Iudex visis actis per inhibitionem introductis,siue in interlocutorijs, siue in diffinitiuis debet remittere causam

vel

Digitized by Google

vel eius executionem, si primus Iudex benè prouiderit, & ad hoc vt honoretur executio ei est tribuenda, cap. vt debitus honor de appell. Canonist. c. 1. eod. tit. si verò grauauerit primus Iudex, iniquè diffiniendo, poterit totam causam retinere, licet appellatum sit ab interlocutoria, licetq; Iudex sit delegatus, Surdus dec. 175. cũ appellatio totam cãm deuoluat, cap. quorum de appell. in 6. DD. d. l. eius qui, Bellug. rubr. 38. §. cõqueruntur, & non tenetur honorare Iudicem, vt mittat exequutioni sententiã Caraui. rit. 267. Adde Maran. cons. 63. in fi. nam ratione illati grauaminis, pręsumptio mala est in futurum, Vant. in tract. nullit. articulo nullit. ex defect. iurisd. nu. 66. licet S. C. semper remittat causas M. C. cum norma procedendi, licet grauauerit, Franch. dec. 88. in fin.

173 Et aduerte qd talis remissio cum norma solę M. C. conceditur, & alijs Superioribus, Inferiores autem debent causã remittere simpliciter Iudici à quo, vel si adest grauamẽ debet cognoscere de tota causa, vt aduertit nouissimè Meritissimus Consil. Roui. tit. de offic. S. C. prag. 18. nu. 4. quamquam multi DD. contrarium asserant. Et an, & quando Iudex confirmans teneatur remittere causam Iudici à quo, vt ipsam exequatur, vel possit sententiam mittere ipse exequutioni, ita quod actio oriatur ex confirmante, & non ex confirmato, sũt videnda quæ ad partes discutit Gutt. lib. 1. q. 97. pract. quæst. Notabis etiam postremò, quod Iudices appellationis

174 sine legitima causa, non possunt retinere appellationes, quia esset per indirectum se inuestire de primis causis, & iniustè agunt aliqui Barones, qui concedunt auctoritatẽ suis Auditoribus auocandi ad libitum causas à primis officialibus; nam non licet in præiudicium primi Iudicis, & ei fit iniuria, & damnum, vltra quod Officialis secundus in tantũ habet iurisdictionem, quatenus subditi grauantur, & appellationes interponũt alias dicitur incompetens, si vellet se intromittere, Couar. pract. quęst. cap. 9. nu. 2. Auenda. de exeq. mand. Regum c. 6. Boer. dec. 257. licet D. Roui. asserat

175 quod prorogari possit iurisdictio Iudicis appellationis consensu partium prag. 2. tit. de iurisd. non turb. ex nu. 2. cum seq. vbi tamen distinguitur de iurisdictione contentiosa, vel voluntaria.

Sed videamus aliqua exempla denegatæ iustitię, ac aliqua eius opposita, vt

176 præmisimus: & dico, qd maxima iniustitia reputatur, quando Barones extrahunt miseros carceratos à proprio domicilio, seu patria, quod fit sæpius, vt fortasse defatigati, ex tot incommoditatibus, quas extra proprios lares patiuntur, & auxilijs defensionum destituti, cum eis difficilius succurri poterit, possunt Barones ad sui votum reducere eos ad intolerabiles compositiones, vt dicit tex. in cap. nonnulli, & cap. final. de hęret. & probatur infra pragm. final. Hæc est maxima iniquitas, & de iure ciuili est prouisum, quod carcerati non extrahantur, DD. auth. qua in prouincia C. vbi de delict. Osas. dec. 138. in fi. Dec. cons. 286. nu. 3. quod cõfirmatum est nouissimè, & per pragm. 2. tit. vbi de delicto, quod rei non extrahãtur à pro-

177 prio domicilio in prima instantia, ne vexentur grauioribus expensis, ac vt facilius defendi possint, & maiori commoditate viuant. Quæ iuris dispositio procedit etiam in causis ciuilibus: nam vasalli semper poterint petere remissionẽ à Regijs, vel alijs Tribunalibus ad sui domicilium vigore dictæ legis, etiam si Barones non compareant, sed permittant foris vexari. D. de Frãch. dec. 529. Adde tex. & DD. l. omnes C. de Epis. & cler. & Franc. Marc. dec. 360. cum seq. par. 2. videnda sunt etiam aurea verba tex. in auth. vt omnes obed. Iud. §. hæc considerantes, quod vasalli non debẽt extrahi à domicilio, nec in præiudiciũ vasallorum poterint Barones consentire, vt M. C. vel alia Tribunalia cognoscant de causa subditi, ita vt ad illius petitionẽ causa non debeat remitti ad proprium domicilium; nam cum hoc priuilegium sit inductum in fauorem subditorum, cui non potest Baro præiudi-

Digitized by Google

care,nisi ambo consentiant, causa non poterit ibi terminari,Affl,decis,155, & Petra de pot.princip,fol.71.nu.50.c.15 allegant Bal.l.3.ff.de off,Præs. Et quod teneantur ad restitutionem damnorum ex tali molestia,Surd,cons.219.vol.2,& licet de facto Barones extra territoriũ causas committant vasallorum,hoc iure fieri non poterit parte contradicente,vt Petra ibi,ex aliqua tamen vrgen-
178 ti causa, Prorex soiet aliquando decernere,quod citra priuilegiorum præiudicium causa remaneat apud suum Tribunal,Marc.Anton.Surg.de Neap. illust,c.15.nu.1.licet Præs.de Curt.cõtrariũ sentiat de iure f.28. in suo tract, feud.quod Proregi non liceat, & adde Couar,pract.quæst,cap.9. & nouissimè Franch.dec.541. quod vasalli non solũ poterint petere remissionem ad domũ propriam ex dispositione iuris, sed vti poterint priuilegijs specialiter concessis Baroni,vltra ius,etiam ipso renente; nam Rex videtur concedere,gratia vtriusq; inde dũ quidam Baro haberet priuilegiũ contra viduas,& ecclesias,& renueret ipse petere remissionem causę vigore sui priuilegij,dixi sufficere,q̃ vasallus peteret, cum dicto priuilegio is vti possit ex p̃dictis; limita tamen si of-
179 ficialis erit suspectus,& Baro delegaret in conuicinio causam, vt D. Rouit. tit.vbi de delict.nu.9.limitatur etiam dicta conclusio, ex causa,veluti si erit aliqua vrgens suspitio,nè carceratus ibi venenetur,vel si carceres erunt debiles & persona carcerata erit potens,vel ex alijs similibus, tunc Baro in alteram ex suis Terris, poterit carceratum reducere;nam ex causis regulas legis transgredimur.Estq; sing. tex.l.si quis §. qd tamen ff.de iniusto,& rupto test.sic Bel lug rubr.26.§.fi.Frec.auct.30. D.de Franch.dec.526. sed in hoc versabitur Superioris arbitrium,considerare, an coloratæ sint causæ, vel sit iustus zelus Domini; limita tamen si vna esset Ba-
180 ronia, & Baro haberet ius præscriptũ reducendi carceratos ad vnam ex Terris Baroniæ, vt vidi in multis locis, Franch. dec,166.nu.5.Et vasallus si se grauatũ senserit,poterit implorare officium Superioris pro reparatione huius grauaminis,Ann,sing.558, Iser.& Bal. cap,Imperialem §. præterea de prohib, feud,alien.

Finita tamen prima instantia, poterunt carcerati extrahi ad secundum iudicem,si forsan erit in alia Terra Baronis;nam si non esset in eius iurisdictione,nescio quomodo exercere iurisdictio-
181 nem posset, ac carceres habere, nisi Baro illius loci consentiret,vt dicam in sequenti articulo, & quod extrahi possint in secunda instantia ad Iudicem ad quem,firmat Baiar,ad quæst. Clar. 54. nu.10.D.Roui.tit,vbi de delict.prag.2 nu.11.Et dum ego procurassem ad instantiam mei Ill.Domini,vt causa vnius latronis condemnati per duas sentẽtias expediretur in M.C,stante transmissione actorum,vbi reus appellauerat, non potui obtinere, vt in causa procederetur,quamuis esset clarissima,quod omnino remitti debebat,nisi reo transmisso;dicebantq; quod valdè interest personas videre,& earum confessiones audire; Guid.Pap.dec,231. Sed idem fuit prouisum per Reg.Pragm.quæ hoc mãdat,& adducit D.Tap.fol.332. sub tit. de custod.reor.in tract.Iuris Regni, sed intellige supradicta, si appellatio fieret à diffinitiua; sed si tractaretur punctus remissionis,vel alterius incidentis, tunc carceratus non est per Superiorem extrahendus,vt dictat Reg.Pragm, tit.de off.Mag.Iusti.prag.46,cuius tamen expensis debeant mitti ad Superiores,dic-
182 quod expensis carcerati appellãtis, si reus habet substantiam, Bal.l.generaliter §. his de præsentibus C. de iudic, alias Baro tenebitur expendere pro iustitiæ complemento,Boer.decis.193. & dicam infra pragm.fi.de quo Cabal. latè casu 201.

Verumtamen quoad Iudicem secundarum causarum pertinet,scias ipsum constitui non posse in longinquis, sed Baro tenetur constituere infra Prouin-
183 ciam,vt dictat dicta prag.2. vbi de

deli-

Digitized by Google

delicto, vt si reus voluerit appellare, possit causa terminari apud Præsidem suæ prouinciæ, neq; enim poterit Præses alterius prouinciæ se intromittere in alterius iurisdictione, ita notabiliter Abbas cap. nouit de offic. deleg. quod procederet, etiam si Præses haberet iurisdi-
184 ctionem in duabus prouincijs, quod dictum exclamat pro mirabili Fely. c. fi. penul. colu. de iudic. Ac etiam Baro nõ solum intra prouinciam constituere debet, sed quod nõ excedat dietam, ex his quæ notat Capy. de prohib. feud. alien. col. 6. Imò quando habet commoditatẽ suarum Terrarum, vel in conuicinio, fuit decretum, quod constituere habeat Iudicem secundarum causarum infra sex miliaria, Ann. sing. 560. diuersimodè tamen fuit iudicatum iuxta commoditatẽ, veluti infra 8 miliaria infra dietam, vt inter Vniuersitatem Theani, & Principem Hostiliani. Quod ius etiam procedit in Assessore eligẽdo, alias grauarentur vasalli, & adire poterũt Superiores; Sic Rex tenetur deputare Vica-
185 rium in Regno, cum non teneantur subditi eum perquirere extra Regnum, nec extra limites cogũtur cum fisco litigare, neq; Rex poterit causas ad se auocare, vide Mar. Ant. Surg. c. 25. nu. 25. fol. 309. Mastr. lib. 4. c. 16. nu. 76

Similiter defatigari solent vasalli à
186 Baronibus, qui vt macerentur, euocãt processus à manibus officialium, nè in causa procedatur ad actus debitos, vel quando videt Officialem tractantem causam æquè & non rigidè, vt ipsi cupiunt, causas supersedent, & petunt processum sub colore, quod velint consulere, qui nunquam regreditur quod iniustissimum est, ab ordinarijs enim iudicibus causæ auocari non possunt iuxta
187 veram intelligentiam l. iudicium soluitur ff. de iudic. quę procedit in delegato, nõ in ordinario, l. nemo vbi Castr. C. de iurisd. omn. iud. Frec. auct. 9. licet obscurè loquatur, Ioa. de Amic. cons. 62 solius Principis est causas auocare, Petra fol. 38. nu. 68. c. 6. nam postquam est translata in ordinarium potestas iurisdictionis, vetari, vel coarctari non poterit, Couar. pract. quæst. c. 9. hinc decisum est per Boer. dec. 149. Viui decis. 256. & D. de Franch. dec. 409. quod officiales non possunt remoueri durante criculo anni, & etiam si Officiales cõsenserint, reluctante tamen Vniuersitate discedere non poterint; Iurisdictio nãq; postquam in eos est trãslata, non potest minui, neq; arctari, quam cõclusionem dum in facto esset cõtrouersa inter Ducem Adriæ, & Vniuersitatem dictæ Ciuitatis, fui rogatus, vt allegarem pro ipsa Vniuersitate, & ex parte Ducis prætẽdebatur licere sibi auocare causas ab ordinario, ex nouissima opinione D. Roiti, qui sub titul. de susp. ex nu. 10. aliter videtur distinguere, & cum punctus iste sit omni animaduersione dignus, & sit vnus de grauioribus grauaminibus vasallorum, congruenter putaui ipsum excutere, & volui inserere dictas allegationes, quas conscripsi, quæ sunt infrascriptæ.

Alias requisitus pro Vniuersitate Ciuitatis Adriæ comprobauimus allegationes per illius Magnif. causæ Patronum conscriptas, & nonnullas auctoritates etiam adduximus ad fundãdum assumptum, quod Dux dictæ Ciuitatis, & omnes Barones iure non possint auocare à suis ordinarrjs officialibus cãs cęptas, vel incipiendas, iuxta ea quæ iam diu concluſi in tract. de Baron. prag. 3. nu. 138. Nouissimè fui rogatus, vt meã sententiam interponerem, dum ex parte Ducis fiat fundamentum magnum super opinione D. Roui. qui nuper sub
188 suis doctissimis commẽtarijs editis in tit. de suspit. prag 2. ex nu. 10 disputãdo hãc quæstionem videtur firmare, quod Barones non possint auocare maiorem partem causarũ incęptarum, vel inchoandarum, sed aliquas, dummodo causa sit probabilis, eamq; sufficiat esse motiuam, dicit, & si ea in iudicium non deduceretur.

Et licet apud me vrgeat auctoritas tanti Eruditissimi Viri mei obseruantissimi Domini, tamen quid sentiam ego,

Digitized by Google

& non mirum; nam & Iurisconsultus filius non stetit cum sententia Celsi sui Patris, vt tex. l. 3. §. si quis ff. de condit. causa data, & tria fundamenta supponam pro defendenda mea opinione, qđ Barones nō possint auocare causas nullas ab ordinarijs, non existente causa deducta, & probata.

Primò dico, quod distinctio illa, quod Baro non valeat omnes, vel maiorem partem causarum auocare, sed aliquam partem possit delegare, non videtur habere probabilem rationem diuersitatis, cur non liceat maiorem partem, sed solam partem quotatiuam auocare, si .n. eadem ratio prohibitionis viget in toto quam in parte (immò maior) & communis est conclusio iuris, quod quando subest eadem ratio in toto, quàm in parte, idem ius est statuendū, vulg. l. quæ de tota ff. de reiuend. l. in toto ff. de regul. iur. Euerar. loco topico 80.

Et quod adsit eadem ratio in parte, quam in toto, probatur assumptū ex pluribus; Primò adducimus decisionē S.C. ex Franch. dec. 409. vbi concluditur, q
189 Baro non poterit amouere officialem ab officio infra annum, & si ille consentiret: & ratio decisionis fuit duplex, vna fauore iuris publici, quia interest vasallorum, nō mutare plures Iudices in tēpore, sic Andr. in Const. Regn. occupatis; altera ratio, nè fiat iniuria officiali, dum ante tempus à lege determinatū
190 amouetur, q neq; Principi licet, vt benè Molin. de primog. c. 25. Reg. de Pon. in suo tract. de pot. Pror. tit. de elect. off. in prin. Ex quibus & rationibus, fuit decisum, q Barones non possunt limitare, & minuere iurisdictionē ordinarij, tam ante, quam post concessum officiū, cum publicè interfit, vt iurisdictio libera sit apud officialē in beneficium populorū vt dixi prag. 6. nu. 94. & ita decisum nouissimè dicunt Add. ad Frāch. dec. 511.

Ex eodem fonte deriuauit altera decisio, Barones esse obligatos constituere officiales annales, & non delegare cās
191 modò vni, modò alteri. q a hoc saperet magnum inter esse vasallorū, quorū interest vnum, & non multos Iudices habere, l. 2. §. nouissimè ff. de orig. iur. Bal. c. 1. §. quis tit. quo tpe miles, Tiraq. de primog. q. 4. n. 30. & ita decisum refert Frec. auct. 13. tract. de subfeu. Viui. dec. 536.

Hinc adeo radicata est iurisdictio officiali cōstituto, q eius officiū per annū
192 nō expirat morte cōcedētis, vel Terrā alienando, quia quæsitum fuit ius publico, capta possessione officij, & interest non fieri mutationem pro tempore statuto, vt diximus prag. 5. nu. 60. & sequitur nostrā conclusionem nouissimè Mastrill. lib. 4. c. 17. nu. 34. de Magist. & refert decisum Viscon. ad Frāch. dec. 216.

Ex quibus suppositis, patet, qđ ratio principalis, propter q̄ Barones non possunt totalem iurisdictionem auocare à suis officialibus, vel minuere, aut modificare consistit maximè sub interesse publico, nè subditi grauētur in mutatione Iudicum infra annum, si ergo hæc eadē ratio inest in auocatione plurium causarum, & delegatione ipsarū pluribus Iudicibus facienda, & magna detur iactura, grauamenq; vasallorum in particulari prout in tota iurisdictione auocanda, ergo idem ius, quod fuit statutum in toto, debet versari in parte; nā ratio cu-
193 iusq; dispositionis restringit similia ad limites illius rationis, l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 1. semper enim qđ eadē ratio est in parte quotatiua quàm in tota, idem ius esse obseruandum, cōmuniter omnes DD. concludunt, vt in cap. pastoralis §. item cū totum de off. deleg. nam quando vna ratio respicit plura determinabilia, pariter omnia ex ea terminari debēt, l. iam hoc iure ff de vulg. & pup. Et quod vigeat non solum eadē ratio prohibitionis, sed maior, probatur ex sequentibus euidentissimè ex absurdo, inconuenientibus, & ex maiori interesse publico, & priuato, quæ nasci poterint magis ex auocatione partis, quam totius iurisdictionis, & sic.

194 Secundario dico, q si Baronibus concederetur talis facultas auocandi partē cārum, posset ad libitum cās grauiores

auo-

Digitized by Google

auocare,& delegare,& si ex mille causis criminalibus, & ciuilibus, in anno auocaret Baro centum,vel quinquaginta,certè non posset dici grauare, & esset minima pars totius; & eligendo ad sui libitum illas,quas sibi libuerit, dum non habet à iure restrictam facultatem ad tales,vel quales,eligẽdo causas maioris ponderis, quis erit Censor, continuo, & eum sindicabit,si illam, vel aliã iure potuerit auocare; hac opinione attenta considerẽt Ill.Patres,quale grauamen quæso erit maius,vasallos in anno esse subiectos, vt Baro possit eligere centũ,vel quinquaginta(iuxta fori qualitatem) causas delegare diuersis Iudicibus, vel pati vt liceat Baroni mutare infra annum vnum officialem:certè minus detrimenti erit, pati, licere Baroni auocare vnum Iudicem,& alium constituere,quam permittere tot causarum auocationes, & si habitum fuit pro vero,esse magnum vasallorum interesse mutari infra annum vnum officialem, vt supra fuit demonstratum, cur ferendum erit id,quod durius,vasallos habere tot diuersos Iudices delegatos in anno,cum tot interesse, grauaminibus, vt inferius dicemus; ergò cum non solum par ratio prohibitionis consistat in parte quotatiua,sed maior fortius, idem ius quod fuit statutum in prohibendo vnum,debet extendi ad aliud,vt manifestè liquet auth.multo magis C. de sacrosanct.eccl.

Considerent vltra,si dictę centum causæ,plus,vel minus, delegarentur postea p Baronem singulis Iudicibus exteris,perpendatur quantũ sit istud onus extrà proprios lares sequi Iudices,quęrere Aduocatos,& Procuratores, testes adducere, in dies cursitare, insudare cum dispendijs, & incommoditatibus, quas quisque considerare potest, ex ijs quæ communiter videmus contingere, & considerauit solemniter tex.in §.hęc considerantes auth.vt omnes obediant dum sanciuit, neminem à proprio domicilio extrahi, & adsunt pragmaticæ titul.vbi de delict. hoc confirmantes;& data hac opinione pro vera,daretur in consequentiam facultas extrahendi, & perindirectum fraudarentur leges, tanta vigilantia statutæ;nam Baro non faceret iniustitiam delegando causas ex-
195 teris,dum ei non liceat,subditos Iudices eligere in ea Terra,l.3.C.de diuer. offic.lib.10.nec grauaret causas primas extrahendo,si liceret foras delegare, vt dixit ipse D.Roui. tit. vbi de delict. prag.2.nu.10. Perpendat igitur bonus vir hæc grauamina in statera, si grauẽt satis, vltra quam onus auocandi infra annum officialem vnum, & si illud minus fuit prohibitum, cur ferendum erit onus hoc tam durioris ponderis?

Vlterius,si isti singuli Delegati eligerentur per Baronem personæ idiotę, & illis darentur tot Consultores Iurisperiti de alijs Terris conuicinis, quale grauamen posset excogitari maius,vagari pro vna causa,modo apud vnum in vna Terra, modo apud Consultorem in alia; Nec posset dici,quod Baro grauaret, cum non sit obligatus eligere Iudicem Iurisperitum, l.certum C. de Iudic. sed dare Consultorem, vt dixi pragm.3. num.140. Istis occasionibus grauaminum, cur non erit occurrendum,vt præcludatur omne antecedens,ne cuiquam damnum,& iniustitia fieri possit, vt considerat tex.l.meminerint C.vnde vi, adeo quod etiam si lex promulgata esset,& exindè absurdum,vel interesse subiectorum daretur nè sit nutritiua grauaminis abrogari debet,cap.erit autem lex 20.dist.Vasq. contr.illust.c.30.si ergo talis lex non est constituta,sed potius contrarium est decisum per similia, vt fuit supra comprobatum,cur opinio hæc erit admittẽda? Ideo enim Barones anhelant habere hãc prærogatiuam, quia esset vna de maioribus, pro obtinenda quasi totali subiectione subditorum; nam ipsi delegati,quia non præstant cautionem reddendi rationem de eorum sententijs, nec parent syndicatui, post causam finitam, vt Alexand. l. eum ff. de iurisdict. omn. iudic. fine

Digitized by Google

timore iudicant, complacent, grauant, & extorquent, cum non habeant ſtimulum rationum reddēdarum vti ordinarij, & ad votum Baronis eliguntur per-
196 ſonæ, quas ſciunt ſibi complacituras, vt videmus à communiter accidētibus fieri, quæ argumenti ſpecies ſolidiſſima eſt l.3.§.ſi nummi ff.ſi cert.pet.

Nec dicas, quod adducere ſupradicta inconuenientia, non ſit quæſtionem ſoluere; tanto magis, quod non eſt præſumendum, quod Barones committant dicta grauamina; immò iuris præſumptio ſtat pro eis, l.obſeruare ff. de off. Proconſ. Nam reſpondemus, quod
197 timenda eſt auctoritas Baronum; nam quia iuriſdictionem habent in manu, & de facto procedunt, occurrendum eſt ante tempus, Andr.c.1.num.13.quibus modis feud.amitt.& c.1.nu.4. ex quib. cauſ.feud.amitt.Iacob.de Franch.in ſi. repet.nu.16. nec ſtat iuris præſumptio pro eis: ſciunt cuncti, quàm generalis ſit moleſtia hodie Baronum, quorum inter mille, vnus iuſtus reperitur, & tanto magis, quod non poſſent dici grauamina, data opinione hac pro recepta; nam lex quamuis dura ſeruanda eſſet, l.
198 proſpexit ff.qui, & à quib. Et propterea cognito rigore huius opinionis, & eius quod euenire pōt detrimenti, plus in auocatione partis, quam totius eſt aſſerēdum, idem ius eſſe obſeruandum in toto, quam in parte.

Accedat, quod pro noſtra opinione quod Baroni non liceat vllam cauſam auocare ab ordinarijs, ſtant auctores grauiſſimi, quos refert idem D.Rouit. nu.18.allegando Auend.Doctorem inſignem, Schadrer.conſ.16.Frec.& alios; Adducit etiam illos qui ſibi ipſis non conſtant, & modò vnum, modo aliud aſſerunt ex nu.11.cum ſeq.citat etiam alios DD. qui aſſerunt licere ad libitū auocare, & oēs quos enumerat nu.10. volui videre in fonte, ſed mouentur ij ex auctoritate l.iudicium ſoluitur ff. de iudic.cuius verba ſunt (Iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat) & ſecundum hanc diſpoſitionem, illi qui ſequuntur hanc partem affirmatiuam benè dicunt, & non cōtradicunt noſtræ opinioni, & ego confirmo, quod idem per Canoniſt. concluditur in Epiſcopo qui Baroni in iure æquiparatur, vt Bal. l.ſiue pars C.de dilat.Peregr.de iure fiſc.lib.1.nu.105. Illius enim Vicarius
199 dicitur habere ordinariam iuriſdictionem, gloſ.c.3.de offic.Ordin. in ſextò: Attamen Epiſcopus habet facultatem ad libitum auocandi cauſas ab ipſo Vicario; Domin.c.1.de offic.Vicar.Sbroz. tract.de offic.Vic.lib.3.q.39. & mouentur diſpoſitione illius text.l.iudicium nam ſicuti Epiſcopus poteſt ad nutum
200 reuocare Vicarium, vt Innoc. cap.vt noſtrum de appell.Iacob.in tract. feud. verb.Vicarius, ſic & fortius poterit cauſas ab eo auocare; nam cui conceditur plus, licet, & minus; ſed ſi Vicarius con-
201 ſtitueretur ad tempus ordinatū, prout in Vicario electo ſede vacante à Capitulo vſq; ad aduentum noui Epiſcopi, is interim non poterit à Capitulo reuocari; nec ab illo poterint cauſæ auocari, quia ius quæſitum eſt officiali ad tempus, vndè illius iuriſdictio nec tolli, nec minui poterit, vt benè Quaran. ſuper Bull. verb. Capitulum nu.3.& 13. Et proindè ratio DD. vtriuſq; cenſuræ qui tenēt opinionem affirmatiuam, ſtat ſub regula illa tex.quod vetante eo qui conſtituit officialem, iudicium ſoluatur; Cumq; contrarium ſit receptum in Regno, quod officialis non poſſit auocari durante anno, & interea eius iuriſdictio minui non poteſt, vt ſupra demonſtrauimus; ergo DD.illi non contradicunt huic opinioni, ſed conciliantur, vt non procedat eorum opinio, ſi tempus determinatum eſſet officiali, & ſic diſtinguit Maſtrill.in tract.de Magiſt.lib.4.cap.17 nu.16. qui ita intelligit auctoritatem quam nos adduximus in pragm.hac.

Cæterum ex dinumeratione Doctorum vtriuſque opinionis, poſſet dici caſum eſſe dubium, cum non appareat de communi, & iſto caſu reſoluti iuris eſt, q in ſimilibus ea opinio attendi debet,
202 quæ æquior extat, immò ſi vna eſſet com-

Digitized by Google

munis, & altera æquior, attendenda est opinio magis æqua, Cæuall. in præf. cõmun. opin. & D. de Franch. dec. 30. quã tũ aũt opinio hæc negatiua sit æquior, tollens inconuenientia, æqua, occurrendo grauaminibus, vtilis respiciens publicum, iam fuit plenè supra demonstratũ; & propterea omni via erit sequenda, & amplectenda, vt Barones non valeant auocare causas ab ordinarijs.

Nec refert quod D. Rouit. dicit ibi nu. 21. quod in contingẽtia facti Consiliarius Quiros decreuit, non licere Baroni Postilioni auocare causas ab Officiale dictæ Terræ, ex quo cum eo habebat liuorem, vndè infert à contrario sẽsu cessante liuore, illud decretum tacitè subintelligendum, licere auocare; nam
203 istud est vim facere intentioni illius decreti, nam sententia est stricti iuris, & non patitur extentionem, maximè vbi contrariatur iuri, l. 1. C. si plures vna sent. Frãch. dec. 228. Item nec illud de-
204 cretum potest pro lege adduci, tum quia æquiuocum, tum quia non constat fuisse factum in bãcha, sed forsan domi, de quibus nõ habetur magna æxtimatio, Franch. dec. 511. sed ex parte Vni-
205 uersitatis fuit prẽsentata decisio Sacri Cons. facto verbo iunctis Aulis pro Ciuitate Grauinæ, vbi fuit obtentum decretum tenoris sequentis: Quod Capitaneus Grauinę suam ordinariam iurisdictionem exerceat, & quando casus acciderit in quo Ill. Dux voluerit aliquam causam delegare, S. C. reseruat prouisionem faciẽdam super auocatione; & sic habemus legem, non licere auocare, nisi Superiore consulto, cuius pertinet examinare an liceat, & si causa iusta sit, & propterea non esset amplius disputandum de hoc, cum ea decisio fecerit legem, Affl. dec. 190. Gama decis. 228.

Tertiò principaliter aduertatur, qđ D. Roui. nu. 22. tenẽdo opinionem (pro nunc, vt ipse asserit) quod Baro re integra possit auocare particulares causas subiungit, & licere hoc ex ꝓbabili causa; & cum hac qualitate ista opinio esset ineꝑugnabilis; nam quælibet iusta causa efficax est, vt Officialis priuetur facultate cognoscendi eas causas, quas prætenderet Baro auocare, ad instar suspitionum, quibus propositis, & probatis, Barones causas illas delegãt postea Caraui. rit. 265. Sed id quod non arridet, est, quod postremò subdit: Quæ causa probabilis sufficit, quod sit motiua, & non quod sit probanda, & in iudiciũ deducenda, In hoc stat grauamen, & alteratio, solum enim in Principe dum disponit in casibus dependentibus ex sua
206 voluntate, sine tertij præiudicio, solus animi sui motus habetur pro ratione & causa probabili, glo. l. relegati ff. de pœnis, Paris. cons. 5. nu. 135. Iaso. cons. 233. sed si ea dispositio posset afferre detrimentum, tunc causa motiua non præsumetur probabilis, neq; in Principe, & maximè si enunciaret aliquod ad sui beneficium, vti quenquam rebellem vel feuda sibi deuoluta, vt DD. communiter in clem. 1. de prob. Crauet. de antiq. temp. par. 1. ar. j. cum seq. & Reg. de Pont. cons. 4.

Sed in inferioribus à Principe, nõ vidi contradictorem, quod quando causa requiritur, vt aliquid licere eis possit, causa prius erit deducenda, & probanda, Fely. & alij c. j. de rescrip. Alex. cõs. 112. lib. 7. Petra de pot. princ. fol. 299. nu. 18. & est communis opinio. Et propterea nõ sufficere cãm motiuam in Barone prætẽdente auocare causas à suis ordinarijs assero, semper enim in fraudẽ posset enunciare ex causis dignè suam mentem mouentibus, auocamus, & delegamus, (& quis erit scrutator eorum iustę mentis?) occurrendum est igitur fraudibus l. in fundo ff. de reiuind. ideo causam omnino esse proponendam à partibus, & probandam, ad instar suspitionum, est dicendum.

Quam causæ cognitionem possemus etiam attentare, esse examinãdam per Regios Superiores, nam quando tracta
207 tur de auocanda causa ab ordinario, tunc Baro non cognoscit causam subditorum, sed causam officialis, de quorum

cau-

Digitized by Google

cauſis cognitio non ſpectat ad Barones ſed ad Superiores, & exindè dixit Caraui.rit.265. quod de cauſis ſuſpitionũ officialis,Regij Superiores erunt adeũdi,& non Barones,& potius de facto, q̃ de iure ſe ingerunt hodie in cognitione ſuſpitionum. Item Franch.dec.409. num.2.dixit,quod remouere officialem
208 ob infirmitatem, vel ſimilem cauſam iuſtam, ſpectat ad Regios Superiores hoc examinare, & non ad Barones, & ita dictat Cap.Regn.35.& propterea idem iudicandum eſt in auocatione iuriſdictionis quotatiuæ,dum Baro non habeat de iure facultatem cognoſcendi de caſibus pertinentibus ad officiales,& confert deciſio ſupradicta S.C.p Ciuitate prædicta Grauinæ,dum reſeruat S.C.examinare caſum, quando Ill. Dux voluerit cauſam aliquam auocare à ſuo officiali. Et tanto magis quando ſunt lites introductæ apud Superiores, inter Dominum,& vaſallos;nam ſtantibus iuſtis præſumptionibus odij,& liuoris,ac æmulationis in vaſallos, cognitio omninò examinari deberet per ipſoſmet Iudices grauaminum.

Quibus ſic fundatis;credo quod Barones iure non poſſint auocare cauſas ab ordinarijs, & alijs delegare ſine legitima cauſa deducta,& probata: Cauſa ſtat ſub ſupremo Conſ. Collat. volui hæc motiua adducere pro mei ingenij facultate,cuncta diligentius,& accuratius rimentur ipſi Ampliſſimi Senatores.

Vlterius procedendo nota, quod iniuſta eſt illa prouiſio,quã Barones continuò expediri vidi, reſcribendo ad in-
209 ſtantiam partis, & ex officio, vt ſententiæ,& decreta ordinarij officialis reuiderentur per alium Iuriſperitum, cũ in cauſis talibus non detur de iure reuiſio,ſed gradatim erit appellandũ ab officialibus,nam reuiſio decretorum poteſt dari, quando decretum, ſeu votum
210 fieret à perſona non habente iuriſdictionem,prout continuò obſeruatur in votis ſapientum,tranſmiſſis ad officialẽ id enim poterit reuideri per alium Iuriſperitum,quia Aſſeſſor ille non poteſt dici,ſi iuriſdictio ei à Barone tributa non eſt, Theſſaur. dec. 25. & ita in terminis Reg.Tap.in Conſt.Regn. ea quæ ad decus nu.47.ſic etiam Baro,vnum Aſſeſſorem,& non plures tenere poteſt,
211 & vnum Iudicem ſecundarum cauſarum,& non plures, Frecc. auctorit.3. in tract. de ſubfeud. Baro enim dicitur grauare plures officiales conſtituendo ſuper vno negotio,& ſic prohibetur facere plures Aerarios ſuper vna adminiſtratione,nam à pluribus plurima grauamina recipiuntur, Tiraq.de primog. q.4.num.30. Inſuper vidi multoties du-
212 bitatum, an Baroni ſufficiat mittere officialem nõ Iuriſperitum ſine Aſſeſſore,vel teneatur illi aſſignare Aſſeſſorem & ſi in commiſſione non expreſſerit, vt officialis procedat cum voto Doctoris an ille decernere poſſit ſine nullitate;& qd̃ illiterati conſtitui poſſint Iudices,eſt tex.l.certi C.de iudic. & ſi eius iuriſdictio non ſit arctata, quod poſſint decretare ſine voto,dixit Menoch.de arbitr. iud.q.23.nu.9.ſi verò officij commiſſio
213 ſit limitata,vt is procedat cum conſilio Aſſeſſoris, tunc ſi ſpecificè Aſſeſſor erit aſſignatus,eius votum erit requirẽdum vbi eſt neceſſarium; Non enim sẽper eſt de eſſentia votum, Maſtrill.de Magiſtr.lib.4.c.17. nu.110. ſed ſecus ſi officialis Aſſeſſorem non habet,nam ad ſui libitum votum alterius petere valebit:Sed an oporteat, vt ſit Doctor, vel ſufficiat illum eſſe Peritum vti Licenciatum, ſcias quod de iure non cogitur eligere Doctorem in Aſſeſſorem,
214 ſed ſufficit habere conſilium ab homine in iure verſato, vt Menoch. de arb.iud.caſ.253.nu.6. Salyc. l.1. C.de pæna Iudic.qui malè iudicauit,vndè ſiue à Barone, ſiue ab Officiali eligatur Aſſeſſor peritus,licet non Doctor, Vniuerſitas non poterit legitimè conqueri, & ita dictat cap. Regn. 173. verum ſi commiſſio erit limitata, vt officialis omnino cum voto debeat prouidere, tunc Officialis ſine conſilio decreta explicare,& decernere non poterit, Carauita

rit.39

Digitized by Google

sit, 39. num. 7. vel vbi partes petierint, Crau. cons. 140. Paris de synd. verb. Assessor, & an acta sint nulla, sunt videda verba suæ commissionis, & potestatis, si irritant in casu contrarij, alias esset appellandum, de Pon. cons. 67. nu. 15. Felyn. cap. ex parte de const. Insuper aduertas super hac materia, quod si Assessor eligatur à Barone, ille habebit iurisdictionem iudicandi, & ab eis decretis erit appellandum, & non datur reuisio, Boss. tit. de sent. nu. 21. sed si eligeretur ab officiali, tunc quia is non poterit iurisdictionem illi tribuere, decreta poterint reuideri, Gramma. consil. ciuil. 118. Thess. dec. 28. est in hoc alia differẽtia,
215 nam quando Baro eligit, ipse tenetur prouisionem Assessori præstare, iuxta officij qualitatem, Menoch. cas. 254. si verò officialis ipse sibi eligat, suo sumptu salarium præstabit, nisi in contrarium sit consuetudo, quia actus ex solito interpretantur, Surd. dec. 129. nouissimè tamen per Reg. prag. 15. sub tit. de offi cial. prouisum est, vt officiales sine Assessore non decernant sub pœna irritationis actorum, & alia arbitraria. Item Ba-
216 ro Iudicem secundarum causarum eligere debet, & non modo vni, & modo alteri causarum appellationem delegare, vel mittere ad consulẽdum, Viui. dec. 356. quod ex eo fit, vt causas ipsi delegent personis, quas cognoscunt sibi complacituras, quod est iniquũ apud se retinere causas, eas delegando, Frec. de subfe. auct. 13. & Viui. ibi: ita pronun ciatum per Consilium inter Vniuersita tem Biccari, cum Marcello Caracciolo, Actuario Figliola. Nec suffragari debet illa fraus, quod vt officiales ad nutum possint reuocari illos creant Locumtenentes per interim, dicendo, donec ordinarius alter veniat, quod fit in fraudẽ
217 quia officium Locumtenentis ad nutum reuocari potest, Iacobi. d. vers. Vicarios, & ipsi Locumtenentes, ne reuocentur pendent ab ore Superioris, & iuxta sui arbitrium causas tractãt, nec habent prouisionem, vti ordinarij: Cui grauamini, ac fraudi, in S. C. pluries fuit obuiatum, & decisum, quod tempus Locumtenentium nõ excedat exercitium quindecim, vel viginti dierum, quibus elapsis Baro tenetur constituere ordinarium, nè fraus fiat legi, l. non dubium C. de legib. & ita decisum per S.C. inter Vniuersitatem Vallis Vitulani, & Baronem, Actuario Figliola; ita Franch. dec. 98. in fi. & ideo per leges fertur, qd
218 Locumtenens possit esse etiam de patria contra regulam l. eadem de offic. Assess. vbi quis non potest exercere officium in sua patria, quod fuit extẽsum
219 etiam ad Actuarios, qui impropriè dicũtur officiales, D. de Franch. d. dec. 98. tamen Locumtenens ratione modicæ exercitationis, ob aliquam causam absentiæ potest esse, Affl. const. Magist. Camerar. Paris de synd. verb. substitutus, & Franch. d. decis. Adde quod isti Locumtenentes regulariter constituuntur
220 à Baronibus, sed multoties etiam officiales ipsi in eorum absentia in casu impedimẽti hos faciunt, & posse eos creare, Maran. in art. iudic. deleg. vel ordin. nu. 6. licet per Cap. Regn. incip. Quia de Vicarijs, & alijs Regni prouisionibus videatur prohibitum, nè per substitutũ exerceatur iurisdictio; nec officiales causas poterunt alijs delegare ex causa
221 suæ suspitionis, & similium, vt erat de iure communi, l. cum Prætor ff. de iudic. nam solum Baronibus hoc competit, D. Tap. d. cap. Regn. vbi etiam tangit quæstionem præcedentem, & concludit esse seruandam illius loci consuetudinem, cum diuersimodè in Terris practicetur, ego dico quod de iure officiales possũt in casu modicæ absentiæ Locumtenentes creare, si Baro non fecerit particu-
222 larem prouisionem de Locumtenente in casu absentiæ officialis, nam dicta iura Regni prohibent, per substitutum iurisdictiones exerceri; sed non negant ad tempus licere, ex aliqua iusta causa Capy. dec. 152. Guid. Pap. dec. 234. Paris de syndic. verb. substitutus, & benè Gutt. de quo nemo meminit lib. 3. pract. quæst. 39. qui tamen Locumtenentes possunt esse Ciues, quia difficile est pro

me-

Digitized by Google

modico tempore reperiri aduenas, & obseruatur indistinctè: Et in Ciuitate Cosentiæ adest consuetudo, quod semper quod vacat officium Gubernatoris vel Iudicis illius Ciuitatis, creari debeat per interim Magister Iuratus, qui reperitur pro tẽpore, & ita nouissimè D. Rouit. prag. 5. tit. de syndic. qui idem sequitur, sed cessante priuilegio, vel consuetudine, si absentia ordinarij esset longa
223 constitui debet à Barone Locũtenens aduena; officialis tamen non potest sibi substituere nisi per aliquot dies, latè Regens Tapia super Const. Regni officia quæ, verb. Vicarios, D. Roui. benè tit. de offic. S.C. prag. 24. & an, & quando per
224 substitutum officia possint exerceri, & an Prorex possit sibi substituere in casu absentiæ, nouissimè Mastril. de Magist. lib. j. c. 29. per tot. artic. omnia coacerua t, quę officia possint pati substitutum, & data substitutione pro vera, an substitutus habeat eandem iurisdictionem & auctoritatem, vel minorem: & an sub-
225 stituens, & eligens substitutum, vel Locumtenentem teneatur pro eo de malè gestis, ibi Gutt. & D. Rouit. locis præcitatis hoc disputant.

Limitatur tamen solũ in paruis Terris, vel Villis, in quibus regula restringi
226 tur, vt etiam Patriotæ possint esse officiales, cum difficile sit extraneos accedere ad tam paruas Villas, ita Affl. const. Iustitiarijs, plenius Thess. dec. 268 exigua enim non sunt in consideratione, nec subiacẽt regulis, Tiraq. tract. de reb. exig. Hinc est, quod Baroni licet qñ habet duas Terras vicinas, & paruas, tenere vnum officialem, qui in vtraque
227 per interuallum assideat, D. de Frãch. dec. 166. quod seruatum videmus; Adde quod indè fit, quod propter modicã iurisdictionem videmus in Patrijs proprijs officium exercere Iudices Baiulorum, Ponderum, Portulaniæ & similium
228 Indè multoties ipsimet officiales funguntur vice Iudicis, & Actuarij, quod est prohibitum, vndè si acta regulariter conficerentur ab officiali essent nulla, Viui. dec. 48. & dicam infra pragm. 8. Mastr. lib. 1. c. 23. nu. 80. Indè est quod
229 nec Baro tenetur dare ordinarium Consultorem assistentem in paruis Terris, & paruo officio, quia sumptus excederent emolumenta, vndè sat erit in conuicinio Iurisperitum eligere, & sic vidi iudicatum p Reg. Cam. inter Matheum Paganum Baiulum Ciuitatis Cosentiæ, & Casalium, quæ prętendebant, vt ille esset obligatus tenere ordinariũ Consultorem, & fuit decisum, sufficere causas cum voto decerni, sed si expensis Vniuersitatis ordinarius peteretur, esset dandus: Item tales officiales in paruis Terris, possunt esse officiales vltra annum, Mastr. lib. 1. c. 21. nu. 23. cum seq. Garf. tract expens. c. 21. nu. 5.

Verum quando officialis habet plu-
230 res Terras debet residentiam facere in loco solito, vbi maiores ius soliti sunt reddere, alias Baro grauaret mutando l. pen. ff. de iust. & iur. vbi Bar. & alij no tant; nam honor vnicuiq; est seruandus alias iniuria fit, prærogatiua aliqua priuando quẽquam, l. obseruare §. magni ff. de off. Procons. quæ singularis reputatur; sed quando sunt plures Terrę, tamẽ sub vna Baronia compræhensæ, in quibus residere solet vnus officialis in loco, & capite Baroniæ residere debet, nec
231 poterit Baro in præiudicium constituere plures officiales, vel quod alibi resideat, vt est videre in causa inter Marchionem Vallis, Baronem Fluminis frigidi, & Vniuersitatem Longobardi, quę prætendebat sibi constitui Iudicem separatum, & non extrahi carceratos ad
232 dictam Terram Fluminis frigidi, & nõ potuit obtinere, de quibus de Pont. decis. 4. benè, & conferũt dicta p Franch. dec. 166. Verumtamen illa Vniuersitas mouebatur (vt mihi dicebant) ad petẽdum separatum officialem, quia hyberno tempore sine maximo periculo non potest dari transitus de vna Terra ad aliam, & multi periere, & maximé mulieres, quæ æquitas potuisset mouere Collat. Consil. vbi adhuc causa discu-
233 titur, vt locus comodus assignaretur, & mutatio potest peti ob absurda, & in con-

Digitized by Google

conuenientia quæ videntur sequi, ad rex. l.locus ff. de iudic. vbi Barbos.nouissimè,&Franch.d.dec.166.An autem
234 secundarum causarũ Auditores possint constitui, & teneri in Terris primarum causarum; valdè fuit dubitatum,& dicebant aliqui quod non, quia cum timore procederent primi Iudices,&ab omnibus causis de facili appellaretur, nam vbi Leo pedes figit,cętera animalia fugiunt,sic Capyc.dec.27.nu.33.& causa quare iustitiæ administratio fuit interdicta Baronibus,est nè cum timore vasalli coram eo litigarent,Frecc.auct. 13.& proindè Rex in Terra Baronis nõ
235 poterit tenere Regias Audientias, & alia Tribunalia maiora,l.fi.C.de locat. præd.lib.12.Capy.de prohib.feu.alien. col.6.Frec.auct.38. nam libẽter omnes causę aduocarẽtur ad ipsas,vt videmus etiam in Terris Regijs quotidie cõqueri ordinarios Iudices, & benè de Pont. in suo tract.de pot.proreg.fol.89.nu.54 quod non potest Princeps in Terris infeudatis ponere Tribunal Prouinciale, vel simile, Luc.l.prædia nu.54. C.de locat.præd.ciu. Lanar.cons.54.secus si Baro non haberet merum imperium, sed simplicem,vel mistam iurisdictionẽ tantum, quia tunc Rex haberet facultatem, Capyc.dec.27. nu.24. Cancer. var.resol.lib.2.tit.2.nu.290. qui ita dicit fuisse iudicatum,& de Pont.loc.cit. limitatur tamen vbi esset antiqua consuetudo in contrarium,vel Barones non contradicerent,vt de Pont.tit.de offic. §.1.nu.57.verum hæ rationes non stringunt, cur Iudex non possit commorari in loco suæ iurisdictionis;nam Tribunal maius, potius tollit inconuenientia, quàm adducit, tantò enim minus grauantur subditi,cum sciunt Iudices propè esse,qui grauamina repellant, vt dicit tex.l.1.ff.de appell. immò Iudex secundarum causarum,necessitatur quasi residere,vel accedere pro causis termi-
236 nandis ad Terram iurisdictionis;nam in alia Terra diuersi dominij non poterit ius dicere sine licẽtia illius Baronis, Alex.& Marsil.l.fi.ff.de iurisd.omn.iud, hinc emittunt banna Barones, vt nemo exerceat iurisdictionem sine licentia ipsius,etiam in exteros, benè Maran.in artic. citationis nu.41.Nec Rex poterit exercere iurisdictionem contentiosam, nisi extra Regnum, Affl.const. Capitaneorum,ac Barones Regni videmus, q Neapoli nullam iurisdictionem cõtentiosam exercere possunt sine licentia
237 Proregis,Frecc.auct.30.vide nouissimè D.Tap.post hæc ẽditum in Constit. Regni incip.de quęstionib.lib.3.de iure Regni,vbi notat,quod in Ciuitate sine licẽtia Proregis in causis ciuilibus, neq; criminalibus Iudices à Baronibus constitui possunt.& Couarru.var.resol. lib.3.c.2.nu.8.cum seq. & oritur ex ratione antea dicta,secundum DD.l.fi.ff. de iurisd.omn.iud,Marant.latè in sua prax.in d.artic.citationis nu.41.& in artic.sentent.num.5. & ad prædicta qđ iurisdictio non possit exerceri per officiales loci, sine illius Baronis licentia facit, quia etiam in Ciuitatibus demanialibus, Proregis, vel Præsidis illius Prouincię conceſſio erit petenda,& tũc solet fieri decretum, quod liceat illi exercere officium forsan Assessoratus, vel Iudicatus, dummodo executiones causarum capitalium exequantur per ipsum Regium Tribunal, & aduertit D.Tap.allegata Const.Regni de quæstionibus,& Affl.ibi; Ac notandum
238 est, quod talem licentiam non poterint impartiri officiales locorum,sed impetranda erit à Baronibus Terrarum, glos.clem.vnica de for.comp. D.Rouit. pragm.1.de iurisd. non turb.nu.13.vbi subnectit aliam pulchram quæstionem, si Baro aliquis fuerit solitus exercere actus contentiosæ iurisdictionis in Terra alterius, si ea facultas præscribi
239 possit,& quantum tempus requiratur & si Baro loci in possessorio habendo iuris assistentiam,& alter resistentiam habeat,ibi te remitto: Quid autem, si citata erit persona,sine licentia Iudicis loci, vbi persona fuit citata, an ille homo teneatur comparere apud Iudicem citantem, & petere remissionem causæ,

vel

Digitized by Google

240 vel citatio erit nulla, D. Rouit. loc. supradicto, videtur innuere, qđ actus non sit nullus, & ille teneatur comparere, & sua iura proponere circa fori declinatoriam. Tu distingue, quod aut citatus non est subditus citantis, & non constat de iurisdictione in ipsum citatũ, & tunc nõ tenetur cõparere, & citatio erit nulla, quia cum ille nõ sit suus ordinarius; vel delegatus cum potestate, parere illi non tenetur, vt l. 3. ff. de iud. & ideo nec iustè poterit cõtumax reputari l. contumacia §. fin. ff. de re iud. Mysing. cent. 6. obseru. 7. Menoc. tract. recuper. remed. 15. nu. 16. Aut est dubium facti, vel iuris, vt puta, quia citatus deliquit, vel contraxit in loco citantis, ex quibus ille prætendit habere iurisdictionem, tũc citatus tenetur comparere, ad tex. l. 2. ff. si quis in ius voc. l. si quis aliena ff. de iudic. Felin. cap. cum ordinem de rescr. Carau. Rit. 230. nu. 3. nam actus non-petendi licentiam à Iudice loci, est cõtemptus, sed non per hoc citatio annul-
241 latur, si Iudex habeat iurisdictionem in citatum, & licet ille habeat exceptionem elidibilem illius iurisdictionis, & sit notorium Iudici, citatum habere priuilegium, tamen quia Iudex ille habet fundatam iurisdictionem, Reus tenetur
242 probare suam exceptionem, vt Felyn. loc. cit. Hinc Iudex notoriè suspectus, quousquè suspitio non proponatur, legitimè procedit, Ioan. Andr. communiter receptus cap. accedens, vt lite non contestata, glo. clem. 2. verb. competit vt lite pendente in causa, & informationes interim valent, vt glos. d. clem. Felin. d. cap. cum ordine nu. 8. Alex. l. 2. ff. si quis in ius vocatus nu. 14. Hyppol. l. de vnoquoque num. 221. ff. de re iud. Quod limita nisi ordinarius, seu Iudex ille esset
243 omninò incapax iurisdictionis, in citatum, & illi sit hoc notorium: tunc non-teneretur citatus comparere, nec acta valerent, Couarr. pract. quæst. c. 25. nu. 4. Dec. cons. 360. nouissimè Barbos. l. si quis aliena ff. de iudic.

Et redeundo ad principalem quæstionem vndè digressi fuimus, concludimus, quod Iudex secundarum causarum poterit residere in foro primarum; verum si alio loco iurisdictionem sui Baronis voluerit exercere, licentia Baronis illius loci erit requirenda.

SVMMARIVM.

1 *Iustinianus Imperator ex consilio Theodoræ suæ coniugis statuit legem, vt Iudices sine quoquo suffragio eligerẽtur.*
2 *Officiales non possunt acceptari de iure-nisi prius iurauerint officium non-emisse.*
3 *Acta facta ab officiali, qui non iurauit in ingressu officij, seruata forma iuris an valeant.*
4 *Officiales Baronum diuersimodè iurant ab officialibus Regijs, & ratio differẽtiæ ponitur.*
5 *Officiales Baronum tenentur iurare seruare leges, & statuta, & loci consuetudines, ac præstare cautionem de parendo sindicatui.*
6 *Lex an per non vsum tolli possit.*
7 *Peierandi occasio est amputanda.*
8 *Inconuenienti vno dato, plura sequũtur.*
9 *Expenditur tex. singularis vbi probatur quod etiam de iure ciuili ff. prohibita erat venditio munerum, l. scire §. si ff. de tuto.*
10 *Emens officium, paratior est ad vendendum in minuto, & carius.*
11 *Initium malum, tristem exitũ designat si timor Dei deficiat.*
12 *Causæ ob quas officia vendi non debent, & mala quæ pariunt venalitates, notantur.*
13 *Simoniam committit qui vẽdit officium cũ sit opus diuinũ, eius administratio.*
14 *Officiales maiores prohibentur petere officia à Baronibus sub pœna.*
15 *Officia, Barones cõsanguineis officialium maiorũ concedere nõ debent sub pœna.*
16 *Cõstitutiones multa potius ad terrorem quam vt obseruentur, promulgantur.*
17 *Venditionis appellatione in larga significatione venit omnis contractus, etiã innominati, do vt des, & cæteri.*
18 *Pecuniæ verbum æstimat omnia, &*

Digitized by Google

comprehendit omnia.

29 Vendere dicitur officium Baro, dum solitam prouisionem non concedit officialibus.

30 Salarium officialibus an debeatur iure actionis, vel ex lege.

31 Officialis si habeat tenue salarium, an possit munera recipere, vltra statutum discutitur.

32 Officium tale esse debeat vt officialis viuat cum familia, & lucretur aliquid pro laboribus, & futuris contingentibus.

33 Prouisio debetur officiali etiam si non sit constituta, dummodo solita sit dari.

34 Barattaria cõmittitur etiam pro facienda iustitia, accipiendo pecuniam.

35 Barattaria crimen, quam pœnam adducat.

36 Tortura an possit irrogari officiali inquisito de barattaria.

37 Capit. Regni, vulgaris fama, & Cap. ad hoc volentes, declarantur.

38 Nuntij, & Birroarij extorquentes vltra debitum, qualiter puniantur.

39 Officialis transcendens pandectam, an dicatur extorquere, & barattariam committere.

30 Lex posterior dans nouam pœnam, an dicatur abrogare aliam inductam per aliud statutum.

31 Distinctio fit, quando quis committit crimen barattaria, vel concussionis, & extorsionis.

32 Officialis an teneatur pro acceptis à spõtè dantibus.

33 Barattaria probatur per testes singulares.

34 Qualitas testium omni exceptione maiorum, est articulanda, & probanda, hoc casu.

35 Probatio contra officialem debet esse Sinodalis, nec numerus testium nocet si ille sit bonæ famæ.

36 Officialis ex præsumptionibus condẽnari non debet, sed absolui.

37 Officialis an possit recipere exculenta, & an possit mutuo pecunias petere.

38 Contrahere palam, & bona fide, an possint officiales impunè.

39 Mercari an possint officiales cum subiectis.

40 Officialis non potest contrahere matrimonium in officio, nec compatratus vinculum.

41 Donari an possit officiali in remunerationem, distinguitur.

42 Dispensari an possit per Proregem, vt officialis recipere valeat donationem.

43 Officialis an possit acceptare legata, & donationes à consanguineis.

44 Munera excęcant animos hominum.

45 Munera ius statuunt, & destituunt.

46 Pecunia Ioseph fuit traditus, Christus venditus.

47 Pecuniam appetere, naturale desiderium est.

48 Officialis extorquens longè grauius peccat quam latro publicus.

49 Venalitatis officiorum, mala referuntur.

50 Rex prohibuit, ne Proreges vendant officia ad supplicationem Ciuitatis.

51 Salarium competens officiali præstari debet.

52 Prouisio si erit constituta officiali super prouentibus, si non fiant, an Baro teneatur de alijs redditibus.

53 Locus solutioni adiectus quando causa demonstrationis, vel solutionis videatur adiectus, discutitur.

54 Dispositio in dubio, an causa demõstrationis, vel dispositionis posita censeatur.

55 Officia Baiulationum, Actuaria, Portulania, & cæterum, cur licitè vendantur, discutitur.

56 Spiritualia etiam transeunt cũ vniuersitate bonorum, vti ius patronatus.

57 Barones non possunt locare Actuarias cum prouentibus ciuilibus.

58 Barones tenentur facere gratiam de aliqua parte prouentuum ciuilium.

59 Baro non potest locare officiali Actuariam.

60 Princeps an possit vendere officia, & dispensare super hoc iure, discutitur.

61 Introitus cum iurisdictione sunt maioris æstimationis, quam sine tali prærogatiua.

62 Pontifex non committit simoniam venden-

Digitized by Google

dendo beneficia, & officia.

63 Venditio officiorum, tribus concurrentibus posset procedere, vt persona sit digna, pretium moderatum, & adsit necessitas vendendi.

64 Officia quæ habent aliquam prærogatiuam sine administratione, vendi possunt.

65 Munera pretio non possunt redimi per Barones sub pœna.

66 Petens, vel procurans officium an incidat in pœnam legis Iuliæ de ambitu.

67 Pœna l. Iuliæ recessit ab aula.

68 Emere officia an liceat in conscientia, & quando.

69 Acta facta ab officiali creato per pecuniam, an valeant, dum pragmatica refragetur.

70 Error facti, & error communis quando faciant ius, declaratur.

71 Inquisitio non facit quem Reum, sed sententia.

72 Pœna declaratoria, & non condenatoria requiritur, quando quis incidit in legem, pœnam ipso iure imponentem pro delicto.

73 Pœna non queritur fisco nisi post sententiam, & non antea.

74 Reus ante sententiam poterit lucra, & hæreditates renunciare, nec fraus allegari poterit per fiscum.

75 Pœnæ, & prouentus sunt fructus iurisdictionis, sed an debeantur hæredibus fructuarij si moriatur pendente inquisitione.

76 Delictum agens, & in pœnam pecuniariam incidens, an in conscientia eam soluere teneatur.

77 Prodigus non dicitur quis nisi facta declaratione per sententiam.

78 Pacta resolutiua ipso iure in casu inobseruantiæ, resoluunt contractum, & reducũt ipsum ad sua principia abstractiua, sed declaratoria requiritur.

79 Mora an possit purgari in contractibus resolutiuis, quod non, concluditur.

80 Vendens officium, plus errat, quam emens.

81 Vendens, & emens sunt correlatiui, quo tũ vna debet esse ratio, & vna pœna,

82 Extẽsio etiam in correctorijs iure fit, in correlatiuis.

83 Pecunia data ob turpem causam non repetitur, sed an licitè is retineat.

84 Extensio differt à comprehensione.

85 Correlationis regula cessat vbi diuersa potest dari ratio in vno, plusquam in alio.

86 Vsuram faciens punitur, sed non dans vsuram, & ponitur ratio differentiæ.

87 Feudi renocatio ob assensum non impetratum, an detur solum vẽditori, vel emptori, diuersæ fuerunt sententiæ.

88 Nullo declarato contractu res est restituenda venditori cum fructibus perceptis.

89 Nullus si declaratur contractus, & adsit caliditas illius, non debet cũ eo procedi cum æquitate, & notatur singularis casus.

90 L. si prædium C. de præd. min. limitatur.

90 Naturale desiderium est querere dignitatem, & appetere lucra.

91 Quis errat plus eligens minus dignum, vel electus, qui inparem se muneri iuncto videt.

92 Alteri queritur actio quando ex lege ius tribuitur ei.

93 Pœna conuenta in casu alicuius pacti nõ seruati, an quæratur loco vbi fuit applicata, sine stipulatione pro eo recepta.

94 Actio pio loco, vel pro dote, an quaratur nemine pro ijs stipulante in pœnalibus.

95 Donatio facta pio loco, vel pro dote, an quæratur nemine stipulante, quod sic.

96 Dominium non queritur donatario, etiã si donatarius constitutum apposuerit nisi habita possessione, & ideo vendicatio non competit.

97 Pœna non exigitur nisi quatenus cum interesse concurrit de æquitate, limita vt nu. 100.

98 Pœnæ cõuentionales an licitè possint exigi, & debeantur, discutitur.

99 Pœna apposita dationi quantitatis, videtur in fraudem vsurarum conuenta.

100 Interesse noluntatis, excedit interesse facultatis, & sic limitatur regula quod

quod pœna non debetur, niſi quatenus eum intereſſe contigerit.

101 *Pœna in compromiſſo appoſita contra eum, qui non ſeruauerit, quando peti poterit.*

102 *Pœna appoſita per Notarios in contractibus non ſunt in conſideratione.*

103 *Clauſula generalis non ſemper refertur ad omnia, ſed ad proximè relata.*

104 *Relatiuum, quis, refertur ad qualitatem, & quantitatem præcedentem.*

105 *Genitiuus demonſtrat qualitatem præcedentem, in ſui perfectione.*

106 *Cauſa an dicatur criminalis, quando pœna venit applicanda fiſco.*

107 *Cauſa priuationis officij an ſit ciuilis, vel criminalis, diſcutitur.*

108 *Cauſa vnde venit imponenda pœna pecuniaria, an poſſit per procuratorem tractari, & ſic an cauſa vſuraria prauitatis.*

PRAGMATICA QVARTA.

Carolus Quintus in Anno 1563.

ET inter alia audiuimus, quod quamplures Barones, & alij vtiles Domini officia Gubernatorum, & Capitaneorum pro iuſtitia miniſtranda deputandorum vendunt, quod non ſolum à iure exorbitat, ſed magna ex eo populorum cauſatur oppreſſio. Mandamus igitur nè vlterius talia officia vendant, aut interueniente pecunia concedant, & ſi cõtra fecerint, Gubernatores, ſeu Capitanei taliter electi, nullam habeant iuriſdictionem, ſed taliter concedens officia pœnam vnciarum centum incurrat, & qui dedit, pecuniam amittat, cuius pecuniæ dimidia pars Hoſpitali Incurabilium, & alia dimidia Regiæ Curiæ applicetur.

COMM. PRAGM. IV.

CHriſtianiſſimus imperator Iuſtinianus, dixit à ſua coniuge Theodora religioſiſſima ſe conſultum, vt ſtatueret
1 Iudices ſine quoquo ſuffragio fieri debere, & ſic fuit lex conſtituta, vt in §. 1. auth. vt Iudices ſine quoq. ſuffr. ac pro illius obſeruationis tenore ſanciuit, vt officiales non admitterentur ab Vniuerſitatibus ad poſſeſſionem officij, niſi iuraſſent prius officium non emiſſe, nec ob munus aliquod id conſecutos fuiſſe, vt ibi §. 2. fuit hoc etiam confirmatum in Regno, vt in Cap. Regni 37. & 216. & per Pragm. final. ſub tit. de officialibus quibus locis ſimiliter ſtatuitur, nè offi-
2 ciales acceptarentur, niſi antea tale ſacramentum præſtiterint, ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis. Adeo vt Doctores dicant, officiales adminiſtrantes non præuio hoc ſacramento nulliter iuriſdictionem exercere, omniaq; acta eſſe
3 inualida; hæc enim qualitas à lege, & multis ſtatutis inducta, intelligitur pro forma, quę omninò ſeruãda eſt, vt actus nõ corruat, Bal. l. 2. C. de prob. & ſic in terminis dicit Affl. in conſt. Regn. inter cętera, Niger præcitato cap. Regni 37. nu. 17. in noua additione, & idem Affl. hoc comprobat in Conſt. Baiuli, la ſeconda; quæ omnia de iure vera ſunt, & ſeruari deberent ex pluribus, & multis rationibus, ſed adhuc nõ vidi, nec audi-
4 ui talia ſacramẽta præſtari. Dico in patẽtibus Baronũ, nam in Regijs inſeritur tenor capit. Regni antea citati, & præſtatur iuramentum, ſeruata forma commiſſionis, apud vnum ex Regentibus, & ſic quotidie obſeruatur, ſed officiales Baronum dum poſſeſſionem eorum officij recipiunt, non præſtant tale ſacramentum, vt dixi, quia in patẽtibus hoc non præcipitur, nec ab Vniuerſitatibus procuratur. Solùm namq; iurant offi-

Digitized by Google

5 ciales leges, constitutiones, consuetudines,& capitula Vniuersitatis seruare, cum cautione sacramentali de parẽdo syndicatui,quæ cura recipiendi tale sacramentum,& cautionem petendi, debet esse illorũ de Regimine,quibus præsentantur literæ commissionales, alias ipsi quibus incumbit tenentur ad interesse,si officiales syndicatui non pareãt; nàm eorũ negligentia nõ debet obesse alijs ciuibus,Pragm.final.tit.de official. Paris de synd.verb.fideiussor num.8.& ante iuramentum, officialis non poterit exercere,nec legitima dicetur possessio capta,Gui.Pap.dec.501. Paris de synd. verb.iuramentum:Vndè credo hanc solemnitatem recessisse ab aula namq; ac
6 cidentalis forma potest per desuetudinem tolli,Ias.l.vniuersa C.de prec.Imp. offer.Fely.cap.cum dilecta vers.gesta cõtra formam de rescrip.& ratio potest esse,quia pragm.prędicta fin.ac cap.Regni mandant,quod Barones teneantur in commissione hunc iuramenti tenorẽ inserere,Barones hoc non faciunt;vndè nec Vniuersitates tale sacramẽtum petunt,nec recipiunt,vel melius, quod de hoc non curatur,nè daretur materia pe
7 ierandi, quod non est permittendum l.conuenire ff.de pact.dot.sing.tex.l.2. C. de ind. vid. toll.dico,quod qui emit officium,& non timuit incurrere in pœnas temporales,neq; timebit spirituales cum homines proterui,dum reducuntur
8 ad vnum inconueniens,faciliter transportantur ad aliud,arg.l.fi.C.de non numer. pec.& ibi Salyc. sic nè lex esset nutritiua peccati abusu eam video sublatam:scias etiam,& antè Iustinianum fuisse de iure prohibitam officiorũ venditionem,licet DD.hoc tribuant solùm Iustiniano,adduco tex. insignẽ, de quo non meminerunt alij in l. scire oportet S.fin.ff.de tutor. datis ab his,cuius tex: hæc sunt verba: (obseruet.Magistratus non creare eos, qui volunt se ingerere, vt creentur,vel qui pecuniam dant;hos enim pœnæ esse obnoxios, promulgatũ est) Et sic de iure Digestorum etiam hoc fuit exosum,& pœnale. Ratio huius prohibitionis est duplex, quę colligitur ex verbis pragm.nostræ. Prima,quod q dant pecuniam, vt habeant officium malum animum habere præsumuntur, sic Bar. Luc. & alij l. 2. C. de murileg. lib.12.per eum tex. Nam eo ipso,quod
10 quis emit paratior est ad vendendum, & cariùs,cap.quibusdã 1.q.1.Mascard. de prob.concl.1137.difficillimum est.n. temperare,quod non vendant cariùs in minuto id q emerunt in globo, Bened. in cap.Raynutius vers.duas filias n. 55. de testam.qui asserit teste experientia, infinita mala peruenisse ex officiorum venalitate, quæ etiam si vendantur viris,bonis moribus,ac sapientia imbutis, quia ambitus eos occupauit, & vicio emendo,impossibile videtur, quod bono peragantur exitu,quæ malo sunt inchoata principio,cap.principalis 1.q.1. sic Boer. dec.149. Hæc est prima ratio
11 publicæ vtilitatis; secunda ratio huius prohibitionis causa est,quia administratio,& exercitium iustitiæ, cum sint fructus diuini,vendi non debent, cap.graue 35.q.9. nam qui iustitiam vendit,
13 Christum vendere centetur, dicit text. cap.existimant 11.q.3.Luc.de Pen.l.nemem C.de suscept l.11.hinc dicitur,
13 quod vendens officium committit etiã crimen symoniæ, cum hæc potestas à Deo sit,& gratis hominibus cõcedi debeat, vt Aaron ad Hæbreos: Iustitiæ opus sacrum dicitur,Bal.l.leges sacratissimæ C.de legib.adducunt DD. tex.in cap.ex multis 1.q 3.cap.consuluit de symon. ex quibus locis constat,committere crimen symonię vendentes officia: quod tamen distinctionem recipit, iuxtà ea quæ tradit abundè Ioa.Carrafa in tract.de symon.nu.117

Quæ conclusio fuit ampliata per nouissima Regni iura,vt non solum officia
15 non emantur,& vendantur,pecunia interueniente,sed quod neq;prece Superiorum Magistratuũ obtineãtur,cũ electio officialiũ facienda sit,non solũ gratis,sed liberè de his personis,de quibus ipsi Barones conscientiam habent;vndè prouidere non debent ad aliorum arbi-

trium.

Digitized by Google

trium,& maximè illorum, quibus certo modo denegari non potest,cum Magistratus hodie illi,dicãtur Dij Terrestes, & pro obseruantia imposita est pœna Baroni concedenti ad instantiam officialium,vt sit priuatus potestate prouidendi annorũ quinque,& Electi inhabilitentur spatio duorum annorũ,ad exercẽda officia,prout prag j.tit de official. nè offic.à Baronib.petant.& confirmatum est per 6.prag. D.Ioa.de Zunica,q̃ 15 Barones neq;sponte concedere possint officia cõsanguineis ipsorum maiorum Magistratuum,vide D. Tap.fol.382.super iur.Regn. vbi ampliat hoc dictum 16 procedere etiam si Baro sit Ecclesiasticus;sed vtinam tot iura summis vigilijs excogitata seruarentur,& nõ essent ludibrio tãtæ cartæ denigratę,vt dicit gl. l.fi.§.vbi autem C.de bon.quę liber. & credo q̃ potius ad terrorem, quàm ad obseruantiã,videantur promulgata, vt obseruatur in multis dispositionibus, Gram.dec.36.Mascard. concl.162. vt quotidie experimur.

Vendere quis officia dicitur,non solum pecunia numerata interueniente 17 vt proprium est venditionis §. pretium instit.de empt.& vend.sed vt adnotaui prag.j.nu.211.quod vẽditionis,vel emptionis appellatione veniant oẽs contractus, etiam innominati, do, vt des, do,vt facias,& facio,vt des, iuxta legẽ naturalis ff.de præscr.verb.nam in concernentibus publicam vtilitatem, venditio largam habet significationem,gl. l.quemadmodum vers.vendi C.de agr. & cens.lib.10. vltra quod pecuniæ verbum in textu positum latissimũ est,comprehendens omnia l.pecunia ff.de verb. 18 signif. quia pecunia æxtimat omnia, l. propriè in fi.ff.de verb.signif. l.si ita ff. de fideiuss. Accedat ius commune, qđ declarat, vt Iudices sine quoquo suffragio eligi debeãt,in d.auth.vndè quodlibet suffragium,vel munus sapit pecuniã,vt dicit Hostien.in summ.de simon. §.qualiter,sub hoc versu;Munus,lingua caro,timor,atque fauor; impediunt spi- 19 ritualia dari. Et proindè dixi, satis dici vẽditum officium, dũ Baro solitã prouisionem præstari sibi retineat, cum onus Baronis sit prouisionẽ,assignare suo officiali,vt dicã infra prag.fin.Foller.in cẽsuali pract.vers.Nicolaus nu 223. Quæ prouisio debetur iure actionis, Carrot. tract.locati tit.de Assess.vndè ipsam remittens, emere dicitur; Salarium enim 20 statutum est,deberi officialibus,nè detur materia furandi,Paris de synd.verbo officium,Viui.dec.113.alias licitum esset officiali recipere aliqua munera,si 21 non habeat solitum salarium,nè officiũ sit sibi damnosum, vt præcitati Doctores,& Mascar.concl.incip.Barattaria, quas doctrinas allegatas etiam audiui à sublimiori officiali, (quem honestatis causa taceo) qui ad excusationem suę rapacitatis dicebat;quod salarium assignatum à Curia non sufficiebat, vndè ei erat licitum aliquid à litigantibus recipere: Quæ doctrinæ possent substineri quando officialis non posset viuere, de gagijs,vel salario officij, sed non habent locum, vt pinguius se dilatent sub velamine, quod careant debita prouisione;nam ijs imputetur, qui contenti fuerint ijs emolumentis,dicit tex.l.4.ff. ad l.Iul.repet. nam pactum eorum non petendi prouisionem, non debet obesse subditis.Non tamen est prętereundum, quod competens salarium officialibus est statuendum, vt honestè viuant cum familia, & posteritati, ac senectuti consulant de suis laboribus tex. insignis l. hanc §. sex centi C. de admin. diuers. 22 offic.ibi,nè post decursum officium, & labores glorioſos,egestati exeant,si verò prouisio non esset statuta,quia actionis iure debetur,solitam pręstare debet Baro, & si non fuerit vniformis p̃statio, 23 attendetur magis consueta dari, Viui. com.opin.opi.257.par.2.& Capy.dec. 163. latius Afflict.const.Iustitiarios Regionum. Ampliatur tertiò quod si prohibita est datio pecuniæ pro consequẽdo officio iuxta positam conclusionem text.nostri,tanto magis obseruanda est & illicita dicetur, si pro obtinenda iustitia, recipiatur, & officialis pecuniam

Digitized by Google

taliter recipiens, in crimen Barattariæ
24 incidit; Barattaria enim committitur non solum munus accipiendo, vt quid fiat, vel committatur contra iustitiã, sed ẽt si accipiatur pro facienda iustitia; cũ contentus quis debeat esse suis stipendijs, & sportulis, l. eadem §. lege Iulia ff. ad leg. Iul. repet. Affl. const. Regni corruptelæ, latius Gram. consil. crim. 35. Benè verum pœna erit maior, si quid iniustũ ob pecuniam officialis cõmiserit vsq;
25 ad mortem, & ibi Gram. si in causis criminalibus personas offendat, Boer. dec. 153. latè, sed si simus in ciuilibus causis pœna erit publicationis, ac deportationis, iuxtà auth. sed nouo iure C. de pœna Iudicis qui malè iudicauit, & proindè in casu nõ perfectæ probationis tortura poterit officiali irrogari, Affl. dicta Const. corruptelæ, Boss. titul. de officiali corrupto; sed videtur has pœnas fuisse abrogatas, ex cap. Regni vulgaris famæ & cap. ad hoc volentes, quæ in ciuilibus dant pœnam pecuniariam, quando ba-
26 rattatur iustitia, pro aliquid consequẽdo, vel ommittendo, quod est proprium barattariæ ex effectu, vt Boss. ibi, si verò extorquetetur pecunia pro actis, seu sportulis pœna erit dupli, & concussionis, D. Rouit. tit. de Actuar. vbi qualiter
27 puniantur pro sportulis extortis, & qualiter teneantur Byrruarij, & Nuntij, Mastrill. lib. 6. c. 8. parte verò offerente vltra debitum, condemnatio erit in simplo, cum officialis, nec à sponte dãtibus quidquam recipere debeat etiam pro
28 iusta sententia ferẽda; Adde, nam quod gratis fieri debet, pecuniam recipiendo turpiter, & iniustè accipitur, tex. singul. l. si ff. de cond. ob turp. caus. Capy. dec. 180. nu. 17. Graff. in suis dec. tit. de eo q̃ datur officiali, vbi latè, quando officia-
29 les contra conscientiam accipiunt, & quæ sit pœna corrumpentis, vide Menoch. de arbit. iud. cas. 342. Franch. dec. 98. per l. 2. ff. de cond. ob turp. caus. Couarru. regul. peccatum §. 3. par. 2. latè Viui. d. dec. 113. benè Doctores l. venales C. quan. prouoc. non est necess. Cõcussio verò dicitur, quando vltra debitum metu iurisdictionis extorquetur, vt declarat Affl. const. Regni Magister Iustitiarius, & sic per ista Regni capitula, alia pœnarum forma videtur inducta,
30 & lex posterior quando prouidet, nulla facta mẽtione aliarum pœnarum, alias videtur abrogare, l. 1. vbi DD. & l. sanctio legũ ff. de pẽn. Huic difficultati respondet Paris de synd. verb. probatio, q̃ cap. regni loquãtur quoad ciuilem correctionem, non quoad criminalem, sed veritas obseruantia est, nè decipiaris, vt Gramm. cons. 35. distinguit, quod aut sumus in veris terminis barattariæ, vt
31 quid iniustum fiat, vel iustum non fiat, mediante pecunia, & tunc iuxta facti qualitatem, & atrocitatem respiciẽdo, num offensio sit in persona, vel in rebus, & pœna poterit esse tunc vsq; ad mortem, vel deportationem, vt d. auth. sed nouo iure; si verò simus in terminis extorsionis, seu concussionis pecuniæ exactæ, vltra sportulas, vi, vel metu, pœna erit, de qua in l. 4. ff. de repetund. vel erit arbitraria, Affl. d. const in datis ve-
32 rò sponte, simplum erit pro condemnatione; sicq; cõmuniter obseruatur: Damna verò litis, & interesse, in omnibus casibus prædictis sunt soluenda, Boss. tit. præcitato, Baiard. ad Clar. q. 13. Barattaria verò per nouissimam pragmaticã cum difficilis sit probationis, per tres testes singulares dicetur legitimè probata, Viui. d. dec. 113. sed per aliam pragmat. 4. sub tit. de muner. quia aperta erat faciliter via contra officiales repe-
33 riendi tres testes, fuit auctus numerus, vt minus quinq; non sufficiant ad probationẽ, & isti testes sint probatæ vitæ, q̃ qualitas, quando à statuto requiritur ea est per fiscum, vel partem querelan-
34 tem probanda, Marsil. rubr. de probat. Affl. d. const. Regni corruptelæ, Garsia tract. expens. c. 9. & quod testes synodales requirantur contra officialem, & nõ sat fiat probatio ordinaria, prout quando agitur aduersus priuatos, de Ponte cons. 146. nu. 15. Immò si officialis non laborat mala fama, testium non est fa-
35 cienda magna existimatio, vt idem

de

Digitized by Google

de Pont. dec. 16. & in ſuo tract. de pot. Proreg. fol. 402. Maſcard. de prob. cõcl. 164. nam quia officium parat ſibi diuerſas inimicitias, & æmulationes, vt eſt notorium, ideo nè ſit locus calumnijs, exactiſſimę debent eſſe probationes, & teſtes omni exceptione maiores, vt Ioſeph Seſe in tract. de inhib. c. j. S. 3. f. 39 nu. 30. & dec. 214. p. 2. Menoc. de arb. iud. caſ. 116. nu. 24. Gram. conſil. crim. 35. & quod officiales non poſſint con-
36 demnari niſi verè, & non præſumptiuè, clariſſimis probationibus conuincãtur, de Pont. in tract. prædicto fol. 127. Et ſi vis plenius cognoſcere, quid ſit concuſſio, quid extorſio, quid barattaria, & de cognitione in genere horum criminũ, vide Farinac. q. 111. cum ſeq. nouiſſimè D. Roui. tit. de militib. prag. 3. n. 35. & D. de Pont. in ſuo tract. de pot. Pror. Cum ſatis extra prouinciam aggrederer, ſi ſingulos articulos prædictos excutere vellem. Amplia etiam poſtremò poſitam concluſionem, quod prohibitum etiam eſt officialibus recipere exculen-
37 ta, vel poculenta, ac etiam ſuis vxoribus, & familię, pragm. 2. tit. de minorib. nec mutuum petere poſſunt, l. principalibus ff. ſi cert. pet. neç contrahere in officio, ratione præſumpti metus C. de contract. iud. limitatur niſi palam, & bo-
38 na fide contraherent, vel cum perſona non timida, vt Oſaſ. dec. 144. in ſi. Reg. de Pont. latè conſ. 49. qui declarat Cõſtitutionem de prohibito curialium cõmercio, & Iſer. in c. 1. de feud. guard. vbi Affl. ponit nouem limitationes, & Boer. dec. 317. nu. 13. dicit, quod prohibiti sũt contractus cum litigantibus, & nõ cum alijs, Affl. conſt. communiter limitat in officialibus perpetuis; Adde Peregr. de iur. fiſ. fol. 117. nu. 5. latè. Neq; poſſunt mercari, cum per pragm. ſub tit. de mer-
39 catorib. ſit eis prohibitum, neq; poſsũt emere bona fiſcalia, vt pragm. fin. eiuſd. tit. limita tamen vt Molfeſ. conſ. 16. D. de Pon. tract. de pot. Prore. tit. de elect. official. S. 7. D. Roui. tit. de empt. & vẽd. de iure exculenta poterunt recipi, dummodo nõ ſint magna, l. ſolent §. fi. ff. de offic. Proconſ. Marſil. ſing. 190. ſed per Pragm. etiam minima ſunt prohibita, vt occurreretur fraudibus, Viu. d. dec. 113. Adde quod hoc non eſt in obſeruantia; nam minima, & exculenta licitè accipiuntur, vt nouiſſimè D. Tap. in Conſt. Reg. incip. apud Iuſtitiar. tit. Nè officiales munera, dummodo ſint paruę conſiderationis; nam inhumanus eſſet actus d. l. ſolent ff. de off. Proconſ. maximè ſi is erit amicus, & qualitas donantis, & donatarij non patiatur ſuſpitionẽ Surg. de Neap. Illuſt. c. 17. nu. 23. excepto tñ ſi illi haberent lites, nam nihil à litigantibus accipi poteſt, de Pont. de pot. Proreg. tit. de elect. official. S. 6. nu. 14. qui benè hoc eſt arbitratus. Hinc ad euitandam omnem occaſionem prohi-
40 bitum eſt officialibus, etiam contrahere matrimonia officio durãte, vt dicam infra prag. 9. Idemq; ſtatutum eſt in contrahendo etiam ſpiritualem compatrũ, prag. 6. titul. de offic. nam omnes paſſiones munerũ, & cognationis abeſſe debent à mente officialis, vt rectè valeat iudicium proferre. Nec donari po-
41 teſt officialibus, niſi in remunerationẽ, dummodo de meritis conſtet Tiraq. de reuoc. don. fol. 144. cum confeſſio meritorum inter perſonas prohibitas non probet, l. ſi fortè ff. de caſtren. pecul. & an poſſit donari pro ſeruitijs acceptis antè officij adminiſtrationem, de Pont. conſ. 146. par. 2. & an Prorex poſſit diſpenſare, vt poſſit eis donari, D. Rouit. tit. de official. pragm. 11. & ibi de Pont.
42 Hinc fuit dubitatum, an licitum ſit per viam legati officiali quidquam cõſequi cũ legatum ſit donatio quædam, quia tamen non ſubeſt eadem identitatis ratio in viuente, quam in moriẽte, fuit iudicatum legatum valere, D. de Franch. dec. 443. Conſanguinei tamen vſq; ad
43 ſextum gradum poſſunt donare ſine præſumptione fraudis. Dummodo non interpoſitè, Alberic. l. j. C. ad leg. Iul. repetun. Maſcard. concl. 163. In ſumma prohibita ſunt omnia munera, & ſuffragia, quæ obligant ſaltem ad naturalem antidoram, ex qua naſcũtur animi paſ-

ſiones

Digitized by Google

siones,in causis occurrendis,non solum in præsentibus,vt Osas.in prohem.decis.
44 Experientiaq; docet,ex gratitudine munerum, infigi passiones in animo gratificandi; & animi passiones faciunt videre iniustum iustum, & falsum verũ; & ob munera, & pecunias hominum intellectus fuisse obcuratos,& infinita mala patrata legimus Genes. 23. quod pecunia Ioseph à fratribus fuit vẽditus; Pecunia Christus traditus;tot bella,tot
45 languores, quotidianæ seditiones oriuntur, & de his tractatus edi posset. Mortales igitur naturaliter pecuniam appetunt, & propter eam se illaqueant, Crauet.cons.7.nu.3. vndè auaritia iudi
46 cante,necessarium est leges perire,nec omittam vltimò quod dicit Luc. de Penn.l.1.C.de diuers.offic.lib.12. & l. Iudices C.de dignit. quod officialis fu-
47 rans longè grauius errat, quam latro, cum ipse legis auctoritate, & iustitiæ
48 colore grassetur, quod non est in latronibus,qui eorum periculo,& incommodo in syluis occultis rapiunt; sed proh dolor? heu misera temporis conditio, virtus post nummos; Non attenditur aliud,nisi quantitas munerum,& non puritas manuum,aurum imperat, aurũ iudicat.

Et redeundo ad materiam, vidistis qualiter iura inuigilarunt, vt officiales essent incorrupti,& iustitia purè, & syncerè ministraretur, sed si principium officij erit pessimum,& oriatur ex venalitate,quid erit sperandum,cum pretium quod soluerint continuus stimulus erit,
49 vt recuperetur;vndè de industria lites protelant,grauant,extorquent,munera non refutant,dicentes,vt audiui,officiũ meis pecunijs habui,illo viuam,& labores deindè præmium optant; Indè Pontifex cap.Principatus 1.q.1.dicit, Pontificatus,quem aut sedictio extorsit,vel ambitus occupauit, etiam si moribus non offenderit, ipsius tamen initium pernitiosum est exemplo,& difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio;& D.Tho.q.7. disp.5.ait,antiqua Roma,quæ vniuerso dominabatur Orbi,integrè dum se gessit,officia secundum merita distribuendo,in sancta quiete permansit,sed postquam ea venalia fecit,interijt:Hinc Fidelissima Ciuitas Neap. supplicauit Catholicam Maiestatem, vt sui Ministri abstinerent à venditione officiorum, cum alias Regnum non poterit habere securitatẽ rectæ administrationis, & sic
50 fuit prouisum,& hæc est sua mens, quæ si obseruatur, Deus scit,nam veritas p plateas, & vicos constat, vt dixit D.de Pont.in suo tract.tit.de elect.offic.S.1. Molfes.super Consuet.Neap.par.1.c.6. sed proh dolor,ille dignus, quia exuberans dat pretium, nulla de actu probatio,nulla sollicitudo de moribus,nulla de vita discussio,ità D.Greg.in epist.ne lib.7. Verumtamen non est prætermittendum etiam, quod tenue salarium quod præstatur officialibus, magna causa est corruptionis iustitiæ, cum vix ex eo viuere possint,& Principem deberẽt consulere illi,ad quos pertinet l.1. C.de
51 præben.salar.Indè supra dixi, Barones teneri dare prouisionem suis officialibus,licet multi DD.dicant, quod si nõ sit solita, & emolumenta officij suppetant,quod officialis non poterit conqueri,Puteus dec.93.Rot.Genuen.dec.115 Mastril.lib.1.c.21.nu.100. Item in facto fuit in Reg.Audientia discussa causa cuiusdam Baronis,conuenti à suo officiali, ad dandam prouisionem ei con-
52 stitutã de officio administrato, & Baro replicabat eam fuisse constitutam super prouentibus,& quod ea summa nõ erat facta tempore sui officij,& prętendebat non soluere,nisi quatenus fuissent in prouentu;nam sic se obligauerat in cõmissione illi concessa,& de iure ex prouentibus debetur,Caraui.Rit.9.& ideo prouentus non ponuntur in corpore feudali,quia sunt destinati pro ministerio iustitiæ, neq; computãtur in introitu,vt dixi supra,vndè ex his prætende-
53 bat absolui; Officialis autem se defendebat,quod prouentus erãt positi causa demonstrationis solutionis faciendæ, & non dispositionis, vndè etiam si non essent

Digitized by Google

essent facti, ei debebatur prouisio, l. firmio ff. quando dies legati; & Surd. in tract. de alim. tit. 4. quæst. 26. disputando hunc articulũ dicit, quòd attendenda erunt verba, si solutio destinata incipiat à prouẽtibus, illi erunt positi causa dispositionis, sed si assignaretur priùs prouisio, & posteà designetur modus solutionis, prout erat in casu nostro, tũc locus appositus censetur causa demonstrationis, vt in dubio præsumi debet
54 Doctores l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. Franch. decis. 721. & sic condemnauimus supradictum Baronem.

55 Sed quæro, cur alia officia ministrationis iustitiæ vendãtur, vti Baiulationes, Actuariç, Portulaniæ, & alia officia, vt D. de Franch. decis. 407. & similiter à Regia Curia tot, & tanta officia venduntur, vt Frecc. lib. 1. subfeud. Doctor. dicunt, quòd in prædictis casibus, non venditur bancum iustitiæ, sed ius exigendi emolumenta, ac fructus iurisdictionis, cum quibus in consequentiam transit iurisdictio, Vasq. controu. illustr. cap. 41. cum seq. Afflict. in Constit. Regni Magistri Camerarij, & Constit. ea quæ ad decus, dicunt, quòd principaliter ipsa iurisdictio non venditur, nisi in
56 consequentiam, prout quando venditur locus, seù territorium, vbi adest Ecclesia, vel ius patronatus. Hæc non sunt vendibilia §. sacræ, §. sanctę, inst. de rer. diuis. Attamen cum vniuersitate feudi, vel territorij ea possunt vendi, l. in modicis ff. de contraben. empt. cap. ex literis de iure patronat. verum non per hæc est facienda regula, quòd omne quod licet, honestum sit, l. semper ff. de reg. iuris, nam ad tollendam occasionem, nè vasalli opprimantur, & vt
57 Baro exerceat suam munificentiam, quam præstare tenetur, ex recepta cõsuetudine Tribunalium, fuit prouisum pro Vniuersitate Pisticij, cum Barone, Actuario de Felice, vt Baro non locet Actuariæ introitus vna cum prouentibus ciuilibus, de quibus Baro tenetur
58 relaxare partem subditis supplicantibus, vt seruat Mag. Cur. quotidiè, prout in simili fuit sancitum ex pragm. nouissima Comitis de Lemos sub tit. de
59 Baronib. promulgata 23. Ianuarij 1613. quòd non possit Officiali concedi officium, vna cum Actuaria ab eo affictanda cum officialis pro habendo officio, de facili eam superabundanti pretio cõduceret, prouẽtus verò cum Actuaria non posse concedi, nouissimè refert ità iudicatum contra Baronem Aietæ Amendol. ad decis. Franch. 526. nu. 18. Quæ ratio posset subsistere quòad Barones, sed quoad Principem ea non procedit, cum Princeps vendat etiam quæ ad meram iurisdictionem, & iustitiam pertinent; Et de iure videtur, qd
60 Principi non liceat quidquam accipere, pro iustitię administratione, vel concedenda iurisdictione, Bellug. rubr. 45. §. aduerte. Nec præcedens ratio aures omninò demulcere videtur, quod iurisdictio transeat cum vniuersitate, vti accessoria, cum ipsa iurisdictio sit dicenda principalis, & dignior. Ita vt
61 quando venditur, fit maior ipsius æstimatio, pretiumque ex ea recipit incrementum, nam non fit solùm æstimatio introituum, & emolumẽtorum emptorum, vndè Afflict. in fine Constit. Regni Ea, quæ ad decus, adducit aliã rationẽ, quod hoc Principi liceat ex antiquissima consuetudine, & possessione vendendi iurisdictiones: ideò dicunt, merum Imperium profanatum, cum plus offerenti vendatur, vt dicam infra 8. Pragmat. sed ratio istius rationis est, quòd hæc prohibitio vendendi iurisdictiones, fuit inducta de iure positiuo, super quo iure Princeps potest disponere, ipsum relaxãdo, Doct. l. Vniuersa C. de precib. Imperatori, & dixi abundè 1. pragmat. 3. par. & ità respondet Franc. Marc. decis. 149. 1. par. Bald. l. Barbarius ff. de offic. Prætor. Hinc com-
62 muniter fertur, quòd neque in Curia Pontificis permittentis vendi aliqua beneficja; committatur symonia, cùm ipse sit supra ius positiuum, & habeat potestatem habens relaxandi, Ioan. Carraf.

Digitized by Google

Carraf. in tract. de symon. nu. 104. licet asserat, non esse honestum, nè denigretur eorum opinio apud alienigenas, ac infideles, vt Boss. tit. de ambitu, Viui. benè decis. 126. Tamen, quia antiquissima memoria licitum hoc est Principibus; non est elaborandum super hoc, cum consuetudo vincat legem, vt in his terminis respondit Bald. cap. 1. §. ex eadem, de lege Corradi, vbi Aluar. & alij hoc notarunt; Ex quibus dicunt, officia vendi posse à Principe, vt notat Mastrill. post hæc editus libr. 1. tit. 20. nu. 13. quia Rex iuri positiuo potest derogare, sed licèt nō denegetur talis facultas, tria tamen concurrere debere
63 dicunt, quod persona sit digna, pretiū moderatum, & adsit necessitas vendendi, Bald. l. Barbarius ff. de offic. Præt. Marta voto 40. Vasq. cap. 42.

Sed an alia officia, quæ non habent exercitium iustitiæ, sed aliquam prærogatiuam, & honorem possint ab inferioribus à Principe vendi, vel includantur sub prohibitione nostræ Pragmaticæ, Bald. d. l. Barbarius 2. repetit. nu. 6.
64 dicit, quod si est dignitas sine iurisdictionis administratione, vel imperio, & pecunia concedi poterit, vt sunt tot officia, quæ emuntur, Capitaneatus, Alferatus, aliaq; multa quæ habent prærogatiuas, & lucra, & quandam notionem; non verò iurisdictionis administrationem, iuxta l. 1. §. si quis, ff. de publican. l. creditor § inter creditorem ff. de action. empt. vnde rectè vendi posse dicunt, vt Bart. l. ex hoc iure ff. de donat. comprobans, licitam esse venditionem, sed recipere potest dubitationem ista quæstio, ex eo quod asserūt Niger, & Bartholom. de Capua in cap. Regni 35. incip. Item quod prædicti officiales, quod nō solùm pro obtinendis officijs,
65 cum iurisdictione, pecunia dari non possit, sed nec pretio redimi possint officia, quamquam iurisdictionis exercitium non habeant, videlicet, ne quis creetur tutor, syndicus, exactor, vel alia onera similia ferat, pro ijs redimendis dicunt pecuniā omninò esse illicitam, & si pro quolibet munere videtur prohibita: Huic tamen argumento respondemus quod Niger, & Capua, ibi benè loquantur circa onera personalia, vel realia, quæ publica sunt, quod redimi non debeant, cum maximum damnum hoc publicę vtilitati afferret, & non sunt redimenda, iuxta text. l. æstimationē honoris, ff. de muner. & honor. nam aliàs subuerterentur onera, & honores à lege indicti, & si pretio possent redimi, maxima inesset inæqualitas, cum solum pauperes onera ferrent, qui ea redimere non valerent, quod iura abhorrent, vt Franc. Marc. decis. 149. 1. par. Vndè pro redimēdis oneribus non licet pecuniam dare, sed pro obtinendis officijs sine iurisdictionis administratione licitum erit, secundum præallegata, & ita consuetudo legitima legū interpres demonstrat, quod ista officia (non dico munera) venduntur publicè, & palam, vt in tot, tantisq; videmus, Salyc. l. vnica C. ad l. Iul. ambi. num. 3. plenè de Pont. decis. 37. Molfes. par. 1. cap. 6. super Consuet. Neapol.

66 An autem procurantes officia, & ea petentes in hāc pœnam, vel legis Iuliæ ambitus incidant, quæ expresè prohibet officiorum procurationem, toto tit. ff. & C. ad l. Iul ambitus? videtur hoc præsciendum propter memoralia, quæ solēt porrigi Illustrissimo Proregi, alijsq; superioribus, pro officijs obtinendis, & per Pragmat. 1. & 3. sub tit. de officialib. & sic hoc sopitum, cum in ijs prouideatur, quòd nemo audeat officia petere, nec etiam Proregem supplicare, nec per interpositas personas tractare, sub pœna inhabilitationis. Tamen quidquid sit, hoc dispositum non seruatur, cum videamus supplicari Principis Vicario pro officijs, & de iure pœna legis Iuliæ ambitus non habet locū, dum supplicatur Principi, vel eius Magistratui, cum quibus lex præsumit, qđ ij non moueantur prece, vel gratia ad conferenda officia, sic Salyc. l. i. C. ad leg. Iul. ambitus latè. In alijs verò inferioribus posset ambitus pœna procedere,

Digitized by Google

re, licet Marc. Ant. Surg. vlt. cap. nu. 3.
67 dicat, pœnam huius legis receſſiſſe ab aula: quia nemo vnquam fuit punitus. Adde Menoch. de arbit. iud. caſu 401. In foro autem poli dicunt Caietan. in ſua ſumm. verbo officium, & Geminian. cap. pro humani de homicid. in 6. eſſe licitam procurationem, ac emptionem officiorum, quando idoneus is erit, ac peteret id, vt prodeſſet, & non vt
68 præeſſet, iuxta cap. qui Epiſcopatū 8. quæſt. 1. Alij dicunt hoc omninò eſſe prohibitū, nam tolleretur occaſio quærendarum virtutum, ſi pretio officia concederentur, & pauperes licèt idonei nunquam poſſent aſpirare ad officia. Immò, ſi ſolum ambitus eſt peccatum mortale; cum ſit vnus ex filijs ſuperbiæ, quāto fortiùs, ſi cum eo implicetur pecunia peccabitur? Et quomodo quis ſe idoneum poſſit cognoſcere, cum paucis hoc ſit conceſſum noſcere ſeipſum? Ang. in ſumma verb. ambitus, quæ opinio eſt tutior in conſcientia, licèt prima etiam ſubſtineatur, quod ſi pecunia detur cum bona mente, vt proſit quis, & non vt præſit, quod non peccetur, Nauarr. in ſuo manuali, tu vide Doct. quos citat D. Rouit. nouiſſimè ſub tit. de official. pragmat. 2. nam opiniones ſunt diuerſę in hac quęſtione, an in conſciētia liceat, ſine peccato pecuniam dare; ſi aliter officium conſequi quis non valebit.

Vlteriùs, quia Pragmatica noſtra pœnam ſtatuit ementibus, quod nullā habeant iuriſdictionē in officio, ſi pretio ipſum cōſecuti fuerint. Quæro quid ſi poſt multum exercitium iuriſdictionis fuerit officialis accuſatus apud ſuperiores, quod officium emerit, & fue-
69 rit priuatus officio, crimine liquidato. Num acta facta ab eo ſint nulla vti cōſtructa ab incompetenti, & inhabili Iudice, cui lex impedierit capacitatem iuriſdictionis, vt dictat hæc Pragmatica? Reſolutiuè dico, q̄ delicta non præſumuntur L. meritò ff. pro ſocio, vndè ſubditi fuerūt in iuſta iuris pręſumptione, credendo officiū licitè obtentū, & non per pecuniam, vndè iſta cōmunis opi-
70 nio, & error in facto non nocent litigantibus, Bart. Bald. Salyc. d. l. Barbarius ff. de offic. Prætor. & in terminis Boer. deciſ. 150. benè; regula enim eſt, quam notes, quod communis error nocet, quando ignoratur titulus ſubſtantialis, veluti, quia officialis ille non erat conſtitutus Capitaneus, nec habebat literas cōmiſſionales, iſte titulus ſubſtantialis non coadiuuatur ex communi errore, ſecus ſi error ſit circa intrinſeca, & accidentalia, tunc excuſat, doctiſſimè Maſcard. de probat. concl. 188. nu. 16. Reg. de Ponte conſ. 1. nu. 38. officiū fuiſſe emptum, eſt quid facti intrinſeci, & ſecreti, quòd non præſumitur, niſi probetur, l. in bello §. factæ ff. de captiuis, eſt quid delicti, quòd non præſumitur, d. l. meritò. Et licet fuiſſet Iudici oppoſitum, iſq; acculatus fuerit, nec
71 iſtud nocet; Inquiſitio enim non facit quem reum, ſed ſententia, cum multa inproperentur, quæ poſteà delentur, ſingularis text. l. furti, ff. de his qui notantur infamia, ibi (pendente iudicio non dum inter reos habetur,) nō enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur reus eſt, cap. nonnè 8. quæſt. 4. D. de Franch. deciſ. 8. immò licet quis ipſo iure inci-
72 dat in legem, eiuſque pœnam mereatur, adhuc ſentētia declaratoria requiritur, non dico condemnatoria, cum iàm condemnatus ſit ipſo iure, per legē offenſam, ſed declaratoria requiritur, & maximè vt noceat alijs, vti de excommunicatione, latè Tiraq. de reuocand. donat. verſ. ipſo iure. Adde Capyc. deciſ. 112. & 121. notabiliter. In tantum quòd licet reus obligetur ex quaſi maleficio, ex quo in pœnam delinquendo incidit, attamen niſi ſequuta ſententia
73 non quæritur actio fiſco, nec naſcitur hypoteca, niſi à die contractæ obligationis per condemnationem, l. aufertur § fiſcus ff. de iure fiſc. Bart. l. vnic. C. de pœnis fiſcal. lib. 10. Peregr. tract. de priuileg. fiſci lib. 5. tit. de public. bonorum nu. 182. Hinc eſt, quod ante condemnationem lucra, & hæreditates, quæ obuene-

Digitized by Google

uenerunt rèo, poterit is renunciare, li-
74 cet obueniat damnum fiſco,& fieret in fraudem,quia fiſco non eſt nata actio, niſi ſequuta ſententia l. cum quidam ff.de iur.fiſc.vbi omnes,& l.in fraudem eodem tit.Boſſ.tit.de publ.bon. nu.29. Menoch.conſ.91. Et conſecutiuè nota quod pœnæ,& condemnationes bonorum,ſunt fructus iuriſdictionis, Bal.l.fi. ff.ſolut.matr.Roman.conſ.70.Molina de primog.lib.1.cap.25. ſed valdè fuit
75 dubitatum,ſi mortuo vſufructuario,vel marito Barone, qui cęperunt informationes,contrauentionum,& carceraue-runt reos, ſi emolumenta tunc non finita cauſa per ſententiam, debeantur proprietario, vel vxori, & ſic an attendatur tẽpus delicti,vel ſententiæ, quæſtio hæc antiqua fuit,& controuerſa, nam ſunt cõmunes opiniones pro vtraque parte,ſed nouiſſimè conciliat Maſtrill.deciſ.12.qui omnes coaceruat, & poſt eum Caball.caſu 267.vbi vide; In foro autem conſcientiæ ſi quis offende-
76 rit legem,& in pœnam pecuniariam inciderit, quod neq; ſit obligatus ſoluere, niſi inquiſito,& condemnato, & quod liceat omni modo ſe defẽdere,vt euadat à pęna incurſa,glo.& DD.cap. fraternitatis,verbo cum augmento 12. quæſt.2.Cæuall.comm. opin.687. latè Gabr. Roman. tit.de probationib.concluſ.8.Reg.de Ponte ſic conſuluit conſil.42.& 67. de prodigo indigente curatore, nam antèquam declaretur pro tali, licet patentes actus prodigalitatis exerceat, tamen cum ipſo rectè cõtrahitur, donec per ſententiam ei nõ fue-
77 rit interdictum, Doctor.l.is qui bonis ff de verb. obl. & ſic fuit iudicatum in cauſa Principis Biſiniani, pro D.Hoſtilio Vrſino. Sic etiam licèt quis ipſo iure feudo priuetur, declaratoria tamen ſententia requiritur culpa commiſſa, Reg.de Ponte conſ.67.cap.1. de feudo ſine culpa non amittendo. Adde,quod hoc procedit etiam in contractibus reſolutiuis, quibus ſi ex pacto adiecto in
78 caſu contrauentionis,appoſita ſit pœna reſolutionis contractus, per verba directa, quæ ipſo iure reſoluunt, & retrahunt negotium ad prima principia abſtractiua, contractus ipſo iure reſoluitur,vt declarat Couarr. var. reſolut. lib.3. cap.7. Anna conſ.39. & 81. ſed Iudicis declaratio requiratur,vel ſi res nõ eſt integra, ſeù poſſeſſio pœnes tertium reperiatur, de Pont.conſ.5. num. 32. Affl. dec. 95. nec datur morę per-
79 gatio in reſolutiuis, idẽ Affl.dec.173. Viui.deciſ.531.latè.

Finaliter dicit Pragmatica per hæc verba. (Et ſi contrafecerint Capitanei taliter electi, nullam habeant iuriſdictionem, ſed taliter concedens officia pęnam vnciarum centum incurrat, & qui dedit pecuniam amittat, cuius pecuniæ, dimidia pars Hoſpitali Incurabilium,& alia dimidia Regiæ Curiæ applicetur.)Ex quibus notandum duxi, quod hic magis errat vendens, quàm
80 emens, eo quia plus punitur vendens, quàm emens, quod patet hic ex pœnæ impoſitione, quæ commenſuratur delicto,l.ſancimus C.de pœnis,vendens.ni plectitur pœna vnciarum centũ,emens amittit officium, & pecuniam,quam dederat, vndè mitius punitur. Et hoc videtur contra regulam, quia emptor, & venditor ſunt correlatiui, l.1. C. de
81 cupreſ. lib. 10. ideò par pœna debet imponi vendenti, quam ementi, alias excederetur materia correlationis, in tantum,vt inflicta pœna vni, intelligetur,& alteri,Doctor.d.l.1.Bart.l.nemo, C.de ſacroſanct.Eccleſ. l.ſi conuenerit ff.de pact. Adeo vt ſi ſimus incorrectorijs,quæ ſtrictiſſimè interpretari debẽt, l.pręcipimus C. de appell. tñ correctio
82 diſpoſita ſuper vno correlatiuo, extenditur ad alterum,Bart.l.fin.C.de indicta viduitate, vndè pœna diuerſimodè hic impoſita, videtur euertere dictam cõmunem regulam,quam firmant pręcitati Doctores,quòd pęna æqualis eſſe debeat,Abbas in prohem.verſ.Gregorius. Immò poteſt dici,hic nullam eſſe impoſitam pœnam ementi, nàm ſi perdit officium,& pecuniã,hoc fit,quia
83 ius reſiſtit, & pecunia data ob turpem

cauſam

Digitized by Google

cauſam repeti non poteſt l.3.ff.de condict. ob turpem cauſam,vbi datum Iudici pro iuſta ſententia,turpiter dicitur datum, & non repetitur, l.mercalem C.eodem tit. vbi datum meretrici, non repetitur,quia denegatur actio ad agẽdum ob turpem cauſam, l.iuris gentiũ, §. ob maleficium ff.de pactis, non dico quod rectè retineat accipiens, nam accipiens contra legem refragantem,etiã ipſe perdit,ſed fiſco applicatur,ex l. Lucius de iure fiſc. Viui.deciſ.482. & latè Couar.in regul.peccatum,2.relect.par. 2.vbi excutitur, quando turpiter datũ repeti,vel non repeti poſſit. Ex quibus conſtat ſatis maiorem pœnam eſſe vendentis,quàm ementis: Vera tamen eſt hæc ratio,ſed notes materiam correlatiuorum, quod licet ſit poſita regula, quod vna ſit natura; vnaq; ſit cõprehænſio,nõ extenſio tamen fiet in ipſis; nàm ſatis differt compræhenſio ab ex-
84 tenſione, iuxta gloſ.notabilem cap.1. verſic. ità de temporib.ordinatio. in 6. l.his ſolis C.de reuoc.donat.ibi (tacitè cautũ putamus) Frecc.2.lib. 1.authorit.quęſt.1.quod aſſenſus porrigitur ad ea, quæ de iure compræhenduntur, & non ad ea,quæ extenduntur,& ſic licet vna ſit eſſentia, & compræhenſio correlatiuorum,vt Gabr.Roman. concl.3. de legib.abbundè tamen aliquando,& maximè in pœnalibus,vbi non eſt eadẽ
85 ratio punitionis, non procedit regula correlationis, quod diſpoſitum in vno neceſſario ſit tribuendum alteri, gloſ. verb.euacuatorum,l.properandum §.1. C.de iudic.vbi pœna ibi impoſita actori,non trahitur ad reum, licet actor, & reus ſint correlatiui, cum non inſit eadem iuris ratio,ſic Bart.l.multum ff.de verbor. obligat. vbi prohibitus in alterius territorio emere,poterit tamen vẽdere, quia ratio banni eſt diuerſa in ementе, quàm in vendente; vndè non ſtatur correlationi,Doctor.d.l.1.de cupreſſis. Et in terminis quaſi noſtris,nõ eſt dubium,quod dans,& recipiens sũt correlatiui, gloſ.magiſtra C.ne fideiuſſores dotium verſic. idem ſicuti; Ta-
86 men ſi quis dederit ad vſuras, vſurarum pœna punietur is qui dedit, is verò, qui recipit,non erit in ea pœna, quia non ineſt eadem ratio,nam dans erat, recipiens non ex voluntate ſoluit vſuram, cum nemo præſumatur iactare ſuum, l. cum de indebito ff. de probat. nec donare l. procula de donationib. ſed hoc facit ex neceſſitate, vndè is nõ punitur,ſed dans ad vſuras, Guid.Pap. deciſ.581.Viui.dec.373.& ſic vbi non adeſt eadẽ ratio, ſed maior,vel minor, ceſſat regula correlationis, ſic etiam Frecc.de ſubfeud. 1.auctor. 2.lib. 1.q. nu.23.Ann.in repet. Cõſtit.conſt.diu. mem. nu.255. vbi excutitur, an Conſtitutio díuæ memoriæ, quæ permittit
87 impunè reuocationem feudi ſine aſsẽſu factam alienanti, extendatur etiam ad ementẽ, ità vt etiam emens infringere alienationem poſſit? Reſpondeo quod non,ex multis,ad quæ me remitto,licet contra eos hodiè pluries ſit iudicatum reuocationem cõpetere tam venditori, quàm emptori, Franch.dec. 540. de Ponte tit.de aſſenſ.§.1.nu.31. Ioan.Thom.de Marinis in tract.de gener.& qualit.feud. tit. de feudo ex pacto §.conſtitutio nu.13.& hoc non habet dubium in Regno,& nota.Addę qđ in facto reuocauit Marchio Chuſani venditionem Terræ Sorbi, factam à D.Flaminio Vrſino ex defectu aſſenſus non expediti infra biennium in forma Cancellariæ,vt Afflict.& Vrſill.deciſio.197. de Ponte conſil.3.num.30. & conſ.5.& in diſcuſſione illius cauſæ, vbi ego pro D.Flaminio interueni, qui illius cauſam tunc tuebar. Dubitabatur,nam Marchio prætendebat alienationem nullam, & pretium cum vſuris ſibi debere reſtitui,quod ex cauſa venditionis ſoluerat, offerendo ille fructus feudi, (qui longè minores erant,pretio
88 vſurarum,) iuxta text.l.ſi prædium C. de prædijs minor.& dixi ſupra Pragm. prima. Dicebam,verum eſſe, quod annullato contractu pretium eſt cum intereſſe reſtituendum,& res cum fructibus, ſed in caſu noſtro non venditor,

Digitized by Google

sed emptor venit ad reuocationem contractus contra regulam,& naturam,cũ hoc ius venditori daretur, & licet sic sit extensum,vt etiam emptori competat,magis tamen strictè cum eo agi debet, & sat erit pretium ei restitui,& qđ fecerit fructus suos,nam aliud cum vẽ-
89 ditore rescindente, aliud cum emptore, vt annuit Franch. decis.495. nu.5. Couar.variar.resolut.cap.9.nu.2. nam vbi versatur calliditas contrahentis, & reuocantis,licet iure hoc faciet, tamen circa restitutionem vsurarũ mitius agitur,& sic limitatur tex.d.l.si prædium,
90 & fuerunt adductæ multæ sententiæ Sacri Consilij,quòd multoties sic iudicauerat, & conferunt notata per Sutd. decis. 46. & ità de Ponte in suo tract. fol.269. sub tit.de assens. patet igitur, quantum erret hic potiùs vendens officia, quàm emens, cum diuersa,& maior imponatur pęna,emens enim tenetur omni via quærere sibi dignitatem,
90 honorem,& lucra,quòd naturale mortalium desiderium est, Crauett.cons.7. Spec.tit. de crimine in modum exceptio.proponen. Ad Baronẽ verò spectat
91 ius eligendi officiales, iustos, rectos, & non per pecuniam creare. Errat enim eligens plus quàm electus; cum mala electio sit in culpa,l.fi.ff.pro soc.Quam pœnam vnciarum centum impositam vendenti officia, ac pecuniam empti officij, dictat Pragmatica, dimidiam applicari Hospitali Incurabilium.Quæritur, an ius Administratoribus Hospitalis acquiratur petendi hanc pecuniam,& detegendi hanc officiorum ve-
92 nalitatẽ; Dico quod ius quæritur tertio, quando à lege indicitur pœna, & pro ea competit condictio legis, l.1.ff. de iure fisci,& pro suo interesse licitum erit actionem proponerẽ; nam etiam in stipulationibus hoc procedit, vbi quæritur actio per alterum,quia sua interest, Ias.l.stipulatio ista §.alteri, ff.de verb. signific. Sed quid erit in pactis, vel stipulationibus, in quibus communiter solet adijci pœna applicanda sacro Hospitali, vel pio loco data cõtrauentione per aliquem, an dictum Hospitale,vel locus pius possit agere data,
93 seu commissa pœna, multi dixerunt, quod sic,nam licet ex stipulatione facta per alterũ, actio non quæratur vulgato §. alteri de inutilibus stipulat. institut. tamen prò dote valet stipulatio facta alteri, Boer.in decis.284. nu.28. Nouell.in tract.de dote 6.par.priuileg. 22 & dos,& pia causa parificãtur,Eue-
94 rar.loco topic.60. vndè videtur, quod actio q̃ratur,Tiraq. autẽ de priuil. piæ causæ priuil. 114. recitãdo plures opiniones relinquit cogitandũ,an vera sit hæc limitatio, Gabriel.autem dicit cõmunem opinionem contra piam causã, quod actio non quæratur ex stipulatione contrahentium, 1.concluf. tit.de verb. obligat. vndè si in contractibus, Notarius nõ stipuletur pro fisco,vel pio loco,ius non quæretur,Bart.l.1. ff. de iure fisci nu.10.& ibi additio,Boer. decis.254.in fin.Adde Peregrin.de fideicommiss.art.51.qui contrarium tenet, & latè ad materiam, sicq; si persona publica non stipuletur pro pio loco, in casu contrauentionis,ius ad pœnam fisco,nec pio loco competet,Vrsill.dec.3 Viui. decis.59. benè Peregrin. de iure fisci fol.116.num.2.latè,an fiscus possit accusare vbi pœna venit sibi applicanda; In donationibus verò aliter proce-
95 ditur, nam etiam nemine stipulãte pro loco pio, actio quæritur, si ei quomodocunq; donatur,ex l.Paulus, ff.de except.non competit verò super re donata, directa vendicatio, etiam appositio constituto,D.de Franch.decis.74. latè
96 Tiraquell. de constituto 30.limit. Couarr. variar.resolut. 1.lib.cap.14. Aduertas etiam,quod istas pęnas conuentionales exigi non posse multi opinantur,nam pœna in tantum exigitur,in quantum cum interesse concurrit,Gra-
97 mat. consil.ciuil.66. & si licitum esset in foro fori,in foro tñ poli omninò exigi non posse, Doctor. dicunt cap. dilecti de arbitris, Glos.cap. fraternitatis, verbo cum augmento 12. quæst.2. sed receptior,& communior opinio est,pę-

nas

Digitized by Google

nas conuentionales exigi posse, & in
98 foro fori, & in foro poli, Stracc. in tractatu de mercatur. tit. de contract. nu. 21. Adde Menoch. de arbitr. Iud. casu 260. Thessaur. decis. 98. nam maxima æquitas suggerit, quod pœna arceatur, non obseruans placita, Vasq. contr. illustr. cap. 28. benè, sicq; firmat Gabr. Roman. concl. 34. tit. de malefic. quicquid alij dicant, quorum opinio posset substineri in pœna legali, iuxta ea, quę dicit Afflict. quæst. 3. & non in pœna conuentionali, Vrsill. dec. 135. vide cauthelam infra Pragmatica 9. & Couarr. supracit. loco cap. 14. Alij distinguunt,
99 aut pœnæ sunt appōsitæ dationi quantitatis, veluti si centum nō solueris, dabis viginti nomine pœnæ, & tunc in fraudem vsurarum talis pœna censetur posita, Thess. decis. 98. aut ponitur facto, & sic cessat suspitio vsuræ, sed pactum apponitur, vt is metu pœnæ arceatur, ab aliquid faciendo, vel non faciendo, & tunc pœna potest exigi moderanda arbitrio Iudicis; nam licet pœna de æquitate non exigatur, nisi quatenus cum interesse concurrat, vt Afflict. decis. 135. tamen interesse voluntatis, &
100 alicuius facti potest excedere omne interesse facultatis l. fin. ff. de vsur. Et propterea arbitriū Iudicis poterit hoc considerare, si tale pactum sit considerationis, vel nullius facultatis, vt benè Guttierez tract. de iuram. confirm. cap. 26. qui ponit duo exempla, pro quibus in vno obtinuit, in alio succumbit, in primo aderat pactum de non pascendo defensam cum certo genere animaliū sub pœna, & ille contrauenit, & actor egit ad pœnam; & cum reus probasset vllum damnum euenisse fuit absolutus, In alio discipulus conuenerat cum magistro de non expellendo, & docendo sub pœna, expulit, & verè parum ille profecerat, & per binas iudicaturas fuit ad pœnam condemnatus, & sic iuxta qualitatem negotij causa temperatur,
101 prout in similibus, de pœnis in compromisso appositis contra reuocantem, nam secundum qualitatem contrauenientis ex causa minus vrgenti, vel valida, pœna exigetur, & quod stante iuramento tanto fortiùs pœnæ exigi poterint, ibidem Guttier. latè Anchar. cons. 146. Azeued. l. 4. num. 57. tit. 21. pœnæ autem stipulatæ de stylo Notariorum
102 in contractibus, tùm quia non sunt solitæ exigi, tùm quia sunt de stylo non fit de eis casus, D. Rouit. in pragmat. de titul. abus. nu. 141. & Guttier. loc. cit.

Sed an pœnæ vnciarum centum, ac pecuniæ ammissæ Hospitali debeatur pars dimidia, cum Pragmatica videatur simpliciter loqui, dùm dicit (& taliter concedens, pœnam vnciarum centum incurrat, & qui dedit pecuniam ammittat, cuius pecuniæ dimidia pars Hospitali Incurabilium, & alia dimidia Regiæ Curiæ applicetur.) Videtur qđ vltima generalis clausula referatur ad omnia, l. doli clausula ff. de verb. oblig. l. talis scriptura de legat. 1. Dic con-
103 trarium, nam relatio fit ibi ad pecuniam ammissam, & non ad primam pœnam vnciarum centum supra positam, ideoq; cum sint separata, & expressa nomina sub lege, dum expresse ad vnū fit relatio, ad id porrigitur, & non ad aliud, nam si lex aliàs voluisset dixisset, l. vnica §. sin autem C. de cad. toll. l. si vnus §. final. de pact. Tanto magis hoc suadetur, ex relatiuo ibi posito (cuius pecuniæ,) relatiuum enim quis, refertur
104 ad præcedentem qualitatem, Doct. omnes leg. Stichus, qui meus erit ff. de legat. 1. hoc enim relatiuū refert qualitatem, quantitatem, & quidditatem præcedentem, non autem substantiam totalē, sed taxatiuè interpretatur, Bart. l. à filio §. testator ff. de alim. legat. Item genitiuus demonstrat præcedentem
105 qualitatem perfectam, & alio non extenditur, l. 1. ff. de oper. noui nunciat. vbi Doctores.

Postremò, an pœna priuationis officij ementi dicatur ciuilis, vel criminalis? Hoc enim conducit, nam si ciuilis poterit per procuratorem causa tractari, iuxta notata l. penult. §. ad crimen ff. de public. iudic. nam quo ad pœnam

Digitized by Google

venditoris, fisco applicandam, non est dubium esse criminalem, semper enim
106 quando pœna applicatur fisco ex delicto, causa criminalis est, Bart. l. Agraria ff. de termin. moto. vide quæ notat Peregr. de iure fisci tit. de pœnis, & mulctis. Sed circa priuationē officij, Grat. cons. 71. 2. lib. cum innumeris coaceruatis, firmant causam esse ciuilem, D. de Franch. decis. 457. communis tamen est in contrarium, Clarus quæst. 1. Ma-
107 rant. in suo Spec. ibi iudicium ciuile, vel criminale nu 32. respicit enim vindictam publicam, vndè criminalis est, Baiard. ad Clar. q. 73. distinguit Carau.
108 in pragm. de filiofam. §. 3. nu. 4. sed licet causa sit criminalis, quia respicit pœnam pecuniariam, poterit per procuratorem tractari, iuxta glos. in Constitut. vsurariorum, vers. deferendi, cui accedit Affl. ibi constantissimè firmans pro
109 accusato pro crimine vsurariæ prauitatis posse procuratorem comparere, quæ practica de iure substineri posset, nisi citatio arctaret reum, quod personaliter compareat, vt benè Viui. decis. 252. Arnon. singul. 41. vide notata sequenti pragm nu. . & Surd. dec. 89. nu. 19. Vltimò aduerte, quòd nouissimè adest alia Pragmatica Comitis de Lemos de anno 1613. vbi accumulatur alia pœna Baroni, & ementi officia.

SVMMARIVM.

1 *Geminatio verborum magnos effectus producit.*
2 *Officiales debere esse annales, de iure ciuili, & Regni, constitutum fuit.*
3 *Familiaritas cum officiali, parit contemptum.*
4 *Anni tempus, est longa mora, & iusta meta omnibus rebus peragendis.*
5 *Tempus indefinitè positum, anno circũscribitur.*
6 *Anno multa præscribuntur de iure, & aliqui casus referuntur.*
7 *Socius singulis annis debet denunciare damna consocio, & reddere computa administrationis suæ, alias postea non debet audiri.*
8 *Facultas nominandi, anno durat.*
9 *Officij qualitas adeò est annalis, q̃ plus neq; minus esse poterit, inde ad beneplacitum constitui non potest.*
10 *Officialis sine licentia relinquens officium, quam pœnam incurrat.*
11 *Officiũ an inuitus quis explere teneatur, & an possit renũciare discutitur.*
12 *Rex an possit resignare Regnũ notatur.*
13 *Renũciatione officij facta, an quis censeatur priuatus facultate administrãdi, vel sit expectãda acceptatio superioris.*
14 *Baro non poterit acceptare renunciationem officij, reluctãte Vniuersitate.*
15 *Locumtenentes non possunt constitui in officijs solum ex causa absentiæ ordinarij, & similium.*
16 *Locumtenentis officiũ non debet excedere quindecim dies, nisi ex causa.*
17 *Anni principium in officijs, an habeat tempus præstitutum describitur.*
18 *Officiales Vniuersitatum tempore solito debent eligi.*
19 *Annus an incipiat à die data, vel à tẽpore ingressus officialis, discutitur.*
20 *Tẽpus quodlibet conuentũ incipit à perfectione actus, & non à promissione.*
21 *Tempus datæ attenditur in gratiosis.*
22 *Tempus conuentum, vel assignatum à Iudice in compromisso, an currat à die decreti, vel à die quo arbitri acceptabunt illud, benè elucidatur.*
23 *Annus ex quibus diebus constet, & an dies actus includatur.*
24 *Dies termini an cõputetur in termino.*
25 *Annus si erit biseſtus, an dies intercidat, vel attendatur annus naturalis.*
26 *Dilatione mensis data, qualiter mensis computabitur, si habeat dies trigiuta, vel triginta vnũ, vel 28. declaratur.*
27 *Annus an semper habuerit hanc metã antiquitus.*
28 *Annus alius naturalis, vsualis, cerimonialis, emergens, & qualiter currat.*
29 *Annus qualiter initium habeat in Regno, nouissima ordinatio ponitur.*
30 *Mensis quot dies habeat regulariter, & dies quot horas.*
31 *Dies an incipiat à media nocte, vel ab Aurora,*

Digitized by Google

Aurora, & quid de hora.

32 Annus aliquando supponitur in iure, pro triennio, quinquennio, & decennio, dato pro recollectione fructuum.

33 Fructuum diuisio qualiter fiat soluto matrimonio inter haeredes declaratur.

34 Maritus si percipiat fructus vineæ, & similium post dies desponsationis, & moriatur, qualiter faciat suos illos fructus.

35 Fructus suos an ratim faciet, fructuarius, emptor, vel lucretur pro rata anni.

36 Fructus qualiter diuidi debeant inter feudatarij haeredes, eo defuncto feudo finito.

37 Fructus qualiter sint repartiendi inter usufructuarium, & proprietarium, nouiter declaratur.

38 Fructus ciuiles qualiter sint diuidendi attenta consideratione anni, & si non sunt exacti, an quis faciat suos vti maturatos suo tempore.

39 Fructus facit suos fideicommissarius, etiam maturatos tẽpore haeredis, quod est mirabile.

40 Fructus ciuiles qui dietim cedunt, si solent solui tertiatim ex pacto, vel cõsuetudine, qualiter numeratio fit facienda.

41 Legatum alimentorum quod consignari debet in principio anni, an reuerti debeat pro rata ad soluentem, si infra annum moriatur legatarius.

42 Officialis quare totum salarium transmittat eo mortuo, singulariter expenditur.

43 Singul. Anna 22. conciliatur cũ decis. Franch. pugnante.

44 Dispositio principalis attenditur, & nõ quod in consequentiam venit.

45 Pœnæ, & contrauentiones an acquirãtur fisco post inquisitionem, vel litis contestationem, vel per sententiam, declaratur.

46 Prouentus sunt in fructu Baronum, & quare non computantur in corpore feudi.

47 Fructus an venditi cẽseantur vendito fundo si sunt de proximo colligendi.

48 Fructus qui naturales, & qui industriales dicantur; notatur.

49 Possessor bonæ fidei quos fructus faciat suos recensetur.

50 Colonus in quo statu debeat relinquere fundũ, prout habuit cum noualjs, & melioratiõnibus, vel prout reperitur tempore restitutionis, & qualiter fructus sint diuidendi cum Domino.

51 Beneficiato mortuo qualiter fructus sint diuidendi cum successore.

52 Fideicommissarius tenetur soluere usuras etiam maturatas tempore haeredis, quod durum videtur.

53 Legatario an debeantur usura etiam rei legatæ.

54 Annus ceptus quando habeatur pro cõpleto.

55 Officialis durante anno non potest conueniri, nisi pro grauibus delictis, quæ recensentur.

56 Officialis semper accusari poterit officio durante, si ob id veniat priuandus.

57 Officialium excessus sola Magn. Cur. cognoscit.

58 Actuarij an veniant appellatione officialium.

59 Officiales maiores non possunt citari, nec inquiri sine Proregis licentia.

60 Baiuli, Magistri Iurati, Syndici, & Electi, an per solam M. Cur. cognosci debeant.

61 Officialis finito officio an à Barone possit puniri de delicto commisso in officio.

62 Baro licet non possit punire officialem poterit eum inquirere, & suspendere.

63 Barones multi habent priuilegium cognoscendi de delictis suorum officialium.

64 Prærogatiua concessa magno Principi, an transeant in singularem successorem facta venditione cum illius priuilegijs benè elucidatur.

65 Priuilegia insignia præsumuntur personalia, & non transeunt in alium, ex plenaria concessione.

66 Officialium delicta cognoscit Magna Curia, si sint facta intuitu officij, & non alias.

67 Baro an possit carcerare officialem de-

Digitized by Google

linquentem extra officium, & illo priuare sine licentia superioris, late explicatur.

68 Baiulorum Iudices an possint puniri à Barone, vel à M.C. cum delinquunt intuitu officij.

69 Seruientes officialibus delinquentes intuitu officij per M. C. sunt recognoscendi.

70 Regia Audientia an cognoscere possint de delictis officialium, prout Magna Curia.

71 Officiales offendentes intuitu officij per M.C. poterũt inquiri, & puniri, quia Ritus, actiuè, & passiuè fuit interpretatus.

72 Offensio quando dicatur ex causa officij.

73 Offensio si non erit grauis facta officiali, an persona possit trahi ad M.C. ex omni minima offensa.

74 M.C. an cognoscat de offensa facta Arbitris, Castellanis, & similibus.

75 Officialis Regius delinquens in terra Baronis, extra causam officij, an possit puniri ab eo.

76 Officialis etiam si ex culpa, vel infirmitate erit amouendus, per M. C. erit hoc cognoscendum, & non per Baronem.

77 Officiali accusato, an possit interdici administratio officij.

78 Officij suspensio quando possit fieri, & an à tali decreto possit appellari.

79 Pendente inquisitione potest mandari inquirendo, si persona potens erit, vt se absentet à loco, arbitrio Iudicis.

80 Suspensio debet peti ante litis contestationem, alias denegari potest.

81 Appellatione pendente an officialis possit administrare.

82 Inquisitus non potest ad nouos honores promoueri.

83 Officialis poterit condemnari ex delicto in contumaciam, etiam ad mortẽ, quod est notabile.

84 Sententia potest ferri contra absentem contumacem, si pœna erit pecuniaria, vel priuationis officij.

85 Officio aliquo semel priuatus ad aliud admitti non debet.

86 Infamis non poterit habere officia, sed limitatur hac regula.

87 Officialis an sit reintegrandus ad tempus quo fuerit suspensus si veniat absolutus ab impetitis.

88 Tempus currit de momento ad momentum, & non patitur subrogationem.

89 Cautela pro Barone quando Officialis non erit rectus, vt possit illum remouere.

90 Salarium an debeatur officiali pro tempore quo fuit suspensus.

91 Salarium an debeatur officiali dum fieterit infirmus.

92 Salarium an debeatur officiali si abfuerit aliquo tempore ab officio.

93 Baro an possit prouidere de officio aliũ, pendente inquisitione ordinarij.

94 Officialis ad tempus, an possit subrogari, si ordinarius sit impeditus, cum distinctione resoluitur.

95 Subrogatio propriè, quæ sit, & eius natura.

96 Officialis an possit officio priuari si tẽpore statuto non accesserit.

97 Procuratorum est, consulere per regulas generales.

98 Mora an, & quando possit purgari quando quis non adimpleuit in tempore, & an detur tempus, pro tempore.

99 Datio officij est contractus innominatus, do vt facias, & ex non adimplemento datur reuocatio.

100 Officium concessum nõ tribuit ius, nisi capta possessione.

101 Officialis primo creatus, an præferatur secundo qui cepit possessionem.

102 Officij possessio quando dicatur capta, & per quos actus.

103 Possessio officij valde confert, nam appositiones postea, plenario iudicio erũt terminandæ, sed antea impediunt immissionem.

104 Officialis refirmatio non potest fieri vno reluctante, ante, quam sit refirmatus, sed postea non audientur.

105 Officialis si se absentauerit sine licentia, an possit priuari.

106 Ven-

Digitized by Google

106 *Vendita Terra, an successor teneatur stare officiali creato à venditore.*

107 *L. lex vectigali ff. de pignor. notatur quando resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris.*

108 *Barone contumace, poterit iurisdictio sequestrari, & etiam pro debito poterit capi.*

109 *Officialis non potest remoueri locata Terra.*

110 *Fructus non possūt percipi immature, & capiens non facit suos, si dolosè accipiat.*

111 *Fructus rei est constituere officialem, & habere ius præsentandi.*

112 *Iurisdictio non expirat re nō integra, & officialis non potest remoueri infra annum, etiam si moriatur concedens.*

113 *Successor tenetur stare colono quando scit rem esse locatam.*

114 *Colonus pro anno inchoato non potest à successore nouo expelli.*

115 *Officialis pōt remoueri si prouisio fuerit facta ante tempus in fraudem.*

116 *Officialis si fuerit officio fraudatus, an possit consequi quantum potuerit lucrari, vel solum salarium ei debeatur.*

117 *Fructus non dicitur verè quod acquiritur propter laborem, sic & interesse.*

118 *Infirmitas officialis an sit iusta causa priuationis officij, & an debeatur ei salarium.*

119 *Clerici non debent promoueri ad officia secularia.*

120 *Clericus, an statim perdat feudum, vel officium.*

121 *Exterus Regni, vel foro priuilegiatus, an possit esse officialis, discutitur.*

122 *Regnicola quis proprie dici poterit.*

123 *Hispani non reputantur exteri in Regno.*

124 *Princeps, an possit ad nutum officialē ab eo constitutum reuocare.*

125 *Refirmatio officialis respicit singulos, vt singulos, & omnium consensus requiritur.*

126 *Refirmari an possit quis non dato syndicatu.*

127 *Syndicatus an possit augeri si officialis steterit vltra annum, benè elucidatur.*

128 *Refirmatio officij sine causa fieri non poterit obstante Pragmatica.*

129 *Authori fuit confirmatum officium Auditoratus Prouinciæ Calabriæ.*

130 *Comitis de Lemos vigilantia in eligendis officialibus narratur.*

131 *Refirmatione semel facta, alia fieri nō poterit.*

132 *Refirmatio cum Principis assensu fieri poterit & num. 144.*

133 *Continuare officium in eadem Terra, etiam in diuersis non licet.*

134 *Officium maius in eodem loco, an liceat exercere.*

135 *Actuarij possunt continuare officium dato prius syndicatu.*

136 *Officialis debet vacare anno, vt possit redire ad idem officium.*

137 *Officiales Vniuersitatum debent vacare quinquennio ad eadem.*

138 *Munera possunt continuari, & qui fuit Syndicus poterit in sequenti creari Aerarius, cum simus in diuersis.*

139 *Frater si fuit in vno officio, an sequēti anno possit alter ibidem eligi.*

140 *Officialis non poterit discedere si non venerit successor, & acceperit possessionem.*

141 *Officialium appellatione qui veniant, vt debeant esse annales, an Actuarij, & alij Assessores, Baiuli, & similes.*

142 *Habentes iurisdictionem in dominiū an possint exercere iurisdictionem, vel sit eis prohibita, prout Baronibus.*

143 *Iudices secundarum causarum, an debeant esse annales, vel biennales.*

144 *Auditores Prouinciales, ex consuetudine sunt biennales, & sine nota non possunt antea amoueri.*

145 *Extensio non potest fieri in correctorijs.*

146 *Prouincia dicitur Metropolis, qua debet habere ad minus sub se decem Terras.*

147 *Audientijs cōmunicantur omnes prærogatiuę Magnæ Curiæ Vicariæ.*

148 *Argumentum de persona ad personam non valet.*

Digitized by Google

149 *Baro dicitur perpetuus Iudex vasallorum.*

150 *Parte non opponente multa transeunt, & non quod fit, sed quod fieri debet est attendendum.*

151 *Regimina sunt duo, vnum pertinet ad Principem, & suos, aliud ad Vniuersitatem.*

152 *Officia sine iurisdictione non habent temporis stabilitatem, & ad nutum reuocari possunt.*

153 *Vicarij Episcoporum sunt ordinarij, sed non habent temporis stabilitatẽ.*

154 *Vicarij Episcoporũ, an teneantur stare syndicatui.*

155 *Officiales perpetui visitantur, & non syndicantur.*

156 *Visitatio officialiũ fit in singulis quindecim annis regulariter.*

157 *Officiales perpetui an possint ob delictũ suspendi, vel à Prorege priuari.*

157 *Officiales perpetui possunt durante officio conueniri pro debitis, & alijs causis, & an carcerari.*

158 *Qualitates quas debeat habere officialis, qui præponitur officio perpetuo.*

159 *Baronis debet esse cura, vt sui officiales pareant syndicatui.*

160 *Syndicandi iurisdictio est Vniuersitatis, & non Baronis.*

161 *Officialium creatio spectat ad Barones acceptatio ad subditos, & Regimen.*

162 *Ciuis quilibet potest contradicere receptioni officialium, opponendo.*

163 *Officialis potest respui, si non habet liberatoriam alterius officij.*

164 *Officialis si non erit electus secundum Capitula facta inter Baronẽ, & Vniuersitatem potest refutari, si non sit Doctor, vel de conuicinio.*

165 *Officialis si est ortus, vel oriundus, an possit ei denegari possessio.*

166 *Prorex, & Præses non potest esse in ea Prouincia vbi tenet feuda.*

167 *Officialis potest esse in propria patria Neapolis, & Romæ.*

168 *Baro an possit creare officialem in sua Terra, sibi coniunctum, latè explicatur.*

169 *Infames quando possunt respui, & non admitti ad officia, latè tractatur.*

170 *Infamis non potest dici nisi sequuta sententia sui criminis.*

171 *Infamia facti non facit inhabilem ad officia.*

172 *Infamis non potest dici qui condemnatur ex delicto, pœna extraordinaria.*

173 *Infamia in dubio non videtur contracta.*

174 *Pœna temporali exiliati finita, cessat infamia.*

175 *Capitaneus militiæ condemnatus, an perdat cobertem vti infamis.*

176 *Iudex poterit decernere, ne reus sit infamis.*

177 *Rei gratiati, vel compositi remanent infames, & an transacti.*

178 *Officiales qui possunt legitimè refutari, enunciantur.*

179 *Officialis si non præstat cautionem, an possit ei denegari possessio.*

180 *Appellatur ab officialibus Vniuersitatis ad Superiores, & nõ ad Barones.*

181 *Officialis tenetur stare syndicatui in ea terra, vbi maiori parte administrauerit, & non in alijs subiectis.*

182 *Officiales qui sunt de iure syndicandi.*

183 *Officialis si non est solitus syndicari in eo loco, an possit cogi.*

184 *Actuarij non soliti syndicari, an possint vti hac exceptione.*

185 *Barones non debent se intromittere in syndicatu officialium.*

186 *Syndicatus an sit de iure diuino, disputatur.*

187 *Syndicatum an possit Prorex dispensare.*

188 *Officialis vilesceret, si continuo posset syndicari.*

189 *Officialis cũ auctoritate debet officium administrare, ne vilescat auctoritas.*

190 *Ciuitas qua dicatur, & qua Terra.*

191 *Princeps etiam potest decorare Terrã priuilegio Ciuitatis, licèt non habeat Episcopum.*

192 *Verba enunciatiua Principis, quando dissonant recensetur.*

Digitized by Google

PRAGMATICA QVINTA.

Carolus Quintus in Anno 1536.

VOlumus etiam, vt Barones prouideant, quod eorum Officiales sint annales, & finito officio debeant stare, & parere syndicatui faciendo per Syndicum eiusdem Ciuitatis, & Terræ, in quibus officia exercuerint, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ.

COMM. PRAGM. V.

ISta Pragmatica statuit id, qđ iure ciuili erat constitutũ, vt officiales essent annales, vndè excitatur hic modo eius obseruantia, licètq; repetere idem, absurdum reputetur, vt dixi prima Pragmatica in principio, procedit id in homine, non in lege, quæ si pluriès idem repetat, demonstrat saltem intentionẽ
1 inuiolabilem seruandi sanctum, & excitat obseruantiam, Alex. & alij l. Balista ff. ad trebell. de iure in l. 1. C. vt omnes Iudices, & l. neminem C. de suscep. lib. 10. cautum erat, nè officiales constituantur, nisi per annum, & vlteriùs ambientes puniantur l. C. ad leg. Iul. de ambitu, D. de Franch. decis. 364. ac idem confirmatum erat in Regno per Constit. Occupatis, & per Capit. Regni Electionem, & cap. scire volumus, omnibus in vnum consonantibus, vt tẽpus
2 officialiũ anno præscribatur, & ex Historijs ita antiquissimo iure etiam fuisse statutum cõperimus, vt notat Marc. Ant. Surg. fol. 152. nu. 16. de Neap. illust. sed perquirendo rationẽ, vidi Iser. d. Constitut. Occupatis, dicentem, hoc fuisse ordinatum, vt subditis satisfiat, si quid damni, & iniuriæ fuerit ijs illatum ab officiali, nam si vltra tempus esset, daretur in longum emendatio; Lucas de Penn. l. 1. lib. 10. C. de domest. dicit
3 hoc fieri, nè nimia familiaritas posteà causetur cum subditis, quæ multa parit inconuenientia, vt ibi. Quæ rationes non sunt (iudicio meo) causæ efficientes, & finales sic disponendi, sed rectiùs puto dicendũ, annum esse tempus omnibus rebus agendis aptum, & sufficiẽs, & Legislatores appellationem competentis temporis; de anno interpretari solent, tex. est singularis l. fortissimi C. de erogat. mili. anno. lib. 12. ita vt Bal.
4 l. vsuræ per glos. ibi C. de vsur. dicit, qđ tempus absolutè positum, intelligitur de anno, & id non dubiè ostendit prouerbialis hyperbole; nam cum moram longã significare volumus, anno id ex primimus. Terentius En, nostin mores
5 mulierũ? dum poliuntur, dum comuntur, annus est, & sacræ literę annum pro tempore ponunt, vt est notum Hier. 23. annus visitationis, & in iure, multa anno sunt circumscripta, vt de tempore ad renouandam inuestituram, quod est
6 annale, vt latè Afflict. in Constit. Vt de successionibus q. 17. sic facultas reuocandi alienationem feudi factam à vasallo, cap. 1. §. porro qualiter olim feuda aliena. annus etiã conceditur ad adeundam hæreditatem, & ad deliberandum, l. cum antiquioribus C. de iure delib. annus etiam datur ad faciendam professionem in Monasterio, authent. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. Rationem reddere tenetur socius omni anno,
7 si quid damni successerit, aliàs posteà audiri non debet, quod est singulare, secundum Cappell. Tholos. decis. 447. & distinguit hoc Mascard. conclus 272 Mater tenetur infra annum petere tutorem filio, aliàs priuatur hæreditate, l. omnem C. ad Tertull. & longum esset recitare iura, quæ multas dispositiones anni circulo præfixerunt, quorum vera ratio assignari non potest, nisi quòd annus sit tempus congruum, & iusta mora; sicq; est dicendum in casu nostro; ita Surd. decis. 216. de contractu facto cum facultate nominandi, qui intra annum

Digitized by Google

8 num fieri debeat: Alias etiam rationes adducit D. Tapp. in allegata Constit. Regni Occupatis,& nouissimè Mastrill. lib.1.cap.23.per totum, quas consultò ommitto,cum non sint vtiles.

Et hæc qualitas annalis, adeò commensurata est officialibus, vt neq; minoris temporis spatio esse possunt,indè Baro non valebit officialem constituere ad beneplacitum,cum nec infra,nec
9 vltra annum, iure ipsum constituere valeat,Boer.dec.149. Franc.Marc.decis.19.2.par. Et licèt consentiant Baro,& officialis,vt discedat,Vniuersitate renuente recedere non poterit, nam publicum munus suscepit,quòd per annum explere cogitur,D.de Franch.decis.409. Et infra annum si officialis of-
10 ficiũ dereliquerit, grauiter poterit puniri,Paris de syndic.verb.licentia, Carau.Ritu 7. debent enim residere,Viu. decis.356. Sed est perquirendum,an sit perpetuò verum,quod post acceptũ officiũ,illud non possit renunciari,text. in l.fin.C.de defens.Ciu.dicit non lice-
11 re, nisi cum assensu Principis,& sic Doct.l.penult. ff.de offic.Præsid. prout seruatur etiam in beneficialibus cap. mouet de renunc.vbi omnes,Menoch. tract. recuper. rem.1. num.277. Flam. Paris. tract.de resignat.par.1.lib.7.Nec Imperator, & Pontifex poterunt abdi-
12 care à se Imperiũ, nisi in manibus eorum à quo habuerunt, Castal.in tract. de Imper.quæst.103.Nec sola resignatio eximit officialem, nisi fuerit acceptata Gomes.tract. de resign.quæst.29. Reg.de Ponte dec.28.indè semper potest administrare etiam facta renunciatione quousq; superior acceptauerit, Tiraq.de retract.§.26.glos.2.Abb.cap.
13 de multa de probat. quod non procedit in officijs sine administratione, nàm facta renunciatione, ius est quæsitum superiori,& officium dicitur vacare, Anna allegat.92. D. de Ponte d.decis. ficq, in officialibus etiam Baronum,
14 resignatio facta in eorum manibus nõ sufficit, nisi Princeps assentiat,renuente Vniuersitate, nam si omnes consentirent,non puto aliam licentiam esse
15 requirendam, nisi Baronis concedentis. Nec est admittenda per indirectũ illa fraus, quam nouissimè audio excitatam,quod Barones creant Locumtenentes ad officiũ, eo quòd illos ad nutũ reuocare possunt, nam Locumtenẽs non potest constitui nisi per modicum
16 tempus absentiæ,vel impedimenti ordinarij Iudicis,vt Viui.ibi,& in Consilio fuit iudicatum, quòd non excedat tempus dierum quindecim,vt est decisum cum Vniuersitate Solofræ, sub die 22. Nouembris 1578. Franch.d.decis. 409.& ibi Amendol.limitat,si ordinarius iustè sit impeditus,nam tunc fraus legi fieri non dicitur l. non dubium C. de legib. & dixi supra pragm. 3. Quod anni principium in officio, videtur vt esse debeat à prima Septembris, sic.n.
17 dictat Capitulum Regni electionem sub nu.171. Isern. verò, & Afflict.dict. Constit. Occupatis, dixerunt debere initiari à Kalendis Ianuarij, prout sic fuit constitutum nouissimè in Regno, per pragm. Comitis de Lemos tit.de Commissar. quòd annus computetur solum à Kalendis Ianuarij, quæ iura scias potiùs causa demonstrationis,quã dispositionis sic dictare, eò quod annus ab istis temporibus exorditur (vt dicam) non quod sit semper necessarium ingredi ad officium illis temporibus, & sic videmus obseruantiam,verã legum interpretem, l.quod si nolit §.q assidua ff. de ædil.edic.§.fin.institut.de satisdat. nam officiales temporis stabilitatem posse habere, erit impossibile, cum ob mortem,& alia impedimenta, officia vacent diuersis temporibus. In
18 officialibus verò creandis ab Vniuersitate datur certum tempus anni, quo ipsi creari solent, secundum Regionis consuetudinem,qui prẽstituta die eligi solent, quòd tempus non est mutandũ, D.de Franch. decis.419.num.3. Et sic
19 annus in officialibus incipit à die ingressus, seu possessionis captæ, Bart.l.si cui legetur ff.de legat.1.Franch.decis. 393.Bertazz.fol.209.de clausul.quòd

etiam

Digitized by Google

etiam si literæ commissionales anteà essent expeditæ,& constitutus fuisset finis officij intra annũ à die datæ,adhuc subintelligi debet,si tempore datę fuerit officialis ingressus ad officium, text. singularis l.tali ff. de iure dot. vbi promissa dote intra annum,ibi quæritur, si annus incipiat à die illa promissionis, vel à die sequuti matrimonij,& decidit qđ tempus incipit à perfectione actus,
20 & latè Tiraq. de retract. §.1. glos.10. num.108.Bertazzol.vbi supra,Couarr. variar.resolut.lib.3.cap.11.licet in gratiosis attendatur tempus datæ, Aflict. decis.253. Franch. decis.326. vel nisi
21 expresè sic fuisset inter partes actum, vt Franch.decis. 260. de compromisso facto coram Arbitris intra certos dies, quod regulariter non currit tempus, nisi acceptato cõpromisso ab Arbitris, sed si expresè fuisset cautum,vt currat
22 ab hodiè,tempus erit continuũ,vt ante eum dixit benè Surd.decis.203.nu.13. Tiraquell.de retract.d.§.1.glos.2.num. 41.an tempus currat ab actu,vel à perfectione actus, ibi, an annus incipiat à venditione,vel traditione,& benè ibidem §.36 glos.2.nu.4. Et durat spatio
23 tercentum sexaginta quinq; dierum, ex quibus constat annus,iuxta tex.l.ita vulneratus §. æstimationem ff. ad leg. Aquil.gloss.l.3.§.minorem ff.de minor. licet multi super addant diem in omnibus actibus,non quod annus sit ex maiori distantia controuersus, sed propter
24 illam quæstionem, quòd dies termini non computetur, quem punctum latè attingit Tiraq.§.1.glos.10.num.61.de retractu consang. Cæuall.comm.opin. 401. quæ speculatio non credo, quod subsistat, vt ibi. Solet etiam addi alia dies,quãdo annus est bissextilis, singu-
25 lis quatuor annis,& sic omnibus quatuor annis, vltra ipsum numerum dierum, super adduntur viginti quatuor horæ, & fit in mense Februarij, vnde versus. Bissextum, sexto Martij tenuere Kalendæ,postremo die celebrantur festa Matthiæ,glos.cap.quæsiuit de verb. signific.l.cum bissextus ff.eod.tit.Viui. dec.72.& tempus regulatur secundum naturalem cursum, prout etiam D.de Franch.dec.471. vbi discutitur de mense,qui regulariter est triginta dierum, an si ille mensis sit bissextus,vel sit triginta, & vnius diei,vel sit viginti octo, vt in mense Februarij,quomodò sit cõ-
26 putatio facienda in materia liquidationis instrumenti, vbi datur mensis ad incusandam vltimam contumaciam ad hoc nè circumducatur citatio,quando accusari debeat,& vide Tiraq.§.1.glo. 10.nu.119. Quis autem fuerit auctor istius anni bissexti, quare mensis alter habet dies triginta,& alius triginta, &
27 vnum, & qualiter annus antiquitus cõputabatur, diuersimodè alij singulis quatuor mensibus annũ componebant, alij singulis decẽ mensibus.Et aliquãdo annus pro hebdomada ponebatur,vide quę refert Cępoll.l.cum bissextus ff.de verb.signif Tiraq.de retract.d.§.1.glo. 10.Couarr.variar.resolut.lib.1.cap.12. & lib.4.cap.18.quibus locis multæ proponuntur quæstiones, ad anni materiã pertinẽtes, quas breuitati consulentes, prætermisimus,loca designasse contenti; Quotuplex vero sit annus, hoc latè
28 declarat Luc. de Penn. l.siuè C. de exacto.tribut.alius enim est vsualis,ceremonialis, naturalis, & emergens, & de emergenti loquitur D. de Franch. decis. 306. & quomodò tempus computetur de momento ad momentum, & eo tempore finiat, quò cęperit, vide glos. & Doct l.3. §.minorem ff.de minorib. Tiraq.de retract.d.§.1. glos.11. nu. 6. Et in Regno annus vsualis an
29 incipiat à Ianuario, dicto Ianua anni, vel ab Apreli, vel à Septembri, notat ibi Lucas; Notarij à Natiuitate Domini nominabant annum, alij primo Ianuarij, in Regno nunc debet à primo Ianuarij computari per nou. Pragmat. Bertazz.de clausi.latè clausi.1.glos.2.attendenda est loci consuetudo, Doct.l. diuortio §. quod in anno ff. solut. ma-
30 trim.mensis quot dies habeat 30. vel 31.& qualiter facienda sit computatio Menoc.de arbitr.casu 50. & dies quot

horas

Digitized by Google

horas debeat habere in computatione, & quotuplex sit naturalis, ciuilis, conuentionalis, artificialis, vide Bertazzol. de clauſ.gloſ.4. clauſ.1. & an incipiat
31 à media nocte, vel ab aurora, Doct. cap. cõſuluit de offic.deleg. Polidor.in tract. de nocte cap.3. latiſſimè; & hora qualiter conſideranda vide Couar.variar. reſol.lib.4.cap.20.nu.14.

Poſtremò cum materia huius Pragmaticæ ſit multum tenuis, antequàm ſilentium ponam huic anni cognitioni, non te pigeat, colligere aliqua vtilia, quæ non inuenies alibi, ſic diſtincta, & remiſſiuè loquar. Et dico, quòd multotiès, apud Doctores reperies, annum non ſolum pro circulo ſolari, dierum trecentum ſexaginta quinque poni, vt
32 dixi. Sed annum pro biennio, triennio, ac decennio, capi pro vno anno, quòd contingit in fructuum diuiſione; namq; multi ſunt fructus rerum, qui non omni anno, ſed biennio, vel triennio percipiuntur, vt dicunt de oliuis, ſicque de ſyluis cæduis, quas videmus omni decennio excidi, & ex eis fructus percipi, & ponunt Docto. iſtud decennium pro anno, ad tex.d.l.diuortio §.quod in anno ff.ſolut.matrim. & pro ſingulari hoc tradit Borgn.de vſufr.mul.relict. num. 245. Roland.conſ.87. 1.lib. & ante eos Tiraq. de quo non meminerunt in tract.conuentional.§.5. gloſ.5. in fine, Quæ conſideratio conducit ad fructuũ diuiſionem, ſed non ad omnes, vt multi ſe jnuoluendo dicunt, attribuendo vnũ alteri, & nimis longè guſtant iuris differentias, circa diuiſionem fructuum intra annum faciendam, & proindè hic adnotabo vtiliter plures diſtinctiones, & differentias; & prædicta præcedens traditio procedit quoad hanc primam diuiſionem fructuum, quæ fit inter ma-
33 ritum, & vxoris hæredes, nam hoc caſu, fructus rei dotalis diuidentur pro rata temporis anni, cõputandi à die onerum matrimonij, cum onus matrimonij ſit cauſa fructuum, & non dominium, l.pro oneribus C.de iure dot. Et ita, ſi maritus poſt deſponſationem, altera die capiet fructus vineæ, oliuarum, vel ſyluæ, & nõ poſt multos dies matrimo-
34 nium ſoluatur, fructus perceptos faciet ſuos, pro rata dierum matrimonij, licèt fuerit Dominus, & ſic attenditur diſtributio anni, Caſtrenſ. & Alex.d.l.diuortio ff.ſolut.matrim. ſubtiliter repetitionem conſcripſit Doctor quidam in hac lege, vide Crauett. conſ.268. num.5. Gammà. deciſ.350. Non ſic procedit in emptore, licèt reuocabili, nam facit
35 fructus ſuos ratione dominij, quos reſtituere non habet pro rata temporis, ſed ſtatim facit ſuos, Tiraq.præcit.loco nu.9. Et ſic in fructuario, nam ſi fructus percipiet, & ſtatim moriatur, poſtquàm ſunt recollecti, faciet ſuos, nec rata temporis anni erit diſtinguenda, l.defuncta ff.de vſufr. Barboſ.d.l.diuortio nu.24. Aliudq; erit in fideicommiſſo, & diuerſum in beneficiato, vt videbitis, & ſic tempus anni diuerſimodè diſtribuitur, vndè annotando diſtinctiones, & differentias; prima diſtinctio eſt mariti, & hæredũ vxoris, quomodo pro rata anni diuident fructus, vltra tradira à Doctor. d.l. diuortio cum ſuis §§. vide quæ vtiliter examinat in hoc puncto Ioan. Campeg. in tract. de dote quæſt. 14. debet enim fieri conſideratio iſtorum fructuum dotalium; nam augent dotem, licèt inprudentes parũ aduertant; Secunda fructuum diuiſio, & diuerſa à præcedente, eſt inter fru-
36 ctus diuidendos inter hęredem feudatarij, finito feudo, nam decedente ante Kalendas Martij feudatario, fructus omnes ad Dominũ pertinẽt, poſt Martij Kalendas ante Auguſtum pertinent ad hæredes morientis ex text. cap. 1. §.his conſequenter tit. hic finitur lex, vbi omnes feudiſtæ laborant ſuper intellectu, cum exorbitans ſit diſpoſitio; quæ tamen hodiè per Conſiliũ eſt confirmata, ſiuè feudum aperiatur Domino, ſiuè agnato, D.de Franch.dec.19. & Adde aliam nouiſſimam dec. Frãch. 572. Tertia diuiſio fructuum eſt inter hæredes vſufructuarij, & proprietariũ,
37 quæ etiam eſt diuerſa à prima; acten-

ditur

Digitized by Google

ditur enim hic dispositio l. defuncta ff. de vsufruct. quod si fructus sint separati à solo pertineant ad vsufructuarium, si vero non sint collecti, licet de proximo sint recolligendi nil pertinebit ad hæredes fructuarij, sed proprietarij omnes erunt, licet complurimi DD. teneãt non sufficere esse separatos à solo, sed quod oporteat in horreis esse reconditos, ex glos. l. si vsufructuarius messem ff. quib. mod. vsusfruct. ammitt. quę opinio non est tuta, immò communiter cõfutata; cum sufficiat esse separatos, Doctor. omnes l. qui scit §. 1. ff. de vsufr. Tiraq. de retract conuent. §. 5. glos. 5. in princ. D. de Franch. decis. 254. Borgn. decis. 44. num. 23. si fructus sint quasi maturi, si omnes sint restituendi: sed difficultas erit, si fructus sint ciuiles,
38 quorum cesserit, & venerit dies pensionum, vel censuum, si non erunt exacti, cuius erunt, vel si exegerit fructuarius ante tempus anni finiti ex conuentione locationis, D. de Franch. dec 168. distinguit inter fructus naturales, & ciuiles, inclinando, quod postquam venerit dies, vlufructuarius faciet suos fructus, licet non sint exacti ad instar fructuum separatorum à solo, qui non tamen sint redacti ad aceruos, & licèt ibi nil decidat, ita per plura firmat in decis. 254. Adde Peregrin. tract. de iure fisci tit. de vendit. fisc. num. 34. qualiter diuisio sit facienda in fructibus ciuilibus, vel conuentionalibus, & latiùs idẽ declarauit hanc materiam in tract de fideicommiss. artic. 49. in 3. quæst. seq. ad quos locos recurras, & Barbos. d. l. diuortio §. non solum nu. 18. ff. solut. ma-
39 trim. Non sic procedit in fideicõmisso, quod nota, & tene menti; nam mortuo hærede, vel adueniente die fideicõmissi, in fideicommissarium transeunt fructus, tàm naturales, quàm ciuiles, etiam maturati, quorum dies cesserit, & venerit, & augent hæreditatẽ, quod est mirabile, ex text. l. postulante §. sed in huiusmodi ff. ad trebell. Peregrin. de fideicommiss. artic. 49. D. de Franch. decis. 13.

Redeundo ad casum nostrum, in fructibus verò, qui dietim colliguntur, li-
40 cet per tertias solutio differatur, in his fiet diuisio per dies, & ratam anni, vt D. de Franch. decis. 79. notabiliter; Nisi verò debitum de sui natura cederet à principio anni, tunc enim licet solutio esset dilatata per tertias, si tamen moriatur vsufructuarius, totum annale debitum transmittet ad hæredes, licet tertiæ non sint maturatæ, vt in solutione alimentorum, & aliorum annuorum
41 legatorum, vel stipulationum, quæ debentur in principio anni, tunc enim si moreretur sequenti die initi anni, totũ annale debitum transmitteretur ad hæredes l. à vobis, & l in singulos ff. de annuis legatis; cessit enim dies in anni principio; aliquando enim annus cęptus pro cõpleto habetur, vt latè Surd. decis. 178. nec obstat, quod alimenta morte finiantur, sufficit enim, quod pro ijs cesserit dies, sic est decisum in Consilio, D. de Franch. decis. 155. Adde Ann. singul. 27. & ibi addens, vbi videtur quod aliud sentiat. Et proindè dicendum, quod salarium officialis, quia
42 debetur in principio anni, iuxta notata per l. diem functo ff. de offic. Assessor. Paris verb. salarium de syndic. Capyc. decis. 125. Duena regul. 63. Viui. commun. opin. 87. quòd licet de consuetudine id soluatur tertiatim, vt Afflict. Constit. cum circa 12. notab. Carauit. Ritu 9. & videtur confirmatũ per Pragmaticam Regiæ dignitati, de syndicat. officio, quæ præcipit, vt vltima tertia detineatur, quousq; fuerit syndicatus officialis, tamen cum iure prouisio debeatur in principio anni, non per hoc, quod solutio fiat per tertias, totum salarium nõ debebitur officiali defuncto, licet dubitantem me teneat sing. Ann. 22. quod non allegat D. de Franch. ibi
43 Quod pecunia pro alimentis si debeatur tertiatim moriente legatario cedat ea tertia, non alia, lucro hæredum. Si verò fundus, & alia loca erũt affectata, & pecunia soluenda in principio anni, vel tertiatim aduerte, quod isti non di-

Digitized by Google

centur fructus ciuiles, sed conuentionales, in quibus attenditur causa primordialis, quæ est ex fructibus naturalibus, qui percipiuntur semel in anno, vndè conuentio soluendi in pecunia non mutat naturã rei; attenditur enim quod principaliter inest, non quod in-
44 cõsequentiam venit, l. si quis nec causam ff. si cert. pet. quam notabilem regulam exornat Tiraq. §. 30. glo. 1. nu. 4. Couar. variar. resol. cap. 15. lib. 1. Tiraq. loc. præcit. nu. 8. Bart. l. Valerius §. Triphonio ff. de iure fisci; sed quid erit de fructibus iurisdictionum vti prouentuũ, nam fructus dicuntur Bart. l. final. ff. solut. matrim. Azo in summa C. de pœnis, si sit factum delictum, vel commissa pœna, an attendatur initium, vel sententia, quãdo dicetur fructus maturus, alij dicunt quod sit ius quæsitũ per ini-
45 tium delicti, alij per contestationem, & alij per sententiam, vide Cagnol. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Alex. d. l. diuortio §. si fundum ff. solut. matr. Tiraquel. §. 5. glos. 5. de retractu conuent. Paris de syndic. verbo prouentus, Capyc. decis. 28. nu. 15. vbi latiùs hoc excutitur; sed tu nota, quod isti non dicuntur verè fructus, cum in his atten-
46 datur industria, & labor officialis, & proindè non cõnumerantur in corpore feudali, Franch. dec. 165. Frecc. 3. auctor. in fin. & infra pragm. 6. vel quia distribui debent in ministerium iustitiæ.
47 Quarta diuisio fructuũ est inter emptorem, & venditorem facta venditione. Qui fructus sint emptoris, in hoc variæ admodum fuerunt sententiæ an fructus pẽdẽtes, vel de proximo recolligẽdi sint pars soli, & quid de naturalibus, quidue de industrialibus, vel ciuilibus, vide quæ longo apparatu discutit Thess. decis. 55. cum seq. & nouissimè D. de Franch. decis. 79. & si vis subtiliter noscere materiam fructuum natu-
48 ralium, qui verè dicantur, & qui industriales, vel ciuiles, Adde Menoch. casu 21. & an fœtus sint in fructu Ann. cons. 29. vide Pinell. de rescindend. vendit. l. 2. 3. par. cap. 4. nu. 52. Boer. dec. 234. quę traditio satis est necessaria ad multa, & præcipuè circa bonę fidei, vel malæ fidei possessorem, iuxta notata l. ex diuerso ff. de rei vendicat. Adde quod
49 materiam benè tractat Peregr. de fideicom. fol. 459. nu. 109. quando bonæ fidei possessor faciat suos fructus, & dicatur factus locupletior. Quinta diuisio est fructuum inter emptorem, & vẽditorem retrahentem ex necessitate legis, vel conuentionis, & super hac nil dicendum reliquit Tiraq. de retractu, & Cagnol. d. l. 2. Thess. dec. 56. Couar. uariar. resolut. 1. lib. cap. 15. latè, & Mastrill. decis. 148. an pro rata fructuum. Sexta diuisio est inter Dominũ, & Colonum, & est difficilior alijs in quo statu
50 debeat relinquere Colonus fundum, & quomodò percipere debeat fructus pro rata anni, & quomodò intelligatur annus in fructibus, qui vltra annũ percipiuntur, vti in territorijs, quæ fiunt vulgò maiese, latissimè hoc excutit Vbal. in tract. de duob. fratrib. 11. par. vbi multa vtilissima affert, Adde Surd. decis. 201. num. 7. Peregr. loco supracit. nu. 98. Septima fructuum diuisio est inter hæredes Beneficiati, vel Prælati, & nouum Beneficiatum, de qua vide Couar. variar. resolu. cap. 15. Boer. cons. 23. Arnon. cauthel. 45. Gigant. in
51 tract. pensio. quæst. 53. Boer. consil. 23. Thessaur. dec. 143. Borgn. dec. 44. nu. 2. cum seq. vbi quid seruetur referunt. Octaua diuisio est inter fideicommissarium, & hæredẽ, l. Hærennius la prima, ff. de vsuris, qui fideicommissarius facit fructus suos etiam maturatos, vt dixi prout è contra. Adde Surd. decis. 25. an fructus sint restituendi fideicommissario purificata conditione; quod nota, nam fideicommissarius soluere tenetur omnes vsuras debitas ex contractu de-
52 functi etiam maturatas satis ante, & debitas ab hærede, de quo omnes contrarium affirmarent vsuras deberi per hæredes hæredis non per fideicommissariũ, sed contrariũ est, vt D. de Franch. decis. 49. & nouissimè Peregr. in tract. de fideicommiss. artic. 49. vbi latè de

ista

Digitized by Google

ista diuisione. Nona diuisio est inter hæredem, & legatarium, de qua D. de Franch. dec. 254. ibi, an vsuræ accedãt
53 legatario, vel pertineant ad hæredem, quem punctum latius attingit Surd. decis. 88. Ex quibus diuisionibus, & locis tibi adnotatis, nè vltra hic inmorer contra meum institutum, videre, & discernere poteris; quomodò fructus pro rata, vel pro toto anno diuidi debeant, sed quando annus cęptus habeatur pro completo, vide Viui. decis. 72. & 280. &
54 commun. opin. 175. 2. par. in antiquis. Adde quæ notabiliter adducit Surd. dec. 178. quæ omnia nota.

Et redeundo vndè digressi sumus, cũ nescio quomodo incogitantes huc longiùs diuerterimus; Pragmatica nostra sanciuit, quòd officiales debeant esse annales, demonstrauimus iam quomodo omninò qualitas officiorum sit annalis, ita vt nec augeri, nec minui per Barones possit, vidimus etiam significationem anni, & eius tempus: Modò regula prædicta ex multis limitatur, quòd ex causa officiales possint exercere minus anno ex delicto, culpa, vel casu; Et etiam ex causa plus anno, Ex delicto officialis infra annum remoueri
55 poterit, & licet durante officio regulariter officialis molestari nõ possit, l. nec Magistratus ff. de iniur. cum remitti debeat syndicatui l. pars literarũ, vbi omnes ff de iudic. hoc nõ procedit in grauibus delictis, & excessibus, nam durante officio conueniri poterit, singularis text. leg. 3. C. de offic. Præfect. Prætor. orient. vbi ob furta, barattariam, & similia grauia delicta remoueri poterit, & non expectari syndicatus, l. iubemus C. ad leg. Iul. repetund. Bartholom. de Capua sing. 6. Paris de syndicat. verbo adulterium, vbi ob adulterium, vel stuprum commissum in subditam carceratam, priuatur statim officio, vltra corporalem pęnam, Capyc. deci. 121. benè de Ponte decis. 25. & cumulat infinitos
56 casus Mastrill. lib. 6. cap. 5. quando officio durante possit inquiri officialis; nam dicitur priuari quis dum est in habitu, nam eo finito non datur priuatio, l. decem ff. de verb. oblig. & elusoria esset pœna si syndicatus esset expectandus, Franc. Marc. dec. 207. Paris vbi supra, in verb. durante, & sic pro omni casu quo officialis venit de iure officio priuandus, vel propter delictum, vel negligentiã, vel inobedientiã poterit durante officio conueniri, & remoueri, Gram. dec. 40. nu. 11. sic D. Tap. Constit. Regni Magister Iustit. tit. de offic. Mag. Iustit. & Farin. quæst. 19. nu. 42. latè.

57 Non dico esse conueniendũ, vel remouendũ à Barone, cum de excessibus officialium sola M.C.V. cognoscat, vt in Ritu 50. qui est in viridi obseruatia D. de Frãch. dec. 407. & 274. ibiq; excutitur an Actuarij includantur sub eo
58 Ritu, vti officiales, vel si Actuarij sint offensi, procedat Ritus, D. Tapp. in dict. Const. Regni Magister, dicit variè fuisse decisum, verũ in officialibus maioribus vti Prouincialibus, licet Magn. Cur. cognoscat, non tamen sine licentia Pro-
59 regis procedere poterit, nec citare, vt testatur Mar. Ant. Surg. fol. 163. Dom. Tapp. loco supracit. nu. 10. An verò, cũ officij nomen sit generale comprehendantur Baiuli, Magistri Iurati, Syndici,
60 & Electi, quod non extat Pragm. Comitis de Oliuares. An autem Auditores, pendet in facto, & non credo esse dubitandum, q̃ contineantur, cum habeant iurisdictionis administrationem magnam; quæ prouisio procedit nõ solum si conueniretur officialis durante officio, sed etiã eo finito, de delictis non
61 poterit puniri, nec à Barone originis, nec loci delicti. Non obstat q̃ quidam dicebat, q̃ finito officio sit exemptus à subiectione M.C. cum non sit officialis, vndè sortitur forũ suum; nam dico qd licet sit finitũ officiũ attenditur initiũ, quo quis deliquit, & sub quo foro tunc erat ab eo punietur, licèt posteà à dicto foro sit exemptus, vel priuatus, vt in simili notabiliter decidit D. de Franch. decis. 417. & in terminis ita respondit Isern. & Affl. Const. Regni Mag Iustit. & ita fuit decretũ in quadam causa, me

Digitized by Google

patrocinante. Aduerte tamen quod Mastrill. decisiõ. 188. num. 25. asserit quod licet de delictis officialium, Baro non possit cognoscere, intelligit ille circa punitionem, sed quod poterit
62 informationem capere de excessibus, pro quibus officio veniret priuandus, nam de alijs molestari non posset, cum syndicatui remitti debeat, vt Dom. Tapp. loc. cit. Et an Baro etiam possit officialẽ suspendere, constito de tali delicto, Farin. q. 27. nu. 5. & Cancer. var. resol. cap. 12. nu. 237. admittunt, vt informatio possit capi, sed circa suspensionẽ an possit fieri per Baronem, ego dubito, cum suspensio sit actus iurisdictionis & punitionis, q non pertinet ad Baronẽ, vndè melius erit cogitandum. Verum tamen sunt aliqui Barones quibus concessa est authoritas Mag. Cur.
63 cognoscendi etiam de delictis officialium, vti Principes Bisiniani, Sulmonis, & alij, vt meminit Carauit. d. Ritu 49. nu. 15. & nouissimè fuit decisum fuisse remissos Capitaneos ad Barones habentes inuestituras cum prærogatiuis Magn. Cur. vt refert Dom. Tappia in dict. Constitut. Regni Magister Iustitiarius tit. de offic. Mag. Iustit. num. 15. licèt Franch. dec. 458. dubitasset. Verũ cum status Bisiniani sit quasi totus venditus, & de eo mille sint inuesti-ti, venditio fuit facta per Curiam cum
64 omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, vti Princeps tenebat, quæ priuilegia sũt talia, quod potest dici quasi, Regem se expropriasse omni iurisdictione, & solũ altum dominiũ sibi reseruasse. Prætendunt ergo illi Barones vti talibus prærogatiuis, & dum pluriès tam iste casus officialiũ, quàm similes occurrissent in Regia Audientia de Baronibus petentibus remissiones causarum, semper obseruauimus denegare eis prærogatiuas singulares, & non remittere, sed retinere, ex eo quòd illa priuilegia præsumuntur concessa ratione illius magni Principis, vndè personalia priuilegia in
65 noua concessione venditionis factę nõ præsumuntur data personæ non æquè simili, & neque per clausulam positam, prout plenius sui antecessores tenuerunt, videntur concessa excepta, de quibus erat facienda expressa mentio, vt aduertit Franch. dec. 275. & 458. Barbosa l. quia personale ff. solut. matrim. & sic post eos nouissimè Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol. 94. & dicam infra pragmat. 8. Item Baro, tunc non poterit cognoscere de delictis offi-
66 cialium, sed Magna Curia, si delictum officialium sit factum intuitu officij, secus si delinquerent extra materiam officij, tunc Baro posset informationem capere, & punire, vt D. Tapp. ibi nu. 20. & D. Rouit. nouissimè rubr. de official. & Capyc. decis. 27 ex verbis Ritus expressis, dùm dicit (si delinquat in officio, & non aliter) & ita Franch. decis. 274 & 406. in fine. Sed data hac opinione, Baro si delictum esset tale, vt of-
67 ficialis veniat officio priuandus, an possit illum suspendere ab officio, vel carcerare, vt criminis qualitas requirit: inquisitus enim de graui delicto, de quo constat sufficienter, exercere iurisdictionem non poterit, vt dicam in sequenti, cessante ergo prærogatiua Ritus, negotiũ reducitur ad ius commune, quo iure videtur, vt Baro de officialibus cognoscere poterit, ergò iure procedere poterit, (sed dubito an hæc qualitas sit recognoscenda per Superiorem Regium, vel per ipsum Baronẽ, quòd potius ego admitterem, vt de licentia Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, facta relatione licentiam procedendi impetraret, ex Capit. Regni 35. vt in simili respondit Sese tractatu de inhibitionibus fol. 675. nu. 31. Barbos. l. si quis ex aliena ff. de iud.) tanto magis, quod tales causæ extra officium, cum non pertineant ad Syndicatores, qui iurisdictionem habent iudicandi de causis officij tantum, & non vltra, Paris de syndicatu fol. 26. nu. 19. verbo an si potestas, Sese in fin. tract. de inhibitio. in cons. syndicatus; vndè iure cognitio causarum criminalium officialium extra intuitum

officij

officij ad Barones pertinet, dùm forum
sortiantur ibi ratione delicti, quod forũ
potentius est omnibus alijs, vt dicam
infra pragm. 8. Si tamen delicta non
essent grauia, vt officio ex his non ve-
nirent priuandi, tunc durante officio
non possent molestari, l. nec Magistra-
tus, vbi gloss. ff. de iniur. Barbos. d. l. si
quis nu. 140. cum seq. Insuper aduertas
qđ (vt supradixi) licèt appellatio offi-
cialis largo modo comprehendat quẽ-
quam habentem aliquam prærogati-
uam, & ministerium, glos. l. officio C. de
negot. gest. & in terminis huius Ritus
Sese in tractatu prædicto nu. 69. tamen
in his casibus stricta fuit facta interpre-
tatio, vt extendatur ad habentes iuris-
dictionem, prout per Comitem de Oli-
uares fuit prouisum per Pragm. vt ista
præheminentia Magnæ Curiæ non ex-
tẽdatur ad Baiulos, Magistros Iuratos,
68 & alios similes. Sed dubium facit ea
Pragmatica, dum loquitur de Baiu-
lis an extendatur ad Iudices ipsorum
Baiulorum, qui re vera exercent iuris-
dictionem in actu in omnibus causis
ciuilibus, prout dicam infra pragm. 8.
Isti enim si Barattariam, vel simile de-
lictum committerent, eos esse conue-
69 niendos in Magna Curia esset dicen-
dum, nam si Actuarios, & seruientes
officialibus comprehendi fuit nouissi-
mè resolutum, vt D. Rouit. rub. tit. de
official. fortiùs, & Iudices isti habentes
iurisdictionem comprehendi debent,
nam si Actuarij vti seruientes officiali
iurisdictionis, gaudent, tantò magis, &
isti, arguendo de minori ad maius, au-
thent. multo magis C. de sacros. Eccl.
Nec titubantem me tenet ibi D. Rouit.
meus obseruandissimus nu. 11. dum di-
cit Baiulos esse cognoscendos à Baro-
ne, nã regulariter ipsi Baiuli non exer-
cent iurisdictionem vt Iudices eorum,
& si intueatur ad verba dictæ Pragma-
ticæ semper reseruant implicitè perso-
nas habentes exercitium iurisdictionis,
& D. Tapp. in Constit. Regni locorum
sub tit. de offic. Baiuli nu. 20. dicit, quòd
dum fuisset appellatum ab excessibus
Baiuli ad Magnam Curiam, & Baro
petijsset remissionẽ causæ, fuit dubita-
tum, & non refert quid fuerit decisum;
Et antequàm vlterius transgrediamur
nota etiam ad intellectum prædictorũ,
quòd licèt Magna Curia cognoscat de
delictis officialium, & Regiorũ, vt Ca-
rauit. vbi supra, & Franch. dec. 274. ta-
men hæc authoritas fuit communicata
70 Regijs Audientijs, vt D. Tapp. super
d. Constit. Regni Magister Iustitiarius,
& extenditur talis authoritas non solũ
contra officiales, sed etiam contra of-
fendentes officiales, & sic actiuè, &
passiuè interpretatus fuit Ritus Frãch.
decis. 274. dummodo offensio sit facta
71 intuitu officij, secus si odio particulari,
Franch. decis. 326. licet idem Franch.
dubitauerit decis. 407. si actiuè, & pas-
siuè dictus Ritus debuisset interpreta-
ri, sed in decis. 105. punctum decidit cũ
Carau. dummodò ex causa officij offen
datur, & quando offensio dicatur facta
ob officium, est videndus Farin. q. 19.
72 ex nu. 41. cum seq. Et an quælibet of-
fensio verbalis, vel personalis, etiam
sit sub hac cognitione remittenda ad
Magnam Curiam, quod non Gabal.
casu crim. 46. D. Rouit. sub tit. de abo-
73 litio. in rubr. nu. 26. vbi disputando, si
offendens officiales gaudere possit in-
dultu, concludit cum Pragmatica quod
non, nisi offensio non esset grauis, quia
tunc non exciperetur ab indultu, quia
de minimis delictis non præsumitur
Principem fecisse existimationem, Ti-
raquell. tract. de rebus exiguis.
74 Sed an comprehendantur Castella-
ni, & Arbitri iuris, D. Tapp. ibi refert in
vtramq; opinionem iudicatum. Et an
Baro criminalis possit punire officialẽ
ciuilem, dico quod non, sed procedit
Ritus, nisi delinqueret extra causam
officij, nam tunc etiam Regius officia-
75 lis delinquens in Terra Baronis, ab
officiali illius loci, posset recognosci, vt
dixi Pragm. 8. Verum quoad officialẽ
Regium delinquentem in Terra Baro-
nis, intellige quod dixi, videlicèt, vt cõ-
tra eum possit capi informatio, & car-

Digitized by Google

cerari, si casus grauis esset; nam licèt inferiores Magistratus non possint punire maiores, tamen propter delictum hi efficiuntur priuati, vndè cum actis ad superiorem poterint transmitti, tex. est in §. audiens, authent. de defensorib. Ciuitatum, Farinac. quæst. 27. nu. 5. & licèt D. Tapp. loco præcit. dicat, quòd Iudex inferior possit punire regium delinquentem in sua Terra, si non delinquat ex causa officij, ex l. fin. C. de agentibus in rebus lib. 12. Caball casu crimin. 53. attamen posset saluari hoc dictũ, reo consentiente, sed illo renuente, causa ad suum Præpositum erit remittenda, de Ponte decis. 37. & dicam latiùs infra pragm. 8. Postremò nota etiam vnũ singulare ad prædicta, quod
76 non solum ex delicto officialis debet recognosci à Magna Curia, sed etiam si ex culpa, vel si casu infirmitatis. & similium is posset remoueri; tamen hãc cognitionẽ non poterit Baro ipse exercere, illum amouendo, sed superiori casus erit referendus, ex Capitulo Regni notabili 35. quod insignè dixit esse Franch. decis. 409. quamquàm de facto Barones ipsi priuant, & ad nutum expellunt officiales: sed an proposita accusatione in Magna Curia officialis
77 sit priuandus? dic quod accusatio, & titulus criminis, non facit quem reum, l. fin. C. de accusat. ibi, non statim reus existimetur, sed sententia sequuta, & l. 3. C. de suspect. tutor. Veruntamen si ex capta informatione apparuerit quid commissi criminis substantiale, poterit instari, vt suspendatur ab officio iuxta Theoricam Bar. l. 1. ff. de glande legenda; Quæ suspensio non priuat ipsum iurisdictione, sed officij admini-
78 stratione; alia est suspensio, alia est priuatio. Bar. l. quod si fortè §. sunt quidã, ff. de solut. Bald. authent. habita C. nè fil. pro patre, D. de Franch. decis. 8. & suspensio satis dicetur necessaria, si in loco iurisdictionis esset capienda infor-
79 matio, adhoc nè testes territi auctoritate officialis, se subtrahant à testimonio ferendo, quę practica passim seruatur, mandando etiam, vt inquirendus se absentet per tot miliaria, cap. tàm literis, §. 1. de testib. cap. constitutus de excessibus prælat. latè Grammat. cons. ciuil. 161. nu. 22. Tholos. decis. 370. & Grammat. cons. crim. 10. Anna singul. 320. quæ tamen suspensio peti debet ante termini dationem in causa, nam posteà dilatione pendente, Iudicis officium conquiesceret, Franch. d. decis. 8.
80 & nouissimè quando officialis inquisitus, vel accusatus possit priuari, vel suspendi officio, sunt videnda quæ dicit D. Rouit. tit. de officiali lib. pragm. fin. nu. 12. qui distinguit tres casus, aut est solum inquisitus, & non impediri potest eius administratio, aut citatus, & receptus inter reos per litis cõtestationem, & tunc suspenditur administratio, aut est condemnatus, & tunc priuatur administratione, & insignijs officij, de quo etiam de Ponte consil. 135. vol. 2. sed
81 an pendente appellatione dicatur priuatus, D. Rouit. non dixit, sed, lata sententia ait, dici priuatum, sed est præsupponendum, lata sententia, quæ fecerit transitum in rem iudicatam, dum per appellationem sententia suspẽdatur, & alij dicunt, quòd extinguitur, vndè non potest inferri ad pœnam, benè Gutier. pract. quæst. cap. 39. lib. 1. Immò si non fuit suspensus ab officio, poterit exercere illud, Anna sing. 370. prout in Notario condemnato, qui pendente appellatione exercere valebit, Caball. casu
82 121. Nouos tamen honores habere non potest, vt C. de reis postu. libr. 10. Auend. de exeq. mand. cap. 19. lib. 1. Couarr. variar. resol. cap. 16. lib. 1. num. 11. An verò si fuerit de facto suspensus ob inquisitionem contra eum captam, sit audiendus, vt detur appellatio, & an interim alius subrogari possit, sunt videnda notata per D. de Ponte deci. 25. Georg. alleg. 42. Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 12. ex nu. 140.

Et nota vnum singulare, quòd licèt contra absentem non possit ferri sententia, l. absentem ff. de pœn. cum vulgaria vt nec in grauissimis criminibus feratur

Digitized by Google

ratur ſententia vera,ſed ficta foriudicationis, Afflict.Conſtit.foriudicatorum,
83 tamen contra officialem in officio delinquentem accuſatum, vel inquiſitum poteſt tranſmitti citatio,& in contumaciam, conſtito de delicto, poterit ferri ſententia priuationis officij pręuia citatione ad omnes,& ſingulos actus, ita probat tex.& gloſ.ſingul. l.ſi apparitor C.de coharct. lib.12. qui fuit inductus odio officialium delinquentium ſub velamine iuriſdictionis, l.3.& ibi Bart. C. de aſſeſſor. Boer. deciſ. 9. & ita ſeruari per Conſilium refert D.de Franch. deciſ. 447. Et licèt prius ego intellexiſsẽ hunc punctum procedere quò ad priuationem officij, quæ pęna licet ſit criminalis, Baiard. ad Clar.quæſt.73. tamen eſt minor relegatione; & quando caſus eſt infra relegationẽ poteſt procedi ad ſententiam, & maximè circa priuationem officij, vel pecuniariam
84 pœnam, vt Bart.d.l.abſentem, Guid. Pap deciſ.429.& communem hanc eſſe ſententiam dixit Oſaſch.deciſio.105. nu.8.tamen ibi D.de Franch.dixit poſſe procedi non ſolum ad priuationem officij,ſed etiam ad ſententiam mortis, quod eſt contra regulam. Et priuatus ſemel ob delictum officio, licet ciuiliter fuerit actum, ad aliud admitti non
85 poterit, l.ſi quid C.de ſuſceptor.lib.11. Capyc. deciſ.121. Franc. Marc. deciſ. 114. Adde Clar. d. quæſt.73. etiam ſi delinquet non cauſa officij ſed propter infamiam incurſam, Franc.Marc. dec. 390. & 646. Sed intellige prædicta ſi fuerit expreſsè officio priuatus, vel cõdemnatus aliqua perpetua pœna, nam
86 ſi temporaliter, finito tempore poterit exercere l. 2. ff. de decur. Gabal. caſu 121. Gaill.de pace publ.lib.2. cap.10. Menoch.caſu 330.& dicam infra, D.de Ponte in d.ſuo tract. tit. de elect. offic. §.5.nu.2.cum ſeq.C.de his qui in exilium lib.10. niſi infamia eſſet irrogata ex condemnatione, iuxta notata infra in hac Pragmatica Sed ſi officialis erit condemnatus aliqua pœna pecuniaria, vel compoſitus,ſeù tranſactus,an amittat officium ex condemnatione dicam infra.

87 Sed dubium vtile,& ſubtile eſt,quid ſi officialis ſe defendat ſuper inquiſitione contra ipſum formata, ita vt fuerit abſolutus, ſed interim ſe defendendo lapſus fuerit annus. Num ſit reintegrandus in officio ad tantundem temporis,quanto ſtetit impeditus,ac ſuſpẽſus ab adminiſtratione, cum non facto ſuo,ſed tertij fuerit impeditus? videtur quod ſit reintegrandus, argumento l. contra maiores C.de inoff. teſtam. l.1. ff. de eo per quem factum erit, l.Cęſar ff. de publicanis, in contrarium vrget doctrina Bart.l.ſi vno §.1. in fin. ff. locat.& in l.ſi prius ff.de oper. nou. nunciat. 10. quæſt. vbi quòd ſi ad tempus determinatum officialis eſt conſtitutus, ſi facto ſuo, vel tertij, ſeù fortuitò erit impeditus, non tenebitur concedens dare ſubrogationem temporis,reſtituẽdo eum ad tempus impeditum, cum ſubrogatio temporis non debeatur;non obſtat, quod non ſtetit per eum adminiſtrare;nam hoc procedit,quando tractaretur contra impedientes, & non cũ alijs, Iaſ d.l. ſi prius; poſſet enim agere contra tertiũ ad intereſſe,aliàs ſuæ fortunæ imputetur, & nouiſſimè incidenter vidi deciſionẽ de Franch. 417. vbi ſimiliter dubitabatur in Conſilio circa electos in Regimine Vniuerſitatis, ſi donec diſputaretur ſuper oppoſitis,cõtra electionem,annus ſit finitus, quòd licet obtinuerint in iudicio, nõ per hoc redire poterant ad tantundem ſubrogandum tẽpus, cum tempus officij ha-
88 beat metam determinatam, quę currit de momento ad momentũ, & amplius non regreditur, nec ſubrogatur; benè Bar.l.& ideò cxcitatur ff de verb obligat. Adde eundem Franch. deciſ.451. Rota Genuen. deciſ.27. Addentes ad Capyc. deciſ.125. nu.5.& hoc eſt pro cauthela Baronibus, quando habent officiales proteruos, ipſos facere accuſari de eorum exceſſibus,nam tunc antequàm tempus defenſionum labatur
89 tranſcurret annus, qui non erit reintegran-

Digitized by Google

grandus, licet venerint absoluti. Sed an eis debeatur salarium prouisionis, dic si venerit officialis absolutus, ei debetur, l. ex causa ff. de re milit. Franc. Marc. decis. 676. par. 2. & ita iudicatũ referunt Addent. ad Capyc. decis. 125. D. Tapp. in Constit. Regni Constit. sub tit. de salario, qui distinguit plures ca-
90 sus, si officialis est suspensus, & posteà reintegratus; De quo articulo sunt videnda, quæ notat Anna tit. de vasallo decrep. ætat. nu. 222. qui notat decisionem Sac. Cons. si debeatur salarium ex suspensione facta, Mastrill. lib. 1. cap. 21. tract. de Magistr. si autem erit omninò priuatus, & tunc aut dolo, aut culpa, vel casu, vt Felyn. cap. de quarta
91 num. 23. de præscript. sed quid si stet erit infirmus, dic quod salariũ debetur, Paris de syndic. verbo salarium, dummodò permanserit in loco officij, secus si sine licẽtia discesserit Carau. Ritu 7. nu. 2. D. Tapp. Cap. Regni 35. tit. de officialib. const. Quid si se absentauerit propter contumaciam coram superiore cõtractam, tunc quia suæ culpæ tribui-
92 tur, licet veniat absolutus, salario pro tempore poterit priuari, maximè cum officiali contumaci audientia denegari possit ob iuri dictionis incapacitatẽ, Anna singul. 52. sed pendente iudicio
93 contra officialem de crimine, an Baro possit prouidere de illo vti vacante, vide Addent. ad Capyc. dec. 121. nu. 21. Ann. sing. 170. de Pont. dec. 25.

Sed dubitatur remoto, vel priuato officiali propter delictum, vel aliquam causam, vti infirmitatis, intra annũ, an debeat constitui nouus officialis per an-
94 num, vel alius creari, & subrogari vsq; ad tempus prædecessoris, videtur quod sit creandus officialis annalis, cum lex nostra generaliter loquatur, quod sint annales, vndè generaliter intelligi debet, l. 1. §. generaliter ff. de legat. præstand. l. de pretio ff. de publician. Verum dico, quod poterit subrogari alter ad finiendum tẽpus prędecessoris, hoc enim non fit in fraudem, sed fit subrogatio, quæ vnitur cum tempore prædecessoris; subrogatio enim attrahit prærogatiuam temporis, & qualitatis subrogati, l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautionibus, vbi omnes, Gabriel. Roman. concluſ. 2. de regul. iur. vbi latè mate-
95 ria subrogationis excutitur. Et quod amoto officiali, alius subrogari possit, adduco text. insignem l. 3. C. de offic. Præfect. Prætor. Orientis, cuius verba vti notabilia hic inserere putaui. Dicit enim, (si quos Iudices, vel propter aduersam valetudinem, & negligentiam, aut furtum, vel simile, aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse reperiret, his ab administratione remotis, alios subroget.) Et sic disponit, quod alij possunt subrogari, & locum, & vicem prædecessoris habere, ita d. §. qui iniuriarum, & sic vna lex declaratur per aliã, l. non est nouum ff. de legibus, & ita officialis poterit cõstitui minus anno. Sed ego sanè intelligo procedere, quod data suspẽsione per illud interim sit alius subrogandus, vt de Ponte d. decis. 25. sed si fuerit amotus, & priuatus officialis, ita quod non est spes redeundi, pro mortuo habetur, & propterea non est tractandum de subrogando, sed de alio prouidendo, & prouisio debet esse perfecta de anno; subrogatio enim proprię stat, quãdo subrogans habet esse, Surd. cons. 42. 1. vol. aliàs impropriè dicetur subrogari in alicuius locum quis, prædecessore illo mortuo, sed intelligitur quando interim aliàs dicetur nouiter creatus, cumq; officiales pro interim constitui non possunt, nisi pro modico tempore, vt dixi supra Pragmat. 3. ergo amoto officiali per sententiam, vel mortem nouus debet creari, sed non alius pro illo tempore, quo prædecessor stare debebat. Et an tunc debeatur salariũ, vtriq; officiali reintegrato, de Ponte in suo tract. tit. de militibus.

96 An culpa etiam officialis poterit perdere officium, si præstituto tempore in commissione ipse ob negligentiam, vel aliam causam venire non curauerit? Et videretur dicendum, quod mora possit purgari, l. si insulam ff. de verbor. oblig.

Digitized by Google

oblig.vbi Bartol. quod si habito pretio promiserit seruire tibi per annum quis vel construere aliquid per tempus determinatum,quòd si ex causa,vel culpa defecerit, teneris refundere tantumdē temporis, cum ius tuum non sit factum deteriùs, l. Cæsar ff. de public. vbi impeditus non punitur. Contrarium tamen puto veriùs,subtilius inuestigādo. Vidi enim doctrinam in terminis,quam semper mihi placuit habere ad determinationem,vt notat D.de Franch.de-
97 cis. 363. dicens,esse officium procuratorum loqui per regulas generales, dico, quod opposita procedunt quando tempus est indeterminatum,& non habet certū principium, & finem,tunc sē-per mora purgari potest, non data instantia, sed si tempus est assignatum certum, tunc mora nocet, & admittere
98 purgationem quis non tenetur,vltra ea quæ obscurè dicit Bart. l. & ideò ff. de verbor.oblig.Reg.de Ponte cons.15. nu.40.sic Bald.l.liberti nu.11. C.de oper.liber.dicens quod si tempus est limitatum,& præstitutum,quo ad principium, & finem,illud assignatum dicitur pro forma,& dari non poterit tempus pro tempore, iuxta ea quæ in præcedenti quæstione dixi, vndè culpa sibi
99 imputetur, & si erit casus,suæ fortunæ tribuat,l.si pecuniam ff.de conditio ob causam,vndè si Potestas non venerit in termino respui poterit, dixit Bald.nam quis in tantū dicitur officialis in quantum seruauerit conditiones mandatæ iurisdictionis, Bald.l.diligenter ff.mandat. Et interest capere possessionem quamprimū,maximè si pluribus sit concessum officium,nam officium collatum
100 non habet effectum nisi interueniat acceptatio, & possessionis acceptio, ita vt secundus capta possessione præferatur primo electo in dignitate, vide Marc.Anton.Surg. fol.308. nouissimè Rouit.qui de præallegat. non meminit, & vltra eum vide Boer.dec.150. nu.7. argum.l.1. C.de Consul.lib.10. pract. Ioan. Franc.de Leo.tit.6.Frecc.tit.quis dicatur Dux nu.56. Boer. loco præcit. quomodo possessio dicatur capta,& per quos actus. Adde Franch.decisio.393.
101 num.3. & qui prior obtinuerit officij possessionem sit manutenendus,licet alter priùs sit in tempore electus, vide Addent. ad Capyc.dec.125.nu.10.qui ita decisū in S.C.referunt;cum non dicatur quis electus, nec gaudeat auctoritate iurisdictionis, nisi suscepta officij administratione Luc.l.Iudices C. de dignit.lib.12.nec ante præsentationem commissionis, & acceptationē à Communitate factā vti poterit aliqua prærogatiua,vt Franch.d.dec.393.nisi accepto Sacramento de benè administrandō, Anna alleg.143.Guid.Pap.decis.286. Duen.reg.234. & quando di-
102 catur quasi possessio officij capta, vide Boer.dec.150.nu.6.Addent.ad Capyc. decis.151. Et adeò importat possessio officij capta, vt post susceptā administrationem, si quid contra officia-
103 lem posset apponi ad impediendum officium; id in plenario iudicio coram superiore sit discutiendum, & interim ille non suspendi poterit,Couar.variar. resolut.cap.16.nu.11.lib.1.Anna cons. 89. sed ante captam possessionem quælibet exceptio impedit,nè ille exerceat quousq; diffiniatur l qui status ff. de re milit.l.1.§.penul.ff.de muner.& honor. nouissimè Franch.decis.609.vbi notat,
104 quod officialis vno reluctante refirmari non poterit in continuatione officij,& procedit ante captam possessionem,secus posteà Ann.alleg.15. l.pen. ff.de decur. ibi quia initio contradicere debuit. Debet tamen Baro habere aliquod temperamentum, quod licet moram constituerit dies præfixata, l.magnam C. de contrahend. stipulat. æquitas tamen suggerit, vt non statim commissa mora procedatur ad actum inobseruationis, sed expectetur aliquod temporis spatiū, iuxta glos. l. Aemilius verbo restitui ff. de minor. quæ procedit tàm in die assignata à lege,quàm ab homine, Gabr.Com.concl.9.de solut. nu.28.& hanc cōmunem opinionē firmat Dec.cons.318.vnde consulo Ba-

rones,

Digitized by Google

rones, vt per aliquot dies vltra tempus in cõmissione adiectum expectare debeant Thess.decis.77.& 212.Mascard. tract. de probat. concl.1071. num.24. Aduertendo, prædicta procedere ante captam possessionem, sed post susceptũ officium, si officialis se absentauerit,ad
105 hoc,vt alius possit subrogari, & prouideri in sui moram, interpellatio requiritur Marsil. l. vnius §. cogniturum ff.de quæst. etiam si determinatè fuerit concessa licentia, ita gloss.cap. quoniã §.porrò vt lite non contest.Gabr.citata concluſ. & si officialis sine licentia abfuerit, cum omnino residere teneatur, Carau. Ritu 7. poterit priuari officio, maximè si diú fuerit absens,vt in simili Franch.decis.455.Rouit.pragmat.2. tit. de officialib. si verò erit infirmus, Baro tenetur expectare donec reconualuerit,& Locumtenẽtem creare, nisi infirmitas esset nimis longa, vt dicam; Et circa priuationem dixi supra, quod superior debeat adiri,ex Cap.Regni 35 licet de facto parum seruetur, sed si in commissione erit pactum nè officialis se absentare habeat sine licentia sub pœna priuationis ipso facto,ratione cõuentionis non dubitarem Baroni licere ex verbis resolutiuis. Casu etiam quis poterit officiũ ammittere, licet habeat
106 actionẽ ad interesse,vt dicam si Terra veluti vendatur à Barone, qui promisit officium,nouus emptor ex regula l. emptorẽ C. locati non tenebitur stare facto venditoris. Adde Borgn.decis. 25.par.2.vel si officium fuerit concessum,& cõcedens moriatur, vel feudum alienauerit,nam facta venditione,& resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, l.lex vectigali ff.de pignor.quẽ tex. exornat Bald. quamplurimis exẽplis in cap.1. §.rursus de controuers.inuestit.Cagnol.l.2. C.de pact.inter emptor.& vendit. & ita Franch.dec.165.
107 nu.6. Adde quod idẽ videtur si Baro delinqueret,& fieret cõtumax, propter q̃ solet ei iurisdictio suspendi, vt Ann. singul. 52. tunc enim Prorex prouidet officia de Ponte in d.suo tract.cap.2.& similiter sequestratur pro debito Anna singul. 180. & vide Rouit. tit. de ord. iud.pragm.3. Isto casu videtur etiam resolutum officium à Barone alicui cõcessum ex regula prædicta resolutionis datoris, & acceptoris, sed in facto defendebam officialẽ, quia suspensio Baronis non resoluit concessam gratiam tempore habili,cuius qualitas est annalis,vt dicit in simili Gayll. obseru.317. par.1.quia non finitur ius datoris,text. est l.cõmodis ff.de re iudic. Boer. cons.
108 21. quod suspensio nõ priuat beneficiatum vti voce eligendi, & fructuum perceptione Bart. l. more maiorum nu. 15. & ibi Soccin. nu.61. ff.de iurisdict. omn.iudic.& dum casus accidisset in Sacro Consilio in locatore, & conductore cuiusdam Terræ, fuit concluſum
109 pro officiali, quia dominium per locationem non erat extinctum,& sic refert decisum in Collaterali Viscont.ad. Franch.loc.cit. & sequitur Mastrill.lib. 4. cap.17. qui allegat hanc nostram auctoritatẽ, ergo à contrario sensu facta venditione, per quam dominium transfertur,emptor non tenebitur stare officiali,D.de Franch.dec.216.& conferũt pro hac opinione dicta p Ozasch. dec.82.nam si fructus iurisdictionis est constituere officialem,fructus non pos-
110 sunt percipi ante tempus, & inmaturè l. & hæc distinctio ff.locati; sed maius dubium erit si officialis reperietur in possessione facta vẽditione,an nouus emptor possit eum expellere,vel teneatur stare vsq; ad finem,videtur secundum prædicta, quod resoluto dominio datoris, cesset ius acceptoris,& confirmatur ex Afflict. decis.101. vbi officiũ Actuariæ cuidam concessum per Archiepiscopum rectè fuit reuocatum per succesſorẽ, cum stare non teneatur priuilegio resoluto,sicq; Capyc.dec.171.
111 abundè; Item creare officiales,& habere ius præsẽtandi dicitur fructus rei, Fely.cap.cum olim de maiorit.& obedient.de Ponte cons.31.& facta venditione emptor lucratur omnes fructus, vt dixi supra in dominio fructuum,

quæ-

Digitized by Google

quarta distinctione in hac Pragmatica.

Sed contrariũ videtur dicendũ,nam multa tenent facta, quæ impediuntur facienda, l. patre furioso ff. de his qui sunt sui,vel alien.iur.sicuti enim morte
112 re non integra iurisdictio concessa non extinguitur etiam si Princeps successor non habeat causam à prædecessore, l.& quia ff.de iurisdict.omn.iudic. Aretin. §.rectè instit.mandat. quæ doctrina sępius allegatur,secus re integra Borgn. decis.44. nu.6. item est dicendum in casu nostro, & firmat Gabriel. Rom.concl.1. de præbend.vbi quando gratia expiret abundè tractatur. Et sic cum officialis tempore habili sit crea-
113 tus ad officiũ, cuius qualitas est annalis,per annum non poterit reuocari; non obstat allegata decisio Afflict. ibi namq; tractatur de officio in perpetuũ concesso. Nec refragatur,quod sit fructus rei officialem constituere,nam Felyn.negat,hoc ius propriè esse fructuũ, sed dico, quod iste fructus satis dicetur perceptus data cõmissione, & posito in possessione officiali, vt de Pont.d.cons. 31.eo magis cum ius emptoris in nihilo efficiatur deterius, vndè credo iusti-
114 tiam esse pro officiali. Eo magis successor tenetur stare colono quãdo scit, ac videtur facta venditio in eo,quo res est, & sufficiet præsumpta scientia, Borgn.decis.16.nu.14.par.2.latè Surd. decis.264.cum seq.In casu nostro scire debebat emptor in Terra adesse officialem,secus si prouisio esset facta pluribus annis,Surd.ibi Borg.decis.44.nu. 9.Adde Bertazz.de claus.fol.80.Peregrin.de iur.fisc.tit.de vend.fisc. nu.32. & in terminis quod pro anno inchoato successor teneatur stare colono, Surd. deci.52.nu.12.& Bald.l.emptorẽ nu.7. C.locat. vers. sed pone colonus, quod est menti tenendum,& Ozasch.dec.82 in fin.vbi emptor prò fructibus pendẽtibus coactus fuit stare colono partiario,Borg.ibi nu.16.cum seq.pro sequẽ-
115 tibus verò annis non teneretur, sed pro anno inchoato tantum,Franch.decis.393. & idem erit dicendum si Baro moriatur,nam eius morte concessiones expirant,l.4.vbi glos. & Doctor. ff.locat. cap. si gratiosè de rescript. in 6. Couar.pract.quæst.cap.4.Franch.dec. 165.nu.7.Molin.de primogen.cap.25. nu.8.cum seq. Mastrill.qui allegat hũc locum lib.4.si officialis iam fuisset in possessione,nam tunc eius morte iurisdictio iam collata non extinguitur, & maximè si feudum esset hæreditarium, tunc non solum si officialis esset in possessione,sed etiam si haberet literas patentes successor hæres tenetur habere ratum factum defuncti, iuxta terminos l. cum à matre C. de rei vend. secus si ex pacto,& prouidentia,vt dicam infra
116 pragm.8.par.2.nu. . . Verum si fuerit impeditus,cõsequi poterit salarium, quod pro interesse solet Sacrum Consilium taxare, & non admittere probationem,quantum potuerit lucrari, cum illud lucrum sit ex industria, & labore, quod non est in consideratione fructus Frecc.auct.3. in fin. & ita implicitè innuit D.de Franch.decis.216.in fin.Anna cap.1. de vas.decrep.ætat. nu.223.
117 Casu etiam poterit officialis remoueri ab administratione si officialis infirmetur, & morbus sit talis qui inhabilitet personam per multum tempus, iudicio Medicorum,quibus est credendum,iux.not.l.1 ff.de ventr. inspiciend. tunc dimitti à Barone poterit l.2.C.de offic.eius qui vicem,& alius subrogari,
118 iuxta l. 3. supracit. de offic. Præfecti Prætor.Franc.Marc.dec.917. Mascard. concl.593. debetur tamen salarium cũ fortuito casu hoc ei acciderit,Mascard. ibi,ex l.1.§.diuus de var.& extraordin. cognit.Capyc.dec.125.Viui.commun. opin.87.secus si culpa sua Bar.l.Mæuia ff.de ann.lega. quæ omnia sunt notabilia,vide D.Tapp posthæc scripta editũ super cap. Regni 35.sub tit.de official. const. nu.8. qualis tamen debeat esse infirmitas, & si salarium debeatur ea durante,vide Carau. Ritu 7. & idem Tappià notat super 6.pragmat. sub tit. de officialib. fol. 107. & in Capit. Regni

Digitized by Google

gni Quia de Vicarijs.

Remoueri etiã poterint officiales, ſi conſtiterit ipſos nõ eſſe Principi ſubie-
119 ctos, quia ſit Clericus l.repetita C.de Epiſc.& cler. D.Reg.Tapp. Conſt.Regni Clerici tit.de Epiſc.& cler.num.3. Couarr.cap.33.num.6.pract.quęſt.qui dicit valdè abſurdum eſſe admitti Clericos ad officia ſecularia, tum quia diuinis vacare debent, tum quia delinquendo non poſſunt à Principe caſtigari, nec conſuetudo in contrarium valet, Surd.conſ.39.Caball lib.1.reſolut. crim. caſu 64. & procedit etiam ſi poſt
120 officium efficeretur Clericus, nam ipſo iure dicitur vacare officium, prout ſtatutum fuit in feudis l.omnes C. de Epiſc.l.prætor ff.de vacat.mun.Molin. de primogen.lib.1.cap.13.nu.96. text. in cap.1.§.qui Clericus ſi de feud. defunct.& procedit etiam ſi primos ordines ſuſceperint, Maſtrill. poſteà viſus lib.2. cap.6. vel etiam ſi non ſit Clericus, ſi ſit exterus Regni, vel aliquo foro
121 priuilegiatus, nam poterit ab officio caſſari, Cap. Regni Vt nihil, Franch. deciſ. 469. Exterus enim Regni de facili poterit ad Patriam ſuam redire, & amplius de officio non poterit ſyndicari, dum eius perſona cogi non poterit ad redeundum; quis autem dicatur de Regno, vide Reg.Tapp. ſub tit. de official.fol.111. qui refert fuiſſe declaratũ eum poſſe nominari talem, qui vxorem duxit, & habitauit ſaltem quinquennio
122 in Regno, & domum habuerit, & D. Rouit. nouiſſimè alia adducit in tit de officialib. Regnicol. ibi etiam diſcutit quæſtionem, ſi filius Hiſpani in Regno natus, poſſit dici Regnicola, & an poſſit
123 vti priuilegio Hiſpanorum. Vnum tamen aduertè, quod Hiſpani non reputantur exteri in officijs Regni, ita quod habeat locum ſupradicta concluſio, Addentes ad Capyc.dec.178. Poſtremo poterit quæri, an Princeps poterit ad nutum officiales annales reuocare, cum Magiſtratus ſint de iure ciuili, ſuper quo Princeps poterit ad libi-
124 tum diſponere, & mutare, vt Bald.l. reſcripta C.de precib.Imperatori offerend. & quod ſic tenet Andr. Conſtit. Regni Ea quæ ad decus; ſed receptior eſt opinio, quod Princeps nõ poſſit ſine cauſa vrgenti officialem infra tempus ordinatum remouere, nam decet beneficium Principis eſſe manſurum, dicit text.cap.decet de regul.iur.in 6. & diceretur officialis de facto eſſe ipſum ſpoliatum, Anna alleg.104. nouiſſimè de Ponte in ſuo tract. tit.de elect.offic. nu.5.Capyc.dec.121.

Plus autem anno officialis in officio poterit eſſe ſi refirmetur, dummodo refirmatio fiat iuridicè, ideſt accedente cõſenſu omnium Ciuium; cum accep-
125 tatio, & refirmatio officialis pertineat ad ſingulos, vt ſingulos cap. Regni electionem, vbi Campag. Afflict.Conſtit. Regni Occupatis, D.de Franch.dec.2. ac dummodò prius ſit ſyndicatus, vt Afflict. ibi, & Niger, quod non placet Carau. Ritu 295. nu.6. qui firmat in
126 fine ſyndicatum eſſe præſtandum, qđ probatur etiam ex pragm.Regię dignitati, quæ opinio ſeruatur, licet magna ſit auctoritas Afflict.in Regno, tamen conſuetudo, & obſeruantia vincit omnia, & ita poſthæc nouiſſimè D.Rouit. tit de ſyndicatu offic.nu.29. vbi etiam diſputat quæſtionẽ, ſi ille officialis confirmatus in fine debeat habere tempus
127 duplicatum ad eum ſyndicandum, & firmat debere duplicari contra opinionem Carau. ſed in praxi opinionem Carau. videmus receptam vti æquiorẽ, cum vnicũ dicatur tempus officij, vnitum cum prorogatione. Hinc videmus quotidiè, quod licèt Auditores Prouinciarum, & Iudices Magnæ Curiæ ſint biennales, licet poſteà exercuerint officium per triennium, & vltra, non per hoc vidi tempus ſyndicatus eis augeri vltra, & propterea idem obſeruandum erit in officialibus Baronum, ſi exercuerint officium vltra annum: ſed nouiſſimè ex pragm.5. & ſeq. in tit. de
128 offic. Iudicum, prohibita eſt omninò refirmatio officialium, etiam ſupplicantibus Ciuitatibus, & Prouincijs, cum

annales

Digitized by Google

annales omninò officiales esse velit, quod extenditur etiam in officialibus Vniuersitatum, Anna allegat. 15. multi respõderunt, dictas pragmaticas intelligi in Terris demanij, sed dicta opinio mihi non arridet, cum non insit iusta rationis differentia, Viui. decis. 129. firmat pragmaticæ dispositionem, quod nullo modo possint refirmari, nisi tamen dicit, hoc fiat ex publica vtilitate, quia ille officialis est multum vtilis, & necessarius pro aliqua occurrenti causa, & similibus; nam causæ faciunt alterare leges, hanc opinionẽ nouissimè firmat Io. Franc. de Leonard. cap. 5. nu. 68. in sua praxi. Adde nouissimè Franch. vlt. par. decis. 609. quod refirmatio, dummodo fiat ab omnibus Ciuibus consilio congregato, valet, quo tempore vno reluctante refirmatio fieri non poterit, sed si oppugnatio nulla tunc esset, sed posteà oriretur, ea non obstaret, nisi acceptatio non esset facta congregato consilio, sed per illos de regimine solũ, nam tunc etiam capta possessione posset legitimè opponi, Franch. ibi, & Anna sing. 479. Et mihi fuit prorogatũ officium Auditoratus Calabriæ citrà, durãte officio, per numquam satis laudatum Proregem Comitem de Lemos, exemplum omnium virtutum, & præcipuè circa curam electionis officialium, vt essent digni doctrina, & moribus vigilabat, & exactissimam diligentiam, & inquisitionẽ illius recipiebat; Et sic Ciuitas Cosentina, quamquam priuilegium Principis haberet, vt officiales nõ potuissent prorogari; benemerita de meis actionibus, iterum me recepit, ex causa asserendo mearum virtutum, & in illarum remunerationem, citra præiudicium sui priuilegij. Nota tamen qđ facta semel prorogatione amplius nõ licet confirmare D. Rouit. pragm. 5. nu. 11. de officio Iudicum. Princeps tamen poterit ad libitum confirmare, maxime accedente aliqua causa, nam cum sit hoc iuris positiui, super eo dispensare põt, Viui. dec. 129. Muta super Consuet. Panorm. cõment. 68. nu. 10. Ioan. de Plat. l. 2. cum seq. C. de diuers. offic. Neque sub colore poterit officialis refirmari in Locumtenentem, vel Commissarium ad causas, & in tantum prohibita est officiorum continuatio, vel vltra annum exercitatio, vt nec ad diuersa quis admittatur si sit de connexis, vel dependentibus; si quis enim vno anno fuerit Capitaneus in vna Terra, in sequenti non poterit assidere pro Assessore, vel secundarum causarum Iudice, prout pro Solofra fuit iudicatum D. de Franch. decis. 479 sed si adipisceretur quis in ea Terra officium maius admittitur, vt vidi iudicatum in contradictorio iudicio in Regio Collaterali Consilio, nam fuit Assessor in Ciuitate Cosentiæ Doctor Ottauius Terrago, & post sex menses fuit creatus Auditor illius Ciuitatis, & Prouinciæ, & dum fuisset instatum non licere de iure redire ad administrandum in eadem Ciuitate per supradicta, quæ confirmat D. Rouit. in hac eademmet pragmatica num. 2. & Anna singul. 479. tamen fuit iudicatum licere maiora exercere primis, & ita Mastrill. decis. 288. nu. 11. Actuarij verò possunt cõtinuare officium, dato prius syndicatu, & non prohibita est talibus cõtinuatio, quia non dicuntur habere iurisdictionem, licèt (vt supra dixi) appellatione officialium veniant, & dispositа cum eis extendantur ad ipsos Actuarios in multis, sic D. Rouit. pragmat. 5. de officio Iudic. sicque limitatur singul. Annæ 369. debent tamen officiales vacare tanto tempore quanto exercuerunt pragmat. 6. tit. de offic. Iudic. & in hoc differunt ab officialibus Vniuersitatum, qui quinquennio debent vacare ab eisdem, triennio à diuersis l. 1. C. de munerib. non continuan. lib. 10. D. de Franch. decis. 264. officialis verò iurisdictionis si vacet per vnum annum post officium administratum poterit sequenti exercere. Et ego intra triennium bis exercui officiũ Solofræ primo tempore mei Doctoratus, secús si officia essent omnino

Digitized by Google

diuersa, & seperata, veluti si quis vno
138 anno fuerit Syndicus, non poterit excusari si in sequēti anno creetur Aerarius: cum sint officia satis diuersa, & nō dependentia, vel connexa ab Vniuersitate, Franch. decis. 210. in fine. Quid autem si vno anno fuerit vnus frater in officio, an sequenti anno possit esse alter; secundum glos. l. 1. C. de munerib. continuatio munerum non prohibetur
139 in fratribus; sed dubium est ratione præsumptionis syndicatus; nam auctoritas alterius fratris impediret, eo magis quod pragmatica requirit interuentum prædecessoris, quod esse obseruandum dicit Rouit. super pragm. de syndic. & pragm. 5. de administr. Vniuersit. num. 28.

Vltra annum etiam poterit officialis exercere, expectando successoris aduētum; quem omnino expectare debet; Adde quod etiam expectare debet, vt
140 capiat possessionem, alias officium relinquere non debet. Add. ad Capyc. decis. 151. Franch. decis. 393. nu. 3. alias esset in pœna, l. meminisse ff. de officio Proconsul. D. de Franch. decis. 393. & ei debetur salarium pro tempore quo administrauit etiam vltra annum, licet in facti contingentia multi tenuerint contrarium, sic Paris verbo salarium, 6. artic. Arnon. problem. 20. Capyc. decisio. 125.

Item restat videndum, dùm pragm. nostra prouidet, quod officiales sint annales, & officij verbum sit generale, pertinēs ad maiora, & infima, ita vt cōcus dicatur officialis, vt dixi in rubrica quæritur de quibus officialibus intelligi oporteat, casus omissus remanet in dispositione iuris, l. si extraneus ff. de condit. ob causam, & verba debent intelligi secundum subiectam materiam,
141 l. si vno ff. locati; dico quod licet officiales dicantur omnes habentes officiū etiam sine iurisdictione, Alexan. l. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic. propriè tamen in potiori significatu officialis dicitur, qui iurisdictionem ordinariam habet in Terra, vel Ciuitate, Isern. cap. 1. quæ sint Regalia, vers. ad iustitiam administrandam, Carau. Ritu 49. vbi discutitur an Actuarij propriè dicantur officiales, quod potiantur beneficio ipsius Ritus, & concluditur quod non, D. de Franch. decis. 407. sicque nec continentur delegati officiales, qui in multis differunt ab ordinarijs, Marant. ibi iudicium ordinarium, vel delegatum.

Et sic pragmatica nostra est intelligenda de officialibus ordinarijs, non de alijs, vt Franch. d. deci. isti enim debent esse annales, Niger cap. Regni 203. ordinarij dicuntur Gubernatores, Assessores, Iudices Baiulorum Actuarij, vt Anna sing. 369. sicq; Iudices portulanorum ponderum, vt est iudicatum inter Vniuersitatē Orioli, & Marchionem Actuario de Iubeno; ipsi verò affictatores, licet habeant iurisdictionem, possunt tenere officium vltra annum, dummodò demandent exercitium, vt est decisum in dicta causa, Lucas d. l. neminem C. de suscept. libro. aduerte
142 tamen, quod in multis locis tàm affictatores, quàm vtiles Domini aliquarum iurisdictionum exercent illi officiū perpetuò, vt vidi Cosentiæ, vbi extat Secretus Matthæus Paganus qui obtinuit à Regia Curia illud officium Baiulationis Ciuitatis, & Casaliū, & dùm fuisset oppositum in Regia Camera, vt desisteret, & officialem crearet, se defendit, & obtinuit, & non potui penetrare rationem postea vidi D. Regentē Tappiam sub tit. de offic. Procur. Cæsar. sub Capit. Regni 64. qui similiter dicit Portulanos secretos, & similes non posse illos exercere, nisi vbi aliter esset cōsuetudo, vt ipse asserit esse in Ciuitate Baroli, & hac exceptione credo fuisse munitum illum in Ciuitate Cosentiæ; & conferunt quæ adducit de Ponte
143 nouissimè par. 2. conf. 53. annales debent esse etiam Auditores secundarum causarum; nec video iure receptam illorum opinionem tenentium debere esse biennales, nam nulla lege hoc cauetur, solum constitutum est per Regias Pragmaticas quartam, & sextā,

tit.

Digitized by Google

tit.de offic. Iudic. in Auditoribus Prouinciarum, quod possint esse biennales, immò Dominus Prorex expedit literas patētales, pro vno anno tantum, etiam Auditoribus Prouincialibus, cum clausula, & ad nostrum beneplacitū si bene tè gesseris, & intelligitur tacitè refir-
144 matus per biennium, non quod ex commissione constituatur, sic testatur Viuius decis. 129. & hodiè pro regula est constitutum semper esse biennales, & sine nota non reuocarentur ante finitum tale tempus, vt dicit D. Tappia tit.de offic. Magistri Iustit. pragm. 1. nu. 10. & cum sit ita consuetum, sic seruandum est; sic propriè dicit text. l. neminem C. de suscept. quod solitum potest producere, vt sint biennales, sed nō vltra valet consuetudo dicit ibi Glos. Vnde si est attendenda pragmatica, cum ius commune nil disponat vltra annum, argui non potest de Auditoribus Prouinciarū ad Auditores secundarum causarū Baronum, cum sub maiori non veniat propriè minor, glos. cle-
145 mentina 1. de præbendis, nec est facienda extensio contra ius commune, l. 2. C. de noxalib. l. commodissimè ff. de liberis; eò magis quod non militat eadem ratio, nam Prouincia, seu Metropolis, vti de iure dicitur Luc. C. de Metropolis, Bellug. rubr. 1. §. iam supra, ha-
146 bet enim Prouincia sub se multas Terras, ad minus decem, Afflict. Constit. Occupatis 6. notab. sic Archiepiscopus in sua Metropoli; vnde maius tempus requiritur in purgando eam, & in audiendo eorum grauamina, & succurrendo eorum morbis, vt Præsidibus Prouinciarum congruit, l. congruit ff. de offic. Præsid. & propterea Prorex communicat auctoritatē, & præheminentiam procedendi contra facinorosos, etiam ex processu informatiuo, cū
147 clausula ad modum belli, vt per ordinaria, & extraordinaria remedia Prouincia purgetur, Carauit. Ritu 47. qui refert prærogatiuas Magn. Cur. quasi omnes cōmunicatas Regijs Audiētijs, & sic videmus eas procedere in multis casibus exceptis solæ M. C. refert Viui. decis. 1. 2. vol. Impossibile tamen esset, vel imperfectum opus diceretur, si per annū prefati Auditores vellent ad omnes Terras sibi subiectas animaduertere, & proindè iustè est sancitum, vt possint esse biennales, vt in d. pragm. Non sic arguendum erit in Auditoribus Baronum, argumentū enim de persona ad
148 personam non valet, l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. & ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus ff. de min. Auditor Baronis non potest constitui vltra dictam dixi 3. pragm. vnde nō habere potest tot Terras quin anno non possit cognoscere, & coercere subiectorum crimina, Accedat quod Terræ infeudatæ
149 habent suum perpetuū Iudicem qui est Baro, Frecc. auth. 10. ipse enim debet esse peruigil super subditos plusquam officialis, vt singulariter Iser. cap. Imperialem §. firmiter nu. 40. de proh. feud. alien. Et sic annales esse debere credo Iudices secundarū causarum, cum pragmatica nostra si alias voluisset dixisset, l. vnic. §. quin autē C. de caduc. tollen. tamen de facto potiùs, quàm de iure contrarium seruant, cum etiam vltra triennium, immò perpetuò constituantur; sed multa transeunt parte non op-
150 ponente, & non id quod fit, sed q̄ fieri debet est attendendum l. obseruare ff. de offic. Præfid. l. verum ff. de furt. Tamen in Consilio inter Vniuersitatem Theani, & Principē Hostiliani fuit prouisum posse esse biennales Auditores secundarū causarum, licet fuerit appellatū, sed non vidi verbum factum. Ampliatur dicta conclusio quod etiam officiales Vniuersitatis debent esse annales, & in multis æquiparantur hi cū officialibus iurisdictionum, licetq; vt Bar. in tract. de regimin. Vniuers. distincta sint regimina, cum vnum pertineat ad Principem, & eius dependentes, & aliud ad Vniuersitates circa eorum regimen, & vnum nil cōmune habeat cum alio, nec alter in alterius iurisdictione sit turbandus, vt dicam infra prag. 10. Tamen quò ad modū, & normam in mul-

Digitized by Google

tis parificantur; prout in hoc, quod debeant esse annales, l. 1. C. de muneribus, & honoribus, & dicam infra.

152 Alia verò officia sine iurisdictione, vel cum aliquali, vti Castellani, Custodes carcerum, vel Ciuitatum, non habent temporis stabilitatem, & ad nutū possunt reuocari, de Ponte in suo tract. tit. de elect & idem de officialibus Admirantis, Magni Cancellarij, vt testatur D. de Franch. dec. 165. in fin. Procuratores fiscales de iure erant annales, l. sancimus C. de aduoc. diuers. Iudic. licet de consuetudine hodiè fiant etiam perpetui, Carau. Ritu 17. in his, & alijs attenditur consuetudo, vt Boer. decis. 149. nam sunt infinita officia, quę non habent certam temporis determinationem. Adde Gamma. deci. 353. de Pont. in suo tract. tit. de elect. offic. S. 5. nu. 26

153 Officiales verò Episcopi, vti Vicarij, licet sint ordinarij Iudices, neq; habeāt tempus præfixum & sic ad nutum Episcopi reuocari possint, Iacob. de feud. vers. Vicarius fol. 14. tenentur tamen stare syndicatui, licet multi contrariū dixerint, Couar. pract. quæst. cap. 4. Adde quod Sacra Congregatio cum Ciuitate Tarenti iudicauit, vt nō teneantur stare syndicatui, sic Quaranta in suo Bullar. verbo Capitulū, sunt, & alij officiales perpetui, vt Regij Consil. Regen. Præsidētes, & alij multi, qui à Rege in vita habent officium, hi appellatione officialium propriè non veniunt: Boet. in tract. Magni Consilij nu. 144. nec subiacent dispositionibus officialium, & indè non syndicantur, sed eos visitari curat Rex, Frecc. auct. 35. sin-

155 gulis quindecim annis, licet priùs omni triennio visitarentur, Marc. Ant. Surg. fol. 161. de qua visitationis materia, vide quæ nouissimè adducit Mastrill. lib. 6. cap. 2. cum sequent. in tract.

156 de Magistrat. quosque Visitator solet officijs priuare, vt vidimus; si male se gesserint, sed ob delictum possunt à Prorege etiam suspendi, & priuari, Capyc. decis. 121. nu. 20. Marc. Ant. Surg. fol. 166. sed consulto Rege condemnari debent, vt dicam latè pragmat. 8.

157 Conueniri tamen poterunt durante officio, nè actiones priuatorum tollantur, Doctor. l. pars litterarum ff. de iud. Duenas regula officiales, & an possint contra eos instrumenta liquidari, de Ponte in tractatu suo fol. 337. Requisita tamen, quæ sunt de essentia antequam quis ad aliquod prædictorum officium assumatur, quæ oportet Principi constare, refert Afflict. Constitut. Regni Vt vniuersis, nisi Princeps motu proprio, & ex certa scientia quē quam eligeret, licet inhabilem, tamen præsumeretur habilitatus, & idoneus per dictas clausulas, Mascard. de pro-

158 bation. conclus. incipiente Electus. Finaliter officialis plus anno poterit exercere, si erit Capitaneus in aliqua Villa, & Terra, in qua propter exiguitatem emolumentorum officij, poterit quis exercere pluribus annis, quia exigua non sunt in consideratione Surd. consil. 261. num. 10. lib. 2. Mastrill. lib. 1. cap. 23. num. 79. & dixi supra pragmat. 3.

Porrò notamus etiam ex text. nostræ pragmaticæ, ibi (& quod finito officio debeant stare, & parere syndicatui officiales, hoc faciendum per Syndicum eiusdem Ciuitatis, & Terræ.) Et sic cura imponitur Baroni, vt sui officiales syndicentur, nam vti pa-

159 tri, & protectori suorum Ciuium, vt dixi pragmatica 3. remanet onus curandi, vt damna illata à suis officialibus resarciantur oppressis; Iurisdictio verò syndicandi dirigitur Syn-

160 dico, & non Baroni; Syndicus enim, & Electi eligunt Syndicatores officiali, & sic est notandum id quod paulò ante dixi, quòd multa pertinent ad Vniuersitatem, quæ non attinent

161 ad Baronem; Baro enim dat iurisdictionem administrandi, & Syndicus, & Electi habent iurisdictionē syndicandi, sicq; electio officialis pertinet ad Baronem, vt Iser. quæ sint regalia, vers. ad iustitiam administrandam, & pragmat. nostra

Digitized by Google

nostra hic ibi (Barones prouideant) ac-
161 ceptatio vero, & possessionis concessio Ciuium est, ac Vniuersitatis, nam si acceptaretur à Particularibus, & nō ab Vniuersis, iurisdictionē nullitèr exerceret, vt dixi in p̄cedenti. Hinc literæ cōmissionales præsentantur Vniuersitati, & eius officialibus administrātibus, qui possunt ex iusta causa denegare possessionem; nam acceptatio est Ciuium, Franc. Marc. benè decis. 162. & quili-
162 bet Ciuis habet ius oppugnandi, l. si reus delatus §. fin. & ibi glos. ff. de mulier. Auend. cap. 19. lib. 1. de exeq. mandat. & proindè possunt reijcere eum si nō habet literas liberatoriales alterius
163 officij, quia ad aliud non potest assumi, Bart. l. rescripto §. debitores ff. de mun. Adde text. l. neminem C. de suscept. lib. 10. vel si officialis sit exterus extra Regnum, vel Clericus, vel miles vt D. de Franch. dec. 479. vel quod non sit creatus secundum Capitula inita
164 inter Baronem, & Vniuersitatē, quia non sit Doctor, vel sit de aliqua Terra prohibita per Capitulationem, iuxta ea quę dixi 3. pragm. in fin. vel sit odiosus, D. Rouit. pragm. 5. nu. 3. tit. de offic. Iud. Adde Const. Regni incip. Clerici, vbi D. Tapp. quod Clericis interdicta est administratio, siuè in dignitate, siuè non; sic & Milites, vel non subiecti, officiales esse non possunt, sed quarè Hispani in Regno admittuntur, cum homines non Regnicolæ prohibeantur iuxta dispositionem Cap. Regni Vt nihil, & pragm. sub tit. de Eccl. pers. dic quod hoc exceptum est cum istis, vt Addent. ad Capyc. dec. 178. Itē contradici poterit si officialis sit de patria ortus, vel oriundus, vel si maio-
165 rem partem suorum bonorum ibi habeat, vel vxorem duxerit, l. fin. C. de crim. sacr. vbi Salyc. & est Const. Regni Iustitiarijs per Prouinciam, quam exornant muki adducti per D. Tapp. super alleg. Constit. Add. ad Capyc. decis. 168 Franc. Marc. dec. 633. & ratio est, quia amicitia, & consanguinitas solet mentem præuaricare, & iustum iudicium peruertere. Sed an ortus, vel oriundus possit refutari, videtur quod sic, ex tex. l. 3. ff. de offic. assess. l. 3. C. de diuers. offic. lib. 10. Franch. decis. 98. ita quod
166 neq; Præses, neq; Prorex quis potest esse in Prouincia vbi tenet feuda, Mastrill. lib. 2. cap. 7. num. 3. qui multa ad hanc conclusionem notat, limitatur in patria Ciuitatis Neapolis, & Romæ,
167 nam Ciues possūt esse officiales, quia præsentia Principis abstergit omnes suspitiones, Franch. decis. 479. in princ. D. Tapp. in Constit. Regni sub tit. de creat. offic. & limitatur vbi aliter esset consuetudo, vt latè ibi Mastrill. Huic similis quæstio accidit; officialis quidam constitutus fuerat à Barone, ei valdè sanguine coniunctus, Vniuersitas relu-
168 ctauerat recipere, quia ei reddebatur suspectus; dum esset cōsanguineus Domini, eo magis, existentibus litibus inter Baronem, & Vniuersitatem, quo casu non sine timoris suspitione, vasalli ante officialis faciē lites ciuiles, & criminales instaurarent, & si vt supra ratione ciuilitatis, incolatus, redditur inhabilis, & suspectus officialis, quia stat præsumptio affectus in Ciues, eadem iuris ratio procedere debet, & pręuaricationis suspitio, si officialis non Ciuibus, sed Baroni erit coniunctus, & sic prouisiones obtinui à Magna Curia, & in Sacra Congregatione Episcoporum in Vrbe fuit decisum pro Vniuersitate Ciuitatis meæ, vt Episcopus abstineret à collatione Vicariatus in personam suorum Nepotum, vt est videre in processu sub die 2. mensis Februarij 1611. Item si Baronibus non licet exercere iurisdictionem ob timorem quem possunt concipere vasalli, ex Baronis præsentia, idem præsumptus metus erit, si officialis erit coniunctus Baroni, vel nimis familiaris in domo illius, qui solent mouere Baronem in causis contra vasallos, & vasalli licèt grauati nè displiceant Baroni, solent grauamina illius officialis sufferre contra voluntatem, & dum doctrinam desiderarem in hoc, vidi Iacob. Rebuff. l. fin. nu. 1. C. de de-

Digitized by Google

cur.lib.10.qui singulariter hoc probat, & tantò fortiùs, talis concluſio poſſet ſubſtineri,ſi eſſent lites inter Baronem, & vaſallos, vbi omnis liuor poſſet præſumi. Item denegari poterit officij poſſeſſio, ſi creatus officialis erit inhabilis, vti ſenex, morbo impeditus, vt ex Cap. Regni 35. & diximus ſupra pragmat.3. Item ſi erit infamia notatus, vel condemnatus ob aliquod delictum etiam leue, vti iniuriarum, l.1. ff.de infam.Gayll.obſeru.102.cum ſeq.par.2. Gamma deciſ. 139. nam impediri poteſt exercitium dignitatis, cap.infamibus de reg.iur.in 6.Et vt pleniùs hunc punctum intelligas, cum quotidianus ſit,& malè explicatus ſcias, quòd con-
169 demnatus de aliquo delicto etiam exiliari pœna, notari poteſt infamia,& non ſolum non poteſt aſſumi ad honores,& officia,ſed ſi receptus eſt poterit inſtari,vt remoueatur l.Iudices C.de dignit.lib.10. Azeued. lib.3. tit.9. l.7. nu.13. l.eadem ff. ad leg.Iul. repetund. d.cap.infamibus ſupracit. Aduerte igitur quod duæ ſunt ſpecies infamium, alia iuris alia facti,infamis iuris ſunt illi qui incidunt in aliquem ex caſibus expreſſis in l. 1. ff. de his qui notantur infamia, & prædicti, aut contrahunt ſtatim infamiam, ſi declaratum fuerit eorum delictum, vti in miſſo à militia propter ignominiam, quia erat malus miles,l.2.§.ignomin.vbi gloſ. ff.eodem, ſic in Scurris,& Hiſtrionibus,in quibus lex ipſo iure infamiam irrogat, nulla expectata ſententia, Alij ſunt infamia
170 iuris notati,ſed non intelliguntur tales, niſi ſententia lata ſuper aliquo delicto, vel caſu expreſſo in d.l.1. vt Doctor.ibi. Alia eſt infamia facti, quę non prouenit ex caſibus poſitis in d.l.1. ſed ex alijs cauſis, ex quibus diminuitur fama, & honor, veluti ſi quis eijciatur de Republica, propter ſuam inſolentiã, vt l.2. C.de dignit. vel ſi quis carceretur ob malos mores, Dyn. d.cap.infamibus, hæc quidẽ infamia non eſt tan-
171 tæ efficaciæ vti prima,& ideò non repellit iſtos à teſtimonio,nec ab officijs, Iaſ.l.in actio. ff.de in litem iurando nu 44. Sed notatus infamia iuris latæ ſententia perdit ſuam famam. Verùm intellige ſi fuerit condemnatus ex eo delicto pœna ordinaria, ſed ſi pœna fuiſſet minorata ex aliqua iuſta cauſa, veluti quia non erat dolus in delicto, ſed
172 culpa, vel extiterit aliqua cauſa temperans naturam delicti, tunc infamiam non contrahit condemnatus, vt benè Gamma deciſio. 139. nouiſſimè Fontanell. de pactis nuptial. clauſul. 4. gloſ. 10. num. 56. Et in dubio minorata pœna, ſemper ſtat præſumptio iuſtæ cauſæ, & quòd in delicto
173 non ſit dolus, & proindè quod infamia non ſit contracta, vt notabiliter Ioſeph Seſe in tract.de inhibit.in Conſilio poſito in fine de ſyndicatu ex nu. 21. idemq; obſerues, ſi quis fuerit cõdemnatus ad pœnam exilij temporalẽ, nam finita pœna, purgata eſt infamia
174 Gabal. caſu criminal. 121. niſi delictum eſſet famoſum,vt idem Gabal.caſu 172.ſed dubium eſt ad prædicta, ſi Iudex non declarauit pœnam minuiſſe,ſed ſimpliciter condemnaſſet ad pœnam, an ex delicto condemnationis in dubio infamia videatur contracta, vel remiſſa? vltra præcitatos Doctores D. Rouit.pragmat.3.tit.de militib.nu.44. diſtinguit, aut ſententia declarat reum commiſiſſe delictum, & pœna infamiæ ille erit notatus, aut Iudex ſimpliciter condemnet reum ad pœnam pro inquiſitione, & tunc ſi non declaratur delictum fuiſſe ab illo commiſſum, non erit ille infamis ex prefata condemnatione;
175 Vndè ſubſtinuit ibi, quòd cõdemnato officiali cuiuſdam militiæ, inquiſito pro Barattaria, non fuit poſteà priuatus officio,ob condemnationem exiliarem, quia non contraxiſſe dici poterat infamiam ex ea æqua condemnatione, quæ non declarauit reum delinquentem,licet eum condemnaſſet vti inquiſitum; & propterea in ſententijs ſolet fieri ad tollendas has altercationes, quæ in effectu dubiæ ſunt, ad cognoſcendum an ſententia declarauerit delictum

Digitized by Google

lictum, vel non, & propterea in condemnatione Iudex poterit decernere
176 hoc,quòd reus non intelligatur infamia notatus, vt Baiard. ad Clar.quæst. 72. sed quid erit de se componentibus pro delictis,an remaneant infames? ex prędictis videtur, q̃ dùm pęna minoratur,infamia non videtur contracta, Attamen siue gratiati, siue compositi in-
177 famia videntur notati, nisi per Principem fuerit infamia remissa, cuius solius est, & non Baronum, famam restituere, vt dixi: Iudicibus verò potest licere ex causa tollere infamiam in sententia condemnatoria, vt supra, & ad
178 quæstionem principalem est vidēdus D.Rouit.in rubr.de abolitionibus nu.4. si verò fuerint transacti cum protestatione ad redimendam vexationem,tũc nõ puto infames posse dici l. non damnatos,vbi Castr.C.de infam.Carau.Ritu 276. qui distinguit inter compositionem,& transactionem,& dicam seq. pragm.Sunt, & multæ aliæ oppositiones,quæ possunt fieri à Ciuibus aduersus officialem assumendum, quæ sparsim habentur per Doctores, & nouissimè cumulat Barbos. l.cum prætor ff.de iudic. veluti si esset ille surdus, senex, graui morbo laborans,bastardus,etiam si esset legitimatus dicit Misinger. obseruat.31.licet non puto posse hoc substineri, Couarru. pract. quæst. cap.19. nu.6.sic si erit inquisitus,C.de reis postulatis lib.10. Quid si non præstiterit cautionem deparendo syndicatui,quia non potest,vel non vult præstare in loco administrationis? dum in facto accidisset, dixi cautionem omninò esse præstandam,cum ita communi consuetudine obseruetur, Paris de synd.verb. fideiussor,& eam præstare tenetur in loco administrationis, arg.dec.Afflict. 137. & Ozasch.decis. 70. quod in loco iudicij,& non in Patria, alioùe loco cautio est assignanda; Verum si ibi non inueniret, & præstaretur in Regio Tribunali in subsidium deberet admitti, l.de die §.iubetur ff. qui satisd. cog. & ita intelligerem pragm.41. de offic.
179 proc.Cęs.alias possessio denegari poterit,& ex pragm.5.sub tit.de offic.Iudic. sancitur, ne officiales assumantur nisi pręstent idoneam fideiussoriã cautionem de parendo syndicatui, & proindè distincta sunt regimina, vt dixi, multa enim pertinent ad iurisdictionẽ Baronalem,& aliqua ad Vniuersitatẽ, prout sic de iurisdictione syndicandi,& ab ea appellatur ad Regios Superiores,& non ad officiales Baronis, nam iurisdictio debet refluere ad eum à quo
180 fluit l.1.§.cum Vrbem ff.de offic.Pręfect.Vrb.prout dicimus similiter de appellationibus, quæ fiunt à causis Nundinarum, nam cum sint à Rege constitutæ,ad eius Tribunalia debet appellari, licet exercerentur per officiales Baronis, Minad.consil.24. idemq; procedit in causis Rationalium, Montan. super 1.pragm.de administr.Vniuersit.Et similiter de appellatione facta à Catapanis electis ab Vniuersitate, D. de Franch.decis.511. & denegatam fuisse remissionem Baroni dicit D.Tapp. in Constit. Regni Magistros Camerarios tit.de offic.Procur.Cæsaris, syndicandi autem potestas Præsides, & Auditores Prouinciarum,cuius sit,vide Marc.Anton.Surg.fol.159.qui hoc docet,cum ab alijs hoc non viderim scriptum; & quid de Regente, & Iudicibus Magnæ Curiæ, vide ibidem, & adde pragm. 3. de offic.Iustit. de tempore syndicandi, quando tamen assignari debeat.

Et dicit pragmat. nostra.quod Baro procuret, quod officiales stent, & pareant syndicatui, per quæ verba notatur, quod stare debeant officiales syndicatui in loco administratę iurisdictionis, l.1. C.vbi de ratiocinijs, l.1. C.vt omnes Iudices. Hinc licet quis administrauerit iustitiam totius Prouinciæ, vel plurium Terrarum, in loco vbi ad-
181 ministrauit maiori parte temporis tenetur stare syndicatui, & non in omnibus locis,vt seruatur continuò in syndicatis Auditorum, qui in loco Tribunalis,vbi regerunt iustitiam syndicantur.

Adde

Digitized by Google

Adde quod appellatione hic de officialibus syndicandis, continentur non
182 solum Capitanei,sed Assessores, Auditores secundarum causarum,Iudices Baiulorum,Locumtenentes,etiam modici temporis, sic extat pragm.5. de syndic. offic. Anna singul.48. & Add. licet aliqui ex prædictis de consuetudine non syndicantur vti de Baiulo Cosentiæ vidi iudicatum in Regia Camera, quod dum Vniuersitas petijsset non
183 potuit obtinere, sed decisum contrarium, stante quod non erat solitũ syndicari contra Regiam pragmaticam, quæ expresé cauit, vt ij tenerentur stare syndicatui.& D.Tapp.Const. Regni locorum tit. de offic. Baiuli dubitat,sed ita D. de Ponte cons.53.vol.2.
184 quia lex per contrarium vsum potest tolli,& sic fuit prouisum pro Actuarijs, Regij Tribunalis Cosentiæ à S.E.quod si non est solitum syndicari, non molestentur,nam satis syndicantur quotidiè dum supraستant officiales,quibus recurritur pro omni eorum excessu,etiam officio pendente,& idem videmus seruari in Vicarijs Episcoporum,qui nõ syndicantur, vt Sacra Congregatio statuit, & Quaranta in suo Bullario verbo capitulũ.vbi latè ; & potestas hæc pertinet ad Vniuersitates, & non ad successores officiales, vt dictabat cap. Regni 132. nam hoc in desuetudinem, & contrarium vsum abijt, vt nouissimè Addent. ad d. cap. sed per hanc pragmaticam Vniuersitati fuit attributa auctoritas syndicandi,& eligendi Syndicatores, & Consultores,& constat ex pragmatica Regiæ dignitati de syndic. offic. Nec debent patrocinari, vel eos protegere Barones,nè terreantur querulantes, videndo auctoritatem superioris interpositam in syndicatu sui officialis, sed procurent quod officiales pareant syndicatui,& quod liberè syn-
185 dicẽtur,nam satis metus dicetur illatus vasallis, si Baro tacitè,vel expresè se interponat,Mascard.concl.metus,& ita pluries est decretum per Sacrum Consil. quod abstineant, vt inter Vniuersitatem Theani, & Principem Hostiliani,alias poterit peti à Principe,qđ accedat Commissarius ad iterum syndicandũ,vt de Ponte decis.26.Mastrill. lib.6.cap.11.num.12. & laudandi sunt mei Illustriss. Domini, qui suos semper protegunt; in materia tamen syndicatus non se immiscent, nam alias in foro poli non video cur ipsi non teneantur ad emendam,quam consequi potuisset vasalli ab officiali, de eo quod extorserat, vel iniquè iudicasset: Syndicatum enim deberi de iure diuino dicunt, quẽ non impedire debent nec Barones,nec Reges, fuit enim primò iussum Samueli 1. Regum, vt rationem publicè redderet, vndè sumpta est practica syndicandi ; qui respondit populo, loquimini, nùm bouem,vel animalia cuiuspiam tulerim, si quempiam sim calumniatus, aut aliquem oppresserim, si de manu alicuius munus acceperim, contendant mecum hodiè,vt restituam eis, sed contrarium est tenendum, syndica-
186 tum non esse de iure diuino,nõ enim omnia præcepta moralia posita in lege Moysis, dicuntur præcepta Dominica, sed illa Decalogi, Tiraq.de retract.in prohæm. num. 8. latè, hinc videmus
187 Principem dispensare super tempore syndicatus,& illud abbreuiare,vti à lege positiua introductũ, & mihi fuit di-
188 spensatus syndicatus trium annorum administrationis Auditoratus in tribus diebus ; & si esset de iure diuino consuetudo non syndicandi, quam valere supradiximus non posset substineri,vndè saluanda est ea opinio, syndicatum esse de præceptis iudiciarijs de iure diuino introductis,quæ non obligant infallibiliter,vt Princeps non possit dispẽsare,vt dicam infra pragm. 6. notanda tamen est auctoritas supradicta, dum etiam sanciuit,quod dari debeat officio finito syndicatus,nam si officio duran-
189 te, posset officialis conueniri,vilesceret auctoritas eius, si de vnoquoq; esset cauillandus,& propterea etiam nota, quòd officialis debet stare cum auctoritate, & Baro potiùs debet eum expel-

Digitized by Google

pellere,quam permittere, vt cum indignitate, & vilitate permaneat, Lucas de Penna l fin.C.de munerib.lib.10.Et proindè malè faciunt Barones, qui cũ vidẽt suos officiales errare,palàm ipsos reprehendunt,& aliquando conuitiantur,propter quòd vilescit eorum auctoritas,& à subditis cõtemnuntur,& paruipenduntur.

Vltimo notatur ibi in tex. (faciendo per Syndicũ Ciuitatis,& Terræ,(quod
190 aliud est Ciuitas, aliud Terra, Ciuitas olim erat quæ habebat defensorem cũ potestate ipsũ eligendi,qui habebat cognitionẽ causarũ ciuilium, vt in auth. de defensoribus Ciuit.§.& Iudices,§.& Iudicent,hodiè Ciuitates hæ dicuntur, quæ habent Episcopos cap.1.& seq.81.
191 distinct.verum Princeps etiam potest decorare Terram hoc titulo, dicendo eam velle esse Ciuitatem, Bart.C.de Metroppol. Berith.; Capyc. in inuest.
192 fol. .... & an sola verba enunciatiua Principis asserentis,& nominantis eam Ciuitatẽ sufficiant, vt censeatur decorata tali decore, vide Rebuff. l.1. C.de Metrop. Berit. Felyn.in prohem.decr. Anna cons.44.num.82.Cancer.variar. resol.lib.3.cap.3.& habui in facto Calabriæ, Bart.in estrauagan. qui sint rebell.verb.Lombardiæ nu.6.Terra in iure variè capitur,& diuersis modis sumitur,ponitur pro campo,pro possessione cap. quid per nouale de verb.signif. capitur Terra pro Ciuitate, Regno, vel Prouincia,cap.1.de pace tenen.& tunc dicitur à Terreo terres, Capyc.præcit. loco,quod Terra est quæ muris est circumdata, Paris de reintegr.feudor.tit. de verb signific. Quidquid dicant prædicti,Terra in Regno stat vt genus,cõprehendens Ciuitates, ac etiam multa oppida,& casalia,siue muris sint cincta, siuè non;sicq; respõdit Frecc.2.auctor. nu.25.super quæstione adiutorij debiti à vasallis quando Baro emit Terram,vt dictant verba Constitut. Regni quamplurimùm, vide de hac significatione quæ nouissimè refert Bertazz. in tract. clausdePont.cons.56.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Punitio criminum est Basis iustitiæ, quæ mores Ciuium emendat,Deum placat,& offensos vindicat.*
2 *Pœnis, & præmijs Respublica continetur.*
3 *Veniæ facilitas est magnum incentiuũ delinquendi.*
4 *Qui paucos castigat multos emendat.*
5 *Delictorum coercitio publica pietas nominatur,& parcere est occidere.*
6 *Sex personæ offenduntur in delictis Deus,offensus,publicum,Iudex, ipse offendens,& proximi, qui exempla mala recipiunt.*
7 *Iudex dissimulans,vel non dans condignam pœnam, ipse eadem pœna tenetur.*
8 *Rex Carolus fecit suspendere Iudicem qui pro homicidio imposuerat pœnam manus.*
9 *Barones debent esse vigiles in officiales alias culpæ illis imputatur.*
10 *Pœna præsumitur ex causa in dubio esse eam minoratam à Iudice.*
11 *Componendi potestas, redacta est ad magnam iniquitatem.*
12 *Aurum vbi placet iustitia tacet auaritia iudicante omnia pereunt.*
13 *Compositio quid sit, & quid extorsio fiat metu.*
14 *Compositio non potest nominari,sed extorsio,quando delictum non constat.*
15 *Transactio facta cum parte facit graue inditium, sed quæ fit cum Iudice non.*
16 *Compositio iustificatur ex causis,si tales sint, quæ præstant iustitiam commutationi pœnæ.*
17 *Pœna quæuis corporalis maior est omni pecuniaria.*
18 *Prouentus sunt fructus iurisdictionis, sed sunt destinati pro ministerio iustitiæ.*
19 *Prouentus quare non ponuntur in introitu feudorum.*
20 *Attenditur destinatio,& non quod in consequentiam venit.*
21 *Prouentus deberent poni in corpore feudi,*

Digitized by Google

feudi cum Barones mutauerint destinationem eorum.

22 Causæ componendi enumerantur vtiliter.

23 Pœna minuitur in non solito delinquere, vel in delictis leuibus, & alijs quãplurimis.

24 Mulieres ob honestatẽ sexus mitius castigantur.

25 Delicta quæ dicantur in iure grauia, in quibus non est miserendum.

26 Solito delinquere augenda est pœna vltra delictum de quo vltimo imputatur.

27 Pœnas alterare an liceat sine Principis iussu disputatur.

28 Foriudicatos occidere an sit peccatum.

29 Bestia Apocalipsis designat superiores, qui intra eos peccata subditorum ponunt.

30 Baro qualiter se gerere debeat in compositionibus docetur.

31 Officiales Demaniales non possunt componere sine licentia Principis.

32 Baro quando possit componere post sententiam declaratur.

33 Foriudicato reo, an Baro possit illi gratiam facere.

34 Remitti an possint Baronibus foriudicati.

35 Appellatione pendente an Baroni liceat componere.

36 Baroni, & eius officialibus an liceat admittere reum ad defensionem post latam sententiam, sub prætextu nouæ defensionis.

37 Transactio quid differat à compositione.

38 Transactio an possit annullari, ex superuenientibus probationibus.

39 Sententiæ criminales non fiunt absolutoriæ, sed nouis superuenientibus inditijs.

40 Instantia perempta prima, vel secunda perit delictum, & suscitari non potest etiam si noua superueniant inditia.

41 Delicta quanto tempore præscribantur.

42 Prouentus sibi vsurpans qualiter puniatur, & sit Iudex, vel Aerarius.

43 Princeps an de potestate absoluta possit parte non concordata gratiam facere de delictis discutitur.

44 Principi soli competit cogere partes ad pacem, & non Baronibus.

45 Irinarchę de iure nominantur viri, qui curam habent componendi paces, & obseruatur in multis locis.

46 Cautio de non offendendo, an ex officio possit exigi adnotatur.

47 Gratia an possit fieri sub conditione, dummodo pars procuret remissionem infra aliquod tempus.

48 Baro an possit indulgere reo sub conditione, vt procuret remissionem.

49 Baro an possit guidare non existente partis concordia.

50 Supersessoria facta à Barone reo post litem contestatam, an elapso biennio instantia dicatur perempta.

51 Instantia an possit prorogari partis cõsensu.

52 Remissio partis non requiritur in simplici insultu, delationis armorum, & similium.

53 Baroni an liceat gratiare, vel componere in casibus antea narratis.

54 Accusatio cui competit, & etiam ius remittendi.

55 Princeps non præsumitur vti potestate absoluta, & dispensare supra ius, nisi euidenter constet.

56 Clausula ex certa scientia, non obstante de plenitudine potestatis, sunt argumenta vsus absolutæ potestatis.

57 Declarans nil de nouo facit.

58 Princeps potest declarare casus, in quibus pars non potest dici offensa.

59 Consuetudo potest inducere, vt id quod est iniuria, non reputetur.

60 Remissio partis non requiritur vbi non adest interesse, nec iniuria.

61 Declaratur illa conclusio, quod cui competit ius accusandi competat, & remittendi.

62 Accusare an possit quilibet vbi pœna venit applicanda fisco.

63 Statutum partim fauorabile respectu vnius partis, & odiosũ respectu alterius an dicatur fauorabile, vel odiosũ.

64 De-

Digitized by Google

64 *Delicta paria, mutua compensatione tolluntur.*

65 *Falsitas non mocina parti, an possit trãsigi sine partis remissione.*

66 *Remissionem an facere debeant hæredes, vel filiæ exclusæ per dotationem.*

67 *Remissio offensi, an præcludat viam querelandi alijs.*

68 *Remissio patris inuito filio, an prosit.*

69 *Pax facta inter nobiles, an habeatur loco remissionis, etiam si non sit facta pœnes acta.*

70 *Gratia, vel compositio facta non factis remissionibus ab omnibus quorum interest qualiter possint annullari.*

71 *Pœnæ fisco, & Baroni debitæ, an possint remitti parte non concordata.*

72 *Remissiones debent fieri in præsentia Iudicum, & non alias, & cogentes ad remittendum pœna mortis puniuntur.*

73 *Pactum factum in remissione, ne reus accedat ad locum offensi, an & quãdo valeat.*

74 *Remissiones an possint fieri per procuratorem.*

75 *Delicta sodomiæ, & blasphemiæ componi non possunt, sed an possint per sentẽtiam pœna minorari.*

76 *Casus omissus remanet in dispositione iuris, & ab eo recipit restrictionem, & ampliationem.*

77 *Pœnæ, siue legales, siue statutariæ possunt ex causa minui, sine licentia Principis.*

78 *Pœna si erit minoranda in delictis blasphemiæ, vel sodomiæ, an pœna pecuniaria sit applicanda Baroni.*

79 *Componi an possint blasphemia Sanctorum, cum pragmatica prohibeat fieri in blasphemijs Dei, & B. Virginis.*

80 *Argumentum de persona ad personam, non valet.*

81 *Omissum habetur pro omisso in statutis.*

82 *Fugiens à triremibus, ad quas erat cõdemnatus in perpetuum, quod non debeat mori, traditur.*

83 *Vsurum committens sexũ habeat bona, an possit alia pœna puniri, quod non.*

84 *Attentatam sodomiam, vel falsitatem, an licitè Barones possint componere.*

85 *Statutum est interpretandum in sensu proprio, & non abusiuo.*

86 *Læsæ maiestatis crimen propriè cãmittitur quando directè Maiestas offenditur, secus si indirectè.*

87 *Pœna falsæ monetæ, vel assassinij, non datur si non est deuentum ad actum proximum.*

88 *Lex transigere C. de transs. prohibens fieri transactiones in multis casibus, non habet locum hodie.*

89 *Latrones non possunt compani, ex pluribus.*

90 *Piratæ maris an dicantur latrones.*

91 *Crimina falsitatis, osculi, raptus an cãponi possint per Barones.*

92 *Componi an possit crimen lenocinij.*

93 *Leno propriè quis dicatur.*

94 *Cap. Regni prohibens compositiones in criminibus osculi, & raptus, non lædere Barones latè explicatur.*

95 *Princeps per viam legis generalis, an possit præiudicare Baronibus.*

96 *Lex localis non trahitur extra locum.*

97 *Pœnæ permutatio potest fieri sine partis remissione in sententijs ex causa, sed non ex gratia.*

98 *Pœna cõmutationẽ ex causis intrinsecis, non possunt Iudices facere sine licentia Proregis.*

99 *Præsumptio est semper pro Iudice.*

100 *Pœnam esse minorandam in inditis indubitatis, an sit perpetuò obseruandum late, & nouiter explicatur.*

101 *Iulius Cæsar Imbrianus plures edidit libros, & laudatur eius integritas.*

102 *Pœna ordinaria potest dari in delictis grauioribus ex indubitatis inditijs.*

103 *Pœna omnino an sit minoranda in delictis antiquis.*

104 *Carcer cedat in pœnam, quando decerni soleat.*

105 *Pœna extraordinaria quando datur, an possit fieri condẽnatio ad interesse.*

106 *Pœna corporalis in pecuniariam, an & quando possit commutari parte non concordata.*

107 *L. bodie ff. de pœnis explicatur.*

Digitized by Google

108 *Opinio quod quando pœna minorari debeat, oporteat esse pecuniariam confutatur.*

109 *Distinctio notabilis, quando pœna est minoranda, qualiter sit arbitranda.*

110 *Condemnari an possit quis cum potestate redimendi eam pœnam.*

111 *Pœnę in sententijs possunt imponi alternatiuè, & cumulatiuè.*

112 *Electione pœnæ factæ per reum de pœna non datur variatio.*

113 *Pœna condemnationis cum facultate redimendi pro tanto, an possit pro parte acceptari pecunia, & exilium declaratur.*

114 *Sententia est indiuidua, & mixturam non recipit.*

115 *Mixtum sub simplicibus non comprehenditur.*

116 *Prohibitum ex vna via, non debet per aliam admitti.*

117 *Pragmatica ne fiant condemnationes cum facultate redimendi, declaratur.*

118 *Reus si non valuerit soluere pœnam pecuniariæ condemnationis, an sententia possit reuocari in aliam.*

119 *Qui non habet in ere, an debeat luere in corpus, in ciuilibus.*

120 *Pœna quæ erit non valentis soluere in ere, vt luere debeat in corpus.*

121 *Pœna fustigationis datur solum vilibus.*

122 *Interesse dependens ex causa criminali si quis non possit soluere, an luere debeat in corpus, vel possit cedere bonis.*

123 *Iudex non debet excarcerare reum condemnatum in pecunia nisi satisfecit Aerario, vel Perceptori prouentuum alias ipse tenebitur.*

124 *Gratias delictorũ possunt hodie facere Barones cum eisdem sollemnitatibus dictis in compositionibus.*

125 *Remittere iniuriam, non comprehendit damna, & è contra.*

126 *Supplicatio gratiæ non debet esse obreptitia, vel subreptitia, quia esset nulla.*

127 *Gratia non valet si reus non expresserit quod est carceratus, & alias fuit pro homicidio condemnatus, vel inquisitus.*

128 *Gratia non sit caduca propter omnem subreptionem, sed ex illis quæ à iure sunt expressa.*

129 *Absolutus à delicto, non dicitur inquisitus, vt teneatur facere mentionẽ in supplicationibus gratiarum.*

130 *Baroni an liceat indultare aliquem ex reis qui detegerit crimen commissum.*

131 *Principi an liceat indultare parte non concordata, late disputatur.*

132 *Princeps an possit rescribere contra ius diuinum, & in quibus casibus benè explicatur.*

133 *Dispositæ in testamento veteri, non dicuntur iuris diuini.*

134 *Præcepta Dei alia naturalia, alia cerimonialia, vel iudiciaria, prima sũt immutabilia, alia alterari, & minui possunt, & traduntur exempla.*

135 *Occidere impunè foriudicatos adulteros transfugas, fures nocturnos, & alios cur lege ciuili permitti potuerit.*

136 *Iuramenta quomodo Princeps potuerit relaxare, & annullare in certis casibus qui referuntur.*

137 *Permittunt multa Principes, quæ tamen non approbant, vti permissio meretricum, Iudæorum.*

138 *Peccatum an committat occidens foriudicatum adulterum, vel furem.*

139 *Bannum gratiæ reuelanti delictum valet si pars consentiat.*

140 *Indultatus an possit torqueri in socios singulariter explicatur, & limitatur decisio Sacri Consilij Franch. 459. & num. 145.*

141 *Alexander Rouitus fisci patronus Prouinciæ Calabriæ citra laudatur.*

142 *Testis dicitur committere falsum etiã tacendo veritatem.*

143 *Præmium an possit Iudex bannire reuelanti delictum, & soluere de prouentibus.*

144 *Confessio extorta sub spe impunitatis, an reuocari possit.*

145 *Indultatus à Principe non potest torqueri, vti gratiati à Baronibus.*

146 Gra-

Digitized by Google

146 *Gratia promissa patefacienti delictum an debeatur illi, qui non adduxit probationes sufficientes, sed inditia ad delictum.*

147 *Occidens bannitum, vt possit ipse gaudere indulto, an necessè sit, vt sit in pari gradu criminis, & non vltra.*

148 *Indultus materia adnotatur.*

149 *Cognitio indultus Principi competit, & Barones non possunt se intromittere.*

150 *Præsides Prouinciarum non possunt indultare, sed promittunt impetrare à S.E. facto seruitio, indultum.*

151 *Præsides Prouinciarum possunt guidare.*

152 *Barones an possint guidare suos vasallos contumaces de delictis.*

153 *Quod permittitur Baronibus habentibus feudum in dominium, non conceditur officialibus habentibus in officium.*

154 *Decipi nemo debet sub authoritate officij.*

155 *Debitores latitantes, an ex causa possint guidari.*

156 *Decocti non possunt guidari, nec assecurari, nec indultari.*

157 *Foriudicati non possunt à Baronibus guidari.*

158 *Guidatica conceduntur pro faciendis seruitijs fisco, & cum clausula ne accedatur ad loca partis offensæ.*

159 *Guidaticum dicitur contractus innominatus inter reum, & Superiorem.*

160 *Contractus innominatus dissoluitur vna ex partibus non obseruante.*

161 *Guidatus per transitum transiens per loca prohibita, non dicitur contrauenire.*

162 *Loca partis offensæ an dicantur prohibita omnia vbi residunt consanguinei offensi declaratur.*

163 *Guidatici materia non est stricte, sed benignè interpretanda.*

164 *Guidari non possunt inquisiti de sodomia.*

165 *Guidati delinquendo sub guidatico quando priuari possint gratia.*

166 *Guidati non possunt carcerari pro debitis, & alijs executorijs.*

167 *Superior an teneatur seruare guidaticum factum ab inferiore,*

168 *Guidatus si occidatur, quia erat foriudicatus, & ignorabatur saluusconductus, an occidens possit puniri.*

169 *Saluumconductum non obseruans punitur pœna lesæ Maiestatis.*

170 *Barones non possunt guidare exiliatos post sententiam.*

171 *Barones an possint restituere condemnatos ad famam, & honorem.*

172 *Abolitio criminum triplex est, publica legalis, & priuata.*

173 *Tempus publicationis in Metropoli, an attendatur, vel scientia, vt lex incipiat ligare.*

174 *Proditorium homicidium quod dicatur.*

175 *Indultatus an consequatur honorem pristinum, & famam.*

176 *Verbum indulgeo, vel restituo, quid differant.*

177 *Banniti ex contumacia non perdunt famam, & honores post concessam gratiam.*

178 *Restitutio foriudicati, ad qua extendatur, an ad bona alienata, & alia similia latè explicatur.*

179 *Princeps an possit legitimare spurium in præiudicium filiorum legitimorum declaratur.*

180 *Restitutio facta per viam iustitiæ est maioris efficaciæ quam illa quæ fit ex gratia.*

181 *Restitutio ex causa pacis est plenissimè interpretanda.*

182 *Proreges non possunt restituere ad famam regulariter.*

183 *Appellatio an suspendat, vel tollat indicatum.*

184 *Transactus, vel compositus an dicatur infamis declaratur.*

185 *Priuilegia componendi, gratiandi concessa Baronibus, cur non competat suis officialibus, elucidatur.*

186 *Baro an possit minuere iurisdictione suis officialibus, prohibendo ne torturam inferant, vel absoluant, ipsis inconsultis nouiter declaratur.*

Digitized by Google

187 *Iurisdictia particularis an possit per Baronem reseruari.*
188 *Differentia iurisdictionis habitæ in dominium, ab alia obtenta in officiũ.*
189 *Barones quæ teneantur conferre suis officialibus, & quæ poterint retinere, elucidatur.*
190 *L. Titium, & Mœuium, ff. de admin. tut. vti singularis declaratur.*
191 *Priuilegio abutens debet illo priuari.*
192 *Abusus debet constare quod dolo sit commissus.*
193 *Baro an possit transigere illos, qui fregerint fines exilij, benè hoc dubium explicatur.*
194 *Causa per Superiorem appellatum terminata, in qua fuit datum exilium reo, an si ille non obseruauerit, Baro possit illum punire, vti de nouo delicto, vel Iudex appellationis hoc exequi debeat.*
195 *Executio sententiæ debet fieri per Iudicem, qui sententiam tulit.*

PRAGMATICA SEXTA.

Carolus Quintus in Anno 1536.

MAndamus etiam, vt Barones, & eorum Officiales debeant malefactores, & delinquentes debitis pœnis punire, aut puniendos mandare, & hi qui potestatem virtute suorum priuilegiorum habent componendi, permutandi, aut remittendi pœnas, ea potestate taliter vtantur, nè nos ex eorum abusu, pro iustitia taliter prouidere cogamur.

COMM. PRAGM. VI.

IN tres partes diuido hanc Pragmaticam, in prima notatur, vt delinquentes debitis pœnis puniantur, in secunda quod Barones qui habent potestatem componẽdi, permutandi, aut redimendi, legitimè vtantur, in tertia, pragmatica nostra minatur abutentibus potestate sibi tributa.

1 Ad primam partem dico, quod satis necessè est, vt delinquentes debitis pœnis feriantur, nam criminum punitio est Basis iustitiæ, Hæc mores Ciuium emẽdat, hæc offensos vindicat, hæcq; Deũ placat, quorum nequitia ad iram ipsum prouocauit. Et Solon ex septem sapiẽ-
2 tibus vnus, putauit Rempublicam duobus contineri, præmio, & pœna, vt virtuosi & merentes de eorum sudoribus, & virtutibus præmientur, & mali perdantur, cum ex eorum perditione, publica eueniat letitia; Et certè nulla meliori via, pax, & iustitia fundari possunt, quam si commissa scelera licèt leuia, coerceantur, vt à grauioribus malis homines prohibeantur 23. quæst. 4. cap. qui peccat, Nam scelestorũ grassatur iniquitas, ob delicta impunita, magisq; superbi efficiuntur, quos aliorum pœna humiliaret, & sapientes faceret, 18. quæst. 2. cap. diffinimus, pœna enim vnius, metus est multorum l. 1. C. ad l. Iul. repetund. & qui paucos castigat, multos emendat, nam illatum sup-
4 plicium vni, reliquos saluos facit, §. homicida, auth. de mandat. Principum, & nil tanti humanæ societatis interesse poterit, quanti vt delicta castigentur, l ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. & Iurisconsult. l. 1. ff. de obseq. præsta. §. 1. delictorum coercitionem, publicam pie-
5 tatem appellat, nam per indulgentiam criminis datur licentia iteratò flagitia committendi cap. nullus de pœnit. distinct. 1. & nullus maius incentiuum delinquendi quàm facilitas pœnæ, vel veniæ 23. quæst. 4. cap. est iustitia, nam proteruis misereri, iisq; parcere, est occidere, dist. 1. de pœnit. Et nota quod sex rationibus, & causis delinquentem puniendum asserimus, ex eo quia sex personę offenduntur, primò persona of-

fensa,

Digitized by Google

6 fensa, solatium est enim offensi, iustitia offendentis, Quintilian. decla. de accusato. bonus text. l final. C. ad Turpillian. ibi, nisi placata offensi parte, omne Principis officium conquiescat, secundò offenditur Deus, nam quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, Euãgeliſta, & contemnitur Deus ex offensione proximi, quem cum charitate esse diligendum præcepit, vndè ex iustitia posteà placatur, Gregor. cap. 44. lib. 6. in regiſtro. Tertiò offenditur publica vtilitas, Bald. l. nemo C. de Epiſcopal. audient. & ex punitione lætatur, cum sit emendatio aliorũ, l. 1. vbi Doctor. C. de public. lętit. lib. 12. Quartò iustitia est necessaria propter ipsum offendentem, nam qui punitur, ei præstatur, nè gehennæ tradatur, 11. quæst. 2. cap. fraternitas, nam pœna est delinquentis medicina, vndè magis diligendi sunt, qui corrigunt, quàm qui parcũt, cap. vindicta 23. quęst. 4. Quintò iustitia fieri debet ad exemplum aliorum, iuxta illud Poetę, oderunt peccare mali, formidine pœnæ. Vltima causa respicit Iudicem, nam satis offenditur, cũ delicta patrantur, & proindè impunita ipsa relinquere non debet, alias ipse te-
7 netur ad eandem pœnam, quæ reo infligi debebat, singularis tex. l. nulli §. fi. C. de vi public. Barthol. de Cap. sing. 14. Roman. sing. 74. Iudex enim nõ debet esse clementior lege, & ideò Andr. tit. quæ sint regalia ver. bona committentium, refert quod Rex Carolus fecit
8 suspẽdere Iudicem, qui pro homicidio imposuerat pęnam manus, Valer. Max. lib. 6. cap. 3. histor. narrat. Regẽ quendam excoriari feciſſe officialem, qui delicta dissimulabat, & debitas pœnas reis non inferebat, & vide Clar. quæst. 85. in fin. Et officiales verè hodiè tenentur pluſquam Barones, cum ipsi officiũ iurisdictionis habeant, & exerceant, & ipsi tenentur de omissis, & commissis, D. de Franch. decis. 511. Barones verò
9 tenentur de omissione, cum perui giles esse debeant in officiales, aduertendo quomodo regant, Andr. cap. Imperialẽ §. præterea nu. 40. Et sic ex prædictis, & alijs Barones, & eorum officiales aduertant, vt pœnas condignas dent criminum auctoribus, cum hoc tanti interſit publicæ, & priuatæ vtilitatis: In dubio tamen nota, quod præsumitur
10 pro officiali, quod ex causa minoraverit, vel commutauerit pœnam, Gayll. de pace public. 2. lib. obseru 9. Roman. singul. 78. & quando pœnam pecuniariam descendentem ex crimine possit remittere, vel minuere, sicq; & multas, vide Doctor. l. illicitas §. fin. ff. de offic. Præsid. Boer. dec. 349.

In secunda parte nostra pragm. dicit, (& hi qui potestatem virtute suorũ priuilegiorũ habent componendi, permutandi, aut remittendi pœnas, ea potestate taliter vtantur.) Et sic notamus istos tres terminos, quos declarare est perneceſsè ad intellectum pragmaticę, ac cum pertineat hoc scire Baronibus, cũ in hac materia quodiè se illaqueãt, vndè hæc potestas certè reducta est ad magnam iniquitatem, vt Aug. & Ber-
11 nard. de consideratio. lib. 1. Proh dolor Heu misera temporis conditio, hæc potestas, hæc facilitas pœnę, tantam confidentiam præstat ad patranda delicta, vt tot, tantaq; mala quotidiè indè eueniant, cùm Barones largam ansam, & habenas relaxarint, ita vt in omni crimine vbi adest bonum marsupium pecuniæ componũt, & in Regnãtibus hodiè raro manus stricta reperitur ad iu-
12 stitiam, sed larga, & aperta ad pecuniam, vbi aurum placet, iustitia tacet, & vitium imperat. Nec scientia hodiè iuuat, cum Aduocatus quantauis scięntia præfulgens nisi in compositionibus sit idoneus ignarus reputatur, Iudex licet magnus, & in iure peritus, nil agit, solum per has compositiones putatur honorificentia dignus, verum pro aliquali scientia Baronum, nè errent, nota præscriptos terminos tex. nostri, componendi, permutandi, vel remittendi, de quibus sigillatim videamus.

Compositio secundum Grilland. de relaxat. carcer. 3. par. omissis aliorum

Digitized by Google

multorum diffinitionibus est conuentio rei cum Præside facta ex causa litis pendente de dubio criminis statu, de soluendo fisco certam pecuniam ad redimendam litis vexationem parte legitimè concordata. Quę definitio sumpta est ex l. ab accusatione, & l. destitit cũ
13 seq. ff. ad Turpill quæ verba definitionis, omnia sunt cum mysterio; super quibus faciam aliquas cõsiderationes, hanc materiam declarando. Et primo dicit, quod est conuentio quædam, nam si non esset ex concordia compositio, sed ex violentia, vel metu carceris, vel tormentorum, diceretur extorsio, & in syndicatu Iudex reddere teneretur l. 3. ff. ad leg. Iul. repetund. l. 1. C. si per vim, vel alio modo, & propriè in comparitione reus sponte debet offerre pecuniam, si enim decreto Iudicis esset facta taxatio, adhuc extorsio diceetur. Immò solent ad maiorem cau-
14 telam habilitare reum, & ponere in libertate, antequam offerat compositionem, licet hoc non sit de essentia, si ex processu appareat quid substantiale criminis, alias si parum constaret de delicto ita vt non essent indicia ad torturam, saltim dicetur extorsio, & compulsio facta metu carceris, Paris de syndic. verb. compositio versan si est facta, Carrer. §. circa Io. 6. nu. 234. Dicit cũ Præside facta, nam tractatio compositionis veniæ cum Præside non induc-
15 cit confessionem delicti, nec inditium, quod secus est in illa, quæ fit cum parte, nam graue facit inditium, sic distinguit Boss. tit. de remed. ex clement. nu. 19. Gabriel. Roman. tit. de malef. conclus. 24. Nouell. in tract. ad defensam nu. 108. sequitur (ex causa.) Aduerte quod in causis stat tota iustitia compositionum. Enim verò negari nõ potest, quod compositio non sit actus misericordiæ, ita vt Ecclesia ad hoc debet esse pronior nè intingatur sãguine, sed fulgeat misericordia 17. quæst. 4. cap. si quis Diaconus cum sequenti, sed id qđ
16 repræhenditur est, nè inconsideratè fiant, & ob ingluuiem pecuniæ iustitia non exerceatur, & sic scias, quod de iure pœnæ corporales in pecuniarias cõmutari non possunt, persona enim deliquit, & non bursa, Doctor. l. sancimus C. de pœnis, & Iudex non potest esse clementior lege §. quoniam auth. de iudic. & plus est, quælibet minima cor-
17 poralis pœna, quam quæuis magna pecuniaria, Bart. l. 1. § fin. ff. de pœn. Et quamuis Baronibus in Regno sit communicatum per literas arbitrales, quod possint componere, transigere, & remittere, quòd solius Principis erat, vt in Cap. Regni, Exercere volentes, tamen in dicta litera, & Priuilegio, dicitur esse facienda hæc cum causa, vndè ita intelligi debet concessio referens pro vt est relatum, l. asse toto ff. de hæredib. instituen. & fines concessionis egredi non debemus, Bald. l. diligenter ff. de mandat. & sine causa componens, peccat grauiter, Petra fol. 53 num. 53. Roland. cons. 18 nu. 81. nam licet prouen-
18 tus sint fructus iurisdictionis, ita vt veniant appellatione fructuum, Anna singul. 421. Addentes ad Capyc. dec. 185. tamen iuxta iuris normam percipi debent, allegatur l. 1. C. de vsur. fiscal. vbi li. et prouentus, & pœna sint in fructu, non tamen debet nimis emungi, exigẽdo etiam pœnam pœnæ, licetq; multi teneant impropriè dici fructus, nam fructus dicitur quod renascitur singulis annis, & proindè videmus quod non
19 ponuntur in corpore feudali, Frecc. auct. 5. in fine, prout dixit etiam de subuẽtionibus, & donatiuis D. de Franch. decis. 172. vt dixi pragm. 5. ita quod in releuio non ponuntur in introitu, nec de illis soluitur quidquam, prout debetur de omni minimo reditu feudali, & ratio est quod ius destinauit illos impendi debere in pertinentibus ad iustitiam, vti pro salario officialium, & aliorum ministrorum, pro accomodandis domibus Prætorijs, alendis carceratis pauperibus, & similibus, & propterea, licet ad manus Baronis veniant, & dicantur fructus iurisdictionis, tamen at-
20 tẽditur primæua destinatio, & id quod

prin-

Digitized by Google

principaliter fieri debet, vt ff. si certum pet. l. si quis Tiraquell. de retract. §. 30. glos. 1. licet Princeps deberet hodiè incorporare in corpore introituum, cum Barones mutauerint causam destinationis talium fructuum, & de ijs faciũt maiorem introitum, quam de alijs redditibus, vel sanctiùs ordinaretur, si ad
21 manus Baronum non peruenirent, sed deputaretur persona pro illis, & fisco computus quotannis daretur, cessarent tot tyrannides, remota causa tantorum malorum. Et consequenter causa debet attendi in his compositionibus latè Sese de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 15. cum seq. veluti si quis per inprudentiam deliquerit, & non dolosè, tunc cessante
22 dolo, facilis debet esse ad compositionem Baro, l. 1. ff. de abigeis; Et sic si nõ appensatè, sed in rixa, l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœn. si nõ sit homo solitus delicta patrare, nam nimis durũ est, quod pro vno delicto ordinariè puniatur, nõ enim qui peccauerit, sed qui perseuerauerit dicetur reus, nisi esset
23 delictum atrociſſimum, vt 45. distinct. capite plerumq; Item ratione leuioris criminis, Afflict. in Constit. si quis aliquem, vbi per eam Constitutionẽ imponitur pœna manus vulneranti, tamen dicit ibi Afflict. quod existente aliqua causa, cum delictum non sit de atrocioribus, Iudex debet eum admittere ad compositionem; propter multitudinem filiorum, & paupertatem patri debet condonari, capit. 2. de his qui filios occide. l. qui in Prouincijs §. 1. ff. de ritu nupt. propter incertitudinẽ delinquentium pœna temperatur, Gayll. obseruat. 109. 2. par. propter ætatem minorem secundum casus contingentiam pœna temperatur, quod latè excutit D. de Franch. decis. 120. ratione sexus, &
24 honestatis; Mulieres enim, licet vt masculi debeant puniri, Doctor. l. si quis ff. de iurisdict omn. Iud. Illæ tamen non damnantur ad triremes, nec deportantur, nè pudore, & verecundia indè notentur, l. quisquis §. ad filias C. ad leg. Iuliam Maiest. Gayll. obseru. 36. 1. par. Item nobilitas artis insignis, & excellentis peritia, probatio meritorum, prouocatio aduersarij, delicti diuturnitas; dormientis delictum, furor, ignorantia, ebrietas, ira, probitas vitæ ante actæ, casus, officium, & alia multa sunt iustæ causæ miserendi, & componendi, Doct. l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui notatur infamia, multa ponit Carrer. §. 7. nu. 171. cum seq. omnia congerunt Tiraquell. in tract. de pœn. molliend. benè Clar. quæst. 60. Blanc. in pract. crim. §. iuris permissione cum seq. Nouell. in tract. ad defensam, Afflict. prolixè cap. 1. §. si quis hominem de pace tenenda; In delictis verò atrocioribus, dolosis, mali exempli, & scandali,
25 quæ numerat Clar. quæst. 1. nu. 9. vt in raptoribus Virginum, sacrilegijs, latrocinijs, incestuosis, falsis, & similibus delictis, quæ ibi adducuntur, ac in solitis delinquere, & quietem publicam perturbare, in his culpa magna est pœnam temperare, & porrò licet pœna iuris nõ esset capitalis in reo pro crimine, quo detinetur, si ille tamen erit solitus sę-
26 piùs delinquere, poterit pœna alterari vsque ad capitalem, licet delictum sui natura non illud sit tale, quod est mirabile dictum Gram. voto 17. Marsil. sing. 378. Carr. §. circa lo final. num. 107. Adde Bald. & cæteros l. quid ergo, §. pœna grauior ff. de his qui notantur infam. & idẽ Marsil. sign. 244. sed aduertit ille, hoc licere maioribus Magistratibus, & non alijs; sed Vasq. controu. illustr. 35. nu. 24. & controu. 14. discedit
27 ab hac opinione, dicens quod donec ex causa à iure indicta licet pœnam alterare, is qui erit legitimus Iudex puniendi, is etiã alterare poterit, sed Clar. quæst. 84. nu. 11. in practica dicit seruatam opinionem Marsil. & aliam fuisse receptam quoad modum procedendi in carcerando, & torquendo acriùs, sed quidquid sit de iure, optimè defenditur Vasq. & in Capit. Regni Ad peruersorum, vno de literis arbitrarijs expressè sancitur per Regem Robertum, nè compositiones fiant cum hominibus

Digitized by Google

malæ vitæ,& famæ,cum quibus sperari non potest salus. Præcepit enim Deus, maleficos non patiaris viuere super terram, 23.quæst.5.§.hinc etiam Nu.35. non recipies pretium à reo, quia pre-
28 tium sanguinis est,& Deuteronom.13. Non parcat ei oculus tuus, sed interficies eum,Psalmista,non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Hinc respondi, Constit. Regni Foriudicatorum,& alias pragm. permittentes occidi foriudicatos,non inducere peccatũ, vt putabat Arnon. soliloq. 9. & malè nam Princeps dispositit hoc,permittẽte iure diuino, & fuit inductum ad publicam vtilitatem,vndè non peccatur, & nè authoritas desit, sic Afflict.Constit. Pœnam eorum, docet Diuus Thomas quem allegat Baiard. ad Clar.§.homicidium nu.221.vnde ad propositum, talibus non est tribuenda misericordia, ac ista delicta vendi non debent,vt dicit text.§.qua propter,authent.vt Iudices sine quoquo suffrag. nam alias Ba-
29 rones assimilarentur bestijs, Apocalipsis, Nam quis negabit, quod peccata quæ illi reiterant supra dorsum Superioris non fabricentur? nam non vindicans,dat audaciam iterandi flagitia, & maiora committendi; ac occasio tribuitur alijs delinquendi,qui non vindicata talia enormia intuentur, vt experientia quotidiana docet; causam itaque attendant Barones, & posteà personarum conditionem, in faciendis cõpositionibus intueantur; & si casus sit iustus componendi,nõ sit nimis æquus, nec rigidus extorquendo, si pœna enim
30 pecuniaria esset minima, dicetur contẽptibilis, vndè iuxta facultates personæ onerari debent prouentu,Lucas l.1. C. de desertoribus, nec nimis debent esse crudeles in quo crebriùs peccatur, cum Barones vsq; ad sanguinẽ emungant, de quo continuò exclamant miseri populi, & ferè per omnes Terras clamor iste resonat, quod impijssimum est,Baro enim est loco pastoris,& debet custodire;& nõ excoriare oues, Ezech. 22. Principes facti sunt quasi lupi rapaces, qui effundunt, & deuorant sanguinem ouium, quæ ad custodiam ei datæ fuerunt,Lucas de Penna l.fin. C. de superindict. lib.12. Apud officiales verò Regios non adest tanta libertas, nam sine assensu Regis,vel eius Vicarij cõponere non possunt, Carau.Rit.272. & Afflict.dec.287.ponit decisionem,
31 an Magna Curia possit componere sine licentia Proregis, & quomodo debeant fieri audito fisco,& in plena banca refert ibi Vrsill.& Reg.pragmat.sed quia hæc auctoritas Regalis tributa est Baronibus,vt possint componere, permutare, & relaxare crimina, certè deberent vti maxima circumspictione nè mereantur,gratijs abutendo,ijs priuari,vt hic in fine dicam.sequitur diffinitio (lite pendente) aduerte quod vsque ad sententiam licitæ sunt compositiones, & pœnarum relaxationes,nam vsq; ad sententiam durant priuilegia ista indulgendi,post enim sententiam
32 Baro, & Iudex functi sunt officio suæ iurisdictionis,l.Iudex postquam ff.de re iudic. & solius Principis est cõmeatum, remeatumq; dare, vt vtar verbis text.l.relegati ff de pœnis in fin.& licet D.Rouit.pragm.5.tit.de abolit.num.9. dicat sine dubio Barones habentes merum imperium posse gratiare foriudicatos, non video quomodo posset substineri, si cum mero imperio non sit cõcessa expressa facultas, & priuilegium indulgendi post sententiam, cum sit de reseruatis Principi, & paucis communicatum sit, nam soli Principi Bisiniani vidi hoc tributũ,Baiard.ad Clar.quæst. 19. num.20.nam facta foriudicationis
33 sententia,priuatus est Baro omni iurisdictione,prout in sententia condemnationis facta in carceratos, & non est differentia in sententia foriudicationis facta in absentem, quam in præsentem
34 Anna singul.56.vbi neq; remissio Baroni datur, facta foriudicatione,& Mastrill.dec.147. D.Tapp.tit.vbi de delicto nu.49.& ita Franch.decis.370. nu. 10. quod non licet Baronibus post sententiam gratiare, nisi Baro haberet se-

cundas

Digitized by Google

cundas causas, tunc appellatione pendente poterit, & his priuilegijs potiri,
35 vt lõgo apparatu decidit D.de Franch. decis. 370. quidquid anteà dixerit Anna cap.1.de vasall.decrep.ætat. nu. 139. qui negat Baronibus licere post sententiam licet pendeat appellatio, vel nisi Baro habeat priuilegium indulgendi post sententiam, quod paucis est communicatum, Carau. Ritu 272. nu. 10. habent enim in Regno Princeps Bisiniani,& Dux Martinę hanc exceptam prærogatiuam, de quo latiùs dicam infra pragmat.8. Adde,quod post sententiam etiam si appareat eam esse iniustam, quia innoruit de facti verita-
36 te,& rei innocentia, non licet reum admittere ad nouas defensiones,vt reuocari possit sententia lata sine Regia dispensatione, ex text.l.diui ff.de pœn. Peregr.tract.de iure fisci tit.de sentent. licèt Marsil. l. 1. S. si quis ff. de quæst. num.78. adducat aliquas limitationes. Proregi autem licet minuere, componere, & pœnam transmutare post sententiam,existente partis remissione, & non aliàs, & habita priùs relatione à Magna Curia de qualitate delicti, l. acta §. 1. ff. de re iudic. Surgens de Neap.illustr.fol.349. vsque ad finem cap.18. Dicitq; (de dubio criminis statu) per ista verba, videtur quod hæc diffinitio potiùs transactioni,quam cõ-
37 positioni congruat, & transactio à cõpositione in multis differt; compositio enim non debet fieri nisi crimen sit liquidò probatum,vel confessatum,vt in Ritù 276. compositio infamat,cum resultet ex liquido crimine,transactio verò fit super dubio criminis statu, & famam non denigrat, Bald.l.quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui not. infam.Luc.l.1. C.de deserto.Carau.Ritu 271.& in tantum sunt diuersæ,vt prohibita transactione,non sit prohibita compositio,secus è contra, Carau Ritu præcit. nu.8. delicta per transactionem
38 reuiuiscunt ex nouis indicijs obuẽtis, compositio cum fiet super liquido crimine,ampliùs non controuertitur, Saly c.l.fallaciter C.de abolitio. licet ista opinio sit confutata,cum siuè per transactionem,siuè per compositionem delicta ampliùs non reuiuiscant,Grilla.in fin. de relaxatione carcerat. Paris in tract. syndic.verbo compositio vers.an facta, Farin.quæst.5. Adde Gabr.concluf.23. tit.de malefic. quod transactio certo modo fatetur delictum, immò si
39 reus absoluatur nouis superuenientibus inditijs, vt communiter sententiæ criminales ferri debent, cum simpliciter absoluere non debeat Iudex inditiatum,Carau.Ritu 248.nu.18.Franch. dec. 276. tamen instantia illa peremptа per bienniũ, licet probationes perfectæ superuenirent,tamen non poterit
40 legitimè reus molestari,vt refert Franch.latè decis.653.licet Thesaur.decis. 81. dicat inditia recipi posse ad 10.annos, lite verò non contestata actio criminalis præscribitur spatio longo l.querelam C.de falf.Thesaur.decis.208.&
41 sic videtur,quod ista diffinitio nõ procedat. Dic quod prædicta sunt vera, sed ista nomina propter alias conformitates multotiès confunduntur vt l. ab accusatione ff.ad Turpillia.Nec impedimento est,quod compositio fiat super liquido,cum omnia crimina hodiè, quasi per viam transactionis, & redimendi vexationes fiant,nè infamentur rei,vt Paris dicto verbo cõpositio vers. final.Carau.Ritu 271.& admittunt eas Iudices,& sic omnes cõpositiones transactiones dicuntur,vel posset dici,quòd licèt crimina sint manifesta, quia pęna non potest esse certa, cum ex processu informatiuo non possit oriri certa pęna nisi audito reo in defensionibus, vndè semper potest dici dubius criminis status: Item sequitur, (de soluendo fisco certam pecuniam,) nam pœnæ fisco applicantur,& sic Baroni,qui in eius locum succedit in Terra sibi infeudata,
42 vt dicam infra pragm. 8. & eas vsurpans sibi Iudex, vel Aerarius grauiter posset puniri, l.1.2.& 3.ff.ad leg. Iul. repetund.dicit etiam (fisco) ad differẽtiam pœnæ,& interesse, quæ applicantur

Digitized by Google

tur parti, nam facta remissione à parte nihil hoc nocebit fisco, nec è contra, Couarru. variar. resolut. cap. 10. Clar. quæst. 58. & proindè vltima sequitur diffinitionis particula (parte concordata) quæ vltima pars reputatur Basis, & forma principalior compositionũ, transactionum, & gratiarum, quæ nisi parte concordata fieri non poterunt, nec ab officiali, nec Barone, nec Principe, cum Princeps iuri tertij prejudicare nõ possit; l. 3. §. si quis ff. nè quid in loc. publ. licèt in hoc multi contrarium teneant, vt Thessaur. decis. 21. qui refert, quod valeat remissio pœnæ, sed non interesse partis, vide Peregrin. de iure fisci tit. de
43 pœnis nu. 16. & quod Princeps neq; de potestate absoluta possit parte non remittente facere gratiam, vel delicta transigere Gramat. voto 35. Petra de potest. Princip. cap. 24. Baiard. ad Clar. quæst. 59. num. 43. & nunquam dicunt Doctores fuisse auditum, Regem nostrũ non præcedente partis concordia cuipiam indulxisse, vt latè Ioseph Sese tractatu de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 23. cum sequ. Reg. de Pont. tract. de potest. Proreg. tit. de prouisionibus §. 4. num. 12. tanto magis, quod fisco audito gratiæ exequuntur, & Consilium Collaterale non approbat rescripta sine partis remissione, cum iuri publico, & priuato præiudicetur Thessaur. decis 21. Farin. tit. de inquisitione quæst. 6. Boss. rubr. de remedijs, ex clementia Principis. Et quod debeat præcedere, & nõ subsequi partis concordia, de Ponte loco cit. & cons. 69. & ita dictãt Ritus, & pragmaticæ super hoc, & idem procedit in cõmutatione pœnæ corporalis in pecuniariam Peguer. dec. crim. cap. 6. & habetur Capit. Regni Ad peruersorum, Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 447.
44 An autem Princeps possit cogere partes ad pacem? Dic quod non est dubiũ hoc licere soli Principi, indè restiti ego Præsidi Prouinciæ, qui vti volebat hac facultate pro bono publico, & certioratuimus Progem, vt facultatem nobis tribueret cogẽdi certos nobiles ad pacem, & cautionem prestandam ad inuicem nomine Regio, & sic pluriès obseruauimus in occurrentibus casibus, vel obuiandum scandalis imminentibus, certiorare Principem, & ita refert de iure Regens de Ponte in suo tract. tit. 1. cap. 1. nu. 4. & prius destinabantur homines, qui curam haberẽ sedandi inimicitias, quod vidi seruatum in multis locis, & de iure appellantur Irenarchæ vt l. 1. C. de Irenarch. lib. 10. quorum
45 officium vti pium, valdè Doct. ibi commendant, sed hoc non poterint facere Barones auctoritate iudiciaria cogere ad pacem, sed re deducta in iudicio, ex officio poterint iubere præstari cautiones ad inuicem de non offendendo, si
46 scandala imminent in personis, & familijs nobilibus, Franch. dec. 359. Viui. dec. 435. sic & mandare nè exeant de domo sub pœna, nè veniant ad arma l. æquissimum ff. de vsufr. multa conceduntur pro bono pacis, & hoc antequã fiant delicta Iudici licebit, vt benè Felyn. cap. 1. de tregua, & pace; nam qui delictum aliquod commiserint ex debito carcerare eos tenentur, & posteà in exitu liberationis ex officio cogere ad cautiones, vt Franch. ibi, & latè de Ponte loc. cit. nu. 13. cum seq. aliàs non licet inferioribus, nisi suadere partes, sed non cogere Mastrill. nouissimè in tract de Magistr. lib. 3. cap. 4 nu. 283. Marsil. cons. 98. num. 4. Auiles cap. 6. Prętorum nu. 25. in fine, & sic Alex. l. 1. §. & post operis ff. de noui oper. nunciat.
47 Sic etiam quæritur, an Princeps sub conditione possit gratiare reum, scilicet cum cõditione, dummodò procuret remissionem infra aliquod tempus, de Ponte in suo tract. §. 4. num. 8. tit. 1. disputat, & refert solitum esse fieri tales gratias, & in indultis videmus sic fuisse ordinatum, & ita Franch. decis. 109. verum intereà solet poni clausula, nè partes accedant ad loca offensorum, Farinac. loc. cit. nu. 25. sed an hoc lice-
48 re possit Baronibus, sub ista conditione, vasallo gratiam concedere? videtur q sic, nam dum habent potestatem indulgendi,

Digitized by Google

gendi, poterint ea vti sicut Princeps; sed aduertè quia hoc Principi licet, quia gratia interim stat in suspenso, vndè habetur loco guidatici, sed cum solus Princeps possit guidare parte existente, ideò Baroni nõ licet, nisi ex maxima causa, vt dicam infra, & innuit idem de Ponte loco citato nu. 53. sed partis remissione stãte, Baro posset gui-
49 dare vasallum qui non vult comparere in iudicio, vel si se præsentauerit, poterit superfessorium rescriptum concedere ad omnem ordinem, cum cautione de se præsentando, & in hoc articulo aduerte quod hæ superfessoriæ si fiant post litem cõtestatam, & abatur bien-
50 nium, instantia periret, & Baro si vellet causam prosequi, ei obstabit peremptionis instantiæ exceptio, quæ perimit acta probatoria, vt sollemniter Franch. dec 623. & cautio etiam data expirat, vt benè probat text singul. l. pœn. §. sin autem glos. liberari C. de fideiuss. Foller. pract. crim. ibi fiat contestatio num. 13. Carau. d. Ritu 248. nu. 18. Muscat. de fideiuss. par. 2. quæst. 5. quod elapso biennio cautio toties quoties expirat, nisi rescriptum esset conditionatum, qd interim nulla currat instantia, nam cõ-
51 sensu partium instantiam posse superfederi, nè tempus currat dicunt aliqui, vt Alex. l. properandum C. de iudic. & ibi Ias. sed communis est in contrarium quod talis instantia vti introducta fauore publico non possit breuiari partis consensu, sic glos. l. 2. §. sed si Iudex ff. de iudic. Marant. in sua praxi ibi (omnia fiant durante instantia) nu. 23. Immò quod lapsus istius tẽporis, loco gratiæ sit, dixerunt multi ex l. falsò C. de diuers. rescriptis.

In aliquibus tamen casibus non esse necessariam partis remissionem nouissimi excitarunt ex text. pragm. 11. tit. de abolit. & ibi Rouit. simpliciter hoc sequitur, & in pragm. 8. tit. de compos. in tex. dictæ pragm. vbi publicatur indultus generalis, quod pro felici matrimonio nostri Regis ordinatum fuit, vt omnibus fierent indultus, existente partis remissione, declarando, subiungit (remissionem non requiri in casibus prouocationis, vel simplicis insultus, seù
52 diffidæ cum euaginatione, vel delatione armorum prohibitorum, si tamen vulnera, aut percussiones sequutæ non fuerint) & ita anteà dixit Clar. quæst. 59. num. 4. non esse necessariam partis remissionem in prædictis casibus, quia nullum potest considerari interesse partis, nec iniuria rei, quod sequutus fuit Farinac. quæst. 6. num. 21. & nouissimè Mastrill. tract. de indultu quæst. 24. Ioseph Sese tract. de inhibit. cap. 1. §. 5. Omnes in vnum consentientes, non requiri remissionẽ in casibus præenarratis. Sed dubium est, an hoc pro regula ita sit obseruãdum, vt Barones in casis præenarratis possint sine partis con-
53 cordia gratiare, componere, ac transigere delinquentes, vel dicta pragmatica sit intelligenda, eam procedere in solo Principe tantum, in abolitione generali, vel particulari per eum facienda, nam & præfati Doctores supracitati, similiter in interpretatione indultus fecerunt hanc declarationem, vt partis remissio non sit necessaria, vt quis frui possit indultu per Principem facto, si erit inquisitus in aliquo ex casibus dictis; vndè ius hoc speciale non videtur trahendum ad regulam l. ius singulare ff. de legib. Ideò dicendum erit, quod soli Principi hoc competat; nam videtur noua dispositio aduersaria iuri cõmuni ex eo quòd de iure, cui competit
54 accusatio, debetur ius remittendi, Bar. cons. 175. Addit. ad decis. Capp. Tholos. 127. in fine, Clar. quæst. 59. nu. 21. & ista dispositio pro hoc iucundo facto Principis, videtur posse ex hoc subsistere, vt licuisset ei dispensare, quòd prohibetur inferioribus; nam facultas dispensandi super iure naturali, vel positiuo, vt dixi pragmat. 1. est illis interdicta; Attamen contrarium sentio, quod dicta pragmatica non aliquo modo dispensat, sed declarat, vt ibi constat, dum dicit (Declarantes non esse necessariam remissionem) dixit enim prius, sa-

men-

Digitized by Google

mentem non esse, vt delicta condonentur, nisi partium remissione præcedente, & sic constat de intentione Principis, nolentis præiudicare iuri tertij, vn-
55 dè non est dicendum voluisse vti potestate ordinaria, vel absoluta, nam vltra quod non potest, vt communiter Doct. & in terminis Farinac. refert quæst. 6. num. 18. Crau. cons. 5. neq; præsumitur voluisse, tùm quia sic enunciauit, tum quia non adsunt verba sonantia dispensationem, nec vsum absolutę potestatis, vti assolet fieri, dicendo non obstante iuris dispositione, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, ex quibus
56 clausulis solet capi argumentum quãdo Princeps velit vti sua potestate; Grammat. cons. 34. & voto 35. & Farinac. d. quæst. 6. nu. 18. vndè dicendum est eam pragm. esse declarationem vniuersalem, ex qua omnibus ius est tributum dicendi; istos casus non indigere partis concordia, qui enim declarat nil noui disponit l. hæredes §. 1. ff. de testament. Gabr. tit. de reg. iur. concl. .....
57 Nec dicas illam pragmaticam fuisse latam pro illa vice, & causa indultus; nam cum non sit noui iuris inductiua, sed declaratiua ea semper manebit, & D. Rouit. vir insignis nouissimè, locis præcitatis, sic simpliciter eam intellexit, hodiè non esse necessariam in dictis casibus remissionem. Et ego dum essem Auditor in Regia Prouincia Calabriæ citra, & capta fuisset informatio per ipsum Tribunal contra Nobilem Scipionem Migliaresium, ad querelam Doctoris Martini Burgneda tunc Iudicis Ciuitatis Cosentiæ, de diffida extra negotium officij, dum ipsa Regia Audientia rigidè procederet, ille habuit recursum ad Proregẽ, & obtinuit gratiam in forma Cancellarię, & dum pars instaret in Collaterali pro reuocatione visis actis, fuit confirmata, ex ratione prædicta, & præsentauit dictam gratiã, quam nos confirmauimus, & obseruauimus, vndè ea lex, pro generali obseruatur; Princeps enim potest declarare
58 casus, in quibus non potest dici pars offensa, nam si videmus stari dicto Duellistarum, & Peritorum in arte, fortiùs q; Principi placuit legis habet vigorem declarandi nullam adesse iniuriam insultato, sine appensamento, & sic, & in reliquis; nam & si cõsuetudo potest in-
59 ducere, vt id quod sonat in iniuriam, iniuria nõ dicatur, vt Doct. Item apud Iabeonem §. ait Prætor, & §. sed quod adijcitur ff. de iniur. fortiùs potuit fieri per legem; Princeps. n. potest facere de delicto non delictum, de Ponte tit. de prouis. §. 3. nu. 36. cum par sit potentia, Doct. l. de quibus ff. de legib. vndè hac suppositione stante, cum Barones habeant priuilegium indulgendi, & componendi, vel permutandi parte concordata, cumq; partis remissio de iure non requiratur in prædictis, ergo fatendum est licitè iure, posse vti eorum priuilegio; Nec refert regula illa, quod cui cõpetijt ius accusandi, & etiam remitten-
60 di ius ei debetur, nam procedit vbi pars remanet interessata, vel affecta; cumque istis casibus sit declaratum, vtrumq; cessare, vt dicit ibi Sese nu. 22 propterea nulla est requirenda partis remissio, nam de iure, & per Ritũ Magnæ Curiæ 215. admittitur ad accusandum, & prosequendum qui suam, vel suorum iniuriam prosequitur, sed cum declaratum sit, nullam posse considerari partis interesse, nec offensam, ergò cessat ius prosequendi.

Sed hoc attento, suboritur alia difficultas, quod in dictis casibus, vel non competat partibus ius accusandi, dùm non competit ius remittendi, vt dicit Plazza Epitom. delict. lib. 2. cap. 39. nu. 17. Farinac. quæst. 13. nu. 1. vel si non requiritur partis remissio, possit Baro appellatione remota gratiare, & componere, non obstante querela partis;
61 Respondeò quod multi habent ius accusandi pro publico interesse, vt delicta puniantur, vndè semper quod pœna venit applicanda fisco, etiam si sua non interfit, poterit de iure communi quilibet accusare, secundum communẽ opinionem, etiam in priuatis delictis,

Clar.

Digitized by Google

Clar.quęſt.17.nu.2.Farinac.quæſt.12.
62.num.9.vndè ſic in iſtis caſibus poterit admitti accuſans adiuuando partes fiſci;verum quia accuſator non habet de iure intereſſe,eius inſtantia nõ attenditur, niſi quatenùs fiſcus voluerit causã proſequi, ſed quando libuerit gratiare, & cauſam finire ceſsãt ęt partes inſtigatoris,& non datur locus appellationi,vt benè Carau.Ritu 272.nu.1. qui diſputat ſi requiratur remiſſio denunciantis, vel accuſantis,cuius non intereſt,& cõcludit componi poſſe,nulla habita illius exiſtimatione, & ſic poſſet dici, Barones poſſe gratiare, & componere, quæ vti noua ſunt notanda,& rectiùs intuẽda; ſed an in ſimilibus,vbi pars non videtur offenſa,poſſit fieri extenſio, vt partis remiſſio non requiratur? Videtur quod cauſa indulgendi ſit fauorabilis,& ſic extendenda,vt D.Rouit. dicit pragm.5.tit.de abolit nu.8. & licẽt
63 reſpectù partis alterę videatur odioſa, tamen vnum negotium poteſt eſſe partim fauorabile,partim odioſum diuerſo reſpectu, & tũc attẽditur cauſa fauorabilis l.ſi de interpretatione ff. de pęnis, Doct.l.1.C.de in ius voc.hinc Maſtrill. loco cit.dicit non fuiſſe extenſam hanc pragmaticam ad alapam datam, & ratio eſt,quia offenſa erat perſona,& pragmatica ſic declarauit, ergò ſi non eſſet ſequuta percuſſio,ſed alter alteri iniuriam dixiſſet,paria delicta mutua cõ-
64 penſatione deberent tolli l. viro atq; vxore ff. ſolut.matrim. & videtur poſſe cõponi,& ita in Regia Audientia in ſimilibus,partibus non inſtantibus,& ſic riſſantibus,ſine remiſſione concordauimus,ex iuribus prędictis,vbi autẽ adeſſet offenſio ceſſant ſupradicta,vt eſt videre nouiſſimè apud D.Rouit. in tit.de falſ.pragm.2.vbi diſputat,ſi falſitas nõ
65 ſit nociua, an liceat ſine partis remiſſione indulgere; Et habemus Ritum 272. quem exornat Carau.ibi,quomodo remiſſiones fieri debeant,& nouiſſimè Baiard.ad Clar.quæſt.58. & an remiſſiones fieri debeant à proximioribus
66 in gradu, quomodo à pupillis,& quid ſi filiæ ſint excluſæ à ſucceſſione,quia dotatæ, de quo articulo benè Molſeſ.
67 conſ.11.quid ſtante remiſſione principalis offenſi, vel ſit exterus, & ignotus occiſus? Adde ſi pater pro filio inuito poſſit remiſſionem facere, Franch.in
68 deciſ.715. & multas alias quæſtiones ad materiã ſolemnitatis harum remiſſionum non puto tranſcribendas, cum pleniſſimè fuerit ſuper his ſcriptum ab infraſcriptis Doctoribus, Parid.ſ.verbo compoſitio, Boſſ.tit.de pace, Tartagl. in pract.crim.tit.de compoſit. Farinac. quæſt.13.cum ſeq.latè,& Maſtrill.de indultu cap.24.vltra Carau.Ritu 274. & pleniùs Foller.ſuper pragm.de compoſit. Adde nouiſſimè dec.Franch.611. quod remiſſiones ſunt habendę à proximioribus in gradu, licet alij ſint hæredes relicti, in qua quæſtione Regens de ponte in ſuo tract.tit.de prouiſ.§.4. nu.17.eſt contrariæ opinionis cum deciſione S.C.allegata,licet conetur,eam diſtinguendo ſaluare, ad quem te remitto,nè trãſcribere videar eius dicta.
69 Et quid ſi ſit facta pax extraiudicialis inter nobiles,an ea ſufficiat,& teſtibus poſſit probari,& ſufficiat ad facultatem gratiandi,ſine ſollemnitate pragmaticæ, quæ requirit, vt fiat pœnes acta,vide ibi de Ponte, & latiùs Seſe
70 nouiſſimè deciſ.101. Et quid ſi fuerit facta gratia,vel compoſitio,non prędecedente remiſſione quorum intereſt,an reus iterum poſſit citari,quod ſic,& pecunia debet ei reſtitui,Molſeſ.conſil.10. & ita iudicatũ vidi,non ſunt multi dies in Magna Curia, & confirmatũ in Sacro Conſilio,& poſteà in Collaterali,& fuit denuò citatus,& bannitus per Magnam Curiam ille compoſitus ad querelam vxoris occiſi, quæ non interuenerat cum hæredibus qui fecerant remiſſionẽ: multas alias quæſtiones pertinentes ad hanc materiam notat D. Rouit. tit.de abolit. pragm.5.& 11. & in tit.de compoſ. pragm.8. Paſcal.in tract.de patria poteſt.par.2.art.1. omnia coaceruauit, licet extra Prouinciã
71 ſui tractatus; Mulctæ verò,& pœnę fiſco,

Digitized by Google

fco, vel Baroni debitæ possunt remitti etiam parte non concordata, postquam eis sunt incorporatę, licet multi contrarium teneant, vt refert Petra fol. 64. benè Peregrin. lib. 5. tit. 8. Aduertè tamen, quod nouissimè adest pragmatica, de qua non faciunt mentionem prędicti, quod remissiones debeãt fieri per principales, nõ Actuarijs, vel Notarijs,
72 sed in præsentia officialiũ Terræ, aliàs essent nullæ pragm. 7. tit. de composit. ad tollendas præsumptiones metus, & violentiæ, quas solent pati coniuncti, vel principales in his faciendis; Adde quod adeò verum est, vt remissiones liberè fieri debeant, quod si erunt factæ etiam sollemniter in iudicio, sed cum qualitate, & conditione, seu modo resolutiuè adiecto in casu inobseruantię,
73 vti de pacto quod solet adijci, nè reus accedat ad locum offensi, alias remissio non dicatur facta, & similia, cum sint conditionalia, & actus debeat iste esse purus, & perfectus, talia pacta improbantur. Rouit. pragm. 8. tit. de compos. benè, nouissimè Mastrill. decis. 38. & in suo tract. de indultu cap. 24. Cogentes verò scias quòd pœna mortis puniuntur pragm. 1. tit. de capientibus homi-
74 nes; Remissiones verò quando remittens esset in longinquis partibus posśũt fieri per procuratorẽ cum speciali mandato publico, Baiard. quæst. 59. nu. 46. Vnum nota, quod si pars renuat facere remissionem, quia excessiuum interesse prætendit, potest Iudex arbitrari, & cogere partem, vt Thessaur. decis. 21. nu. 3. in fin. ad concordiam prætensi interesse.

Quæ dicta sufficerent ad cognitionem terminorum, & ad effectum nè Barones errent: At quia per nouas pragmaticas sunt excepti aliqui casus, in quibus prohibẽtur Barones componere, propterea pro complemento, hic infero, scias quod per pragm. fin. tit. de sodomia est prohibitum, nè in crimine sodomiæ, & blasphemiæ Dei, Beatæq; Virginis, possint pœnæ commutari, aut relaxari, quodq; generaliter seruatur, sed vidi multoties dubitatum, an in istis criminibus, cum sit prohibita com-
75 positio, ac pœnæ relaxatio, ex causa pœna possit per Iudicem minorari, vel statutum prohibeat omninò fieri minorationem, veluti si quis dormiendo coierit contra naturam, vel blasphemauerit ex dolore alicuius infortunij, vel sit ebrius, quæ omnia minuunt pœnam, Afflict. Constit. Blasphemantes. Loth enim ab incestu ebrietas excusauit, cap. inebriauerunt Loth, 15. quęst. 1. l. omne delictum, §. per vinum ff. de re militari, sicq; dormiens, vt latè Gaill. obseruat. 110. 2. par. An sit permissa pœnæ cõmutatio: multi dixerunt quod non, nam lex in istis delictis pœnam ad vindictam statuit, quæ licèt dura, seruanda erit, l. prospexit ff. qui & à quibus, Affl. Constitut. Asperitatem: Contrarium respõdi, quòd casus ommissus remanet
76 in dispositione iuris, l. si extraneus ff. de condit. ob causam, & recipit restrictionem, & interpretationem à iure communi, licèt sit exorbitans, l. cõmodissimè ff. de liber. & posthum. de iure in quocunq; crimine, licet magno, licitæ sunt ex causa pœnæ minorationes, l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui not. infam. l. respiciendum §. delinquent ff. de pœn. non enim rectè intelligitur illa vulgaris propositio sufficere delictũ factum, perbellè declarat Plot.
77 de in litem iurando §. 6. num. 28. Menoch. de arbitr. Iud. casu 325. cum seq. multi enim opinantur pœnam statuti minui non posse, nec commutari sine Regis assensu, ex l. seruos C. de via publica, quæ intelligitur non posse sine causa extrinseca apparente ex actis, secus intrinseca, illa enim est exercenda per Principem, Clar. quæst. 85. nu. 10. benè, & sic ad quæstionem redeundo, respondi licere pœnas minorare, non
78 tamen pœnam pecnniariam esse applicandam Baroni consulerem, nè esset disputandum de causa, & causis, & an in fraudem legis factum fuerit, sed pio loco esse applicandam, vt testatur Baiard. ad Clar. quæst. 59. fieri in multis locis.

Digitized by Google

locis,& Viui.dec.275.posteà visus corroborat dictam opinionem, dicens ex causis fuisse quemdam inquisitum de blasphemia condemnatum ad exilium biennale cum potestate redimendi, applicanda Baroni, vt ibi nu.18.& pœna blasphemiæ est triremium, vt tit.de blasphemia 3.pragm.similiter fuit dubitatum cum pragmat. prohibeat, vt dixi compositionem in causa blasphemiæ
79 Dei,& Beatæ Virginis,sed nil dicat de Sanctis. an in blasphemijs Sanctorum possint fieri compositiones; Iudices ob timorem omnes seruant simpliciter in omnibus blasphemijs non componere. Ego non causa inuitandi ad delinquẽdum, sed pro veritate dicerem qđ sic;
80 nam maius non compræhendit minus, ita dispositio facta in casu maiori non extẽdatur ad minus,glos.clementina 1. de præbendis,& ratione personarum, delictum dicitur grauiùs, ex persona enim,leges pensitant dicit tex l.1.C.si quis imperatori maledixerit;plus namque errat blasphemans Deum,ac Beatam Virginẽ, quàm Sanctos,vndè prouisio hæc ad Sanctos non extenditur, argum.l.aut.facta ff.de pœnis; accedat, quòd sumus in pœnalibus, & statutis, quæ strictam habent significationem, cap.odia de regulis iuris in 6.l.3.§.hęc verba de negot gest & in vno prohibitum in alijs censetur permissum l. cum Prætor. ff.de iudicijs, & statutum si vo-
81 luisset,dixisset, l.vnic. §.sin autẽ C.de cad.toll.sicq; dicit D.de Franch.decis. 140. de reo condemnato ad triremes ad vitam,quòd si fugerit non erit morti tradendus,vt in deportatis, cum lex
82 potuisset dicere; & nõ dixerit;sicq; dixit Viui dec.504.filius familias si commiserit vsuram, & non habeat bona, iuxta Constit. Vsurariorum, dantem pœnam publicationis bonorum, si filius non habeat,alia pœna non erit irroganda, cum lex non dixerit, nec ius com-
83 mune aliquam pœnam imponat; ex quibus putarem compositionem non esse omninò prohibitam, confert id qđ dicit Afflict,Constit.blasphemantes de quæstione, quod pragm. loquens de blasphemante Sanctos nõ extendi deberet ad blasphemantem vnum Sanctum; verum ex causis applicarem prouentum pio loco,vel in elemosinis, vt dixi supra; nõ audeo tamen hęc firmare, cogita. Nam de iure communi videtur prorsus interdicta compositio,ex his quæ nouissimè,ac cœteris copiosius coaceruauit insignis ille vir Ioannes Hieronymus Episcopus Laquedonen. ex vetusta, & Nobili in Ciuitate Rauellensi Campanilium familia in suo Diuers.Iuris Canon.rub 11.cap.26 nu. 75.& 78. Adde, quòd similiter si essemus in delicto attentato,vel vbi non veniret pœna ordinaria imponenda, ex causis dubitari solet, si tunc liceat componere,& Gram.decis.43.dicit qđ in falsi crimine, vbi pœna extraordinaria esset irrogãda liceret, & pro atten 3
tata sodomia dixit Rouit. super pragm. 2. tit.de sodomia, licet contrarium teneat Mastrill.de indult.cap 31. nu.15. Peguer. decis.39. nam statutum maximè pœnale est strictissimè interpretandum in casu proprio, & significaru po-
85 tiori,non in abusiuo,l.3.§.hæc verba ff. de neg. gest. Tiraq.de retract. conuent.§.35.glos.1.Gramm.dec.92. idẽ de iure communi, & indultis generalibus, fuit exceptum crimen lęsæ Maiestatis, & fuit interpretatũ intelligi debere quando verè, & propriè lederetur de directo Maiestas, tunc enim cõmittitur verè crimen lęsæ Maiestatis, vt Bald. l.1. C.de priuat. carcer. secus si quispiam maledixerit, vel attentauerit moliri, vt D.Rouit. pragm.5. de abolit. nu.22.sicq; in falsa moneta,in attenta-
86 to assassinio quando non est deuentũ ad actum perfectum,iuxta distinctionẽ Gram.voto 11.& Capyc.decis.126. & Afflict.in Constit. Asperitatem, & in attentata sodomia,quæ omnia sunt notanda, quod vbi non est eadẽ ratio punitionis non procedit lex pœnalis, licet Mastrill.in attentata sodomia contrarium sentiat,in tract. de indultu quæst. 38. num.8. sed potest conciliari, nam

Digitized by Google

actus ille fuit consumatus, licet non perfectionem totalem habuerit, vt ibi; alia delicta, quæ à Baronibus componi non possunt. Multos audiui qui attendunt dispositionem l. transigere C. de transact. quæ multos casus ponit cum
88 quibus transigere non licet, sed aduerte, quod ea lex loquitur quando transactio licita sit inter partes, & non cum fisco. Ita Paris verbo compositio, vers. 3. Campag. Cap. Regni 222. Verum neque inter partes hodiè habet locum dicta lex de generali consuetudine, cũ facere pacem, & transigere liceat in omnibus criminibus, Clar. quæst. 58. nu. 15. Adde Rouit. pragm. 1. tit. de compos. vbi idem firmat. Et proinde illa lex non procedit nec cum parte, nec cum fisco, & multi in ea errant; Prohibetur tamen compositio, vel pœnæ per-
89 mutatio cum latronibus publicis; nam ob pacis violationem, delictum istud est de regalibus, & exceptis, Bellug. in Specul. Princip. rubr. 38. §. conquerunt, Baiard. quæst. 59. Ioan. Grand. de Bello exulum fol. 199. quod eò fortius procedit stante foriudicatione, per quã sententiam Barones priuati sunt potestate, vt dixi, Adde Anna singul. 56. quod neq; possint componi tractantes, & auxilium præstantes cum prædictis bannitis per Regia Tribunalia, Franch. decis. 470. sed Ioan. Grand. loc. cit. dicit hoc procedere tantum in receptatore latronum, non cum alijs. Qui autẽ dicantur publici latrones, vide Bart. l. capitaliũ §. latrones ff. de pœnis, Franc.
90 Marc. dec. 2. par. 2. Et an Piratæ Maris dicantur latrones, vide D. de Franch. dec. 142. vbi hoc excutit, & an habeat locum in eis pragmatica, quæ dat iurisdictionem capienti priuatiuè ad Barones originis, vel domicilij; Prohibita est enim cognitio, non solum compositio in crimine lęsæ Maiestatis, hæresis, & falsæ monetæ, de quibus dicam infra pragm. 8. Excepti etiam sunt casus, de quibus priuati sunt Barones, vt dicam etiam ibi D. de Franch. dec. 275. Alij
91 etiam dixerunt in raptus crimine, & in falsi, ac osculi, non licere Baronibus componere per Capit. Regni incip. Vt sine, licèt de consuetudine videmus, q Barones componunt super ijs omnibus, sic Farinac. quæst. 5. nu. 13. non tamen nego quin sint maxima crimina. Ita vt in generali indultu non veniant, vt Baiard. quæst. 59. Mastrill. tract. de indultu quæst. 38. Attamen quando non reperiuntur expressè prohibiti, Barones nõ dicuntur priuati potestate generaliter concessa indulgendi, componendi, &
92 transigendi. Adde quod exceptum est etiam crimen lænocinij, quod componi in Regno non potest ex pragm. 1. tit. de lænoc. & ita aduertit Viuius decis. 454. D. Rouit. in allegata pragm. Foller. in praxi crim. verbo quod fuit læno; Et quis propriè læno dicatur, vide
93 Franch. decis. 58. & in casu osculi violenti, & raptus, quod neq; liceat com-
94 positiones facere, vide Cap. Regni 262 & ibi Campan. nu. 20. Verùm si consideretur illud Capitulũ, non est nisi edictum transmissum Magnæ Curiæ, vt constat ex prohæmio, & illius verba nõ sunt vniuersalia, sed directa illi Tribunali, nam licet Princeps per viam legis generalis post factam inuestituram pos-
95 sit minuere, & modificare iurisdictionem Baronum pro bono publico, vt dicam infra pragm. 8. tamen cum verè non possit illud edictum dici lex non promulgata, vt assolet fieri cum consilio, & cum sint in præiudicium tertij, strictè interpretatio fieri debet, & si particulariter non sit facta mentio, vel lex generaliter non sit promulgata, obseruanda in toto Regno, vt solet fieri, non puto esse faciendam extensionem, Peregr. in tract. de iure fisci lib. 3. nu. 31. & 75. Foller. in praxi crimin. verbo audiãtur excusatores nu. 89. Multæ enim prouisiones factę fuerunt pro bono pu-
96 blico Ciuitatis Neapolis, vbi solẽt pluries commicti certa delicta, & vti locales non trahi debent extra, benè Guttier. lib. 1. obseru. 89. cumq; talia delicta de iure non sit prohibitum componi, & edictum fuerit locale, non puto ligasse

Digitized by Google

gasse Barones, videmus illam pragm. de Baronibus, quam Rex voluit esse vniuersalem, qualiter declarat non obstantibus priuilegijs Baronum primarũ causarum. Hæcq; quoad compositionem.

Videamus modo de alio termino (permutationis) posito à pragmatica, & licet sub hoc verbo videatur includi compositio, quæ est permutatio pœnæ corporalis in pecuniariam, attamen differunt; nam permutatio potest fieri in diuersis generibus pœnarum, compositio tamen propriè solum in pecunia regulariter stat. Aequiparantur verò in omnibus solemnitatibus cum compositione; nam sine remissione, & sine causa fieri nõ debent. Dico quando Baro vellet ex gratia permutare vnam pœnam in aliam, secus si permutatio fieret à Iudice ex causa, & qualitate minuente pœnam, ex quibus pœna necessariò erit commutanda, tunc non requiretur alia licentia Superioris, vel partis, cum sufficiat legis scriptæ potestas, quæ in causis hoc permittit iuxta personas, causas, locum, & tempus, quæ sunt iustæ causæ commutandi pœnas, vt recensẽt latissimè Lucas de Penna l. si apparitor C. de coharct. lib. 12. Nam tàm legales pœnæ, quàm statutariæ, dummodò causæ sint cohærentes delictis, commutari possunt, secùs si ex causa intrinseca, Iudex vellet se mouere extra acta ad hoc faciendum, nam non posset sine Principis assensu; sicq; interpretatur l. seruos C. de vi publica, quod nota, vt in actis facias apparere defensionis, iustas causas arbitrandi nè tu officialis ipse in pœnam incidas, vt admonet Clar. quæst. 85. nu. 10. Campan. Capit. Regni 252. Indè est, quod multi dicunt causas esse inserendas in sententia, quæ opinio non seruatur, sufficit enim quod ex actis constent, vel quod Iudex dicat in sententia ex causis legitimis, & pro Iudice in dubio præsumitur, Gayll. obseruat. 9. 2. par. de pace publ. Capyc. decis. 126. quod Iudex ex causa non plenè probationis, ex inditijs indubitatis poterit commutare pœnam, D. de Franch. decis. 372. & decis. 538. qui dicit esse minorandam pœnam si inditia sint indubitata, quando etiam pœna ordinaria sit inferenda contra multorum opiniones, qui ex inditijs quantumcunq; indubitatis, non inferunt ordinariam pœnam delicti, cõsidera in hac quæstione, nam & si verè sit decisio Sacri Consilij, & æquior videatur opinio, quod ex indubitatis inditijs nõ possit dari pœna ordinaria, ego intelligo, & obseruauit hoc, cũ distinctione, & dum casus enormis accidisset in Regia Audientia Calabriæ, vbi Amasius occiderat proditoriè virum, cum voluntate Vxoris, & essent inditia vrgẽtissima de homicidio, meus Collega Commissarius causæ Iulius Cæsar Imbrianus à Capua, vir eruditissimus qui plures composuit libros, ac vir integræ vitæ, qui simul mecũ ab illo nunquam satis laudato Prorege Comite de Lemos fuimus electi in ea Prouincia, cum quo habuimus toto progressu officij, magnam fraternitatem, & simul discessimus postea ab administratione cum maximo dolore totius Prouinciæ, vt est notorium, & simul post non multos menses Regium Collaterale Consilium nos præposuit iudicatui Magnæ Curiæ, & per Proregẽ euocati fuimus, dum resideremus in nostris Patrijs, requiendo à præteritis laboribus, sed defecit in via talis consultatio, cumque omne decursum sit, fuimus contenti diuina ordinatione, vt aliàs vocauit nos, tanquam Aaron ad Hæbreos, sic si expedierit aget nobiscum, cum per legitimos tramites, & non per vias indirectas ascendere ad aliquem gradum sẽper in mentem venit. Et redeundo ad quæstionem, dico quod ex inditijs indubitatis, æquior opinio est, quòd pœna ordinaria dari non debeat, vt latè Farinac. quæst. 40. & 86. attamen in casibus exceptis, & exẽplaribus, ac vbi inditia sunt vrgentissima tunc posse Iudices deuenire ad infligendam ordinariam pœnam dico, & conciliantur hoc

modo opiniones diffidentes, nam si inditia sunt indubitata,& vrgentia deberet practicari negatiua opinio,sed si inditia sunt vrgentissima, ac delicta sunt occulta,& grauiora tunc posse cõdemnari reos ad pœnam ordinariam obseruauimus, & hanc opinionem sequuntur infiniti,scilicet Boer.decis.161.Bal. cons. 204. lib. 3. & alios cumulat nouissimè Barbos.l.2.ff.sol.matrim.ex nu. 80. cum seq. qui ad partes omnia explicat,& concludit quod vbi inditia nõ sunt elidibilia,& pro certo Iudex adducitur ad delicti probationem, ita quod non sit pręsumptio in contrarium dubitatiua de delicto, tunc pœnam mortis posse dari, si delictum sit de occultis,& grauibus,& sic fuit decisum, & cum in prædicto casu communicata nobis fuisset potestas extraordinaria per literas Proregis Excellentissimi, illum morti tradidimus appellatione remota,& sic, prout negotij qualitas exposcit sic augenda,& minoranda est pęna; Et multi alij sunt casus, vbi pœna erit mino-
103 randa. Pro vt in delictis antiquis, iuxta l. si quis diuturno ff. de pœn. de qua Gramat.cons.39.Capyc.dec.154. Item in delictis priuatis ex defectu plenæ probationis solet decerni quod carcer cedat in pœnam ob leuitatem de-
104 licti, Gramat. cons.63.& ex inditijs secundum facti contingentiam pœna minoratur Clar.quæst.64.nu.42. Gramat. decis.96. sed an in prædictis casibus, quando non potest dari pœna ordinaria sequi possit etiam condemnatio ad partis interesse? valde fuit al-
105 tercatum in facto. Et dic quod si ex inditijs constat taliter de delicto, quod Iudex adducatur ad condemnationem criminalem,fortiùs etiam debet procedere ad condemnationem consequentem de interesse, nam non est nouum ex pręsumptionibus posse quem condemnari in ciuilibus,Doctor.l.licet Imperator ff.de leg.primo, & sic in terminis Magon.dec.91. Clar.quæst.2.Add. ad Capyc.decis.27.Menoch.casu 122. Franch.decis.460.in fin.latè Cabal.casu 82. sed vidi dubitatum,an ex iusta causa Iudex possit pœnam commutare non solùm in aliam æquè similem, vel
106 minorem corporalem,sed etiam in pecuniariam, partis remissione nõ existente; videtur quod non, nam cum quid vna via prohibetur,ex alia admitti non debet, cap. cum quid de regulis iuris in 6. nam per indirectum fierent compositiones parte non concordata, & fieret fraus legi, quæ permitti non debet,l.non dubium C.de legib. Tu dic quod data iusta causa, Iudex est obligatus ex debito minorare pœnam, vt Doctor. locis supracitatis, Guido Papa decis.206.Afflict.decis.287.Capyc.in decis. 27.nu.14. Quæ minoratio est in arbitrio Iudicis posita,cum certa regula,& forma,secundum varios casus dari non possit, & sic expenditur l. hodiè
107 ff.de pœn. vbi notatur, quod omnes pœnæ sunt arbitrariæ, vndè ex causa iusta posse fieri commutationem pœnæ corporalis in pecuniariam,etiam non existente remissione nõ dubitatur,cum hoc fiat ex auctoritate legis,& non hominis,Campag.Cap.Regni Ad peruersorum nu.7.Afflict.Constit. si quis aliquem col. 6. Immò (quod fortiùs opinantur multi,) quod non est perpetuũ, quòd quando pœna ex aliqua iusta causa est minoranda, pœna de essentia
108 mutanda est in pecuniariam,alias Iudex grauaret Gramatic.cons.36.in fin. & decis.8.& 98.Foller.pract.criminal. vers.carcerentur,Arnon.soliloq.23.qđ data prouocatione in homicidio, illa prouocatio minuit pœnam; Plaza in Epit. cap. 1. & ob hanc causam pœna debeat in pecuniariã omninò commutari; quæ opinio nunquam mihi simpliciter persuaderi potuit, vt scripsi ad Arnon. ibi in meis additio. & adduco pragm.Et nè sperata, tit.de composit. iubens quòd quando pœna homicidij est commutanda ex causa, quod condemnatio fiat ad triremes perpetuas. Ecce quomodò minoratio non fit in pecunia,& licèt multi dicant eam esse directam officialibus de demanio, vt

Baiard.

Digitized by Google

Baiard.quæſt.85. Ego dico, quod non eſt dare differentiam in hoc,an dirigatur Regijs,vel Baronum officialibus, cum præcipiatur quid iuris, & in nullũ præiudicium poteſtatis Baronalis, Alij dixerunt,& rectiùs, vt Fab. de Monte Leon. in tract. quatuor literarum arbitra.& teſtatur etiam Baiard.d.loc. in fin. quod nec illa pragmatica obſeruatur,cum tanta potuerit eſſe cauſa legitima, vt pœna poſſit in homicidio eſſe minor relegatione, & proindè diſtingue, aut ſumus in delictis priuatis, & tunc data minoratione pœnæ debet eſſe pecuniaria, & poſſet procedere prima opinio,vel ſumus in delictis capitalibus, & tunc in hoc verſabitur Iudicis arbitrium conſiderare rei defenſiones, & iuſtas cauſas, quæ adeò poſſunt eſſe vrgentes, vt Iudex poſſet etiam pœnam cõmutare in pecuniam, non quòd neceſſitati ſubiaceat, vt dixerunt præcitati; ridiculũ enim eſſet,quòd pro homicidio, raptu, ſacrilegio, & ſimilibus, ex quibus infertur pœna mortis, quòd ob aliquam exceptionem productam, reus non poſſet condemnari in pœnam corporalem triremium, deportationis, vel relegationis,ſicq; Carrer. S.circa lo final.nu.120.& ita videmus ſeruatũ, quidquid alij multi dicant;hinc ſumpta eſt practica, quod plerumq; in pœnis non capitalibus fiat cõdemnatio exilij cum poteſtate ipſum redimendi pro tanta pecunia ad arbitriũ Iudicis iuxta facultates rei, Gramat.deciſ.37.in fin. D.de Franch.deciſ.379.Viui.deciſ.75. & Clar.quæſt.95.quod non vidi ſic faciliter obſeruatum in capitalibus commutando pœnas in pecuniam,pro vt fit in alijs delictis non atrocibus; pro qua practica condemnationis cum poteſtate redimendi,ſcias quod pœnæ poſſunt imponi in ſentẽtijs alternatiuè, & rei eſt electio Vrſill.deci.276. Gram.voto 15. ſed electa pœna poſt ſententiam ampliùs variari non poterit, cum habuerit executionem ſententia, & Baro ſit priuatus poteſtate poſt ſententiam, vt dixi ſupra,& fui ſæpiùs interrogatus, ſi medio tempore exilij ipſum reſiduum poſſit redimi in pecunia pro rata iuxta condemnationem, & ex dictis reſpondi quod non, nam facta electione non datur variatio, l.eum qui ff. de verbor.oblig. & in terminis Baiard.ad quæſt. Clar.85.num.8. Adde Roman. conſ.329. ſed quid ſi poteſtas redimẽdi in ſententia fuerit data pro pecunia arbitrata,in ſingulos annos vel menſes, vt ſolet fieri,& reus acceptauerit partem exilij,cum facultate poſteà eligendi reliquum,vel redemptionẽ, ſi libuerit, an talis reſeruatio fieri poſſit, & dũ pluries in facto accidiſſet. Aliqui dicebant hoc licere Baronibus,cum de iure condemnationes poſſint ſtare in ſuſpẽſo,indè ad beneplacitum condemnatio ſubſtinetur, Gomeſ.latè tit.de exilio in tract. variar. reſolut. Vndè ſufficit reo acceptare ſententiam, & incipere ſeruare tenorem eius. Nec officere videbatur diſpoſitio pragmaticæ finalis huius tit. in qua prohibetur poteſtas reſeruandi compoſitiones,& gratias in ſententijs, nam in hoc caſu ſententia jam eſt certa,& non reſeruatiua,cum ergo reus acceptet partem exilij,& aliã partem reſeruat eligere,nil incertum facit, cum vnam earum eligere poſſit iuxta ſententiam.Nec videtur refragari,quod facta electione non debet dari variatio, l.ſerui electione ff.de leg.primo, l.eum qui ff. de verb.obligat. nam donec adeſt tempus eligendi,non dicitur facta electio, & prohibita variatio. Sed contrarium reſpondi,nam & ſi vera ſit opinio, quòd pœnæ alternatiuè imponi poſſunt,vt dixi ſupra, tamen reus tenetur alteram earum acceptare; nam ſententia eſt indiuidua, l.in hoc iudicio ff.fam.herc.& indiuiduè eſt acceptanda, & mixtim recipi non poteſt, cum mixtum nõ cõprehendatur ſub ſimplicibus,Bart.& cæteri l.2.ff.de ver. oblig.& ſententia eſt ſtricti iuris, & ad vnguem eſt ſeruanda,Franch. dec.228 Crau.conſ.188.nu.6.vndè partem exilij, & partem pecuniæ acceptando, non videtur ſatisfactum ſententiæ,item

Digitized by Google

hoc esset fraudem facere condemnationi per indirectum, nam Barones isto modo haberent facultatem indulgendi post sententiam, nam seruata parte exilij, posteà reus acceptaret pœnam pecuniariam redemptiuam, de qua Baro posset facere gratiam, vel transactionẽ,
116 & cum quid vna via prohibetur, ex alia admicti non debet, cap. cum quid de reg. iuris in 6. Accedat quod pragmatica supracitata, nè fiant reseruationes in sententijs, est fauore publico introducta ad tollendas occasiones fraudum, & grauaminũ, vndè est ampliandа, & extendi potest non solum ad sententias, & condemnationes factas, nè possint suspendi, & reseruari, sed facta sententia simpliciter altera pœnarum iniuncta, simpliciter acceptanda, & ita concludendum puto. Sed ad supradicta hodiè videtur dubitandum, cum ex edicto transmisso per Proregem Mag.
117 Curiæ registrato in pragmatica 45. sub tit. de offic. Mag. Iustit. fuit prohibitum nè de cętero ipsa Magna Curia obseruaret sententias condemnatorias cum potestate redimendi alternatiuas, quia per indirectum ipsa Magna Curia componeret delicta parte non remittente, & Prorege inconsulto; cum ipsa non possit componere delicta sine licentia, vnde videtur talis prouisio extendenda ad Barones, cum par ratio publicæ vtilitatis vigeat in omnibus Tribunalibus, & quòd obseruatur à Magna Curia in decidendis causis, obseruari debet à suis inferioribus, vt Caraui. Ritu 12. immò refert D. Tappia sub tit. de offic. Iud. pragm. fin. quod Sacrũ Consilium ex sui præheminentia soleat aliquando obseruare, vt quis exulet, vel soluat. Attamen nouissimè Regens de Ponte in d. tract. de potest. Proreg. tit. de prouis. §. 4. num. 15. dicit similes sententias solitas fieri per Curias Baronales de iure subsistere, prout supra fuit dictum; vndè ad tollendas occasiones, id quod absurdi excogitari posset, practica tu non obseruare, nisi præcedat partis remissio, tunc Iudices sine scrupulo possent tales pœnas alternatiuas imponere:

Sed quid si reus acceptauerit pœnã pecuniariam in quam fuit condemna-
118 tus, & soluere eam nõ poterit, an iterum possit de causa cognosci, & condemnari in pœnam pecuniariam, cum functus sit officio suo per sententiam, & ampliús cognoscere non possit, l. Iudex posteà quam ff. de re iudic. vide Thesaur. dec. 232. firmantem ex causa posse fieri mutationem pœnę etiam lata sententia, & nouissimè D. de Franch. decis. 158. & ante eos Franc. Marc. dec. 183. cuius nullus eorum meminit; sed
119 quid si ex statuto imponatur solum pęna pecuniaria in quã inciderit persona pauper, quæ soluere non poterit? dic quod similiter seruanda est l. 1. §. 1. ff de pœnis, vt qui non habet in ære luat in corpore. Adde ad hanc legem Menoch. de arbitr. Iud. casu 447. latè Caball. resolut. crim. casu 77. Dubium
120 tamen est, quæ erit pœna ista corporalis, Clarus dicit, quod est arbitraria quæst. 95. vbi dicit repræhensum fuisse quendam Prætorem, qui fustigauerat pauperem, qui non potuerat soluere pœnam, cum fustigatio non sit pœna
121 generalis; cum solum vilibus personis sit infligenda, vt D. de Franch. dec. 358. num. 9. Afflict. verò per eam Constitut. Regni incip. Culpam 6. not. dicit esse condemnãdum per sex menses ad triremes, vel relegationem, qui soluere nõ poterit pęnam pecuniáriam statuti, quam doctrinam notaui, & vide nouissimè D. de Franch. d. dec. 358. in fine, qui firmat ità obseruari in M. Cur. sed hoc in pœna descendente ex delicto; pro debitis verò priuatis, qui non habet in ære non substinebit pœnã corporalem, sed debet stare carceratus, vide Farin. quæst. 26. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. benè, si cedere non voluerit bonis, Afflict. notabiliter Constitut. Regni Intentionis in fine. Quid si inte-
122 resse dependeat à causa criminali, an habeat locum cessio bonorum, vide Thesaur. decis. 182. quod cessio bonorum

norum non habeat locum, & idē Theſſ. deciſ. 36. benè, DD. in §. fin. inſtit. de act. Capy. de ceſſ. bonor. & proindè aduertant officiales Baronum, non extarcerare reum condemnatum in pecunia niſi ſoluerit pœnam, vel Aerario ſatis dederit, non Exactor introituum, ſeù
123 Aerarius debet interuenire in ijs, Viuius deciſ. 137. Carau. Ritu 38. Adde quod ſi veniat imponenda pecuniaria ob delictum, vel contrauentionem, vel reus acceptauerit, & interim moriatur, an crimen extinguatur, vel hęredes cōueniri poterint ex eodem proceſſu ad ſe defendendum? vide notata l. 1. C. nè ex delictis defunct. & l. ex iudiciorum ff. de accuſ. Peregr. de iure fiſci tit. de crim. quæ mortem, latiùs Vaſq. controu. illuſtr. 96. Clar. quæſt. 51.

Reſtat tertiò videre de vltimo articulo remiſſionis pœnæ, vt dicit pragm. noſtra, & dico quòd generaliter hodiè omnibus Baronibus tributum eſt, quod poſſint indulgere, qđ de iure ſoli Principi competebat, Boſſ. tit. de remed. ex
124 ſola clementia, quæ indulgentiæ, ſeu gratiæ debent fieri ſimiliter cum ſolēnitatibus ſupradictis ex cauſa; & ſtante partis remiſſione. Quæ partis remiſſio non dicetur obtenta ex ſatisfactione ſolius intereſſe ſoluti, l. ex hac ff. ſi quadrupes pauperi. fec. dic. ſed oportet quod remittatur vindicta iuſtitiæ,
125 nam ſatis differunt remittere offensā, & iniuriam, & remittere damna, laſ. l. ſi tibi §. quædam ff. de pactis. Aduerte tamen circa impetrationē indulgētię, & veniæ, maximè qñ à Principe petieris, nè incidas in ſcyllam, dico q debes aſſerere omnes qualitates delicti, de quo petis gratiā; intrinſecas, & extrinſecas,
126 & maximè q̄ poſſint inducere Principem ad difficiliùs cōcedendum, Boſſ. d. tit. de remed. ex ſola clemētia, ita vt ſubreptio, vel obreptio facerent nullum eſſe reſcriptum gratiæ, gloſſ. & omnes l. 3. C. de epiſcopali audien. & Barbat. cap. ſuper literis de reſcript. vbi refert Bononię fuiſſe decapitatū quendam, licet gratiam habuiſſet de eo homicidio, quia non dixerat quod aliàs homicidium commiſiſſet, & ſic non ſolum qualitates ipſius delicti, ſed alię aggrauantes exprimi debent, vt latè Farin. quæſt. 6. Adde, quod de delictis etiam, de quibus fuit abſolutus tenetur mentionem facere, Anna ſing. 239. & Menoch. caſu 203. & 303. de arbitr. Iud.
127 Debetq; exprimi, ſi reus eſt carceratus, cū difficiliùs ignoſcatur eis, quādo sūt in poſſe Curiæ, quàm qñ ſunt foris, Clar. q. 59. nu. 10. qui dicit non iuuaſſe quandā gratiā obtentā, quia ille nō expreſſerat q̄ erat carceratus, Farinac. d. q. 6. nu. 47. D. de Franch. deciſ. 330. qđ Prorex quādo vult facere gratiā, facit fieri perquiſitionem in omnibus banchis, & vult relationem de qualitatibus delicti, & perſonæ; Et proindè ſupplicantes in reſcripto inſerūt omnes qualitates petentes gratiam, cum clauſula de apparentibus, confeſſatis, & non cōfeſſatis, etiam ſi eſſent maiora expreſſis, vt docet Baiard. d. quæſt. 59. vide Couar. variar. reſol. 1. lib. cap. 20. an cauſæ impulſiuæ, vel finalis omiſſio vitiēt gratiam, vbi latè Peregr. lib. 5. tit. 8. nu. 17. Tanta verò non requireretur ſolemnitas apud Barones conſcios de qualitate ſui vaſalli, gratiam petentis, ſecus ſi ignoraret qualitates extrinſecas, vel intrinſecas, tunc procederent ſupradicta, de quibus loquitur benè Boſſ. d. tit. de remed. ex clementia, ex num. 23. Theſſ. deciſ. 21. Menoch. caſu 303. Aduerte
128 tamen, quod nō omnia tacita annullant gratiam, etiam ſi ea eſſent ex quibus Princeps difficiliùs cōceſſurus fuiſſet eam gratiam; ſed ea faciunt nullā, quæ de iure reperiuntur ſcripta, quòd infirmant gratias, ita Felyn. cap. poſtulaſti de reſcript. Rota deciſ. 32. eod. tit. Caputaq. deciſ. 49. Menoch. de arbitr. caſu 201. nu. 25. Baiard. ad Clar. quæſt. 59. nu. 74. cauſæ autem quæ annullare faciunt has indulgentias, ponit Farin. quæſt. 6. nu. 49. tit. de inquiſit. veluti ſi non expreſſit qualiter aliàs de homicidio fuit gratiatus, vel compoſitus, nam reiteratio eſt iuſta cauſa non gratiandi,

Digitized by Google

solitum delinquere,si delictum constet,
129 nam si de illis fuerit inquisitus, sed absolutus,non est obligatus ea referre, Bursat.cons.177.lib.2.Boss.d.tit.de remed.ex sola clem.nu.35.& Farin.loco cit. vbi reliqua occurrentia videas, & Baiard quæst.59.nu.77.

130 An autem Baroni liceat ex causa indultare, & gratiare aliquem,qui detegerit delictum, & manifestauerit socios? videtur quod sic, ex tex.notabili l.non omnes §.fori ff.de re mil.vbi paritur reo indicanti alios voluntariè,secus si coactè, si esset carceratus, nam tunc ei hoc non prodesset, Hyppol.l.1. §.cum quis latrones ff. de quæst. Boss. præcit.loc.Marsil.sing.177.Clar.quæst. 27. & debet remicti pœna, dummodò hoc fiat ad instãtiam partis,nam Iudex ex officio parte non concordata,non posset remittere, & indultare, Baiard. quæst.59. nu.97. nisi Baro haberet priuilegium remittendi crimina etiã parte non concordata; vt habet Princeps Bisiniani,vt refert Frãch.dec.370. sed non est in possessione, tunc enim posset
131 indultare vt Princeps,qui potest etiã parte non cõcordata indultare ex causa iusta,nam potest alterare ex causa, non solùm ius naturale, quod refragatur,vt Princeps non possit tertio præiudicare l.2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico,sed potest etiam ius diuinum alterare,vt in pragmatica,
132 & Cõstitutione Foriudicatos,ex quibus permittitur posse occidi bannitos, ac quòd alij possint indultari,licet iure diuino sit dictum: Non occidas. Et in pluribus locis supra prima pragmatica,& in alijs tetigi, quod Princeps ex causa potest relaxare ius diuinũ,quod tamen magnũ dubium est, & malè interpretatur. Quomodo inferior possit legem superiori imponere, & soluere vincula diuina, & reassumendo obiter aliqua, quæ obumbrata in varijs locis reperiuntur; notes primò, quod non
133 omnia scripta in testamento veteri, vel nouo, ac in Canonibus constituunt ius diuinum,vt quàmplurimi falluntur;
134 sed distinguas,quod alia sunt præcepta moralia,alia cęremonialia, alia iudicialia,Tiraquell.de retract.in præfat. num.8. qui cumulat ad hoc multas auctoritates,moralia sunt,quæ naturæ legem imitantur,& præcipua, & sempiterna sunt; præcepta verò moralia ea sunt,quæ in Decalogo cõtinentur,quæ à Deo in tabulis lapideis populo data fuerunt, & tanquam perpetua in Arca Testamenti Sancta Sanctorum inclusa, hæc immutabilia sunt,nec Princeps secularis, nec Ecclesiasticus tollere ea poterit; Alia,& iudicialia vsu, & lege contraria tolli, & immutari poterunt,& cessauerunt in morte Christi Domini, imò si quis dixerit iudicialia, & cęremonialia nos obligare hæreticus esset sic firmat Ioan. Gerson Theologus de contract.1.par.consid.10.& Tiraq.præcit.loco num.11.cum coaceruatis. Sed hac distinctione attenta, quia ex Decalogo præcipitur. Non occides,quo-
135 modò Princeps permittit bannitos posse occidi? quomodo ex l.1. C.quãdo liceat sine Iudice, est licitum occidere furem nocturnum? quare est licitum occidere transfugas, & rebelles? l.3.§.transfugæ ff.de sycar.ita vt liceat etiam parentes interficere, l. minimè ff.de relig. & sump.fun. sicq; & in Decalogo scriptum est. Nec iures vana per ipsum,vndè sumpta est iuris obseruatio,quæ de iure diuino dicitur, & vi-
136 demus Principem in multis casibus relaxare iuramentum,quod tot tantisq; pęnis punitur,vt refert Iaſ.l.si quis maior C.de transact. & in terminis est gl. l.adigere §. fin. ff. de iure patr. vbi lex remittit iuramentum pręstitum de non nubendo,simile probatur l.fin.ff.qui satisd.cog.l.fin. ff.ad municip.cum innumeris per quæ iuramentum relaxatur impunè,& in Regno per Ritum permittitur principalibus sine pœna iurare, & quod de periurio non puniantur, & per pragmaticam nouissimam Comitis Mirandæ 13. quam nunc in facto allegaui, de iure filiusfamilias allegans cum iuramento se habitare seor-

sum

Digitized by Google

sum à patre puniebatur, si contrarium erat verum, Vrsill.decis.308. Carau.de filiofamilias §.6. Attamen per nouissimam pragmaticam relaxatur pœna periurij filijsfamilias peierãtibus se habitare seorsũ à patre, & latissimè Petr. fol.89.quando Princeps super iuramẽto præstito, vel præstãdo possit ex causa publica & honesta dispensare, quem adde ex fol. 87. & consequenter iuramentum licet obliget præcisè ad factũ, Doctores l. stipulationes non diuidũtur ff.de verbor.obligat. Gabr.Roman. concl.8. tit.de iureiur. enimuerò Princeps potest dare dilationem,etiam circa debita iurata, Carau. benè in Ritu de moratoria,& per Constit. diuæ memoriæ annullantur omnia iuramenta circa alienationes feudi. Quæ omnia non videntur correspondere diuisioni propositæ. At Bart. ff.de constit. Princip. l.1. quæ originalis doctrina sępiùs allegatur,& controuertitur, dicit quod Princeps directò contra ius diuinum Decalogi disponere non poterit,vt illicitum sit licitum, sed ex causa poterit relaxare, minuere, & declarare, dummodò causa excusetur,vel permittatur ex eodem iure diuino, aliàs si ius diuinum staret in simplicibus terminis prohitionis, & causa non posset iustificari ex eodem iure diuino,Princeps statuere non posset, prout dicimus de adulterio quod nullo iure iustificari, & excusari, vel permitti poterit, secus in exemplis supra positis, si enim permissum est posse occidi transfugas,& rebelles, & hostes publicos, fit hoc ex causa publicæ pacis, Gaill. de pace public. in princip. & per ipsummet ius diuinum constitutum est maleficos nõ pãtiaris viuere super terram Matth.3.Exodi 23.qui occidit occidatur, & Deuth. 13. si audieris vnam de Ciuitatibus tuis dicens, eamus seruiamus Dijs alienis, interficiendo necabis omnes,& ibidem. Si frater tuus, & vxor tua damnare voluerint veritatem,sit manus tua super illos, & effundas sanguinem ipsorum, Luc. 18. interficite inimicos meos, sicq; occidentem furem nocturnum lex etiam excusauit,Exodi 22. Si effringens fur domũ fuerit inuentus,& accepto vulnere fuerit mortuus percussor nõ erit reus sanguinis, secus si orto sole, iuxta distinctionem glos. ff. de sycar.l.furem; & q dixi de iuramentis latè hoc tractant,& respondent DD. l.si quis pro eo, ff. de fideiuss. Affl.d.Const.7.notab.in multis tamen casibus ius diuinũ non tollitur, nec peccatum,licet ius ciuile,vel statutum aliter excuset vti permissio, quod
137 Iudæi vsuras exerceãt in statu Christianorum, impunitas occidẽtium adulteros,hæcq; permittuntur ad euitandũ maius malum,vel ob iustam iram, non
138 quod tollatur peccatũ, Ozasc.vlt. disput.nu.14. Thess.latè decis.13. cum duabus sequen. & notabiliter alia laxis fimbrijs declarauit Foll. in pract. cens. vers. Nicol. Episc. & nouissimè Barbos. l.1.ff.solut.matrim. & Ant.Corn.tract. de absolut.iurament.par.3.quęst.5.sufficiat hæc terminorum cognitio,cum ad singula omnia declaranda tractatus edi posset. Vndè redeũdo,vnde digressi sumus,ex causa Princeps poterit indultare etiam parte non concordata, sicq; vt banniti impunè occidantur.Item qđ reuelanti delictum ei parcatur, sed an tale Bannum possit sustineri, & fieri per Barones, Petra de potest.Princip. fol.73.nu.85. Clar.quæst.55.nu.9. qđ talia banna gratiam importantia, non possent facere officiales, sed solum Barones habentes iurisdictionem in dominium, sed intellige prædicta, quod
139 Baro possit,partis remissione extante, facere tale bannum,& non aliàs, & sic innuit Clar. ibi, nam soli Principi hoc licet, D.de Ponte in d.suo tract. tit. de prouis.§.4. nu.38, Mastrill.de Magistr. lib.3.cap.4.num.310.& sic obseruauimus in Regia Audientia, nam dum esset factum magnum furtum argentariæ Locumtenenti Ciuitatis Cosentiæ, Tribunal supplicauit S. Excell. vt liceret emittere tale bannum, & fuit concessum, & cępit factum cõstare per so-

cium,

Digitized by Google

cium, & similiter dùm esset furata magna quantitas serici Baroni Ceruicati, & peteret tale bannum fieri, precedente eius remissione, & gratia reuelanti, illud nos confirmauimus; Et dùm quidam nominatus Mosca venisset ad testificandum contra socios, illum examinauimus, & ad faciendum inditium cõ-
140 tra nominatos, oportuit illũ torquere, nam aliàs nullum faceret inditium, tùm quia socius, tùm ob spem inpunitatis permissam, & etiam cum tortura debile erit eius dictum, Farin.quæst 43.nu. 192. & propterea tortura fuit illata, quæ erat necessaria vt dicam, sed in tortura ille confessus fuit vltra nominatos in sua depositione tres alios socios, sed habita tortura, & petente illo se li-
141 centiari, se opposuit Magnificus fisci patronus Alexander Rouitus, qui non degenerat à patre in integritate, & cõplemento omniũ virtutũ, & dicebat illi gratiam non opitulari, quia erat facta, dũmodò omnes fures detegeret, cumq; non omnes, sed aliquos confessus fuerit vigore gratiæ, sed coactè postea alios detegerit, non seruanti fidem, ei fides non erit seruanda l. cum fidem C.de transact. Item commiserat falsũ,
142 nam testis deponens super toto facto, & causa, ommittens dicere quę scit, falsi pœna tenetur, nam eadem pœna punitur falsum deponens, quàm verum ommittens Bart. l. præscriptione C. si cõtra ius, vel vtil.publ. Boss.tit.de fals. nu.65. Mascard. de probat.concl.743. num.12. Farinac.tract.de test.fol.223. vndè gratia non debet prodesse ei, qui delinquit in illa, Franch.decis.473. ex quibus oppositionibus nulla habita ratione de gratia, processimus ad vlteriora in causa; & redeundo ad materiam nostram, Barones possunt facere talia banna, permittendo inpunitatem parte instante, & remittẽte. Idem de Ban-
143 no vbi imponitur præmium de prouentibus reuelanti, Paris de synd.verbo præmium, Baiard. ad Clar.quæst.27. Et habet fundamentum conclusio principalis ex tex. singulari l. nõ omnes §. fin. ff. de re milit. & parcendum est transfugæ, qui alios occidit, vel reuelauit, & Roman. singul. 538. Quid si confessio
144 sit extorta sub spe inpunitatis? vide Menoc. de arbitr. casu 367. Clar. q. 55. Viu.dec. 196. aduerte tñ qđ quãdo tales gratiæ, vel indulgentiæ fiunt ad publicationem delicti, licet reuelans debeat potiri gratia, non tamen euadet gratiatus, vt torqueri non possit ob faciendum inditium, & probationẽ contra alios, si perfectæ probationes haberi non possint, tunc enim nõ datur gratia ad pœnam, sed ad sciendum delicti veritatem, & gratia ad hoc non extenditur, & est notabile D.de Franch.dec. 459. & post eum nouissimè sic Caball. casu 29. sed in facto in Regia Audien-
145 tia fuit excitatum, an talis conclusio esset obseruanda cum indultatis gratiatis, vt indultus valeret illis, permissumq; obseruantię, sed torqueri possint ad faciendum inditium contra alios, & aliqui ex Dominis dicebant quod sic, cum eadem esset ratio. Attamen non esse extendendam eam decisionem ad gratiatos ex alia causa, fuit adducta auctoritas Farinac.quæst.6.nu.1.in fin. qui dicit quod isti tenentur deponere, neq; vti testes, & dùm non possunt cogi ad ferendum testimonium, neq; ad torturam poni poterint, & sic fuit obseruatum Dec.cons. 137. nu.12. quod nota, quia punctus habuit magnam altercationem, sed eam decisionem quam adduxi in terminis, posuit finem dubitationi. Aduertendum etiam est ad verbũ banni, vel gratiæ, quod si concedatur
146 reuelanti, & patefacienti delictum, non sat erit indicare correos, si probationes etiam non adduxerit, non potietur enim gratia, Bart.l.si quis cum seq. ff.ad syllan. Paris de syndicat. d.verbo præmiũ, & est tex.l.indicare ff.de verb. signific. cuius verba sunt, scilicet indicare reum, dicitur qui eum conuincit; vndè est aduertendum ad verba Banni, nam aliud est reuelare delictũ, aliud indicare fures, vt benè Mascard. de probat.conclus.833.num.12. In nostro

Regno

Digitized by Google

Regno indultus conceduntur bannitis,
147 altero alterum occidente,vt in titulo de exulibus infra,& pragmatica prima Don Petri Giron,& ex isto potissimum remedio extirpati fuerunt multi cœtus latronum, quòd statutum de iure erat cognitum, & in multis partibus habuit locum, vt Soccin.consil.157. 2.par. vbi adnotatur, quòd adhoc, vt reus gaudeat indultu, oportet quod sit paritas criminis, aliàs si occidens sit atrocioris criminis reus non gaudebit,& proindè per d.pragm. sãcitur vt caporalis bannitorum non gaudeat,nisi occidat aliũ caporalem,& obseruatur hoc,quod caporalis non gaudet nisi occidat æquè similẽ, sed in foriudicatis sufficit, quod vnus alium occidat, licet sint criminis inpares, latè Farinac.quæst.183. num. 180.& ita ponit requisita triginta,quę requiruntur pro indultando se, alium bannitum occidendo. Item in indultu prædicto excipiuntur cõmittentes crimen sodomiæ, sacrilegij,offensionis officialium,falsæ monetæ,vt ibi. De qua indultus materia, quomodò,& quando gaudere possint ipsi banniti, & quæ
148 oporteat exprimi in supplicatione, remitto te ad ea quæ dicit Bar.& Nellus in tract.bannitor.nouissimè Baiard. ad Iul.Clar.quæst.59,& latiùs in §.homicidiũ, D.de Franch. fecit plures decisiones notab.decis.360.433.402.cũ multis alijs,Carau.in pragm.de exulib. latè,ad quos te remitto. Nota vnum tamen,quod licet per dictas pragmaticas concedantur indultus,tamen solùm
149 Magna Curia poterit declarare, & cognoscere super indultu, Carau.super d.pragm de exulib.nu.50. & licet Regiæ Audiẽtiæ etiam cognoscant,tamen si prætendens indultum est contumax in M.C.ad eam acta erunt transmittẽda,& sic Barones nõ sunt competentes
150 Iudices super materia indultus. Sed Reg.Aud.possunt cognoscere super oppositione indultus, sed expeditionẽ indultus nõ possunt facere,nisi esset data specialis ꝓrogatiua,vt in casibus de iure debitis eis liceret indultare; & licet volentibus facere seruitia Præses promittat vigore potestatis belli exulum
151 ei concessæ, vt quis occidendo bannitum indultetur; promittet tamen impetrare à S.E. mediante seruitio, indultum,& deindè data relatione de albarano, & promissione facta per ipsum Præsidem, S.E. assentit; sed non poterint Præsides decernere indultus, licèt pragmatica non faciat reseruationem hanc Principi, Io.Grand.de Bello exulum spet.11.sic firmat, quòd solùm guidatica possunt expediri per ipsos Præsides,vti Capitaneos ad guerram contra forascitos,& non indultus.
152 An autem Baro habeat potestatem guidandi criminosos per aliquod tempus,ex Cap.Regni197.incipien.multorũ habetur,quod non licèt Baroni guidare,nec ex causa ferendi testimoniũ, sicq; videtur decisum per Affl.decis.4. cum seq. tamen Vital. in tract. clausular. verbo securitate pendente firmat, quod in sua iurisdictione quis valeat delinquentem ad tempus guidare,nam non est gratia,sed suspensio,ita vt pars conqueri non possit, D.de Franch.dec. 433. vndè non videtur prohibita hæc potestas Baronibus, qđ sequitur Frecc. auctor.45. posse Barones delinquentes guidare,& cum hac opinione pertransit D.de Franch.decis.370.dicens hoc solũ licere Baronibus, sed nõ eorũ offi-
153 cialibus,qui non habent iurisdictionẽ in dominium, sed in administrationẽ, tamen si hi officiales hoc facerent, licet eis non permittatur, tamen quia indecens est, vt quis sub auctoritate officij decipiatur, reponendus erit reus in libertatẽ si capiatur l.1.C.de his qui veniam ætatis,Bellug.rubr.23. ver sed
154 pone, D.de Franch decis.258.Adde Vrsill. decis.4. Menoch. de arbitr.Iud. casu 338.& q.81.& ex causa etiã licere officialibus tenuit Carau. Ritu 288. nu.4. Franc.Marc. dec.68. par.1. Addent.ad Capy.dec.133.& licet (vt supradixi) de Ponte tit.1.§.4. nu.55. dicat Barones,& si de iure possint guidare suos delinquentes,tamen præcedente

Digitized by Google

te remissione debent hoc facere, Ego semper in ea fui opinione quod ex legitima causa eis liceat, prout Farinac. quæst. 29. & nouissimè Mastrill. lib. 4. cap. 16. nu. 188. & prædicti Doctor. loquuntur in bannitis, quod ego non sequor, sed in delinquentibus vasallis nõ foriudicatis, licere ex aliqua causa, & ad tempus, per supra citata nõ videtur dubitandum, sine causa, esset grauare; cum soli Principi sine causa liceat guidare, vt Farin. ibi, & Menoch. casu 336. cum seq. qui latè hanc materiam salui conductus declarauerunt, & nouissimè sic distinguit Sese §. 1. cap. 5. num. 67.
155 quod ex causa, veluti perhibendi testimonij, delinquês potest per dies guidari, & idem fortiùs procedere posset cum debitoribus latitantibus, nam ex causa possent guidari, sed non si essent debitores decocti, Stracc. de mercator. tit. de decoct. par. 7. num. 26. nam sunt
156 excepti de iure, vt nõ possint assecurari, vt ibi Stracc. & D. Rouit. tit. de guidat. pragm. 1. nu. 5. allegando hunc locum nostrum, refert opiniones, sed nõ dissentit ab hac conclusione, limita tamen cum Frecc. loc. præcit. Baronibus
157 licere guidare delinquentes, non verò bannitos, foriudicatos, & latrones, nam hoc soli Principi licet, & ita intelliguntur allegata pro prima opinione, vt Petra fol. 54. nu. 52. & seq. & ita obseruatum videmus, quod supplicatur
158 Excellentiffimo Proregi, pro guidaticis obtinendis, & conceduntur quando promittitur aliquod scruitium faciendum Curiæ, & solent expediri cum cõminatione, nè accedant ad loca partis offensæ, nè scandala veniant, & contristentur partes, & hæc est solita clausula apponi in omnibus guidaticis, & etiam indultis, Caball. casu 58. D. Rouit. tit. de abolit. in rubr. nu. 8. & in tit. de guidat. & tunc videtur factus contractus innominatus inter reum, &
159 Superiorem, & Frangenti fidem seruari eidem fides non debet; & quando contractus iste ex vna parte deficit, & alter discedere poterit l. naturalis ff. de præscrib. verb.
160 sic Franch. dec. nouissima 673. & Farinac. dict. quæst. 29. & est videndus ibi D. Rouit. qui inserit allegationes pro, & contra factas de illa persona quę obtinuerat gratiam cum conditione nè accederet Neapolim per 30. miliaria,
161 qui captus, fuit ad mortem damnatus, fallit tamen si per transitum non animo permanendi, nam modica mora non esset in consideratione, vt dicam seq. pragm. Quæ verò sint loca partis offensæ, an illarum quibus cõpetit successio, & ius remittendi, vel quæ magis
162 sunt sanguine coniunctæ è D. Rouit. sub tit. de composit. pragm. 8. num. 8. mouet quæstionem, sed nõ determinat; sed relinqui arbitrio Iudicis dicit; sed nè errent in hoc discrimine guidati, tutiùs erit seruare regulam pragmaticæ, vt illi censeantur offensi qui sunt *proximiores* in gradu, etiam si non essent hæredes, Franch. decis. 611. nam hæc materia non strictè, sed benignè est in-
163 terpretanda, Menoch. de arbitr. casu 336. cum seq. & vide notata seq. prag-
164 mat. Limita in inquisitis de sodomia, qui non possunt pet Barones assecurari, vel guidari, Foller. d. pragm. de sodomia, debentq; aduertere guidati, nè delinquant pendente guidatico, nam si delinquerent facerent se indignos gra-
165 tia, & possent capi, & detineri, nisi delictum esset leue, D. de Franch. dec. 717. & 258. secus procedit pendente indultu petito; nam si delinqueret ipse reus, puniretur secundum delicti naturam, sed non priuaretur gratia, D. de Franch. decis. 433. & isti guidati pendente securitate non possunt arrestari, vel eis impara fieri D. de Franch. de-
166 cis. 413. intellige quando sunt guidari à Psincipe, sed si ab alio inferiore, an Superior teneatur stare saluoconductui inferioris? dic quod seruare debet, sed per omnẽ minimam sollemnitatem, quæ faceret reum incapacem,
167 Superior non teneretur seruare fidẽ, ita quod excusationem tribueret reo, & in libertatem reponi deberet, vt supradixi, ex Franch. dec. 258. sic distinguit.

Digitized by Google

guit D.Rouit,titu.de guidat. num. 52. Quid si sub prætestu ignorantiæ guidatici,foriudicatus occidetur?dic quod
168 si ignorantia fuit vera, & non supina excusaretur occidens vt Bald. cons. 9. volu.3.& latius cons.142.lib.4.qui dicit puniendum extraordinariè, si leuis sit culpa,sed si dolosè fiat, punietur de homicidio Mastrill.in tracta.de indultu quæst.43.quia stat sub protectione Regia, & frangens saluumconductum su-
169 perioris,læsæ maiestatis crimine punitur,Farin.loco suprà citat.

Aduerte tamen,quod exiliati,vel cõfinati, non poterunt à Baronibus guidari,nam lata sentẽtia,priuati sunt potestate procedendi in causa, vel dandi
170 licentiam commeatus, etiam modici temporis,l.relegati in fine, & l. ad Bestias §.ex Prouincia, ff. de pœnis, pendente enim causa, Barones possent securitatem promittere, non tamen sententia executa,vt latè Salyc. l.cum indulgentia,C.de sententiam passis.

171 Porrò valdè fuit dubitarum an Barones possint restituere ad famam, honores,& bona vasallos post sententiam si habeant priuilegium, & quid si appellatione pendente ipsis gratiam faciant, vel componant, an possint ipsos restituere ad famã. Et priùs videamus, quid iuris sit in gratijs factis à Principe condemnatis ad pœnam capitalem, vel deportatis, ac ciuiliter mortuis, vti foriudicatis,quibus videmus in dies fieri per Proreges indultus; Præmitto, qđ criminum abolitio est triplex, alia publica,& generalis,quæ fieri solet à Principe ob res suas prosperè gestas, vel in
172 eius aduentu ad Regnum,vel traductione vxoris,& similibus,quib. casibus solent fieri indultus,& gratiæ,vt in hoc anno vbi fuit habitus generalis indult9 à nostro Rege,hæcq;dicitur abolitio generalis, l.abolitio, cum l.sequenti, ff.ad Senat.consult.Turpill. Adde ad materiam indultus ad quæ crimina extendatur, & quæ intelligantur excepta Baiard. ad Clar. q. 59. & Plazza in epit. cap. 38.Carrer.§.homicidium il sexto, num.373.Mastrill. tract. de indultu, & Catal & quale tempus attendatur,publicationis factæ in Metropoli, vel in
173 Prouincijs,vide Franch.dec. 360. & an extendatur ad vasallos Baronum, Præs de Curt.fol. 29,in suo tract.feud. & ad quæ restituatur quis ob talem indulgentiam,vide Peregrin.de iure fisci fol.159 Baiard.loco citato,& dum excipitur in indultu delictũ proditoriè factum,adde Franch. dec.713. Quando
174 dicatur homicidium,& offensio proditoriè facta,& Boer.dec.217. num.21. Alia est legalis quæ à lege descendit, vti si instantia sit perempta, vel si accusatus se purget per suam innocentiã, vt Franc. Marc.dec.153.2. par.tertia, dicitur priuata,& est ea,quæ fit ad partis petitionẽ, de quibus omnibus Clar. quæst. 59.nouiss.Gayll.de pace quæst. 9.1.part.In his pœnarum,& criminum abolitionibus,regula est,quod aut Princeps delinquenti, vel reo condemnato facit gratiam per verbum,indulgeo, &
175 sola pœna delicti videtur remissa, & non restituti honores nec fama D. Rouit.in rubr.tit.de abolit.num.4 nec bona, quæ per condemnationem amiserat,l.2.l.insulam,C.de senten. pass.nisi cum verbo indulgeo, apposita fuerint alia verba denotantia plenam restitutionem; Aut verò gratia fit per verbũ
176 restituimus, vel gratiamus, vel inoĩbus,& per omnia,ac similibus clausulis plenam gratiam denotantibus, & tunc videntur restituta omnia, quæ per sententiam perdiderat; restitutio enim est in pristinum statũ deductio, l. quod si minor,§.restitutio ff.de minoribus sic Gramm.cons.34. Baiard.ad Clar.quæstio.72.num.15.Gomes variarum resolut.3.tit.num.38.tomo 3.Reg.de Pon. cons.69. Hæcq; etiam regula limitatur
177 in bannitis ex contumacia,nam fama remanet ex abolitione,Alex.cons.112. volum.2.Franch.dec.213. nu.36.

Limitatur tamen, quod licet restitutio tribuat foriudicato, vel deportato
178 famam,honores,& bona,intelligitur, si honores non sint occupati,& alijs col

Digitized by Google

lati,& si bona non sint alijs alienata, tunc enim restitutio non traheretur ad iura alteri quæsita, cum Princeps non possit,nec præsumatur velle tertio præiudicare, vulgato §. si quis à Principe l.2.ff.nè quid in loco publico,DD.omnes,l.Gallus §. & quid si tantum ff. de liber.& posthumis,Capyc.in inuestitu. versic.restituimus,Clar. quæst. 59. nisi bona deuenissent ex dispositione legali ad successores, non ex contractu, nam ad quæsita, & translata ex legis dispositione ad agnatos,mortuo ciuiliter reo restituitur gratiatus;ac etiam si in fiscũ essent deuenta, quo ad pœnam publicationis, sed si filius, vel successor ex contractu bona alienasset, ad ea non extenditur restitutio, latissimè Iacobus Beluis.cap.1.hic finitur lex,quod restituto Comite restitui ei debent & feuda,nisi alij essent inuestiti,Afflict.decis. 361.nouissimè D.de Franch.dec.213. latè Pereg.de iur fisc.lib.5.titu.2.benè Sforza tract.de rest.in int.

179 Prout dicunt de legitimatione filij, quod viuente Patre, Princeps posset præiudicare in quærendis,sed aperta, vel transmissa successione, legitimatio non haberet effectum post ius quæsitũ, l.penul.ff.de natalibus restituendis, Iason dict.§ & quid si tantum, Alex.l.cũ hæredes,ff.de acqui.possess.Et maximè in bonis feudalibus,vbi legitimatio stricte procedit,Tapia 3.cap rubr.de constitutio.Principum in fine:& sic amissa facto legis recuperantur, cum causa reducatur ad non causam, vti patria potestas,successio iuspatronatus; secùs verò in alienatis facto successoris, per viam contractus,Gayll.plenè obseruatione final.de pace publica 2. parte; Ann.cap.1.de vas.decr.æta.num.157. cum seq.

Secundo limita nisi restitutio fieret 180 per modum iustitiæ,& non gratię,veluti si constet Principi de innocentia rei licet condemnati,iuxta nota.in leg. 1.§.final.ff.de quæstionibus, multotiès enim de innocentia constat,& retracta tur sententia,vt Marsil. ibi Plot.l.si qũ §, 1.ff de in lit.iur. Affl.cap.1. d. tit. de vasallo decrep. æta.

Tertio limitatur nisi restitutio fieret 181 ex causa publicæ pacis initæ, quia tunc ius etiam alteri quæsitum ex causa publica Princeps tollere poterit,leg. Lucius,ff.de euict. Ann.d.cap.1.de vasallo decrep.æta.num.211. Affl.decis. 361.Capyc.dec.69.Princeps enim potest remittere omnia damna, & perpetuò ab actione eos excludere ex causa pacis; cúm vtile negotium subditorum gerat,l.vtilitas,C.de Primipilo libr.12. Gayll. plenè dicto loco,Reg. de Ponte dicto cons. Barones verò an possint indulgere, vel restituere condemnatum, qui per sententiam capitalem amiserat ea,quæ sunt iuris ciuilis,vt factiones testamenti,actiones,honores, & famam iuxtà textum singularem l. quidam ff. de pœnis,vbi mortui dicuntur capitali sententia condemnati, & sententia subitò facit reum,licet non sit executa, ex textu insigni l si quis filio §.irritum ff.de iniusto testamento ibi (non tunc cum consumptus,sed cum sententiam passus est) Dic quod Barones,vt dixi,si habent speciale priuilegium post sententiam,poterunt indulgere,non tamẽ reperitur cautum, quod habeant potestatem restituendi,cum hoc paucis sit 182 communicatum; ità vt Proreges non possint restituere, nisi in specie sit concessum, D.de Franch.dec.213. nu.54. Grammat.cons.ciu. 34.num.9.Baiard. ad Clar.quęst.59.num.31.vndè indulgere,& remittere pœnam delicti, non tamen restituere poterunt Barones, si non habeant speciale priuilegium: sed quid si pendente appellatione Baro fecerit gratiam quod potest, vt dixi supra,quando habet secundas causas, an gratia tollat infamiam, & ea quæ perdere posset per sententiam si esset confirmata?dic quod appellatio suspendit, immò secundum multos extinguit iu- 183 dicatum glos.singularissima l.1.§ fin. ff.ad Turpillian & est tex. l.si quis §.hi autem d.tit.de iniusto testam.vbi testamentum factum à condemnato appel-

la-

Digitized by Google

latione pendente valet,ac si esset integri status,cum appellatio reducat causam ad terminos litis contestationis l. ità demum C. de procur. quam legem non esse alibi dicit Alexand cons.736. 3.volum.Capyc.dec.28. num.6. vndè gratia reputatur, ac si esset facta pendente prima instantia, cum sententia per appellationem non nocuerit;vnde data indulgentia pœnæ, non tolluntur bona,& actiones,cum sententia transacta in rem iudicatam faciat reum ciuiliter mortuum, vndè data indulgentia remanet solùm infamia,Bar.l.infamem ff.de publicis iudicijs,Anan.dict. cap.1. num.31.Salycet.l.cum indulgentia C. de sententiam pass.Idemq; iuris procederet,si esset compositus,secùs si tran-
184 sactus,licet Bal.l.quoniam de his qui notantur infamia,denegat in dubio cõtra transigentem, quod etiam notetur infamia,cum transactio,licet fiat ad redimendam vexationem,cum præsumatur iustitia pro Iudice l. Hæremnius ff. de euictio.oportet tamen quid substantiale criminis apparere,ex quo infamia videtur aspergi, licet prima opinio sit communior,vide Ozasch. dec. 135.nu. 2.Adde Gamma decisio.139.An infamia remaneat si pœna extraordinaria, & non ordinaria infligatur? & vide Baiard.ad Clarum quæst. 72. num.12. Et vide ibi,quod Iudex ex causa potest in sententia tollere, & dispensare notã infamiæ,& dixi Prag.præced.

Finaliter pro complemẽto huius secundæ partis, quæro de quæstione quã ego non vidi adhuc pertractatam. An priuilegia concessa Baronibus, & prærogatiuæ circa iurisdictionem exer-
185 cendam videantur communicatæ officiali constituto in Terra, ita vt Officiales Baronis, hæc omnia exercere possint, licet in commissionibus non sit expresè concessa? Item an Baro possit arctare iurisdictionem suo officiali, vt multi faciunt in commissionibus, prohibentes,nè officiales componant,neque torqueant reos,sententias,vel condem-
186 natorias,vel absolutorias non ferant, eis inconsultis, num possint hæc prohibere Barones, cum ipsi teneantur demandare iurisdictionem,cum per se nõ possint exercere,vt totiès diximus? Videtur quod iurisdictio eiusq; priuilegia officiali restringi non possint, nam iurisdictio est indiuidua, quæ scindi non potest, & proindè causæ ab ordinario auocari non possunt; Doctores l. iudicium soluitur ff. de iudic. nec infrà annum potest reuocari,cum lex concesserit iurisdictionem, quæ arctari non poterit,vt dixi Prag.5. Indè nec Rex, facta cõcessione feudi,poterit iurisdictionem concessam infeudato restringere, cùm ordo confunderetur,si cuiq; iurisdictio non seruaretur cap. de personas 11.quæst. 1.Frecc.auctor.11. Et sic videtur, quod iurisdictio diminutè concedi non possit, Alij possent dicere contrarium,quod verum sit quod concessa iurisdictione vniuersali à Barone,quod ipsam postea reuocare non poterit, sed si à principio cum hac conditione limitata concessa fuerit, in tantum dicetur quis officialis, in quantum ab eis conditiones obseruabuntur,Bald.l.diligenter,ff.mandati, Socc.l.si ex toto,ff.de legat.primo in fine;quilibet enim poterit rei suæ imponere legem quam velit, l.in re mandata C.mandati;alias vti v. surpator posset puniri,& inutiliter age-
187 ret;nam iurisdictio certæ rei,vel causæ potest reseruari l.solet de iurisdictio. omnium Iudic.Vant.in art.de nullitate ex carentia iurisdictionis. Rursus officialis tutori æquiparatur,l.Præfectus,ff. de ritu nuptiar. Bald.l. quæ fortuitis 8. column.C.de pignor. actio.Tutor verò licet habeat à iure liberam administrationem l.Præses,C.de transact.tamen à testatore quædam administrari ei pro-
188 hiberi possunt,Aretin §. ad certum, inst.qui testamen.tutor.dari poss. nu.3. Quid dicendum? scias quod satis differunt, habere iurisdictionem in administrationem,vel habere in dominium. Anto.de Butr.cap.prudentiam colu.5. de offic.delega. Gloss.Paris tit.1.glo.5. num.55.Barones namq; dicuntur Pro-

Digitized by Google

curatores in rem ſuam, officiales verò dicuntur adminiſtrare res alienas, vt Dom. de Franch. dec. 370. dico, quod multa ſunt priuilegia conceſſa ipſis Baronibus ad propriam vtilitatem, & cõmoditatem, quæ à lege ei non conferũtur ſub conceſſione iuriſdictionis, vel meri, ac mixti imperij, vti ſunt compoſitiones, & tranſactiones conceſſæ per quatuor literas arbitrarias, Poteſtas indulgendi, & guidandi; Hæc poſſunt
189 exerceri ſolum per Barones, nec tenentur communicare ſuis officialibus, vt Dom de Franch. in principio d. deciſionis, cum ex particulari priuilegio, & ab homine dependeant, & non à lege, ſecùs in his quæ dependent à lege, tunc enim conſtituto official. cum iuriſdiction, eius iuriſdictio non poterit minui, & arctari, vti nè officialis procedat ad torturam, vel ad ſententias, & alias actiones iuris Has reſtrictiones dico eſſe nullas; cùm officiales habeant à lege demandatã iuriſdictionem liberã procedendi, quam concedens minuere non poterit, licet ipſe officium concederet, adduco textum inſignem non
190 forſan ponderatum l. Titium, aut Mæuium, ff. de adminiſtration. tutorum, & ibi gloſ. & Bart. hoc benè declarant vbi ſi teſtator mandet, vt tutor aliquod negotium non gerat ſine conſenſu alterius, vel aliquo modo reſtringeret poteſtatem legalem tutoribus tributam, illa prohibitio eſt nulla, dat rationem gloſſa, nam licet conſtitutus ſit tutor à teſtatore, poteſtatem tamen habet à lege, quam teſtator minuere non poteſt; ſic & in officiali, qui tutori æquiparatur, vt dixi, nam quamquam à Barone eligatur, tamen habet determinatam iuriſdictionem à lege, ſecus in his quæ dependent ex priuilegio, vel ab homine, vt Bar. ibi; quæ diſtinctio ſatis videtur congrua, & iuri conſona, & ità deciſum refert Amend. dec. 511.

In tertia parte Imperator minatur,
191 quod hi qui poteſtatem componendi, aut permutandi, aut remittendi pœnas habent, ea taliter vtantur, nè ex earum abuſu de iuſtitia prouidere cogatur, dicit textus: Iuſtitiæ prouiſio in abutentibus priuilegijs, eſt priuilegiorum priuatio, qui enim abutitur priuilegio, facit ſe indignum textus l. qui ſine in fine ff. de negot. geſt. cap. vt priuilegia, & cap. tuorum de priuilegijs benè Guid Pap. ſing. 554. Afflict. in conſtit. Regni ea quæ ad decus, & ità Baiard. ad Clar. quæſt. 59 num. 28. licet de hoc
192 abuſu debeat plenè conſtare, & dedolo inito, Ioan. Andr. & Archid. c. fin. de pœnit. Capyc. dec. 121. & Vrſil. deciſio. 265. Et vtinam Rex prouideret de iuſtitia, cum abuſus iſtius priuilegij componendi, & trãſigendi ſit redactus ad maximam iniquitatem. Ita vt poſſit dici, quod iuſtitia non reperiatur, Gramat. voto 28. in fin. de Ponte in ſuo tracta. fol. 25. num. 12. Diximus poſt ſen-
193 tentiam Barones non poſſe componere, quid ſi quis ruperit fines exilij ex quo duplicatur pœna, vt dicam in ſeq. Pragm. an de iſta noua pœna poſſit fieri compoſitio, vel gratia, vel uti cauſa dependens ex ſententia finita, debeat mitti exequutioni? hoc in facto euenit, & fuit iudicatum, quod nouum eſt delictum, cui licet ipſo iure pœna debeatur, quod tamen Baro poſſit componere, gratiare, & tranſigere, Adde quod ita videtur innuere Franch. deciſ. 395. vbi decidit, quod ſi relegatus accipiat ordines, & fregerit fines, quod non primus Iudex, ſed ſecundus Eccleſiaſticus cognoſcet, quia iſtud eſt nouum delictum, vndè vti delictum nouum, poſſet Baro cognoſcere, dummodo non ponat manus ad antiquum, mediante ſententia terminatum. ſed hoc etiam intelligerem, ſi Curia Baronalis condemnaſſet reum, & ille ſententiæ aquieuiſſet, ſed ſi per viam appellationis cauſa fuiſ-
194 ſet introducta, & determinata per ſuperiores, quia ille Iudex tenetur ſuam ſententiam tueri, vt habeat exequutionem l. 1. ff. ne uis fiat ei, c. quærenti, de offi. deleg. licet ſit nouum delictum finium non obſeruatio, quia reſpicit ſententiam ſuperioris, & hæc eſt cognitio

de-

Digitized by Google

dependens à ſententia prima, & verſatur circà inobedientiam illius Iudicis, illius etiam debet eſſe cognitio, vt DD.
195 dictis locis, & Caſtrenſ. l. addictos C. de Epiſc. aud. cumq; videatur etiam offenſa ſuperioris perſona, & qualitercunq; paruipendatur cognitio interprætata eſt priuatiua ad Baronem, Frãch. deciſ. nouiſſ. 722. ergò cognitio non eſt remictenda, vel danda Baroni, ſed illi qui eum condemnauit, & dicam infeq. Pragm. in fin. niſi cauſa fuiſſet remiſſa, vel ſententia Baronis eſſet confirmata Guttierez lib. 1. q. 97. & dicam infra Pragmatica octaua p. 1. Fely. c. ſignificaſti de off. del.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio præſumitur legitima meta, ſatisfactionis delicti, & inde pœna plus alterari non debet.*
2 *Condemnationes non poſſunt fieri niſi ad locos Principi ſubiectos.*
3 *Remigatio, cuius pœnæ locum obtineat.*
4 *Nobilibus non conuenit remigatio, ſed relegatio datur.*
5 *Pœna commutatur ratione incommoditatis, vel inhabilitatis, vti ſi reus erit ſenex morboſus, nam non ad triremes ſed relegationem mittetur.*
6 *Condemnati ad mortem naturalem aliquando ad ciuilem mittuntur quando Princeps indiget remigibus.*
7 *Remigatio ad tempus, quid differat à perpetua.*
8 *Deportati an ammittant ea quæ ſunt iuris ciuilis lata ſententia.*
9 *Pœna vltra relegationẽ an omnes ſint capitales.*
10 *Sententia lata an ſtatim reus fiat inca pax, vel ea tranſacta in rem iudicatã diſputatur.*
11 *Serui pœnæ hodie non dantur.*
12 *Reſolutio notabilis ſi condemnatio ad tempus ad regias triremes, æquiparetur deportationi, & dicatur reus interea ciuiliter mortuus.*
13 *Deportatio, & in metallum damnatio etiam ad tempus dari poterint.*
14 *Eximenti carceratum ciuilem datur de iure pœna relegationis.*
15 *Remigationis pœna non poterat olim dari minor triennio, ſed non hodie.*
16 *Finito tempore exilij, vel remigationis an ſine licentia liceat repatriare.*
17 *Barones an poſſint confinare reos ad locos ſibi non ſubiectos.*
18 *Locus originis, vel domicilij, an reo poſſit interdici à Iudice delicti, & è contra.*
19 *Sententia afficit reum quocumq; loco accedat.*
20 *Locus vbi habitat Princeps, & eius Vicarius ſemper intelligitur prohibitus.*
21 *Locus Præſidis Prouinciæ an intelligatur prohibitus exiliatis nouiter delucidatur.*
22 *Pœnam quis non incurrit ſi caſus eſt dubius.*
23 *Barones aliqui habent priuilegium indulgendi etiam ſententia executa.*
24 *Carceratus etiam pro debito, non poteſt liberari etiam conſentiente creditore, ſine licentia officialis.*
25 *Condemnationes ad beneplacitum non poſſunt fieri per Barones, ſed ſolum per Principem.*
26 *Princeps ex aliqua ſuſpitione, poterit aliquem confinare, ſine proceſſu.*
27 *Condemnatus à Principe ad beneplacitum, cauſa non expreſſa non fit infamis.*
28 *Carcerari an quis poſſit ſine cauſa apparente ex actis.*
29 *Pœna reſeruatio per Barones fieri non poterit, minuendi, vel alterandi.*
30 *Beneplacitum an morte extinguatur latè explicatur.*
31 *Beneplacitum an extinguatur morte ſi fuit obtentum pecunia priuilegium.*
32 *Beneplacitum reſeruatum in contractibus quando ſubſiſtat declaratur.*
33 *Beneplacitum collatum in perſona alicuius an ſubſiſtat.*
34 *Fugientes à triremibus ad quas perpetuò fuerunt condemnati, an debeant mori diſputatur.*
35 *Fugientes ab exilio qualiter puniantur*

Digitized by Google

de iure communi, & Regni.

36 *Tempus carceris post sententiam an computetur in exilio dato.*

37 *Cautio an possit peti, si quis non obseruauerit fines, & duplicari etiam possit tempus.*

38 *Nobilis iurans triremes in casu inobseruantiæ exilij, an possit iure condẽnari.*

39 *Nobilitatis priuilegio an quis possit renunciare.*

40 *Nobiles an possint condemnari ad inseruiendum regijs triremibus.*

41 *Nobilitatis exceptio debet proponi in prima instantia, alias denegatur.*

42 *Capi an debeat quis in flagrãti, vel sufficiat fuisse visum in loco prohibito, discutitur.*

43 *Transitus per loca prohibita non venit in consideratione.*

44 *Animus standi, vel transeundi qualiter probetur.*

45 *Iudex quis erit condemnationis rupti exilij is qui cæpit, vel qui iudicauit.*

46 *Reus an poterit vagari per habitatum pendente tempore ad colligendum sarcinulas.*

47 *Mensis datus ad colligendum sarcinulas an censeatur ipso iure datus, vel statim si reus non petierit, teneatur exire à loco delicti.*

48 *Prohibitus accedere ad terram aliquã an possit accedere ad suburbia.*

PRAGMATICA SEPTIMA.

Carolus Quintus.

VOlumus etiam, vt si quando contingerit per Barones, vel eorum Officiales aliquem ad remigandum condemnari ad vitam, vel ad tempus, quod talis condemnatus debeat destinari in triremibus nostræ Curiæ deputatis ad custodiam Regni, & non aliarum, vt omnis tollatur occasio vltrà tempus, vel modum condemnationis condemnatum grauari, & finito tempore, quo condemnatus fuit; illicò debeat liberari; verũ an è tempus finitum, si ad certum tempus erit condemnatus, non posse modo aliquo liberari sine Baronis condemnantis, & nostro, vel Viceregis consensu; si verò ad beneplacitum Baronis, eiusdem Baronis voluntate liberetur.

COMM. PRAGM. VII.

HAec Regia prouisio fuit multùm benigna succurrendo miseris condemnatis nè vltrà definitum tempus in pœnis retardarentur; egredi enim non debent fines condemnatoriæ sen-
1 tentiæ, quæ præsumitur iusta meta satisfactionis delicti l. respiciendum ff. de pœnis l. sancimus, C. eodẽ l. res iudicata ff. de regu. iur. & proindè hæc Pragmatica decernit, quod si contingerit aliquem cõdemnari ad triremes, quod ad Regias Galeas destinari debeat, vt sine mora finito tempore reus possit liberari. Altera etiam ratione, hoc obseruan-
2 dum est, vt condemnatio debeat fieri ad Regias triremes, & nõ ad alias, quia ad locos Principi subiectos rei destinari debent.

Eoq; pertinet, quod iure sancitur, relegationes, deportationes, in metallum damnationes, non posse dari, nisi in Insulis Principi subiectis, & quod electio Insulæ, vbi degere habeat reus, ad solũ Principem, vel eius Vicarium pertineat, & non ad officiales, prout obseruatur in practica, quod facta condemnatione per officiales Regios, vel Baronales

Digitized by Google

les, supplicatur Proregi, vt assignet Insulam condemnato, ex tex. l. relegatorum ff. de interdictis, & relegatis, sic pro exulandis reis extra Regnum.

Et remigationis pœnam æquiparari
3 deportationi, in eiusq; locum successisse dicunt Clar. quæstio. 67. Niger cap. Regni 82. Capy. dec. 153. Adde Franch. dec. 140. nu. 8. & 182; licet alij teneant, quod successerit in locum pœnæ damnationis in metallum Farin. quæst. 19. num. 14. Mastr. dec. 167. dico quo ad ignobiles, qui hanc remigationis pę
4 nam posse substinere præsumuntur, nobiles enim deportãtur, & non ad remigium condemnãtur, vt supracitati Doctores, quæ deportatio obseruatur in Regno, cum sint multę Insulę. prout D. de Franch. dec. 116. & 140. & non datur pœna arbitraria, vt dicebat Clar. ibi, & alij Doctores: nam procedit in locis in quibus pœna deportationum locum habere non poterat, quia non erant Insulæ, vt Capyc. dicta dec. 153. Ratione enim incommoditatis pœna quandoq; minuitur, prout dicimus de
5 damnatione in metallum, quod cum in Regno non reperiatur, huius loco datur deportatio, quæ est minor gradus pœnæ l. aut dandum ff. de pœn. Sic dicimus de condemnatis ad triremes, qđ si erunt inhabiles ad remigium, ob morbum, vel senectutem, commutatur pœna in relegationem, argumento l. decurionum C. de pœn. Campa. cap. Regni 82. prout etiam de tortura dicitur: nam qui non potest substinere eam ob infirmitatem aliquam, datur ei mitior gradus tormentorum. Quando Curia indiget remigibus, condemnatos ad mortẽ
6 naturalem solet remittere ad mortem ciuilem triremium. Thess. dec. 31. nu. 4. sicq; ad propositum redeũdo, sicuti deportatio non poterat fieri, nisi ad Insulas Principi subiectas, sic etiam est iudicandum in remigationibus, quæ licet de iure non fuerint cognitę, eius tamen pœna, vt dixi est subrogata inuicem deportationis. Et subrogatum sapit naturam, & qualitates subrogantis l. si eũ §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionib. cũ vulgar.

Secundò quæro, dum Pragmatica
7 nostra dicit (quod siue remigatio fiat ad vitam, siue ad tempus, quod condẽnati destinentur ad Regias triremes) An sit differentia inter pœnam remigationis temporalem, vel perpetuam, & an condemnatio remigij ad tempus, etiam æquiparetur deportationi in quã diximus esse subrogatam hanc pœnam, vt indifferenter dicunt omnes, & Niger in cap. Regni si Iustè. Punctus est vtilis, & quotidianus, & hucusq; non vidi pertractatum, si enim simpliciter habemus pœnam triremium esse loco deportationis, deportati dicuntur ciuiliter mor-
8 tui, perduntq; à die sententiæ omnia quæ iuris ciuilis sunt l. quidam, ff. de pœnis, Andr. cap. 1. num. 21. de capit. Corra. Doctores l. hoc iure ff. de iustitia, & iure; hic enim est effectus pœnarum capitalium, prout est deportatio, & in metallum damnatio, & aliæ capitales pœnæ, l. capitalium ff. de pœn. refert Marant. in sua praxi, ibi iudicium capitale; & proindè testari non possunt, nec ex testamento capere l. si quis filio cum suis §§. fing. ff. de iniust. & irr. test.
9 Clar. §. testamentum quæst. 28. Gayll. obseru. 12. 2. par. de pace publica Mastrill. dec. 167. & Guttier. quæst. 39. p. 2. Adde in terminis Franch. decis. 501. si deportatus poterit facere testamentũ pendente appellatione, quæ regulariter suspendit iudicatum, nam iura loquentia de deportatis per sententiam, quod perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis, intelliguntur de sententia transacta in rem iudicatam, secus si maneat in suspenso per appellationem. In sententijs verò mortis naturalis sufficit sententiã
10 latam ad inhabilitandum, vt latè Peregr. tract. de iure fisci titu. de damnat. ad supplicium; Idemq; procedit in sententijs foriudicatorum, Petra de potest. Princ. fol. 74. Deportati verò non perdunt nisi sententia habuerit effectum, Peregr. in prædicto tract. titul. de damnatis in metall. Gamma dec. 362. quod

ho-

hodiè dum quis ſuperuiuit non efficitur ſeruus pœnæ, licet ſubſtineat con-
11 demnationē, ſed de iure antiquo procedebat, ſicq; videtur, quod ſi iſti condemnati ad tempus reputantur mortui, nec etiam finito tempore reſuſcitantur ad actiones, cum ſolius Principis ſit reſtituere reos condemnatos ad ea, quæ ſemel amiſerunt, ſingularis tex. l. ſi ad tempus C. de his qui notant. infamia, vbi notatur, quod perdita ex maleficio non reuiuiſcunt; & quod condemnatio triremium etiam ſi ſit ad tempus, dica-
12 tur pœna capitalis ſic Farinac. quæſt. 102.cap.3. num. 140. patet manifeſtè ex eo, nam vltrà relegationem non habemus niſi pœnas capitales, quarum primus gradus eſt deportatio, poſtea in metallum damnatio, & deinceps cęteræ, dicta l.capitalium; Remigatio eſt vltrà relegationem, nam ſi æquiparetur relegationi, non poſſet procedi ex officio, non poſſet dari tortura, ſolùm enim in caſibus vltra relegationem, vbi venit imponenda pœna capitis, hæc omnia licent cap. Regni ab illo inchoandum cap. tormenta, vndè cum in pœna triremium procedatur ex officio, deturq; tortura, dicendum videtur, quod ſiuè temporalis ſit pœna, ſiue perpetua dicatur mortuus ciuiliter condemnatus, hac pœna capitali. Sed contrarium poſſet dici, quòd deportatio non propriè, & verè æquiparetur cum remigatione temporanea, deportatio enim eſt perpetua, & non ad tempus iuxta verbum gloſſæ §. cum autem inſtitut. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolu. qui deportantur ſemper pœna cruciantur, pœna relegati eſt ad tēpus, atq; perēnis. Vndè videtur quod ſubrogatio non ſit iure facta loco deportationis, ſic Gabal. caſu 8.

Pro reſolutione videtur dicendum,
13 quod deportationi æquiparetur remigatio quò ad gradum pœnæ, quia dicitur ſupra relegationem, non tamen quod omninò debeat eſſe perpetua, vt regulariter eſt ipſa deportatio; Vltra quod poſſet dici, quod etiam deportatio, damnatio in metallum, vel in opus metalli, qui dicuntur gradus pœnæ maiores deportatione aliquandò tamen dantur ad tempus, & non in perpetuū, l. capitalium §. diuus ff. de pœn. His caſibus quando perpetuæ non ſunt condemnationes, & ſerui pœnæ non effecti, non poſſunt dici ciuiliter mortui, ſolum remanent infames propter delictum, eorumq; bona eis adimuntur, vſque ad tempus finitum, tex. eſt inſignis l. aut damnum §. in miniſterium ff. de pœnis, ibi (ſi verò ad tempus in miniſterium metalli erunt damnati,) & dicto §. diuus etiam probatur. Vndè reuerſis condemnatis non puto ipſos vti ciuiliter mortuos eſſe tractandos, licet melius relinquo cogitandum, dum caſus acciderit. Adde, quod ità videtur innuere Gāma deciſ. 362. & in puncto principalis quæſtionis, quod remigatio non ſit gradus vltra relegationem, ſed æquiparetur relegationi, adducitur quod per S.
14 Conſil. cuidam plebeo fuit data pœna triremium pro exemptione carcerati, & de iure datur pœna relegationis pro eo crimine, & quia relegatio non conuenit plebeis dederunt pœnam triremium dicit ibi Franch. deciſ. 442. Vndè poſſet conciliari, quod remigatio perpetua aſſimiletur deportationi, & ſic loquitur Franch. deciſi. 140. num. 8. qui dicit eſſe ſupra relegationem remigationem, ſed de condemnatis ad tempus pœna ſimilis erit relegationi, ſecundum delicti qualitatem, nam origine quo ad cauſæ tractationem, titulus deſiderat, vt poſſit procedi ex officio, torqueri, & deportationem dari poſſe conſpicitur: ſed poſtea datis defenſionibus pœna erit minoranda ex cauſis ad tempus, & non per hoc poteſt dici malè proceſſum, Verumtamen cogita, cum indiſtinctè in pœnis triremium, ſiuè ad tempus, ſiuè perpetuò à lege decretis, procedatur ex officio, & ad torturam, vti caſus vltra relegationem. Deportati autem, aut damnati in metallum, vel ad perpetuas triremes gratiati, vel compoſiti, an poſſint reſtitui

ad

Digitized by Google

ad ea,quæ iuris ciuilis perdiderant,dixi in præcedenti Pragmatica,hæcque dixi ad intellectum textus noſtri,ibi de condemnatis ad tempus, vel in perpetuum.

Et ſic ad inſtitutum Pragm.redeundo,diſpoſuit, quod condemnatio, ſiue ad tempus, vel in perpetuum ad regias triremes fiat, aduertes etiam quod per Pragm.1.de condemnatis ad triremes,
15 erat ſancitum,quod pœna remigationis non poſſet infligi minus triennio, quę Pragma. reuocata fuit,vt in titulo de remigibus,vbi datur licentia condemnandi etiam ad minus tempus,pro vt iudicibus placuerit: finito verò tempore,ſine alia licentia exire licet reis, cum limitata ad tempus, ipſo iure finiantur Bald. in terminis cap. ex literis, de conſtitutio cap.de cauſis de offi.deleg.Dec.conſ.61. in terminis l.actione S.Labeo ff.pro ſocio Surd.dec.244.in-
16 tellige habita licentia Boer. in deciſi. 217.nu.24.

Amplio, ſupradictam principalem concluſionem procedere non ſolum in dictis pœnis capitalibus, ſed nec Baro, & eius Iudices poterunt exiliare, vel confinare aliquem reum ad certum lo-
17 cum ſibi non ſubiectum l.relegatorum S. ſicut ff.de interdict & relegat. ſolum poſſet in vna ex terris Baronis eiuſdē dominij,in quo licet Iudex in ea non haberet iuriſdictionem, ratione repræſentationis Baronis in ea,damnatio valet, D.de Franch.dec.526.in fine,& ſic falluntur hi, qui dant exilium cum cōminatione,nè reus accedat per quadraginta milliaria ad territorium loci condemnationis, cum vltra iuriſdictionem ius dicenti non pareatur, l.fin. ff.de iuriſd.omn.iud.vide Maſtr.li.4.c.17.n.98 in tract.de magiſtr.

An autem Iudex delicti poſſit reo in
18 terdicere locum ſuæ originis, vel domicilij,ac Metropolis,videtur per ſupra dicta dicendum quod non, cum non habeat iuriſdionem in dictis locis,& tātum eſt dare exilium,quantum interdicere locos non ſubiectos, d.l. relegatorum S.interdicere,& S.dubitatū. Fran. Marc dec.Delphi.359. tenet hoc licere ſolum Præſidi Prouinciæ, ſi habeat locos originis,domicilij,& delicti ſubiectos,Gomes var.reſ.c.8.ti.de delict.n.3 firmat Iudicem delicti,poſſe interdicere locum delicti, habitationis, & originis, ex tex.d.l.relegatorū S.interdicere cum ſeq. Qui ſi non cauilletur hoc benè probat, nam cum ſententia naſcatur ex delicto rei, ipſum afficit in quo-
19 cunq; loco ſit, ad inſtar interdictionis bonorum factæ prodigo, qui quocunq; ierit,ſententia ipſum afficiet,Iaſ.l.is cui bonis,ff.de verb.oblig.hanc etiam opinionem videtur aſſequi Baiar.ad Clar. quæſt.71.quæ omnia tantò magis procedunt,vt Clar. d.quæſt. cum generali conſuetudine Italiæ,etiam in locis non ſubiectis confinare liceat, & ſic etiā refert Franc.Marc.d.dec.& ſic D.Rouit. poſt primam noſtrā impreſſionem editus,ſub tit.de contumac.num.8. Pragmat.1.confirmat,quod exulatus ab vno loco,cenſetur exulatus etiam à propria patria aliàs pœna fuiſſet inutilis; nulla enim dulcior habitatio,quàm in Patria l.qui habebat ff de leg.3.

Locus verò Metropolis,vel vbi Prin
20 ceps reſidet, non oportet quod interdicatur,cum per legem omninò prohibitum ſit exiliatis,vel confinatis ad dictos locos accedere l fi.C.ſi ſeruus export.Franch.dec.129.Franc.Marc.deciſ.359.1.vol.& latè comprobat Dom. Rouit. loco ſupra citato, ponderando tex l.relegatorum ſupra citatum,quod ſubintelligatur prohibitus locus vbi reſidet Princeps,& Prorex. Sed vidi dubitatum in Regia Audientia, ſi exulati
21 potuiſſent reſidere in loco Tribunalis, vbi reſidet Præſes, & per prædicta videbatur dicendum,quod ſic,cùm quæſtio fuerit controuerſa ſi ſubintelligeretur vbi reſidet Prorex, & ſic tantùm fuit concluſum, Ego dicebam quod iure locus vbi Præſes cum Tribunali cōmoratur maior intelligitur, ſic probat tex.l.fin.C.ſi ſeruus export.& gloſſ.fin. ibi,item omni maiori loco,ita quod,in-

ter-

Digitized by Google

terdicto pomerio, nec in Ciuitate quis commorari poterit dicit gloss. & allegat tex.l.cui pacto ff. de seruis export. qui benè hoc probat, Verumtamen, cū esset noua quæstio, & à nemine quem viderim scripta; dixi, vt nè rei haberent excusationem, quod in sententijs exprimeretur, vt interdictus esset locus vbi Tribunal Prouinciæ resideret, & de indè fuit obseruatum, & quando condemnarentur per Iudices inferiores, & rei venirent ad locum Metropolitanū, quod illis interdicendus erit, cum pœna, Nam non posset his casibus practicari duplicatio exilij, quousq; rei non fuerint certi de prohibitione, & licet
22 lex semper loquatur, tamen vbi casus est dubius, declaratio requiritur, ad pœnam infligendam Tiraq. de reuocand. donation. verbo ipso iure num. 129. & ità in simili Franch. dec. 140.

Sequitur in textu (& si ad certum tempus erit condemnatus, non possit modo aliquo liberari, sine Baronis cōdemnantis, & nostro, vel Viceregis consensu) Quæ verba (ne erres) intellige hoc modo, quod condemnati ad tempus possint liberari cum consensu Baronis, & Proregis, quando Barones habent potestatem indulgendi post sen-
23 tentiam etiam exequutā, dixi in Pragmatica præcedenti, vti habet Princeps Bisiniani, qui habet multa Regalia priuilegia, licet non sit in possessione omnium, vt meminit Carau. rit. 49 Quem Principem à triremibus multos dissoluisse audio porrecto memoriali Proregi, quæ licentia Proregis requiritur, nō quod ipse sit causa essentialis liberationis, cum gratia fiat à Barone, sed quia reperitur in suis fortijs ad instar carcerati, qui licet stet ad instantiam credi-
24 toris, tamen excarcerare eum non poterit sine licentia Iudicis, Boer. dec. 217 n. 24. conferunt ad hoc nouissimè dicta per Baiard. q. 19.

Vlteriùs progreditur textus noster, ibi (si verò ad beneplacitum Baronis eiusdem Baronis voluntate liberetur) scias hanc dispositionem esse correctā, vt ex Pragm. fin. huius tituli apparet; nam fuisset magnum incentiuum delinquendi si esset permissum Baronibus,
25 ad beneplacitum condemnare, & pœnas post sententiam sibi reseruare, nā (vt dicit d. Prag.) hoc erat causa multarum extorsionum, quæ permitti non debēt, l. conuenire ff. de pact. dotalibus; condemnabantur enim miseri, & si non veniebant multæ quantitates pecuniæ, nunquam beneplacitum finiebat, & pœna vltrà metam criminis dabatur, quod permittendum non est, vt dixi hic in principio, & multa alia mala oriri possent, vt aduertit Ruin. cons. 204. Hoc solius Principis est, in quo non potest præsumi quid perperàm, Bald. in auth. interdicimus, C. de Episc. & cler. Prin-
26 ceps ex aliqua suspitione potest aliquem ad confinia punire, Petra fol. 66. num. 28. Nacta cons. 625. Adde quod ratione alti imperij, Principi licet quēquam ex sua conscientia confinare, latè Cagnol. l. imperium num. 238. de iurisd. omnium iud. Mastrill. lib. 3. cap. 4. num. 227. cum seq. latè in tract. de Magistr. & eo casu non dicetur ille infamis, cum de causa non constet, & li-
27 cet præsumptiuè causa præsumatur in Principe, tamen in pœnalibus tacitum non sufficit; sicq; videmus obseruari, & quotidiè Proregem ex causa intrinseca carceratum aliquem detinere per multum tempus Menoch. de arb. Iudi. q. 88. Surgen. de Neap. illust. fo. 348. & alterare pœnam sententiæ, latè Pereg.
28 lib. 5. titu. 8. & licèt hoc etiam dicant procedere in Episcopis, illud intelligūt pro modico tempore, ad correctionem, & non ad pœnam, vt Bald. ibi, quæ omnia procedunt etiam si Baro haberet potestatem indulgendi post sentētiam,
29 nam adhuc non poterit sibi reseruare in sententia pœnam minuendi, & alterandi, sed certa debet esse pœnarum decretatio, D. de Franch. decis. 370. licetq; in pœnis priuatis disceptabatur, an ad beneplacitum possint fieri, vti exilij, de quo latè Gomes tit. octauo delictorum, per hanc finalem Pragmaticam

Digitized by Google

cam generaliter prohibentem illicita esse ista arbitria reseruationis pœnarũ, propterea,cum vigeat eadem ratio,eadem debet esse iuris dispositio l.à Titio ff de furt. l. illud ff. ad leg. Aquil. latè Campa.cap.Regni,ad hoc quod nostrorum in fin.& 112.ac ità obseruatur;ad de Surgen f.348.

Sed non est ommittendum aliqua attingere remissiuè declarando vim, & naturam huius verbi(beneplacitum) cum sæpiús in statutis, concessionibus,
30 & priuilegijs solitum sit apponi,videndo quando expiret,dic reuocari non solum per reuocationem, sed per mortem cap. gratia de rescriptis in 6. & multa Couarr.cap.15.variar.resol.Gabriel.conclus.1.de præbendis, qui omnes confusè terminos tractant ; Tù distingue;quod aut concessio est facta ad beneplacitum simpliciter, vel est facta expressè nomine proprio, vel ad beneplacitum nostrum,istis casibus morte extinguuntur concessiones, & priuilegia,Bar.Castr.Ias.l.centesimis,§.fi.ff.de verb.oblig. Gomes vbi supra, Guttier. quæst.75.p.2. Secundò aut priuilegiũ conceditur sub nomine dignitatis, vt Cæsareę Maiestatis, vel Sedis Apostolicæ, quo casu semper dignitas durat, morte non reuocatur, Mascar.conclus. 188.Capyc.dec.136. si verò concessio facta fuerit donec aliter fuerit ordinatum,vel sub conditione simili, quæ factum, & voluntatem contrariam expressè requirit Bar.d.l centesimis dixit morte reuocari,sed communiter à Doctoribus ibi repræhenditur,& Dec.cõs. 108. nam mors non dicitur voluntas contraria.Quartò,quando concessio est facta ad beneplacitum Regis, vel Officialis,& non officij,non resoluitur morte,Capyc.dec.121.si verò est nominata persona dignitatis, & propriè hæc immixtio facit, vt præualeat maius dignum, quod est dignitas, secundum Gabr.loco præcitato.Sextò,si beneplacitum sit appositum à Prorege,vel Officiali sub beneplacito Baronis,morte officialis non reuocatur beneplacitum l.certè §.si procurator ff.de præcar.Anna alleg.119.Septimò si concessio fuerit facta ad certum tempus,ipso iure
31 finitur cum tempore,Gabriel.præc.loco;Intellige modò aliquas declarationes,puta procedere; quod morte reuocantur concessiones nisi sint remuneratoriæ,vel per pecuniam obtentæ concessiones, tunc beneplacitum non extinguitur, Capyc. benè decision. 116. Molfes.consue.37.Item si ex contractu
32 competit aliquod ius eligendi ad beneplacitum alicuius, an hoc ius trãseat ad hæredes,vide Iason. d.l.centesimis, §.fin.Tiraquell.de retractu §.22.Fran. Marc.dec.404. & proindè notes,quod si in contractibus aliquid sit collatum in beneplacitum alicuius; quod si illud
33 beneplacitum erit in substantia obligationis,non valet, dicta lege quod sæpę ff.de contrahend.emption.si pretium sit collatum in arbitrium cõtrahentis,si erit positum circa accidentalia, veluti, quod pretium soluas quando tibi placuerit, tunc valet, & videtur collatum in arbitrium boni viri,l.Celsus, ff.de arbitris, Doctores l. centesimis, & latè hunc pũctum attingit Ozasch.dec.111. & Surd.dec.82. & 113.

Restat vltimò videndum quæ pœna paretur reis sine licentia non finito tẽ-
34 pore aufugientibus à triremibus, an deportatione, vel exilio veniant multandi; quia de iure hæc pœna non est cognita ? Ad altercationes euitandas, edita est Pragmatica nouissima per D. Ioan.de Zunica,in qua fuit ordinatum, quod ijs inferatur pęna duplicati temporis,prout in relegatis, iuxta l.relegati ff.de pœn. Si vero condemnatio sit perpetua, quia æquiparatur deportationi,fugiẽs à deportatione,debet mori l.capitalium,ff.eo.de pœn.vndè subrogatiodebet tenere eandem naturam. Et dum casus accidisset in Sacro Consilio,valdè fuit agitatus,iũctis omnibus aulis,& licet vera sit opinio, quod deportati debeant mori; prout fuit seruatum in Consilio, tamen quia hæc pœna non est cognita de iure ciuili,& pę-

næ

Digitized by Google

næ ſunt molliendæ, & ſubrogatum non extenditur niſi in caſibus expreſſis, fuit votatum non eſſe dandam pœnam mortis, ſed quod iterum rediret reus ad triremes, ſed contra hanc Deciſionem inuehit Cabal. caſu octauo, ſed nó eſt recedendum à Deciſ. Idq; ſolum, ſi in ſententia fuiſſet comminata pœna mortis D. de Franch. dec. 140. In relegatis verò, vel ad exilium damnatis, aliter eſt diſpoſitum in Regno, quàm de iure communi, de iure enim ſolum
35 tempus duplicabatur d l. relegati, vel ſi erat perpetuum exilium remittebatur ad relegationem, & relegatus deportabatur Sed per Pragm. in tit de relegatis eſt prouiſum, quod hæ pœnæ procedant, ſi dederint cautionem poſt ſententiam de ſeruandis finibus, quod eo caſu exigatur pœna, & ſimpliciter tempus duplicetur. Si verò cautionem non dederint, quia noluerunt, vel non potuerunt, ne ſpernant pœnas ſtatutas, eſt prouiſum, qđ hi qui ruperint fines, condemnentur ad tãtundem temporis ad triremes duplicati. Pragm. 2. tit. prędicto, quod tempus duplicandum datur
36 non à die ſententiæ, ſed à die fugæ, excomputato tempore quo ſtetit leg. aut damnum §. quiſquis ff. de pœn. Excomputatur etiam tempus carceris, quo quis ſtetit carceratus poſt ſententiam, ſi per eum non ſteterit accedere ad locum pœnæ, l. omnes C. de pœnis, Dom. de Franch. dec. 317. Item aduertas, quod licet duplicari debeat tempus ad triremes, nouiſſimè tamen per Pragm. 16. Don Ioann. de Zunica, ex gratia fuit ſancitum, ſufficere tempus finiri in triremibus, remota pęna duplicationis; Adde Annam alleg. 40. ſi reus
37 dederit cautionem, an poſſit exigi pœna corporalis duplicationis, & pecuniaria, vel ſufficiat ſolutio fideiuſſoriæ, & alia nouiſſimè notat Dom. Rouit. tit. de relegatis; Sed quid ſi Nobilis iuraſſet in caſu inobſeruantiæ, quia non in-
38 uenit, vel non dedit fideiuſſorem, pœnam triremium, an data contrauentione poſſit ei ratione iuramenti infligi ea pœna, quam iurauit, vel ſe pœnitere poſſit, cum remigatio Nobilibus non conueniat, & in præiudicium ordinis nobilitatis non videtur potuiſſe renũciare leg. ius publicum ff. de pact dic q
39 ſuo priuilegio quis poteſt renunciare, & non præiudicat alijs argum. eorum, quæ adducit D. de Franch. deciſi. 164. num. 9. & in terminis ſic Andr. in Conſtit. Regni incip. vt vniuerſis, verſ. numquid Baro renunciare poterit, & multotiès iuxta delicti atrocitatem Magna Curia condemnauit Nobiles, & Doctо-
40 res non ad remigandum, ſed inſeruiẽdum in Regijs triremibus, vt refert D. Tapia ſuper Conſtit. Regni incip. Non ſine grandi, ſub tit. de official. num. 14. fol. 102. Sed per Pragmaticam 10. in tit. de condemnatis fuit in totum abrogatum, nè fiant amplius ſimiles condẽnationes, ad nobiliter inſeruiendum, & ſic obſeruari refert nouiſſimè D. Roui. Pragm. 1. de pœnis num. 13. Nota etiã
41 quod exceptio nobilitatis debet deduci in prima, vel ſecunda inſtantia ſaltẽ & de cœtero prohibitum eſt per Pragmaticam 6. de condemn. quod non poſſit allegari. Num autẽ debeat quis comprẹhendi, & capi in flagranti extra confinia ei prohibita, an verò ſufficiat eſſe viſum in loco prohibito, & fines
42 fuiſſe ab eo prætergreſſos, ſi ſequimur theoricam Doctor. l. ſi barſatorem, C. de fideiuſſor. Clar. quæſt. 82. & Ripæ de peſte tit. ad conſeruan. vbert. num. 103. latè dicentium, quod aut ſtatutum loquitur per verba, ſi quis fuerit inuentus, vel dicit ſi fuerit depræhenſus, & tunc ſufficere non debet, quod fuerit viſus, ſed actualis appræhenſio requiritur; ſi verò verba denotant effectum delicti, vti ſi quis portauerit arma, ſi quis exceſſerit fines, cum leges puniãt factum, licet non fuerint appræhenſi, ſatis dicuntur in pœnam incidiſſe, cum metam condemnationis non ſeruauerint, vt implicitè dixit Franc. Marc. deciſ. 362. 1. par. latè Farin. tit. de armis, Menoch. de arbit. caſu 394. Viuius nouiſſimè dec. 505. qui limitat ſolum, niſi

reus

Digitized by Google

43 reus transijsset tantum, & non steterisset, non enim dicitur venisse qui non stetit, vt ibi latè; Adde ad hanc propositionē Tiraq. de reuoc. dona. fol. 237. & num. 161. cum sequ. qui multa corollaria adducit, & Viui. dec. 505. Rouit. super Pragm. de Guida. vbi comminatio facta nè Guidatus accedat ad locum partis offensæ non se extendit ad transitum, Carau. de filio famil. §. 13. num. 9. super dicta Pragmatica, Bonacoss. tract. crimin. vers. Bannitus, & sic Farin. quæst. 107 p. 2. art. 20. num. 167. quod quis non dicitur contrauenire transeundo, ex regula, quod nō dicitur venisse qui non stetit cap. 1. de iud. l. ex facto ff. de hære. inst. & multa adducit, & nouissimè Dom. Rouit. qui non allegat Farin. & idem firmat in rubric. de Abolit. num. 8. sed hæc qualitas esset benè probanda, cum Fiscus habeat suam intentionem probatam ex contrauentione, & deprehensione in loco, Ripa rubric. de remed. ad conser. vberta-
44 tem num. 71. cum sequ. & quomodò poterit probari iste animus transeundi, vel residendi, Bar. l. qui fiscalis C. de nauic. seu Nautis li. 15. dicit quod poterit probari ex qualitate temporis si clam, vel palam transierit, ex qualitate comitantium, & benè Salycæ. l. 3. C. de naut. fæno. qđ ex præcedentibus sermonibus dictis, quod volebat transire per locum, pro accedendo in talem Terrā, Clar. quæst. 82. & in facto ex præsumptionibus absoluimus Guidatum: Et sic strictè proceditur ad eandem dationē duplicandam, sed omnem causam vidi admissam ad excusationem. Sed an primus Iudex, vel appellationis, qui con-
demnauit, sententiam reformando co-
45 gnoscat? dic quod Iudex appellationis, nam is videtur contemni, & is tenetur mittere executioni sententiam, & vna dicitur instantia, Gayll. obseru. 32 lib. 1. latissimè Bal. l. tale pactum §. qui prouocauit, ff. de pact Franch. dec, 510. de qua quæstione dixi Pragma. præcedenti in fi. Et an dicatur rumpere exilium qui vagatur pendente tempore ad colligendum sarcinulas per suam patriam, vide Lanar. cons. 27. quod nō
46 & an mensis qui datur ad colligendū sarcinulas ipso iure intelligatur concessus, vel si fuerit petitum, ita quod si
47 non fuerit concessus, & reus fuerit inuentus in loco, possit puniri, vide Franch. dec. 487. & an dicatur incidisse si exilium erit datum à Terra, & ille accesserit ad suburbia, vel ad portas, qđ
48 non, si non fuit interdictum territoriū Bar. l. 1. ff. de Cloacis, §. hoc interdictū l. 2. ff. de verb. signific. Menoch. quæst. 99.

SVMMARIVM.

Primæ Partis Octauæ Pragmaticæ.

1 *Barones vti non possunt mero, vel mixto imperio, aliue iurisdictione, nisi quatenus virtute priuilegiorū liceat, sub pœna.*

2 *Inuestitura semper est inspicienda, plus quam feudi natura.*

3 *Inuestitura vim pacti locum obtinet, & potest admittere ea quæ extranea sunt naturæ feudorum.*

4 *Naturalia feudi possunt mutari, sed nō substantialia.*

5 *Naturalia, vel substantialia feudi quę sint enumerantur.*

6 *Feudum an possit constitui super Gabellis, & functionibus declaratur.*

7 *Fidelitatis iuramentum remitti potest sed non Fidelitatis promissio.*

8 *Seruitium feudi an sit de substantia.*

9 *Seruitium reale potiùs conuenit censui vel emphiteosi, quam feudo.*

10 *Feudum potest dari in naturam francam, & demptis exceptis, pro re. iquo feudi natura seruabitur.*

11 *Inuestitura alterat omnia, etiam substantialia feudi.*

12 *Assensus videtur remissus, ex clausula concessionis posita pro te, & cui dederis.*

13 *Inuestitura prima est inspicienda, nam*

Digitized by Google

priuilegia postea obtenta, ampliatiua, vel diminutiua, valent si non præiudicant vocatis ex prima.

14 Feudum antiquum an possit subrogari in nouum, vel de feudali in burgensaticum, declaratur.

15 Inuestitura prima, dicitur lapis angularis totius feudi, & non potest mutari.

16 Inuestitura de iure feudorum requirebat multas solemnitates, quæ recesserunt.

17 Litteræ assecurationis directæ vasallis vt præstent feudatario, habentur pro inuestitura.

18 Iuramentum fidelitatis, ac assecurationis præstari debet infra annum, alias reuocari poterit concessio.

19 Animus concessus ad iuramentũ fidelitatis, & assecurationis, præstandum, an incipiat à die assensus registrandi, vel à die venditionis.

20 Assecurationis iuramentum non potest peti à vasallis sine licentia Regis sub pœna priuationis, & qualiter, & quomodo præstari debeat, notatur.

21 Iuramentum potest præstari etiam per procuratorem, licet sit personale.

22 Dominium an transeat recto iure facta inuestitura per Principem.

23 Princeps poterit agere, vt dominium censeatur transitum, quando expressè sic concesserit, & non alias.

24 L. quoties C. de reiuend. quomodo procedat in feudis declaratur.

25 L. quoties prædicta, procedit in contractu emptionis, & non in alijs, dicunt.

26 Gratiæ dicuntur perfectæ statim quod sunt signatæ.

27 Assensus infra biennium debent registrari, alias reuocatio feudi dari poterit.

28 Assensus expeditus per verbum, fiat, si non registretur, resoluitur.

29 Regia stirps Domus Austriæ sunt ferè centum anni quæ regnauit in hoc Regno.

30 Priuilegia Antecessorũ Regum, quę sunt obseruanda hodiè ponitur.

31 Quotidiana, & vtilia, altiùs sunt exercienda, & tractanda.

32 Iurisdictio tripliciter conferri potest in allodium, in feudum, vel in officium.

33 Allodialis concessio præsumitur in dubio, & transit directum, & vtile dominium.

34 Concessio facta Ecclesiæ præsumitur allodialis, & non feudalis.

35 Iurisdictio semper præsumitur reseruata licet concessio sit allodialis.

36 Castrum omne, præsumitur in dubio in feudum datum, ex regula.

37 Princeps secularis non dicitur se expropriare, donando ecclesiastico.

38 Concessiones in officium non transferũt dominium, & morte finiuntur.

39 Concessio in officiũ facta pro hæredibus, intelligitur de filijs tantum.

40 Facultas concessionis, data pro persona nominanda, an extinguatur morte, si non fuerit facta.

41 Facultas prædicta nominandi, an possit mutari, & variari.

42 Nominans si fuerit exul, vel foriudicatus an inutiliter nominet.

43 Officij ampliatio debetur potiùs hæredibus, quam extraneis, & pro minori pretio notatur.

44 Officia concessa, an Princeps sine causa possit reuocare, declaratur.

45 Approbatus semel non debet reprobari.

46 Assensum requirunt omnes concessiones in officium concessæ.

47 Iurisdictio ciuilis an intelligatur concessa facta inuestitura de terra, & qd aliud de natura veniat.

48 Territorium, an censeatur concessum feudo tributo, vel vendito.

49 Loco alienato, omnia quæ loco adiacent data censentur.

50 Iurisdictio non censetur data, si illa terra non stat de per se, sed subiaceat alteri Ciuitati conuicinæ.

51 Casalia, & suburbia accedunt Ciuitati.

52 Verba impropriantur, & pro non appositis intelliguntur, vt saluetur dispositio, ne alteri præiudicium afferat.

53 Feuda disabitata, vel rustico concessa non

non censetur ibi concessa iurisdictio.

54 Iurisdictio in parte potest esse intus territorium alterius Baronis.

55 Iurisdictio super territorio consideratur sicut nebula super paludem.

56 Iurisdictio potest stare sine territorio, & tunc censetur ea data super vasallis,& in omni loco poterint auocari.

57 Episcopi an habeant territoriũ,& Diœcesis habeatur loco territorij,declaratur.

58 Casalia,& suburbia propè Neapolim gaudent prærogatiuis Neapolitanorũ.

59 Iurisdictio non præsumitur in dubio cõcessa in parte quotatiua feudi.

60 Possessione Castri capta, præsumitur ẽt accepta de omnibus adiacentibus.

61 Merum,vel mixtum imperium,an cẽseatur concessum in generali inuestitura, discutitur.

62 Disponentis mens videtur se confirmare cum iure.

63 Singulares concessiones,sub indefinita, locutione non veniunt,nisi expressè.

64 Solita præsumuntur concessa in generali concessione.
Meri imperij inuestiturę initium,refertur.

65 Alfonsus Rex cœpit communicare Baronibus merum imperium: & pessundata fuit M. Curia, quę sola cognoscebat.

66 Robertus Rex concessit quatuor litteras arbitrales postea Baronibus.

67 Priuilegium indulgendi post sententiã est exceptum,& de regalibus.

68 Barones dicuntur Reges in suis Terris.

69 Barones habent in dominium iurisdictionem,sed non in administrationẽ, ideo eã demandare tenentur,& exercere non possunt.

70 Barones non tenentur residere in suis Terris ad instar Prælatorum.

71 Merum imperium aliud absolutum, aliud ordinarium,& dantur exempla alti imperij quæ sint.

72 Corpora delinquentium cur dicantur de alto imperio, quod non possunt suspendi sine Principis licentia declaratur.

73 Ossa exulum an possint portari ad locũ vnde reus fuit exulatus.

74 Corpora Sanctorum de loco ad locum sine Principis licentia transferri non possunt.

75 Magna Curia non potest torquere ex processu informatiuo sine Proregis licentia.

76 Torquendi prærogatiua conceditur de semestre in semestre Regijs Audientijs.

77 Torquere ex processu informatiuo conceditur Regijs Audientijs in delictis latronum publicorum,& non in alijs.

78 Baronibus,& eorũ Officialibus an possit concedi præheminentia M. C.

79 Officiales Baronum in casibus enormissimis an possint torquere ex processu informatiuo,discutitur.

80 Torqueri ex processu informatiuo, & condemnari appellatione remota, an possint rei capitalis criminis, in delictis notorijs, benè explicatur.

81 M.C.habet multos casus sibi soli reseruatos, qui referuntur.

82 Remissionem pro apoca recognoscenda non dari Baronibus, late explicatur.

83 Recognitio apocæ priuatæ,vel bancartæ solæ M.C.spectat, sed ea facta si causa requirat altiorem indaginem an Baro possit petere remissionem, declaratur.

84 Remissio non datur pro causa liquidationis instrumenti Baronibus, sed si reus fecerit depositum, an causa quæ requirit terminum, & probationes debeat remitti,notabiliter explicatur.

85 Magna C.repræsentat M.Iustitiariũ sed M.C.V. repræsentat Regem immediatè,vti Vicaria,& habet plenariam potestatem.

86 Regijs Audientijs licet sint cõmunicati casus pertinentes M.C.non tamen illi qui sunt concessi vti M.C.V.quod est notabile.

87 Priuilegio concesso Baroni de casibus etiam M.C.concessis,non interpretari, & extendi poterit ad casus, quos cognoscit vti Vicaria.

Digitized by Google

88 *Regalijs alicui concessis, quæ veniant, & quæ intelligantur excepta, resoluitur.*

89 *Casus alti dominij, falsæ monetæ, læsæ maiestatis, & cæterum, quando præsumantur concessi, & quæ sint coniecturæ.*

90 *Consuetudo concedendi, valdè confert ad interpretationem priuilegij.*

91 *Priuilegia excepta, & singularia præsumuntur concessa personæ, & non transeunt ad successores.*

92 *Priuilegium personale ex quibus coniecturis arguitur.*

93 *Priuilegia insignia strictè interpretantur contra regulam.*

94 *Læsæ maiestatis crimen habet plura capita, sed propriè de primo intelligitur statutum dissonens.*

95 *Hæresis cognitio an possit pertinere ad Reg. Iurisdictionem.*

96 *Blasfemias hæreticales cognoscit Iudex Ecclesiasticus, sic & sortilegia.*

97 *Blasfemiæ hæreticales quæ, & sic sortilegia hæreticalia, adnotatur.*

98 *Sortilegia pro sanandis morbis an sint punibilia ordinaria pœna.*

99 *Alchimiam faciens an possit puniri de crimine falsæ monetæ notatur.*

100 *Falsæ monetæ crimen quatuor modis poterit quis committere, qui enunciantur, & propriè puniuntur.*

101 *Statutum debet interpretari, in proprio casu, & non in improprio, & abusiuo.*

102 *Iurisdictio an possit prorogari in Barones de casibus M.C. pertinentibus, & de alijs reseruatis plenè excutitur.*

103 *Iudices quorum iurisdictio prorogatur habentur vti ordinarij in omnibus.*

104 *Reconuentio habet locum coram Iudice prorogato.*

105 *Maranta impugnatur qui tenuit non dari prorogationem in criminalibus.*

106 *Reseruata in signum alti dominij non possunt prorogari, secus reseruata in signum altæ iurisdictionis.*

107 *Priuilegiatus cum reseruatione, vt non possit cognosci ab alio, non poterit prorogare iurisdictionem.*

108 *Officiales perpetui à solo Rege puniri possunt, sed an possint prorogare iurisdictionem Proregis, adnotatur.*

109 *Iurisdictio an semper quod concessa est priuatiuè, prorogatio cesset benè explicatur.*

110 *Forus si potest renũciari, potest & prorogari.*

111 *Iurisdictionis exemptio data ratione personæ, semper priuatiuè, & non cumulatiuè videtur concessa.*

112 *Iurisdictio ordinarij difficiliter exclusa intelligitur.*

113 *Iurisdictio priuatiua, differt ab abdicatiua expressa.*

114 *Verba taxatiua, non operantur abdicationem expressam in damnum ordinarij.*

115 *Prorogata non dicitur iurisdictio formiter ex solo consensu inquisiti, quod singulariter notatur.*

116 *Prorogata non dicitur iurisdictio, ex inquisiti parte, nisi lite contestata, sine protestatione.*

117 *Consensus accusantis, & accusati requiritur, vt prorogata dicatur iurisdictio.*

118 *Præuentio fortior est quæ fit ex parte accusantis forum eligentis, & præfertur præuentioni alteri.*

119 *Vasalli an possint prorogare alterius iurisdictionem, & Barones possint eos auocare, nouiter explicatur.*

120 *Barones non possunt facere edicta prohibitoria prorogationis sine licentia, & dispensatione Principis.*

121 *Bannum, vt nemo accedat ad superiores omissa medio, non posse fieri per Barones sine prouisione Principis adnotatur.*

122 *Vasalli feudatarij non possunt prorogare iurisdictionem, secus burgenses.*

123 *Limitatur supradicta cõclusio si iurisdictio esset cõcessa irritatiuè ad alios.*

124 *Iurisdictio prorogati, etiam si elidi poterit ex priuilegio, quousq; non præsentetur prærogatiua, licito iure proceditur.*

125 *Iurisdictio non solita concedi Baronibus in aliquibus casibus, semper priuatiuè ad eos videtur concessa.*

De;

Digitized by Google

126 *Delictum si fiat aliquid quod non est de iure, & de his specialiter fuerit data iurisdictio alicui, priuatiuè videtur facta concessio, & non cumulatiuè.*

127 *Iurisdictio concessa collegio, & ordini an priuatiuè tributa censeatur.*

128 *Neapolitani non possunt prorogare iurisdictionem notatur.*

129 *Iurisdictio ad certum genus personarũ data, priuatiuè præsumitur.*

130 *Exemptio concessa ratione rerum, vel causæ contemplatione, an priuatiuè, vel cumulatiuè censeatur data.*

131 *Prorogari non potest iurisdictio Iudici pœnitus extranei ad partes.*

132 *Authoritas directi dominij semper censetur reseruata in quacunq; generali concessione.*

133 *Princeps non potest se expropriare directo dominio.*

134 *Barones dicuntur habere vtiles actiones, & vtile dominium.*

135 *Officiales habent plenam iurisdictionẽ, sed in administrationem tantum, & non in dominium.*

136 *Princeps habet fundatam intentionem in omni Castro, & põt cogere ad exhibendum titulos.*

137 *Dominium directum Regis in quibus consistat, declaratur.*

138 *Princeps non potest facere sibi parem, nec potest à se abdicare directum dominium in præiudicium coronæ.*

139 *Successor in Principatu poterit reuocare alienata in præiudicium coronæ.*

140 *Regalia patrimonialia Rex alienare non potest ex communi resolutione, sed limitatur multis modis.*

141 *Princeps aliquam diminutionem Status poterit facere, sed non magnam.*

142 *Veneti, & Ianuenses qualiter se defendant non esse subiectos Imperio.*

143 *Præscriptio immemorabilis non iuuat si titulus est nullus.*

144 *Donatio facta à Costãtino Ecclesiæ, an transtulerit verum dominium.*

145 *Regnum Neapolitanum fuit Ecclesiæ, & in feudum Regibus fuit concessum.*

146 *Infeudatio huius Regni quale dominium transtulerit in recipientem, notatur.*

147 *Ius audiendi lamentationes, & appellationes subiectorum, Princeps non potest à se abdicare.*

148 *Appellationum causæ, non cẽsentur cõcessa per quãcunque generalem inuestituram.*

149 *Appellationum causæ an præscribi possint.*

150 *Clausula, prout plenius tui antecessores tenuerunt, quid importet.*

151 *Baro occupans ius appellationum pœna capitali poterit puniri.*

152 *Regalia ex necessitate Princeps vendere poterit.*

153 *Vniuersitates an præferantur Baronibus in venditione appellationum, & alijs.*

154 *Prælatio Vniuersitatibus in casibus prædictis an competat infra annum tantum.*

155 *Barones possunt locare eorum terras vnà cum iurisdictione.*

156 *Locata terra, an vasalli teneãtur præstare obsequia, & adiutoria vti Domino.*

157 *Vsus debitus Baroni in demanialibus Vniuersitatis, an etiam debeatur Afficatori illius Terræ, explicatur.*

158 *Vniuersitas an præferatur, si Baro voluerit locare Terram, declaratur.*

159 *Ius retractus an habeat locum in locatione ad modicum tempus, disputatur.*

160 *Princeps non potest se intromittere in prima instantia, & turbare feudatarium.*

161 *Vasalli de consensu, an possint litigare coram superiore, in præiudicium Baronis, solum si ipse consentiat.*

162 *Appellans debet remitti ad suppliciũ in Terram Baronis, sententia per superiorem confirmata.*

163 *Nuntij Regis non possunt citare in terra Baronis sine eius licentia.*

164 *Nuntij Regij citantes in Terra Baronis sine licentia, an nulliter citent, declaratur.*

Digitized by Google

165 Princeps non potest eximere sine causa vasallum à iurisdictione Baronis.
166 Princeps an possit auocare, & retinere aliquam causam à manu Baronis.
167 Indulgere an possit Princeps vasallis Baronum.
168 Dominus vtilis præfertur directo.
169 Princeps poterit in terris Baronum exercere actus Iustitiæ, & non gratiæ cum declaratione vt nu. 173.
170 Donatio inter virum, & vxorem inter magnos Principes valet.
171 Deus ligatur pacto, sic & Rex, & etiã maligni spiritus.
172 Priuilegia pecunia obtenta sunt irreuocabilia.
173 Dominus directus non poterit se intromittere in iurisdictione Baronali diuertendo, & reuocando facta Baronis, nisi per viam grauaminis.
174 Altum dominium potest Princeps exercere in terris infeudatorum.
175 Iurisdictio per viam legis generalis potest minui contra Barones.
176 Princeps an licito iure possit mittere Commissarios in Terris Baronum, ad capiendas informationes de delictis.
177 Superiores non possunt citare, & mandata expedire contra vasallos Baronum ex capite gratiæ.
178 Circuitus inutilis est euitandus.
179 Appellari an possit à Curia Baiulorũ ad Capitaneum, si Baro nõ habet causarum appellationes.
180 Appellari an possit ad Baronem delegantem, si non habet secundas causas.
181 Cum quid vna via prohibetur, ex alia admicti in fraudem non potest.
182 Baro non habet facultatem delegendi reuisionem decretorum suorum Officialium.
183 Baro an possit cognoscere de suspitionibus Officialium.
184 Appellationis Iudex non potest cognoscere de suspitionibus Officialis primi, & de eius persona, solum de causis.
185 Barone suspecto, an iurisdictio delegandi sit ei prohibita.
186 Appellari an necessariò debeat ad secundum Iudicem, si quis passus fuit litigare coràm primo, vel possit adire Regios, omisso medio: declaratur.
187 Appellatur ad Regios superiores, & nõ ad Baronem à causis Nundinarum.
188 Iurisdictio Nundinarum concessa à Barone, & Rege mediante assensu, cui eorum attribuenda, singulariter proponitur.
189 Appellatur ad Regios superiores, & nõ ad Officiales Baronũ, in causis Nundinarum, & à iurisdictionibus, quæ immediatè à Rege dependent.
190 Appellatur ad Reg. Cameram de significatorijs Vniuersitatum, & non ad Barones.
191 Appellatur ad Superiores de grauaminibus Catapanorum, & non ad Baronem.
192 Baro si habet electionem Catapanorum creandorum, & similium, dicetur ille concedere officiũ, & non Vniuersitas.
193 Eorum qui sortitur in prima instantia sequi debet in secunda.
194 Sentẽtiæ tres Baronales pro vna instãtia iudicantur.
195 Possessio priuilegij attenditur, plus quã tenor concessionis.
196 L. 1. C. ne liceat tertio prouocare declaratur.
197 Regalia non præsumuntur concessa sub quauis generali concessione.
198 Regalia quando præsumantur concessa bene declaratur.
199 Casus pertinentes solæ M. Curiæ non cẽsentur Baroni cõcessi, nisi in specie.
200 Citatus via ritus pro instrumento liquido non potest petere remissionem, nisi Baro esset in specie priuilegiatus.
201 Remissio an possit denegari per superiorem, si quis fuerit citatus executiuè seruata forma Reg. Pragmat. censualis.
202 Casus solæ Mag. Curiæ excepti, sunt communicati Baronibus, & referuntur.
203 Prouentus sunt fructus iurisdictionis.
204 Litteræ arbitrales an intelligantur concessæ cum mero imperio.
205 Priuilegium post sententiam nunquã subintelligitur, nisi expressè.

Digitized by Google

206 Priuilegium indultus, restitutionis famæ, & similium sunt de exceptis.

207 Publicatio bonorum an soli Principi competat, vel concessa sit Baronibus.

208 Barones an possint cognoscere de crimine vsurarum, discutitur.

209 Publicatio bonorum, duplex est, & quãdo concessa dicatur cum mero imperio.

210 Pœna quælibet minima corporalis est maior omni pœna pecuniaria.

211 Pœna si fisco de iure est applicanda, an Baro succedat in locum fisci.

212 Fiscum habet Princeps, & non Barones.

213 Pœna nouiter si à statuto imponatur faciens delictum id, quod non erat, an Baro possit cognoscere, vel soli Principi competat.

214 Princeps an possit infeudatis præiudicare per viam legis generalis.

215 Pœnæ Bãnorum superiorum fisco debẽtur, & non Baronibus.

216 Pœna mandati spreti, inobedientiæ, vel iurisdictionis offensæ pertinent ad fiscum, & non ad Baronem.

217 Remissio causæ non debetur Baroni in casibus præcedentibus.

218 Vasallus Baronis si erit contumax in Regio Tribunali, & erit remissus, an contumaciæ pœna etiam data censeatur.

219 Iudex ciuilis an possit punire commictẽtem falsitatem coram eo, discutitur & saluatur opinio Riccij.

220 L. nullum C. de test. procedit cumulatiuè, & non priuatiuè ad Barones.

221 Pœna imposita per Iudicem appellationis an fisco, vel Baroni sit adiudicanda, distinguitur.

222 Pœnæ rupti guidatici, vel saluaguardiæ, & contemptus litterarum superiorum non remictuntur.

223 Falsam apocam, vel falsos testes producens coram superiore ab eo punietur.

224 Sindicatores Arbitri, an possint punire offendentes eorum aures.

225 Carcerum effractores vti offendentes superiorem illum, non remittuntur.

226 Carceratus erit remittendus si inquisitio ea sit maioris pœnæ quàm illa pro qua non esset locus remissioni.

227 Nuntij, vel commissionati superiorum si delinquerint in terra Baronis, an ab eo sint puniendi.

228 Delinquentes extra officium, & commissionem tributam à superiore, an possint puniri per Barones de delictis ibidem commissis.

229 Delicta officialium etiam Baronalium sola M. C. cognoscit, etiam si finitum sit officium.

230 Pœnæ dupli, & tripli per leges impositæ an debeantur parti, vel fisco.

231 Hypotheca an cõpetat pro consequutione pœnarum.

232 Pœna nulla potest imponi, vt applicetur solum parti, sed mixtim.

233 Barones non possunt tenere Procuratorem fiscalem, quia non habent fiscum.

234 Coadiuterem Curiæ possunt tenere Barones assistentem in causis, qui procuratori fiscali æquiparatur.

235 Coadiutoris Curiæ officium quale sit demonstratur.

236 Tertius pro suo interesse secundariò potest petere audiri in lite inter alios cepta.

237 Coadiuter Curiæ an possit dicere de nullitate si non fuit auditus in causa.

238 Fiscus non appellat, sed de nullitate dicit, & recursum habet.

239 Fiscus appellat ab incidentibus causarum, sed non à diffinitiuis.

240 Baro non habet ius insistendi causa introducta apud superiorem, quod est notabile.

241 Fiscus semper dicitur inhærere appellationi rei.

242 Curiæ coadiutor an possit creari si non sit solitum, & an de necessitate erit citandus, notatur.

243 Bona fiscalia nõ sunt Baronum, prout pœnæ fiscales.

244 Bona vacantia mariẽtium sine hærede an sint fisci, discutitur.

245 Collegium an succedat illi de collegio mariẽti sine legitimo hærede, & sic Ecclesia

clesia clerico, socius socio.

246 Pœnæ quæ auferuntur ab indignis, an sint fisci, vel Baronum.

247 Bona acquisita per Amasiam stupratã vel existente incestu, sunt fisci, secus bona Meretricis.

248 Bona naufragorum, proscriptorum, infantium expositorum cuius sint.

249 Publicatio bonorum cum sit de regalibus, an censeatur concessa Baronibus benè declaratur.

250 Bona infãtium expositorum cui debeantur.

251 Animalia excadentialia, an sint fisci, vel Baronum, & qualiter præconizationes fieri debeant in conuicinio.

252 Bona incerta, an Ecclesiæ debeantur.

253 Bona incerta inuenta, an fisco, vel Ecclesiæ debeantur, singulariter distinguitur.

254 Inueniens quando possit tutè retinere bona quæ inuenit, refertur.

255 Bona capta super latronibus an sint capientium.

256 Bona capta in bello cuius sint.

257 Barones non possunt dispensare, vel alterare ius naturale, gentium, nec ciuile.

258 Barones non possunt rescribere, vt procedatur sine scriptis in aliqua causa quæ ordinarium iudicium requirit.

259 Barones non possunt mandare, vt sic fiat, vel non fiat, nec quicquam iubere, nisi excitare iustitiam.

260 Banna pœnalia alterantia iuris dispositionem, an valeant.

261 Potestas torquendi ex processu informatiuo, an possit exerceri per Barones in causis latronum.

262 Barones dicuntur Reges in suis terris circa inuestita.

263 Clausula, non obstante, soli Principi cõpetit.

264 Audientiæ Regiæ Hidrunti, & Barẽsis habent authoritatem insufflãdi spiritum in causis peremptis.

265 Immunitatem à muneribus personalibus, vel realibus, an Baro possit alicui concedere, discutitur.

266 Immunitatis cognitio soli Principi cõpetit, decernere quit gaudere debeat.

267 Immunitate concessa à Principe alicui, intelligitur circa pertinentia ad eum, non quoad munera suę Vniuersitati debita.

268 Immunitatis priuilegium, non extenditur, vt quis sit immunis in suo domicilio pro his quæ participat de vtilitate, vt non contribuat, & pro debitis contractis.

269 Immunitatis priuilegium strictè interpetrari debet.

270 Vniuersitates non possunt concedere immunitatem.

271 Syndicus, & Electi, an sint immunes à muneribus, disputatur.

272 Vniuersitas an ex pacto, vel ex gratia, seu meritis possit alicui immunitatem concedere à collectis sine assensu.

273 Immunitas an possit concedi exteris si venerint ad habitandum.

274 Dilationẽ dare debitoribus, solius Principis est, & non Baronum.

275 Dilatio concessa à Principe ad quæ debita extendatur recensetur.

276 Tribunalia maiora, an possint dare dilationem debitoribus per dies.

277 Dilatio, vel guidatica in ciuilibus nõ possunt excedere quinquennium.

278 Dilatio ob concurrentiam creditorum non potest cognosci per Curias Baronales.

279 L. maiorem ff. de pactis declaratur.

280 Creditores dotis, an teneantur concurrere in danda dilatione.

281 Dilatio hæc ex concurrentia, an transeat ad hæredes, & an prosit fideiussoribus, declaratur.

282 Concurrentiæ dilatio non habet locum pro pensione domus, neq; pro sorte, sed pro tertijs, nisi sit liquidatum.

283 Moratoria ex gratia, vt valeat quæ requirat exprimi.

284 Accedentes ad habitãdum Brundusij, quando sint securi à creditoribus.

285 Legitimare non possunt Barones, & an Proreges, & an Patres, notatur.

286 Legitimati, an consequantur honores familiæ.

287 Iurisdictio ad mare, adherens territorio

Digitized by Google

rio an censeatur concessa illi Baroni.

288 Portulani officium designatur,in quibus consistat eius iurisdictio.

289 Baro nũ potest facere portum in mari adiacenti suo territorio.

290 Magni Admirantis officium quid differat à Portulanis,& in quibus consistat suum officium declaratur.

291 Subditi Admirantis an debeant ei remitti,etiam si offerederint aures M. C. disputatur.

292 Delicta facta prope mare cognoscũtur per Barones.

293 Insula Baroni concessa quantum intra mare se extendat iurisdictio,ponitur.

294 Portulania maris,& etiam terra datur,& sunt exceptæ Baronibus.

295 Portulania terræ concernit, vt viæ publicæ non impediantur,& custodiãtur ne quid in publico fiat.

296 Ponderum,et mensurarum cognitio est excepta Baronibus, & in quibus extendatur.

297 Catapanorum iurisdictio circa assisiã vertitur,non circa pondera, & mensuras.

298 Iurisdictio ponderum an priuatiuè,uel cumulatiuè sit ad Barones,benè distinguendo resoluitur.

299 Priuilegio l. vnicę C. quando Imperator non videtur derogatum per quãcumq; pleniſſimam concessionem.

300 Clausula prout plenius tui anteceſſores tenuerunt,quanta sit efficacia.

301 Priuilegium inductum miserationis causa an possit renunciari.

302 Princeps quomodo iure potuerit priuilegium concedere fori,etiam aduersus Eccleſiasticas personas, declaratur.

303 Priuilegium concessum Eccleſiasticis an possit ab ipsomet Principe reuocari & limitari, & num dicatur libertas Eccleſiastica turbata.

304 Eccleſiasticæ personæ habent fori electionem siue agant,siue conueniantur pro bonis Eccleſiasticis,et quid pro patrimonialibus.

305 Eccleſiasticis an detur variatio pro delicto in illos commisso, disputatur.

306 Clericus an possit variare forum pro homicidio commisso in suum fratrem latè excutitur.

307 Clericus an possit accusare vbi venit imponenda pœna sanguinis.

308 Eccleſiæ, & Vniuersitates habent priuilegium fori variandi.

309 Miserabilium appellatione qui veniãt latè declaratur.

310 Vidua diues miserabilis reputatur.

311 Vidua impudica non gaudet, sed cur meretrix potitur hoc priuilegio declaratur.

312 Variatio an impediat causam esse cõpromittendam si sint in gradu,noua quæstio est.

313 Pupillus an dicatur qui caret patre, vel qui est minor.

314 Adulti habent variationem fori.

315 Pupilli si conueniuntur ex paterno cõtractu,non variant, quod limitatur.

316 Variatione facta,an possit peti remissio causæ si varians ille moriatur,& ceſſet priuilegium.

317 Priuilegium fori superueniens an mutet forum,in ciuilibus, vel criminalibus.

318 Causa cæpta in foro priuilegiato ibi debet terminari, etiam priuilegio ceſſante.

319 Priuilegium fori motu proprio conceſsũ trahit ad illum forum causas etiam cœptas.

320 Priuilegium fori ad tempus est causa superſedendi causas cœptas coram primo Iudice.

321 Delinquens an per priuilegium superueniens possit mutare nouum forum.

322 Præuentio personæ reſistit, vt causa possit mutari ad nouum forum, ſecus si sit præuenta causa tantum.

323 Authores laudati an ex eorũ persona possint mutare,& variare.

324 Reſtitutio in integrum an detur pupillis in instantia introducta per patrem.

325 Authores laudati an possint trahere totam causam ad suos Iudices latè explicatur.

326 Pupillus an possit variare si habet auum.

327.

Digitized by Google

327 *Pupillo habenti patrem non denegatur restitutio in integrum.*

328 *Virgines etiam viuo patre habent fori electionem.*

329 *Virgo stuprata an habeat variationem, dic quod aut voluntariè, aut coactè.*

330 *Virgini asserenti violentèr fuisse stupratam non creditur.*

331 *Mulier differens conquæstum, & accusationem non præsumitur vim habuisse.*

332 *Violentia an dicatur illata mulieri ex suasionibus, & blanditijs, declaratur.*

333 *Miserabiles personæ reputãtur læprosi debiles, maritatæ habentes virum inutilem, studentes, meretrices, decrepiti, fatui, & alij.*

334 *Curiales Regiæ Audientiæ, & Magnæ Curiæ an habeant electionem fori.*

335 *Priuilegium variationis an prosit litis consortibus.*

336 *Variatio debet fieri apud competentes Iudices variantis, & non ad alios.*

337 *Variari an possit à primo Iudice ad secundum, noua quæstio.*

338 *Variatio de supremo Tribunali ad inferiùs suspecta est, licet fieri possit.*

339 *Variatio fieri potest lite contestata, & etiam causa appuntata.*

340 *Variatio statim ligat manus Iudicis.*

341 *Variatio non conceditur partibus concordatis.*

342 *Iuramento non præstito perhorrescẽtiæ variatio non erit legitima.*

343 *Iuramentũ an possit præstari per procuratorem.*

344 *Iuramentum perhorrescentiæ non tenentur præstare Curiales, Neapolitani, & alij.*

345 *Iuramentum perhorrescentiæ an competat quando variatur à superiore ad inferiorem, vel sit suspectum.*

346 *Reuariatione proposita, an Baro possit procedere, vel solemniter debet petere remissionem causæ.*

347 *Reuariatio an possit peti, reo non præsentato, & constituto in carceribus, prout fit in alijs remissionibus.*

348 *Variatio an competat in secũda instãtia, diuersæ sunt sententiæ.*

349 *L. boue §. hoc sermone ff. de verb. signif. interpretatur.*

350 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio cõtra priuilegiatum, licet alter habeat potentius priuilegium.*

351 *Priuilegio hoc non poterit vti cessionarius priuilegiatus.*

352 *Baiulationis iurisdictio, & emolumẽta an censeantur concessa facta inuestitura.*

353 *Baiulatio non habet certa corpora designata, præter cognitionem damnorum.*

354 *Instrumenta an possint liquidari in Curijs Baiulorum, disputatur.*

355 *Obligationes pœnes acta Curiæ Baiulorum, an possint exequi realiter, & personaliter, discutitur.*

356 *Baiuli possunt tenere carceres.*

357 *Baiuli habent mixtum imperium.*

358 *Obligatio pœnes acta differt ab instrumento executiua via Ritus.*

359 *Obligatio pœnes acta potest accusari per procuratorem.*

360 *Baiuli an possint arma præstare, & quas prærogatiuas habeant recensentur.*

361 *Baiuli an habeant iurisdictionem priuatiuam ad officialem loci.*

362 *Baiuli possunt cognoscere de quibuscumque causis ciuilibus, præter feudales.*

363 *Damnum propriè quid dicatur.*

364 *Spicas colligere post terga metentium an liceat.*

365 *Damnum cum violentia, sapit criminalitatem.*

366 *Baiuli an possint cognoscere de damno doloso?*

367 *Pœna consueta actendi, & dari debet.*

368 *Iudices Baiulorum constitui possunt, vsq; ad numerum trium, & dari potest Assessor.*

369 *Officiales non possunt scribere acta, & fungi officio Actuarij, alias acta nulla.*

Digitized by Google

370 *Consultorem ordinarium cum salario non tenetur Baro dare, si officium sit tenue.*

371 *Baiulus in capite, an possit exercere ipse iurisdictionem, vel teneatur demandare vti Baro.*

372 *Feudum non potest grauari multis sũptibus.*

373 *Furta minima sunt modicæ coertionis & possunt castigare Baiuli.*

374 *Baiuli possunt capere repertos in flagrãti crimine, & habilitare.*

375 *Baiulus cognoscit de excessibus suæ familiæ factis intuitu officij.*

376 *Iudex ratione contemptus suæ iurisdictionis licet ciuilis, poterit punire.*

377 *Iudex ciuilis poterit extraordinariè, & non ordinariè punire.*

378 *Ciuitas Cosentina habet priuilegium vt Regia Audientia habeat iurisdictionem cumulatiuam cum Ordinario.*

379 *Arbores scindens pœna graui punitur vltra relegationem.*

380 *Arbores siluestras scindens pœna damni tenetur, & latè hoc explicatur.*

381 *Pœna Baiulorum non potest esse vltra agustale, licet damnum sit magnum.*

382 *Barones ex causa possunt augere pœnã etiam vltra agustale.*

383 *Pœnam non possunt exigere Baiuli nisi soluto damno parti.*

384 *Verbum prius designat ordinem, & formam, aliàs actus nullus.*

385 *Baiuli non possunt fidare, & se concordare pro damnis faciendis.*

386 *Baiulis non debet credi de damno, si nõ habeant animalia in manu, vel sine alio testimonio.*

387 *Princeps non potest statuere, vt credatur principali.*

388 *Testis qui patitur plures defectus reijcitur in totum.*

389 *Nuntijs an credatur circa suum officium.*

390 *Damnum passo quando credatur, & probari possit contrarium.*

391 *Baroni attribuitur culpa, dum subditi opprimuntur, & scit & tacet.*

392 *Introitus non debent subhastari, & vendi pretio exorbitanti, alias in cõscientia non sunt securi affictantes, & quæ requirantur, nota.*

393 *Baiuli ex officio habent ius denunciãdi damna, & incusandi.*

394 *Dominus possessionis an possit remittere damnum, & pœna possit Baiulis iure denegari.*

395 *Baiuli an possint exigere pœnam in terris apertis, si animalia introierint, & pascua sumpserint.*

396 *Possessiones si erunt bannitæ licet animalia non dederint damnum pœna debetur.*

397 *Bannum pœnale factum ad instantiã alicuius, an possit reuocari in damnũ Curiæ Baiulorum.*

398 *Banna, vt fetida, & immunditiæ abstergantur sunt valida.*

399 *Animalia intra habitatum, an liceat tenere, distinguitur.*

400 *Banna facta cum assensu Regio, an possint reuocari ad partis instantiam.*

PRAGMATICA OCTAVA.

Carolus Quintus in anno 1536.

PRohibemus etiam Barones,& alios vtiles Dominos, vt non exerceant merum,aut mixtum imperium,aliamuè iurisdictionem, aut exerceri mandent,nisi quatenùs eis, virtute suorum priuilegiorum,& legitima præscriptione liceat,scientes,qui secùs fecerint, vsurpatæ iurisdictionis crimen eos incurrere.

COMM.

Digitized by Google

COMM. PRAGM. VIII.

IN duas partes diuidimus hanc primã partem huius Pragmaticæ; in prima videbimus in quibus excedere poterint Barones, circa iurisdictionalia; in secunda parte considerabimus, quæ pertinẽtia habeat feudum, & in quibus vltrà inuestita, prædicti excedere poterint.

Ad primam: Conclusio, & regula huius Pragmaticæ est, quod merum, vel mixtum imperium, aliaquè iurisdictio exerceri non debeat per Barones, nisi quatenùs virtute priuilegiorum, vel præscriptionis tutamine liceat; vndè notanda est regula, quæ in omnibus cõtrouersijs feudalibus allegatur; Pactum inuestituræ, Principem locum obtinere, & ad illud tanquam ad scopum, in decidendis controuersijs, recurrendum, per textum notabilem in cap. 1. in fine de duob. fratrib. Inuestitura enim potest admictere pacta, etiam extranea naturæ feudali, Curt. Jun. in tract. feud. 1. par. 6. quæst. principali. Latè Nacta cons. 467. volum. 2. Inuestitura enim est loco pacti, & si non seruatur pactum, rescinditur omne peractum, vt dixit in hac materia Affl. dec. 335. num. 15. Inuestitura enim vim contractus obtinet Bald. cap. 1. §. præterea, titu. quid sit inuestitura, natura namq; feudi alia est generalis secundum leges feudi, alia specialis, quæ dependet ab inuestitura, ac consuetudine Regionis, Capy. verb. feudorum leges. Dico circa naturalia feudi, non tamen circa substantialia; sicuti enim in contractibus sunt quædã naturalia, vt euictio, & alia quæ remitti possunt ex conuentione l. pacta conuenta ff. de contrahend. emption. l. paciſci ff. de pactis; quædam alia sunt essentialia, quæ pactionibus alterari non possunt §. pretium Insti. de emp. & ven. de quibus nouissimè Card. Mant. tract. de tacit. & ambiguis lib. 1. ti. 13. cum seq. Ità contractus feudalis habet quædam naturalia, vt iuramentum fidelitatis, seruitium, quod feudum non amictatur sine culpa, Capyc. verb. feudales contractus; in inuestiturâ Substantialia sunt, quod dominium directum remaneat pœnès concedentem, quod feudum consistat in re stabili, Adde, quod in rebus mobilibus, nullo pacto constitui feudum poterit, Doct. cap. 1. §. sciendum de feudi cogn. quia hæ res vsu consumuntur, vndè dominium directum dantis euanesceret; sed quarè super gabellis, Dohanis, annuis redditibus, functionibus fiscalibus, videmus feuda constituta esse, nam non habent omninò hæc stabilitatem, vt inter immobilia computentur, nam mutari, & extingui possent, vt Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 7. Surd. dec. 404. longa est quæstio, vide Præsidem de Cur. in suo tracta. feud. fol. 20. cum seq. vbi benè excutitur, & declaratur regula supraposita; Et quod præstetur fidelitas, à quo feudum nomen sumpsit, Andr. § huius generis tit. ex quibus causis feudum amictatur, latè Affl. cap. 1. num. 17. de natur. feu. Et licet dixi, iuramentum fidelitatis posse remitti, aduerte, quod aliud est remictere iuramentum fidelitatis, aliud remictere ipsam fidelitatis promissionem; iuramentum enim est quid naturale contractus, non tamen substantiale, vt est ipsa fidelitas, sine qua non potest dari feudum, cap. 1. de forma fidelitatis. Et multi in hac intelligentia falluntur, Bal. Auth. nisi rogati, num. 36. C. ad Trebell. Tapp. cap. 1. legis fin num. 30. de constitutionib. Princ. Aliqui etiam dixerunt, seruitiũ esse de substantialibus, & non de naturalibus, ità vt sine seruitio feudum nõ dicatur, & proindè remicti non possit. Et consequenter si pro annua quantitate, vel specie, vel spalla porci (vt assolet fieri) res detur sub feudo, non dicetur feudalis, sed potiùs emphyteusis, Vrsill. dec. 129. Paris de reintegration. feudor. quæst. 9. Franch. in prælud. feu. num. 38. nam seruitium reale non est proprium feudi, sed personale, & proindè dicta concessio non stabit sub natura feudi, nec priuabitur eius culpis, nec succedetur eo iure. Quæ omnia aduerte,

Digitized by Google

te;quod vera ſunt in dubio; ſed ſi ſeruitio non obſtante,ac fidelitate,res detur in feudum,vt feudi naturam ſeruet, quò ad omnia excepta proprietate,poterit dici quod res non ſit feudalis,circa reliqua ſeruabitur feudalis natura, ac licet res reddat cenſum, vel Canonem,tamen videtur in vim feudi,ſuam naturam ſeruare,vt Frecc.auct.4. de ſubfeud. Andr.tit.quibus cauſ.feudum amict.Adde Præſid.de Cur.fol.33. per totum artic.in tract.feud. Pariſ.ibi in fin.admictit hanc diſtinctionem, etiam circa ſubſtantialia, non quod verè firmet, ſeruitium eſſe ſubſtantiale; ſed notà quod dixi in principio,quod inue-
11 ſtitura eſt tantæ potentiæ, quod alterat etiam ſubſtantialia, & naturalia, tex.in fin.per quos fiat inueſt.prout videmus de varijs inueſtituris,naturam iuris feudalis ampliantibus, minuentibus, ac remictentibus, vt in remiſſione aſſenſus,per clauſulam poſitam(pro te,
12 & cui dederis) & ſic per clauſulam, pro te, & hæredibus quibuſcumq; in quo extranei ſuccedere poſſunt,& multa alia refert Capyc.in inueſt.verſ.feu. clauſulæ: Vndè ſtandum eſt priuilegio, & Placitis Principũ, & his ceſſantibus, ſtabitur iuri feudali,Dico de priuilegijs conceſſis in ipſa prima inueſtitura,quę firma,& perpetua ſunt,quod inueſtitura prima ſemper eſt inſpicienda, etiam
13 ſi alteratio eſſet facta per ſequentes, circà aliqua; prima eſt attendenda niſi fuiſſet oĩnò reuocata,vel finita, Ruyn. conſ.30.volum.1.Dec.conſ.208.maximè quia ſolent inueſtituræ ſecundæ ſe remictere primis, cum clauſula, prout tui anteceſſores tenuerunt,Anna conſ. 51.Ludou.Scrad.par.1.cap.5.de feud. De Curte fol.31. Alia verò poſt modũ conceſſa valent,ſi non prejudicant tertio,vt Andr. c.1.de vaſall.decrep.æta.
14 quod non valet priuilegium, vt feudũ antiquum ſubrogetur in nouum;præiudicare enim non poterit Princeps filijs, vel agnatis,quibus per primam inueſtituram prouiſum erat, ſicq; non poterit res feudalis peti,quod fiat burgenſatica,ſi ſimiliter aderit præiudicium agnatorum,vt Andr.d.cap.1.& §.hoc quoque de ſucceſſion.feud.nume.8. Gayll obſeru.49.& 158. ſecunda parte benè, multa cumulauit Tiraq.de retr.conſan. §.23.gloſſ.3.& num.32.& ſeq.Et caſu quo, prima inueſtitura eſſet alterata, ſolet peti, vt reformaretur ad formam primam, vt dixit ſemper obſeruatum D.de Ponte poſt primam noſtram impreſſionem editus,in ſuo tract. de pot. Proreg.tit.de reform.inueſt.nam non poſſunt alterari in præiudicium aliorũ, Afflict.dec.195. qui ait primam inue-
15 ſtituram eſſe lapidem angularem totius fundamenti; ex ea enim feuda oriuntur,quorum natura aſſumpta,dicuntur viuere,& cum ea mori debent tempore deuolutionis,Theſſ.dec 227. Menoch. de præſump. lib.3. præſump.92. Surd.conſ. 410.volum 3: Quæ inueſtitura de iure feudorum multas requirebat ſolemnitates, videlicet,quod omni
16 modo Princeps diceret (te inueſtimus) Et inueſtitura debeat fieri per enſem,vel baculum, quando erat abuſiua,Iacobin.latè in tract. feudal.verſi. inueſtiti, vltrà Doctores cap. 1. quid ſit inueſtitura,& ſic nouiſſimè D.Roui. Pragm.26.tit. de feud.num.10.In Regno non eſt aliud neceſſarium, ſolum requiruntur priuilegia conceſſionum, Imò literæ Regis directæ vaſallis, vt præſtent iuramentum aſſecurationis,
17 habentur loco inueſtituræ, tàm in noua,quàm in renouata, vel confirmata, ex morte,ex conſt. dignum And.cap.j. de feudi cognitione, Capyc.in inueſtitura ver. feudorum aſſecurationes; & aduerte ad iſtud iuramentum aſſecurationis,ſeù fidelitatis,quod licet in deſuetudinem abijſſet non erat cauſa iuſta reuocationis feudi,tamen per Reg. Prag.iuſſum eſt,omninò à vaſallis præſtari,& quod maius eſt, in omnibus aſſenſibus ponitur clauſula, dummodò
18 intra annum emptor petat aſſecuratio nem,quam venditor procurare omninò habet,alias datur reuocatio, vt vidi in facto; D.de Ponte conſ.67.num.13.&

Digitized by Google

D. Rouit. loco anteà citato, per plures cartas disputat, quando hoc tempus currat à die expediti assensus, vel post biennium datum ad registrandum, qđ
19 infra notabo; & istud iuramentum assecurationis non potest peti à vasallis sine literis Regijs, sub pœna feudi priuationis, vt in Const. Comites, & quomodo sit præstandum, & quæ continere habeat, vide Const. Domini à vasal-
20 lis, & ibi Docto. an sit præstandum ius prætendenti, vel possidenti, adde Freccià 4. auctor. Et quomodo sit prestanda forma fidelitatis Capyc. in inuest. vers. feudorum iuramenta, Afflict. dec. 265. num. 40. & vnico contestu vidi præstari, nam primò Baro iurat fidelitatem personæ destinatæ à Prorege, quod iuramentum Baro potest mandare, constituendo procuratorem ad eum præ-
21 standum, Affl. d. Const. Regni Domini, Andr. cap. 1. qualiter vasallus, & præstito iuramento per Baronem, vel eius procuratorem, Illi de Vniuersitate, seù de Regimine, nomine totius populi, præstant iuramentum assecurationis, iuxta tex. cap. 1. qualiter vasallus iurare debeat, §. 1. vbi Doct. & hunc ordinē docuit Andr. per tex. cap. 1. Quid præcedere debeat, Iacobut. de Franch. 1. titu. Paris de reintegr. quæstio. 245. cū seq. de Curte fol. 30. & sic seruaui, dum à Prorege mihi fuit commissum, vt reciperem iuramentum fidelitatis à Barone Sancti Fœlicis, nouo emptore illius Terræ, à Principe Ascoli, nam suus officialis procurator Baronis mihi præstitit iuramentum fidelitatis, & Vniuersitas illi, iuramentum assecurationis.

22 Et multi dixerunt, statim transferri dominium facta inuestitura, seu concesso priuilegio, ex doctrina Isern. cap. 1. nu. 3. quid sit inuestitura, quod Princeps solo verbo transfert dominium; sed aduerte, quod ea doctrina malè intelligitur, nam hoc est verum, quando Prin-
23 ceps dicit, quod statim tranferatur dominium, alias sine traditione, vel possessione non transferetur, Iacob. latè vers. Princeps, Gramm. dec. 59. nu. 44. Tappia d. 1. cap. num. 12. Adde Affl. decis. 299. nā in dubio non præsumitur Principem quidquam concedere vltrà regulas iuris, nam licet possit, ita vt disputare de eius potestate dicatur sacrilegium l. disputare, C. de crimin. sacrileg. tamen non præsumitur velle, nisi quod concesserit, Couarr. var. resolu. cap. 16. Et hoc conducit scire, ad punctum quæstionis, quando duobus esset facta con-
24 cessio, quis esset præferendus, iuxta terminos l. quoties C. de rei vendic. quam quæstionem attigit Freccia ti. quis dicatur Dux nu. 50. Anna alleg. 55. Couarru. variar. resolut. cap. 16. & cap. 19. lib. 3. quis debeat præferri qui priorem habet titulum, vel qui priùs possessionē acceperit administrationis, & bene Marcus Anton. Surg. fol. 308. num. 40. & Peregr. de iure fisci fol. 24. Couarru. ibi. & difficultas insurgit, nam multi dixerunt, quod d. l. quoties non procedat nisi in contractu emptionis, & proindè
25 non extenditur ad locationem, & cæteros contractus Borgn. decis. 25. parte 2. num. 19. & Carot. tract. de loca. titu. de loca. duobus facta, sed in omni contractu prævalere possessionem, & detētionem, ille postea concludit ad quod aduertè, Gab. Rom. concluſ. 2. titu. de
26 emptio. Secus in gratijs, quæ statim dicuntur perfectæ, licet literæ non sint signatæ, prout seruatur etiam in Apostolica Curia, Frecc. præci. loco num. 66. Afflict. dec. 253. Franch. decis. 62. Intra annum tamen debent registrari assen-
27 sus Vrsil. dec. 197. & intra biennium ex gratia concessa Neapolitanis hodiè Franch. dec. prædicta, Reg. de Ponte cons. 5. Rou. Prag. 1. de fide memorial. multa notat, & nouissimè in Pragm. fin. de feud. alia adducit; prius enim erat
28 perfectus assensus, expeditus per verbum fiat, Affl. dec. 253 sed per Pragm. tit. de feud. statutum fuit, talia memorialia nullius esse momenti, nisi fuerint redacta in formam Cancellariæ infra biennium hodiè, vt dixi, quo elapso resolutus ipso iure dicitur assensus, super qua materia nouissimè aliquas quæstiones

Digitized by Google

nas disputat Reg. de Ponte in d. tracta. de potest. Proreg. tit. de assens. §. 9. Ex quibus omnibus dictis, patet regula textus nostri, quod quatenus virtute priuilegiorum liceat, Barones exercere debent; Aduerte tamen quod multa priuilegia, & inuestituræ non sunt in consideratione, si erunt obtentę ab alijs Regibus huius Regni, quorum causa
29 fuit improbata, nam cum Domus Austria iam ferè anni centum, cœperit regnare in hoc Regno, erant innumeræ quæstiones super priuilegijs concessis à prædecessoribus, statuta fuit Pragmatica, & lex, quæ nominatur Pragmatica Thori, sub titu. de possess. non turb. 4. & sub ti. de reuoc. grat. quas commentati sunt Io. Angel. Pisanell. & alij, & nouissimè multa adducit Præses de Cur. fol. 70. in suo feud. tracta. & statutum
30 fuit, quod habentes causam à Serenissimis Regibus Alfonso Primo, & Ferdinando Primo, non molestentur; alia priuilegia obtenta à Ferdinando Secũdo, & Alfonso Secundo non sint in cõsideratione, ità quod lis, & quæstio nulla moueri possit, ac denegatur Tribunalibus iurisdictio cognoscendi, in tantum quod opposita hac exceptione, præclusa est via agendi, si occurrat recurre ad prædictos, volui hic tantum terminos Tyronibus aduertere.

Videamus modò, vt perfectè sciamus in quibus excedere poterunt Barones, vltra fines mandatæ iurisdictionis in præiudicium fisci, vel vasallorum concessa Terra, Villa, Castro, vel Ciuitate, quæ iurisdictio videatur tributa, Quæ vti quotidiana, vtiliaq; duxi explicanda, altiùs materiam exordiendo,
31 vt docuit Iurisconsul. l. legaui ff. de liberat. legat. vbi pleniùs dicit respondendum in quotidiano, & vtili articulo: Scias primò, quod iurisdictio tripliciter conferri potest, aut in allodium, & na-
32 turam liberam, vel in feudum, aut in officium, notant Doctores cap. dilecti de arbitris, Anna allega. 44. In dubio, quia Principis concessio pleniſſimam habet interpretationem, l. beneficium ff. de const. Princip. Et cum extendi debeat ad largam liberalitatem, præsumitur concessio in allodium Cassan. in Catalogo glor. Mund. vndecima part. Franc. Marc. dec. 86. 1. par. Clar. §. feu-
33 dum quæst. 17. Allodialis dicitur concessio, quando directum, & vtile dominium in plenam proprietatem est datum. Capyc. in inuest. vers. feuda allodialia, latè Mascar. concluſ. 79. & 206. in tract. de probatio. quod semper in dubio concessio præsumitur allodialis, (& quod præsumatur potiùs donata, quam in feudum concessa, Petra f. 98. num. 31. & multa feuda teneri in liberam naturam, enumerat Reg. de Ponte conſ. 30. in fi.) eò magis, si præsumptiones coadiuuent concessionem, si nil sit expressum de seruitio, vel fidelitate, vt And. d. §. huius generis ex quibus causis feudum amictat. Quod eò fortiùs procedit, quando cõcessio esset à Prin-
34 cipe facta Ecclesiæ, vel pio loco; stat enim præsumptio donationis liberæ, vt dixi in 1. Pragm. & Andr. Isern. constitutio. Iustitiarij nomen; Franc. Marc. decisio. 318. 2. par. Petr. fol. 100. num. 90. Quæ opinio tam quo ad priuatos, quã quo ad Ecclesias, sic simpliciter refertur. Verũ multi dixerunt, hanc conclusionẽ procedere circa res, & bona feudalia, in qbus pſumitur concesſũ directũ, & vtile dominiũ, non vero circa iurisdictionalia, qa potestas est de iure publico introducta, & iure publico debet teneri,
35 & non præsumitur vnquã euulsa ab ossibus Principis, sic Iacob. vers. feudales appellationes, vbi ait, quod appellatio pertinebat ad Principem, licet concessio plenaria facta fuerit Ecclesiæ, sicq; dixit Frecc. de different. feudor. nobil. & de Tabula differentia 26. & sic in dubio est tenendum; cum hoc sit ius regale, quod non præsumitur per quãcumq; generalem concessionem abdicatum, vt dixi Pragm. 1. Anna sing. 71. & Mastr. lib. 3. cap. 2. tracta. de magistr. & in Regno omne Castrum præsumi-
36 tur in feudum datum, Reg. de Ponte conſ. 30. num. 6. verum si expresè hoc

Digitized by Google

dictum,quando donatio esset facta Ecclesiæ,tunc iurisdictio erit totalis Ecclesiæ,& appellatio fiet ad Pontificem, vt dixi d.1. Pragm.1. par. nam vna ex
37 istis potentijs,potest donare alteri,nec dicetur facta expropriatio, cũ sint duo gladij, quos simul Dominus constituit super Terram.Secundò,casu, concessio dicetur feudalis, si habet substantialia feudi,quæ enarraui supra, & Doctores in cap.1.de natura feudi, qui enarrant præsumptiones, & coniecturas feudalis concessionis,& benè Petra fol. 98. nu. 32.& seq; alias si non haberet requisita feudi,licet res dicatur feudalis,& in feudum data,nil oberit,à Ponte consil. 30.benè num.8. Tertio concessio fit in officiũ,& in Regno quamplurimæ concessiones conceduntur,quæ non dicuntur in feudum, nec in allodium, vti de septem officijs Regni, & alijs multis, quæ enumerat Capyc. in inuestitura verſ feudorum officia. Verúm,concessiones in officium non dicuntur in do-
38 minium datæ; vndè minus dicitur tributum,vt Peregr.2.art.de iure fisci nu. 91. dicuntur namq; administrationes; Quæ concessiones regulariter morte finiuntur, Frecc. auctor.1. quæstio.50.
39 & si essent factæ pro hæredibus, intelliguntur pro filijs,non extraneis, Peregrin.de iur.fisci d.2.art.num.102. Bar. l.si patroni ff.ad Trebell. & Afflict.in const.Regni, Ea quæ num.12.Dom.de Franch.dec. 166. & rarò conceduntur pro primo hærede,vt excussit D.Tapp. 3.cap.l.fin.de const. Princip. num.40. ibi appellatione hæredis, de qua prima successione intelligatur. Adde quod
40 pro persona nominanda, solet fieri qñ dubitatur de filiorum superexistentia, & tunc fuit dubitatum,an si ille morte præuentus non nominauerit, facultas sit extincta, vel transeat ad hæredes, vide Franch.decis.45.num.2.Thessau. dec.97.Anna sing.391.Velasc.consul. 102.& an liceat variare,& pœnitere,
41 vsque ad mortem; & si collatio fuit collata in morte, vide ibi Valasc. & qđ etiam contractus pro persona nominãda valeant Bald. l.in vendentis nu.12. C.de contrahen.emptio. Bertazz.de clausul.gloss. 5.claus.17. sed tunc quia alteratur natura, dicunt,quod sit ista noua concessio, Barbos. l.quia tale nu. 78.ff.solu.matrimon. Affl.d.const.Reg. ea quæ ad decus; Indè si pater delinquat non nocet filijs nominatis, quia non capiunt à patre officium vti feuda sic Couarr.variar.resol.lib.2.cap.8.Farin.titul.de deli.quæst.24. & nouissimè vltra Dom.de Pont.in suo tract. de potest.Proreg.ti.de potest.subst.vide Mastrill.de magistr.lib.1.cap 28.vbi ponit multas quæstiones super facultate concessa nominandi,si nominans erit exul,
42 vel foriudicatus an poterit nominare, & an possit variare post nominationem & quid si neminem nominauerit,& an possit nominare fœminas,quod *non D.*
43 Tapp.const.Reg. officia; *Et quod ampliatio officij,potiùs hæredibus habentis,quam alijs debeat concedi,* pro tertio,vel quarto pretij minus, Anna in rubr.de vasall.decrep.æta.num.320.Et adeo strictè procedit,vt multi dixerint istas concessiones in officium ad nutum reuocari posse *(* quod falsissimum est) quia licet ex officij concessione secundum Gloss.Paris.§.1. gloss.5.num. 59.
44 non transferatur ius in re, aut possessio in iurisdictionem, sed nudum exercitium,& administratio loco concedentis fiat. Sic Bald. l.rescripta C.de precib.Imper.offer.Suar.alleg.12. Affl.tit. quæ sint regalia verb.potestas,Bellug. rub.26.§.Princeps,Franc.Marc.decis. 793.cum seq.1.par.omnes tamen satis labuntur, vt Benedict.cap.Rainut.de testam.num.44.nam semel approbatus
45 reprobari non potest;& Princeps remouendo Officialem, videtur ei iniuriam facere, cum remotus ab officio præsumatur ob delictum,vel malam administrationem amotus, & Principi non licet honorem alicui auferre, Andr.c.1.
46 num.29.de capit.Corrad.& ita in terminis respondit Pinell. C. de rescind. vend.in rub.1.par.cap.2.num.20.Capyc.dec.121.cum ibidem coæeruatis,

no-

Digitized by Google

tissimè Mastril li.1.cap.27.latè. Adde tamen, quod magis strictè procedi tur in istis concessionibus in officium, quã in feudum, Franch.dec.165. num.4. de Curte fol.28.num.8, Et sic iuxta inuestituram, vel præsumptiones, & coniecturas concessio potest præsumi in dubio allodialis, vel feudalis, vel in officio; Vnum tamen nota, quod licet concessiones non sint feudales, tamen si erunt factæ de iurisdictione, semper assensum
47 requirunt Affl. const. scire nouimus 4. notab. D. de Pon. cons. 30. num. 11. nam regalia omnia, licet in burgensaticum sint concessa assensum requirunt: In dubio tamen, vt dixi, in Regno valet consequentia, est concessum Castrum, vel Terra, ergo feudum glossa in const. Iustitiarij nomen vers. præterea & constitut. dubitatio, à Pon. d. cons. 30. & in suo tract. loc. cit.

Vndè videamus modò, concessa Terra, quid intelligatur tributum, ac concessum circa iurisdictionalia Bar. l.1.q. 43. ff. de rerum diuis. dixit, quod facta inuestitura cum iurisdictione, quod intelligatur concessa ciuilis iurisdictio inter subditos, etiam si non sit expressa, quod virtualiter intelligatur tributa iurisdictio in vasallos, nisi expresè sit cõcessa, cum clausula (cum iurisdictione in vasallos) Iacobin. de Sanct. Georg. ver. de Castro, nec intelligatur concessum territorium, intra quod exercetur iurisdictio, Capy. in inuest. in principio. Sed nè circa hoc inutiliter tempus cõ-
48 teramus, præter nostrum institutum, quo promisimus necessaria, & profigua tantum attingere; Dico, quod in hac concessionis materia simpliciter facta, perquãplurima possent adduci à Doctoribus diuersimodè opinata; Alij n. strictè, concessiones has declararunt, alij largam dederunt interpretationẽ; Tu in Regno pone regulam, ex dictis omnium, cum sequentibus limitationibus.

Concesso Castro, seù Terra à Principe, iurisdictio, & territorium quæ Castro sunt annexa, & ea quæ tempore concessionis sunt sub dominio dispone-tis in eo loco data itidem censentur, ex Bar. Bald. & alijs in l.1. ff. de offic. Præfect. Vrb. Castrens. cons. 405. Couarru. practic. quæst. cap. 19. conclu qui alios coaceruant. Quod ampliant procedere non solum in Principis concessione, que largam habet interpretationem, vt dixi, sed etiam in venditione, aliaue quauis concessione, etiam inter priuatos, facta Gloss. Paris. tit.1.§.1. gloss.2. Affict. d. const. Regni ea quæ, Couarr. hanc communem sententiam vbi supra refert, cum iurisdictio cohæreat loco, Bar. l. inter eos ff. de acquir. rerum do-
49 min. nam facta concessione loci, omnia loco annexa communicata censentur, vt benè Vrsill. ad Affl. decis. 122. Quæ conclusio declaratur tunc procedere quando iurisdictio, vel Terra de per se stant, secus si concessionis tempore illa Terra, Ciuitas, vel Castrum fuerint accessoria alteri loco, ita vt dependeant, & subiaceant alicuius Ciuitatis iurisdictioni vicinæ, vt sunt multæ Ter-
50 ræ, & suburbia, quæ accedunt Ciuitati, vel Terræ maiori, vbi regitur iurisdictio, & multa Casalia magna, quæ in dubio præsumuntur subiecta loco
51 proximiori vti solita, latè Reg. de Pon. cons. 51. D. de Franch. dec. 316. Tunc concesso Castro, vel Casali, seù Terra, cui nulla adhæret iurisdictio de per se, nulla iurisdictio videtur concessa, etiã si à Principe sit expressum, ipsum concedens iurisdictionem; Impropriantur enim verba, nec posita præsumuntur,
52 nè inferant damnum tertio, vulgata l.3. §. si quis a Principe, ff. nè quid in loco public. sic Aluarot. cap. vnico §. final. quibus modis feudum amittatur, Glos. Paris. d. loco, num.45. Soc. in l.1. num.27. de acquir. possess. Couarr. vbi supra, vnanimi consensu dicentes, quod licet Princeps concedat iurisdictionem cum Terra, non per hoc alteratur concessio, quod tributa censeatur iurisdictio, si alteri subiacet, concessa Terra.
53 Et proindè concesso Castro dishabitato, cui nulla cohæret iurisdictio de-

Digitized by Google

per se, vel dato feudo rustico, vel nemore, quorum locorum iurisdictio subiaceat dominio conuicino, vel alteri, non intelligitur iurisdictio sibi tributa si Princeps alterum dictorum locorum concederet, quia ad eum forsitan dicta territoria peruenissent, ex confiscatione, vel aliquo titulo; nam quia non est solitum, inibi iurisdictionem cohæreri, non intelligitur concessa, & maximè in præiudicium alterius ius habentis; pro-
54 cedit etiam si territorium esset concessum Baroni illius loci: nam si iurisdictio quo ad illud territorium, est solita cognosci ab alio, licet concessio sit facta Baroni de territorio non præsumitur ibidem data iurisdictio, nam intùs territorium alicuius Baronis, potest esse pars quæ subiacet iurisdictioni alterius Afflict. const. si dubitatio benè 2. nota. Bal. l. 1. §. quod si nemo ff. quod cuiusq; Vniuersit. nom. Dom. de Franch. decis. 22. Tiraq. de retract. §. 36. glo. 3. num. 5 Dom. de Ponte cons. 57. nu. 6. & latius cons. 51. p. 2. Affl. dec. 267. Frecc. 5. auctor. in tract. de subfeud. Adde quod, &
55 si regulariter iurisdictio videatur concessa cum territorio, & tunc consideratur iurisdictio sicut nebula super paludem, vt Frecc. aucto. 13. tamen aliquando iurisdictio stat sine territorio, & territorium sine iurisdictione, secundum destinationem factam ex inuestitura, vel præscriptione Franch. dec. 458. nu. 3. Afflict. cap. 1. de inuest. de re aliena facta, de Curt. fol. 28. num. 10. latissimè Petra de potest. Princ. cap. 18. per totũ. Nota tamen vnum, quod quando Baro
56 non habet territorium; vt Castrum Belmontis, sitũ in Prouincia Calabriæ, de quo ad hoc propositum mentionem fecit Franch. decis. 22. tunc iurisdictio stat in vasallos, & videtur plenior, nam ex hoc prætendunt remissionem quocunque loco delinquerint, quia iurisdictio stat in personis, & multotiès accidit mihi, & pugnabant in hoc Aduocati illius Baronissæ, & ita in terminis. Foller. in præxi crim. verbo audiantur excusat. in nouissima editione in fine, Minado. dec. 16. Adden. ad Bellug. rub. 28
57 quod potest etiam deseruire Episcopis, dùm dicunt Doct. non habere territorium, vt dicam infra, quamquam Barbosa nouissimè l. 1. art. 5. ff. de iudi. dicat, quod sua Diœcesis habetur ei loco territorij, & D. Tap. titu. de offic. mag. Iust. Prag. 54. num. 1. Qualiter, & quomodò ea diuidi possunt, & sic Baroniæ, & eius partes, & tunc ad quem Iudicẽ recurrendum, rei sitæ, vel habentis iurisdictionem, vide quæ notabiliter adducit Tiraquel. de retract. §. 36. glos. 3. prout etiam è contra possunt esse Ca-
58 salia subiecta Ciuitati, vt Neapoli vbi omnia Casalia gaudent priuilegijs Ciuitatis, iurisdictione tamen sunt separata D. de Franch. decis. 316. iurisdictio enim potest dari etiam sine territorio; Boer. dec. 227. ad instar, vt dixi, Episcopi qui habet iurisdictionem in Diœcesi, non tamen eius iurisdictio cohæret territorio, cum soleat esse Principis, vel eius Baronum Frecc. de subfeud. auct. decima tertia num. 9. Bellug. d. rub. 28. quod qualiter intelligatur benè Contractat. de absol. à iuramen. distinguit. Et semper in dubio quando concessio fit in parte quotatiua, non censetur cõcessa iurisdictio. Villalob. comm. opinio 262. verbo iurisdictio; Curt. & alij l. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic. Sicq; etiam si in Terra erit solita infeudari separatim iurisdictio Ciuilis à Criminali, concessa
59 Terra præsumitur concessa ea iurisdictio quæ vacat. Imò si vacet, vtputà iurisdictio ciuilis, & Baroni Criminalis, ea ciuilis iurisdictio sit concessa, & vnita, licet adhuc diuerso iure censebitur, & diuisibilis, & separabilis erit, ita vt aperto feudo, non transibit vtraque iurisdictio, iuxta dist. Aluarot. Bald. cap. 1 §. è contrario de inuestitura de re alien. Cur. cons. 56. Et sic regula posita procedit, quod concessa Terra, iurisdictio, ac omnia adiacentia videntur collata, ita vt capta possessione Castri, capta
60 videatur possessio omnium pertinentiarum, vt latè Tiraq. de retract. d. §. 36 d. glo. 3. Nisi alteri accedant, vel subia-

ceant

Digitized by Google

ceant,vt diximus. Et consequenter præ
citati Doctor. asseruerunt, facta simpli-
61 citer generali concessione de Terra, vènire non solum iurisdictionem ciuilem,vt diximus,sed merum, & mixtum imperium, Luc. de Penna l.si quando, C.de bon.vacantibus lib.11.Bar.Alex. & alij l.1.ff.de iurisd.omn.Iudic.Andr. cap.1.quid sit inuestitura;Contrariam tamen opinionem sequuti sunt innumeri,ea præcipuè ratione, quod merum imperium sit de regalibus,quod non intelligitur concessum sub quauis generali infeudatione,argum.l.obligatione generali ff. de pignorib. mens enim
62 disponentis præsumitur secundum ius, Bald.l.ex facto num.2. ff.de vulgar. & pupill.& de iure expressa, & specifica concessio requiritur, vndè æquipollens vel indefinita loquutio non sufficiet, cap.1.§. in generali, si de feudo fuerit controuers.Bellug.rubr.23.§.dicemus, qui asserit merum imperium non venire,nisi specificè sit expressum,cum gladij potestate in cuius signum Barones habere furcas erectas, cum non omnibus hoc debeat præstari, quod videtur confirmatum in Regno ex d. const. ea quæ ad decus,& const.dignum,vbi ex-
63 pressè cauetur, qđ nemo audeat exercere merum imperium nisi expresè sit concessum Affl.in prælud.const.& dec. 122.Respondent tamen huic negatiuæ opinioni Doct.hanc partem esse veram de stricto iure; quia tamen in Regno communiter merum imperium omnibus est communicatum, & factum est de solito, & consueto concedi, sequenda est prima opinio,cũ solita subaudiantur in generali dispositione, ex magi-
64 strali tex.l.fin. C.de fideiusso.l.quod si nolit §.quod assidua ff.de ædilit. edict. vndè concessa Terra cum plenaria iurisdictione,vel generali,seu alta,& bassa,venit merum imperium;vt vltra prædictos,nouissimè Vtsill.dec.122.D.de Franch.dec.119.num.13.& sine dubio hodiè procedit,cũ antiquitus hæ quæst. subsistere poterant quando numquam, aut rarò merum imperium concedebatur;vt legimus apud Frecc.de subfeud. auct.2.num.21.Qui refert Carolum I.
65 concessisse multas Ciuitates suo filio vti Nuceriam,Surrentum, Sarnum, & Salernum, solum tamen intra districtũ Salerni merum imperium ei indulsisse, tunc enim erat de exceptis, & reseruatis,vsque ad tempus Reginæ Ioannæ II. vt Dom.de Franch.refert dec.510.sed
66 à Rege Alfonso valdè ampliata fuit feudatariorum potestas. Rex enim Alfonsus cæpit communicare Baronibus merum imperium, & ex inde in antea fuit cœptum vendi, contra antiquas constitutiones Boss.titul. de remed. ex clementia Princip.num. 51. quo tempore pessundata fuit Mag.Cur.quæ solum cognoscebat de causis meri imperij Affl.const.Regni contingit 3 notab.
67 Carau.Ritu 49. & per Regem Robertum postea fuerunt concessæ quatuor literæ arbitrales, quæ tam largam ansã dederunt Baronibus transigendi, permutandi,& componendi crimina,quod ad solum Regem spectauerat, Isern,tit. quæ sint regal.vers.bona; Fuerunt etiã multis postea concessa priuilegia indulgendi post sententiam,& alia regalia per quæ Barones verè possunt dici Re-
68 ges in suis Terris, Marant. in dispu.6. Et licet ipsum merum imperium Barones committere debeant suis officialibus, ipsis tamen est prohibita administratio, & exercitium, & proindè constituere tenentur Capitaneos,& Assef-
69 sores,Doct.d.tit.quæ sunt regalia,ver. ad iustitiam ministrandam,Capyc.in inuestitura vers.magistratuum creatio, & ratione huius dispositionis sic refert Frecc.auctoritate 13.Dom de Franch: dec.511. nec obligati sunt Barones ad
70 instar Prælatorum residere in suis Terris,Luc.de Penn. leg.fin. C.de locatio. prædior.ciuil.lib.11. Non puto declarandum in præsenti, quid sit merum vel mixtum imperium; quidnè iurisdictio: Nam etiam Scolasticis satis cognita est lectura legis imperium de iurisd. omn.Iud.Aduertas tamen, quod merũ imperium habet plures gradus, licet o-

fa-

Digitized by Google

facta generali, vel specifica concessione, veniat merum imperium, non tamē
71 subaudiuntur omnes gradus, sed soliti, non verò reseruati Principi in signum supremæ Maiestatis, vel dominij, vel concessi alijs magistratibus, vt inferiùs adnotabimus, & per hoc Bald. & Curt. d.l. imperium distinxerunt merum imperium, quod aliud sit absolutum, aliud quod cohæret iurisdictioni; primum continet in se multos gradus, & est potestas legis condendæ, quæ est de mero imperio, restitutio famæ, leg. 1. §. de qua ff. de postula. venia ætat. l. fin. C. de his qui veniam ætat. impetr. interponere decretum super emancipatione, vel arrogatione, dispensare super illegimitate; creare tabelliones, indulgere post sententiam, assignare Insulam deportatis, & concedere corpora punitorum; Adde quod cadauera affixa delinquē-
72 tium, Barones de iure sepelienda concedere suis consanguineis non possunt, & dum rationem multi à me interrogando desiderarent, quarè Principi tantum hoc liceat, dixi, quod pœna etiam post mortem remanet ad infamiam, & corpus rei est confiscatum l. fi. ff. de cadau. pun. Cumque soli Principi post sententiam liceat gratiam facere, l. legati ff. de pœnis; ideò Baronibus hoc non licet, & à Pylato Hyerosolimis, qui vicem Principis sustinebat, Corpus sanctissimum IESV, à Ioseph fuit impetratum. Nec est præter ius, vt talia corpora affligantur, cum tales dicantur serui pœnæ l. Imperatoris ff. de iure fisci, qui amittunt iura Ciuitatis inter quæ numeratur ius sepulturæ, &
73 qui viuus non debebat ibi morari, nec mortuus degere; sed quidquid sit, de facto etiam Barones hoc permittunt, seruando ius Canonicum, quod permittit hos reos sepeliri cum iudicis licentia cap. quæsitum 53. quæst. 2. & nota quod non solum damnatorum corpora, sed quorumuis mortuorum, & etiam
74 Sanctorum alio transferri, absq; Principis licentia non possunt, capi. corpora vbi glos. de consecra. dist. 2. l. ossa ff. de relig. & sumpt. fun. sed an intelligatur de Principe seculari, vel Ecclesiastico, vide glo. & DD. in d. cap. corpora, quia Princeps dicitur protector viuorum, & mortuorum, & rerum religiosarum l. sacra ff. de rerum diuis. quæ sunt notanda & multa alia præcipua, quæ sunt de alto mero imperio Principi reseruato, refert Iacobin. de Sancto Georg. tract. feudorum vers. sed an Princeps, & proindè sub larga concessione meri imperij non veniunt gradus excepti, licèt Rex ipse administrationem prædictorū soleat concedere maioribus magistratibus in administrationem, & sic in officium, & non in dominium, vt videmus de creatione Notariorum, & dispensationibus super arrogatione; licet dicti casus exerceantur etiam per Proreges, & Vicarios Principis, quibus solet concedi istud altum merum imperium, vt videmus in potestate legis condendæ, in procedendo leuato velo, prout in torturis, quæ inferuntur ex processu infor-
75 matiuo, de sui licentia in delictis grauibus, Gramm. dec. 34. ità vt nec Magna Curia hoc possit sine Vicarij licentia cap. Regni; Hodiè si cum sceleratis, nec Gubernatores Prouinciarum; solū etenim in causis latronum dant prærogatiuam Proreges Regijs Audientijs
76 procedendi ad modum belli, & conceditur de semestre in semestre, semper renouando, nè videretur, vti solitum eis esse concessam dictam prærogatiuam, vt dicit Viu. dec. 168. quæ potestas erat circa crimina Campaneæ, in quibus datur Præsidi potestas Capitanei ad guerram, & propterea in alijs criminibus, Regiæ Audientiæ non poterant torquere ex præheminentia M.
77 Curiæ; & licet Dom. Tapp. dicat in d. cap. Regni si cum sceleratis eam esse communicatam Regijs Audientijs, intelligitur in terminis illius cap. contra dissobatores, & ità Costan. Pap. in tract. præhemi. M. Curiæ num. 50. cap. 2. & pugnat contra socium, qui vti volebat hac potestate indifferenter in omnibus delictis capitalibus, nam neq;

M.

Digitized by Google

M. Curia, nisi in arduis casibus vtitur, Gramm. voto 30. num. 23. Affl. decisi. 391. & Costan. Papa art. 3. in fine; sed postea superuenit nouissima Pragmatica 89. cap. quæ in cap. 48. determinauit casus in quibus Reg. Audientiæ vti poterint tali prærogatiua & capit. 54. ordinat, vt renouatio petatur à Prorege de tempore, in tempus de hac potestate: Modus verò procedendi in tota causa extraordinariè, leuato velo, appellatione remota debet peti à Prore-
78 ge in casibus arduis, & semper fuit nobis concessus, prout & alijs Prouintijs; Præheminentia torturæ vero, notat Const. Papa vbi supra quomodo debeat exerceri, & an detur appellatio, & quæ indicia requirantur, & aliquando hæc potestas à Prorege fuit concessa Baroni alicui, ob aliquam emergentiã, sic benè Ioann. Franc. de Leon. in sua praxi tit. de literis commiss. nu. 26. vbi multa de hac prærogatiua, vide nouissimè D. de Franch. dec. 143. Constant. Papa loco præcitato, & Ioann. Grand. de bell. exulum, & in casibus arduis, ad supplicationem, solet etiam à Prorege Officialibus Baronum in eorum Terris concedi Gramm. voto 3. & quod propter criminis immanitatem, vti parricidij, raptus monialis, & similium, etiam Iudices inferiores possent torquere ex processu informatiuo, notat nouissime Dom. Tapp. super cit. cap. Regni si cum sceleratis; sed ego non concurro, vt
79 practicetur, nam cum Baronibus sit prohibitum discutere, an tale sit crimen, & quomodo, non erit sine molestia, acriùs procedendo: excedendo terminos, incarcerando, detinendo, & alijs præparatorijs; Concedo benè verum
80 in delictis notorijs, & fragrantibus sine litis contestatione, & termino appellatione remota posse quempiam torqueri pro socijs, & condemnari Doct. communiter tenuerunt, Folker. in praxi ltẽ quod est notorius delinquens, cum cap. sequ. latè Farinac. quæst. 18. & dum in Regia Audientia voluissemus practicare hoc, in delicto commisso notoriè intus Ciuitatem, opposuit causæ Patronus, quod potuisset sic procedi, si non superueniisset posteà partis accusatio, nam superueniente partis q̃rela, quæ est remedium ordinarium, cessat extraordinarium; quia ratione actoris, causa est suo ordine terminanda, secundum iuris solemnitatem, sic Andr. const. Regni Humanitate, & in repertor. ibi notabil. super consti. verbo delinquens, tradidit hoc pro singulari, & ex alijs Doctor. supra relatis, nullus de hoc meminit, quia tamen auctoritas Andreæ magna est, & in contrarium Doctores nil dixerunt, fuit processum ordinatè, & vide Carrer. §. 2. in sua praxi similiter multi casus meri imperij concessi reperiuntur Magnę Curię priuatiuè ad Barones, de quibus sola Magna Curia potest cognoscere (quando ex particulari priuilegio alicui Baroni non sunt concessi, vt vidimus in priui-
81 legijs Magni Capitanei, cui erant cõcessi etiam casus pertinentes ad Mag. Curiam Vicariæ) & sunt multi, vti cognitio de excessibus officialium durante officio commissis, de quo Carau. rit. 49. Dom. de Franch. dec. 274. & 407. qui aliqua adducit ad intellectum dictę prærogatiuæ, & dixi suprà Prag. 5. nu. 38. Cognitio feudorum quaternatorũ, guerræ motæ, priuati carceris, vt ritu 47. omnes appellationes, apocæ recognoscendæ, ritu 54. de quo Ritu, & prærogatiua, dico pro apoca recognoscenda, non datur Baroni locus peten-
82 di remissionem si est causa cępta in Mag. Cur. vti reseruata sibi vti præheminentia, & remissioni non est data potestas, nisi in specie habeat in inuestitura Baro hoc priuilegium, vt dicit Carau. in eo Ritu, Rebuff. in comment. tit. de chirograf. benè; sed aduerte, quod intelligitur hęc præpositio, vt sola recognitionis causa spectet M. Curiæ, sed facta recognitione, si non poterit dari executio apocæ, quia reus opposuit ta-
83 les exceptiones, quæ altiorem requirerent indaginem, & facerent causam ordinariam, tunc causa esset remittenda

Ba-

Digitized by Google

Baronibus, vt implicitè ibi Carauit. & magis explicitè nouissimè Dom. Roui. Pragm.64.tit.de officio procur.Cæsar. num.38.cum seq.qui ad partes distinguit hanc materiam, & resident, quod siuè in apoca priuata, siuè bancaria, non sit locus remissioni,nisi post factam recognitionem causa non posset exequi,sed esset dandus terminus,& faciēdæ probationes, in apocis banci, quæ habent executionem paratam vigore Pragmaticæ, non videbatur neq; concedendam esse remissionem ad instar instrumenti præsentati via Ritus pro quibus M.Cur. denegat remissionem, vt Carau.ritu 166.& dicam infra,sed si debitor fecisset depositum, vel se con-
84 stitueret in vinculis,& vellet sua iura producere, tunc esse locum remissioni Baronibus,refert iudicatum,iunctis aulis,quæ omnia nota: Alias prærogatiuas enumerat Frecc. titu. de offic.Magni Iustitiar.in fine, Franch. dec.274, de quibus casibus cognoscit Magna Curia,vti M.Cur.&non vti M.Curia
85 Vicar. Regis,quæ vti talis habet multa specialia,vt distinguit Gramm. dec. 34. & Carauit.rit.55. & casus competentes Mag Cur.licet sint excepti,nota tamen quod hodiè casus prædicti censentur omnes communicati etiam Regijs Audientijs, quæ procedunt in eis,vt meminit Carau. Ritu 54. & ritu 232.num.5. & dixi supra Prag.5. Alij verò sunt casus concessi vti M. C.Vic. prout de tortura, procedendi ex processu informatiuo leuato velo,sine iuris ordine in certis delictis, quæ possunt terminari ad horas,vt dicit D.de Franch.dec.520. Nam vt M.Curia repræsentat Magnum Iustitiarium,qui non
86 habet has prærogatiuas,vt Carau.vbi supra,& sic potest dici de delictis reseruatis in signum supremi dominij,quod de ijs cognoscit M. Curia, vti Vicaria, de quibus casibus nullus potest cognoscere vti reseruatis in signum supremi dominij,ex quibus persona Regis videtur offensa;& exindè si concessio facta sit alicui de omnibus casibus, etiam de quibus potest cognoscere M. Curia non intelliguntur isti reseruati in signō supremæ Maiestatis,& dum casus acci-
87 disset in causa Magni Ducis Consalui, cui erat concessum in Terra Montis Fuscoli priuilegium, etiam de casibus de quibus sola Mag. Curia cognoscit, cum ibi suus vasallus commisisset crimen falsæ monetæ, prætendebat Dux cognitionem talis criminis,ex prædicta clausula: nam Rex potest concedere aliqua regalia,Andr.cap.1.d.titu. quæ sint regal.& Afflict.ibid. vers. monetæ, & tunc siuè in genere, siuè in specie concesserit Terram cum regalibus, est
88 aduertendum ad quæ possit extendi talis concessio,nam si clausula esset sic simplex,sine alijs coniecturis,posset intelligi de regalibus inferioribus,vti cōfiscationibus bonorum,& similibus, vel solitis concedi illi loco,vel conuicinio, secus si inuestitura esset facta cum alijs etiam verbis,veluti nil sibi reseruando, cum omnimoda potestate, vel si persona talis sit auctoritatis,vt possit persuaderi,quod ita Rex habuerit intentionē, vt benè Peregr.de iur. fisci lib.1. tit.2. num.76.Menoch.conf.962. Felin.cap. quæ in ecclesiarum de constit.num 33. & nouissimè Mastrill.lib.1.cap.14.in tract.de magistr.sed si non concurrant prædicta,non censentur concessi,maxi-
89 mè casus alti dominij, nec M.Curia Vicariæ de his cognoscit sine speciali mandato Proregis Dom.Tapp.d.tit.de Offic.Mag.Iust.constit.1, & sic quando regalia veniant in generali concessione,& expressa dicantur per verba æqui-
90 pollentia,& qualiter consuetudo concedendi in illa Terra sit attendenda benè Mastrill,de magistr. lib.1.cap.14. Dom.de Franch.dec.275. refert decisum,quod quia isti casus sunt de exceptis,in signum supremæ maiestatis, qđ non videantur concessi, etiam si data essent regalia: nam dicta crimina falsæ monetæ,læsæ Maiestatis Diuinę,vel humanę,& plagij,soli Regi reseruantur punienda; Immò si in specie essent cōcessi,adeò strictè proceditur,quod con-

cessio

Digitized by Google

91 ceſſio præſumetur perſonalis facta, & non pro ſucceſſoribus, Afflict. dec. 361. & Franch. dicta dec. 275. num. 7. Adde quod multoties conceditur prærogatiua in priuilegio, ratione perſonæ benemeritæ, & tunc ſtricta fit interpretatio, vt ſit perſonalis conceſſio, & non realis, & tranſitoria ad hęredes, Franch. de ciſi. 458 num. 5. de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 1.
91 num 34. nam ex qualitate perſonæ arguitur mens concedentis, Loffre. conſ. 24. ſic Put. dec. 514. lib. 2. Rota Roma. in nouis dec. 34. cum ſeq. part. 1. & ſic nouiſſimè Barboſ. l. quia tale ff. ſol. matrim. num. 3. qui hanc materiam mirificè explicat, quando, & ex quibus cauſis, priuilegium cenſeatur perſonale, vel reale, aduertendo id, quod notat idem Barboſ. l. 1. art. 3. ff. de iudic. num. 155. cum ſeqq quod in exceptis, in hoc Re-
93 gno, non ſeruantur priuilegia, vti ſonant, Inſuper aduertatur ad prædicta, quod ſunt intelligenda, dummodo ſimus in meris terminis ipſorum delictorum, dico enim crimen læſæ Maieſtatis eſſe exceptum, tamen intelligitur de primo capite quando offenſæ reſpiciãt merè Principem, Peregri. de iur. fiſc. 2. art. num. 94. nam læſæ Maieſtatis crimina habent plura capita, tamen verè nõ in omni capite ſtat propriè crimen læ-
94 ſæ Maieſtatis, vt dixi ſupra Pragm. 6. Iſer. d. tit. quæ ſint regal. verſ læſæ Maieſtatis, Capyc. dec. 139 Boſſ. tit. de crimine læſæ Maieſtatis, ſicq; etiam de crimine hæreſis; nam etiam, & blaſphemiam computant inter hæreſes, tamen non dicitur vera hæreſis, ità vt caſus ſit exceptus Baroni, Carrer. in fin. titu. de hæretic. Sed aduerte, quod de Hæ-
95 reſi ſeculares dicebant aliqui poſſe cognoſcere ſi notoria eſſet, & cauſa careret dubio facti, vel iuris, nam tunc executionem pœnæ potuiſſent dare Iudices Regij pro Hæreſi, & Apoſtaſia, ex cap. ſuper quibuſdam in princ. de verb. ſignif. ſed verior fuit reputata opinio, quomodocumque ſit, ſæculares non eſſe competentes Iudices, Afflict. conſi. Regni rubr. 1. lib. 1 num. 35. Anchar. cap. ea quæ quæſt. 9. benè, Barboſ. l. Titia, ff. ſolut. matrimo. Carrer. d. tit. de Hæret. num. 64. Franch. dec. 691. Indè ſi quis
96 blaſphemauerit blaſphemias Hæreticales, adhuc Eccleſiaſtico Iudici eſſe eos remittendos nos accepimus à Regio Collaterali Conſilio, in cauſa occurrenti, & ſic Caball. caſu 209. & quę ſint hæreticales blaſphemiæ Farinac. quæſt. 20. num. 28. ita etiam de ſortilegijs hæreticalibus benè diſtinguit quãdo ſapiunt Hæreſim ex inuocatione Dæmonum, vel adoratione ipſorum
97 abnegando ſacramenta, Deum relinquendo, & abiurando, vel ſi in ſortilegijs immiſceantur ſacra, apponendo oleum Sanctum, Hoſtiam ſacratã; Quid
98 pro ſanando homine, an licitè fiant ſortilegia, ac pro conualidandis maleficiatis, Dæmones inuocando, Farin. loc. citato plenè omnia; & conſequenter Afflict. in conſt. Regni Adulteri, nam dicit, quod faciens alchimiam adulteratè punitur falſæ monetę pœna; non tamẽ
99 verè, nam non dicetur propriam falſã monetam feciſſe, nam impreſſio facit delictum verè falſę monetæ, in tantum, vt ſi imprimantur inſignia alterius Regis, vel Potentatus, non eſſemus in caſu noſtro, Gramm. dec. 74. D. de Franch. deciſi. 440. & 401. & benè Marſil. l. qui falſam ff. de falſis, & Barones poſſunt cognoſcere de alchimia, & quã pœna puniãtur eam conficientes, vide Pragm. ſub tit. de monet. 9. cap. 17. vbi D. Rouit. arbitrariè dicit, eos poſſe puniri, ſi ea vtantur; Quę autem dicatur falſa moneta, vt pœna debita quis poſſit puniri, de iure impoſita, & per Pragmaticam ſupradictam cumulata, Dic, quod quatuor modis committitur falſa
100 moneta, & non duobus, vt minùs rectè dixit Foller. in praxi crim. verb. capiat informationem num. 12. dico itaq; quod primo committitur fabricando monetam ſine Principis licentia, tenendo cuneos, & alia inſtrumenta, ad hoc neceſſaria Gramm. conſ. crim. 6. & dicitur tunc vſurpare auctoritatem Regiam

Digitized by Google

giam,licet pecunia sit iusta,& cum insignijs Regijs. Secundò quis incidit in hoc crimen, si fiat falsa moneta immista ære,& alchimia, vndè moneta erit falsi ponderis,& extimationis,& sic dupliciter committitur; Tertiò falsificatur moneta radendo, & truncando eã circumcirca,vt quotidiè fit,& moneta reducitur ad falsum pondus. Quartò contrahitur eam expendendo, sic Decian.tract crim.lib.7.cap.23. Bosi.titu de falsa moneta,Muscat.benè eodem tit.in sua praxi crim. Quę consideratio conducit,non solum quo ad cognitionem iurisdictionis,sed ratione immanitatis criminis,super quo iura alterãtur, leuato velo proceditur, & insufficientia inditia,& probationes admittuntur,appellationes denegantur,& multa habẽt præcipuè odiosa, Dom.de Franch.dec. 351.quę cessant,quando non sumus in veris terminis ipsorum, sed forsan in expendente: nam in potiori significatu
101 interpretatio fieri debet in odiosis,& pœnalibus Plot.§.43. num.12. de in lit.iur.benè:Sed ad prędicta,an in casibus Magn.Cur. deputatis, vel pro alto dominio reseruatis, si Iudices ordinarij locorum processerint,& partes consenserint prorogando eorum iurisdictionẽ
102 acta facta,& sententię sint nullę, vel iustę ? Cumq; multotiès acciderit talis dubitatio in diuersis causis,& pertineat ad nostrum,& explicatio istius controuersię confusè sit à Doctor.tractata,vt videbitis,Ideò,dico quod de iure Iudices,licet non sint competentes,ratione prorogationis, & consensus partium, dummodò ipsi Iudices iurisdictionem habeant in habitu,cognoscendi causas meri imperij, efficiuntur legitimi, ac si
103 à principio essent competentes in casibus exceptis,& in eas personas etiam non sibi subiectas,Doctor.omnes l.1.ff. de iudic.Bal.l.1.C.ad l. Corn.de sicar. Gamm.dec.222. l.qui ex consensu C. de Episc.aud. Indè prorogatus Iudex, adeò habetur vt ordinarius,quod actor poterit reconueniri coram eodem,glo.
104 singul.l.fin.ff.de iurisd.omnium Iud. & est tex. l. cęptum,quem extollit Roman.sing.142.ff.de Iudic.Affl.dec.27. & poterit Iudex prorogatus,vti ordinarius suam sententiam exequi sine alterius requisitione, Guid.Pap.decisi.77. num.4. Alex.l.à Diuo Pio §.1.nu.6. ff. de re iudic. quidquid dixerit contra Marant. in sua praxi ibi iudicium prorogatum; Vndè ex prędictis videtur, quod Iudices locorum, cognoscendo de voluntate inquisitorum, & querelantium in suo foro, rectè iustitiam ministrent, & acta valebunt; & licet Marant.loco præcit.num.58.dicat in causis criminalibus non posse dari de iure prorogationem ipse se fefellit, nam
105 communiter est reprobatus, & iura quę allegat, loquuntur quando Iudex ille, nec actu, nec habitu poterit esse competens, & sic interpretatur dicta lex qui ex consensu l. in criminali C. de iurisd. omn.Iud. prout de clerico in laicum,& similibus,Decian.tract.crim. lib.4.cap.23.Clar. quæst.57. quod Iudex ordinarius habens merum imperium, poterit ex prorogatione cognoscere quaslibet causas capitales contra non subiectos,Gayll de pace publ.lib.j. cap,12. Bart.l. inter ff. ad municipal. Et propterea videtur ex prędictis dicendum, prorogationes,partibus non opponentibus,sed consentientibus,valere etiam in prędictis casibus reseruatis.Et pro regula poterit poni talis cõclusio, quod in omnibus licita sit prorogatio, sed limitatur in casibus reseruatis Principi,in signum supremę potestatis,& subiectionis,sic tex. vbi omnes,c. per venerabilem §. insuper qui filij sint legitimi,Dec.cons.150. Capyc.dec.9. nu.4.Roland.cons.88. quia esset transferre Principis potestatem in inferiores si possent legitimare naturales, vt ibi text. dicit, & similia facere, quæ soli Principi licent;

Secus verò in alijs reseruatis pro iu-
106 risdictione,sed non in signum supremæ potestatis,nam in his posset procedere regula,si non concurrant alia posita in sequenti limitatione,quę regula-

sc.

Digitized by Google

secundò limitatur, nisi Princeps expressè reseruauerit priuatiuè,& irritatiuè ad alios,vel inhibitiuè,vt Doct. dicunt,tunc nulla esset prorogatio, & acta indè sequuta,Roland. cons.80. nu. 8.Gramm.voto 28.num.8. Vndè inferunt, quod exemptus à Principe cum
107 reseruatione recognoscendi per ipsũ, & quod nullus alius possit se intromittere,non poterit prorogare alterius iurisdictionem, absque Principis licentia Panormitan. & Felyn.in cap.significasti de foro competent. & ibi Marian. num.quarto. & idem Abbas cap. final. titu.eodem num.35. quod potest practicari in officialibus Regijs perpetuis exemptis à iurisdictione, & cognitione aliorum, qui etiam si voluerint pro-
108 rogare iurisdictionem Proregis non poterint vti exempti, prout si specialiter Princeps inhibuisset.l.2.§.sed si Iudex ff.de iudic.C apyc.decisio. præciat.num.15.Decius consil.18. Natta consil.82.Cabed.decisi.22. Afflict.decisio.354. num.15. Et ex hac limitatione collige aliam conclusionem necessariam ad multos casus explicãdos, quod vbi ex verbis concessionis colligitur iurisdictionem fuisse datam pri-
109 uatiuè,non poterunt alij cognoscere, Felynus cap. cœterum de iudic.Ruyn. consil.7.lib.4 & benè Cabed. allegata decis.sed pugnant aduersus hanc conclusionem multa iura, & auctoritates in contrarium, & præsertim adducitur text.l in sacris la seconda, iuncta gloss. verbo eos,C.de proxim.sacr.scrin. libr. 12. vbi fuit concessum Magistro militum cognoscere de causis militantium, & eorum familiarium,& tamen ibi probat tex. & Bart. posse iurisdictionem illius in alterum prorogari,item ex leg. pænul.C.de pact.constat,quod milites, & scholares possunt priuilegio fori renunciare, & idem l. si conuenerint ff. de iurisdict.omnium Iudic.& vbi valet re-
110 nunciatio,valet etiã prorogatio,glo. l.1.C.ad leg.iuliam de sycarijs.Nec replices,quod istis casibus,Iudices non erant priuatiuè dati,nam semper quod priuilegium datur ratione personæ,priuatiuè concessum de iure interpreta-
111 tur,Afflict.dec.41.in fine,& dicam infra; Nec allegata in contrarium videntur refragari, nam non videtur vera propositio,quod priuatiua concessio non possit admittere prorogationem, vt idem Cabed.dict. decisio.22. nam, & viduis & pupillis priuatiuè illis iurisdictio tributa videtur,in l. 1.C.quando imperator int.pup.& vid.tamen si non voluerint vti tali priuilegio, poterint, licet illud sit datum miserationis causa,cui renunciare non poterunt,vt Frãch.dicta decisio.& dicam in seq. & tamen de iure conceditur prorogatio, Aret.l.Titiæ textores ff.de lega.primo, & benè cons.102. & sic qui non opponit de suo priuilegio,& non allegat incompetentiam Iudicis,sibi præiudicat, & iudicium valet; vndè diuersum ius non est in renunciatione, quam in prorogatione.

Quid dicendum? Angel.l.testamenta C.de testam.dixit istum articulum esse de iure intricatissimum,& Menoch. de præsumpt. lib.2.quæst.18.ait, tam varias esse sententias, vt vix veritas elucere potest; Sed ex omnium mente, distinguendo,omnia resoluemus, & dicimus,quod iurisdictio specialiter con-
112 cessa alicui priuatiuè, non per hoc excludit ordinarias, sed cumulatiuè data præsumitur,& ex indè prorogatio,& renunciatio valet, vt dixi prima Prag. ex l. 1. C. de officio Præfecti vrb. Roman.cons.242 Mysing cent.6. obseru. 99.Carau.Ritu 46.nu.37.Gram.decis. 30.Menoch.de arbitr.Iudic. quæst.40. Cabed.dec.13. qui receptam opinionẽ hanc asserunt, quod Princeps numquã videtur minuere iurisdictionem ordinarij ab eo,& à lege tributam; Alia verò opinio poterit saluari, & concilia-
113 ri, nisi lex, vel Princeps non solum priuatiuè alicui concesserit exemptionem,per verba generalia, sed per verba expressa abdicauerit iurisdictionem irritatiuè à quocumque,veluti, vt nullus alius possit de te cognoscere, nisi

Digitized by Google

noſtra celſitudo,inhibendo cuicumque per talia verba impedita cenſetur facultas cognoſcendi ab ordinarijs,Fely. in cap.paſtoralis limit.3. de off. ordin. Caſtr.l.prima, ff. de iuriſdictione omn. Iudic.Menoch.lib.2.præſumpt.18. numer.13.Franch.dec.723 Nec ſufficerent verba taxatiua tantum,& ſimilia poſita in priuilegio, vel lege, nam non
114 operantur propterea iuriſdictionis abdicationem ab ordinarijs; cum de iure interpretentur prædicta,videlicet, vt ipſe cognoſcat,vltra ordinarium, vt innuit tex.d.l.prima,C.de offi.præfect. prætor.& Menoch. d.quæſt.40.num.8. Garſia de nobil.gloſſ.1.num.5. Vndè ſi perſpicuè non appareat de facultate auocandi iuriſdictionem ab ordinario, numquam per quæcumque verba generalia, & priuilegiata videtur ab eis abdicata,vt præcitati Doctor.& Barto. l.viros C.de diuerſ.offic.lib.12. Limitatur tamen iſta regula poſita, quod in dubio iuriſdictio cumulatiuè data cenſeatur cum ordinario, ita quod detur locus præuentioni, & prorogationi, vt
115 procedat quando prorogatio,& præuentio formiter ſit facta,nam non dicitur prorogata iuriſdictio per informationem, & citationem,& rei comparitionem tantum,vel ex contumacia, nã conſenſus inquiſiti debet deuenire ad
116 actum conſenſus triburiuum poſſeſſionis ludicis in cauſa, veluti conſentiendo ad litis conteſtationem, & terminum,Decian.cap.23.num.16.Corn. conſ.209.lib.2.Alex.d.l.ſi conuenerit, num.6.ff.de iuriſdictio. omnium Iudic. Indè dixerunt multi,non ſufficere conſenſum tacitum,ſed expreſſum requiri, quod non fuit admiſſum ſimpliciter, quando interueniunt actus prædicti ſubiectiui, qui expreſſum conſenſum arguunt,tex.cap.olim il primo,de offic. delegat.& ibi omnes Doctor. niſi partes proteſtarentur, quod viribus præturæ conſentierunt; quia numquam daretur prorogatio, vt Doctor. citati, Nec ſolus conſenſus inquiſiti ſat erit, niſi accedat accuſantis etiam aſſen-
117 ſus,& eſt mirabilis ſublimitatio,quod ſine partis querelantis conſenſu non detur vera prorogatio nec præuentio, ſic Bald.d.l.1.C.de ſicar. & melius l.1. in fine,C.vbi de crimine,ag.opor Clarus quæſtio.42.num 3. Foller.in Conſtit.Regni Capitaneorum, Decian.tractat.crimin.lib.4.cap.23. Indè nota, quod ſi Iudex domicilij, vel originis proceſſerit per viam accuſationis,& Iudex delicti per viam inquiſitionis,præ-
118 ferreretur Iudex accuſantis,& eſt ſollemnis limitatio ad deciſiones, quod Iudex delicti ſit fortior, vt infra dicemus, & ſic Barboſa nouiſſimè l. ſi quis poſtea n.83.ff.de iudic. quæ omnia sũt ſingularia.

Limitatur regula primò poſita;quod in omnibus detur prorogatio, niſi priuatiuè, & abdicatiuè iuriſdictio alteri ſit conceſſa, vel Principi reſeruata, vt non procedat in præiudicium Baronũ habentium iuriſdictionem in dominiũ, & non in officium (quod eſt mirius) vnde illi poterunt prohibere prorogatio-
119 nem, & reuocare Vaſallos prorogantes,vt Capyc.deciſio.9.Gayll.de pace public.lib.primo, cap.12. num.15. maximè quia tractant titulum onerosum,dum feuda emant, eò maximè ſi prorogationes eſſent ex colluſione, quia Iudex delicti, vel originis prorogati, non haberet ſic delictum pingue probatum,vt Cabed.dict.deciſi.13.Alciat.præſumpt.18.lib.ſecundo,Crauet. conſ.411.lib.3.Carauit.ritu 269.nu.22. Maſcard.concluſ.1227.in fine; ſed aduerte in hoc quotidiano articulo, in quo noſtri Regnicolæ videntur conuenire,quod vaſallis poteſt interdici prorogatio,& peti poſſit auocatio,& nouiſſimè illos cumulat Maſtrill. tract. de magiſtr.lib.4. cap.16.nu.61. nam multi DD. contrarium tenuerunt nõ licere,
120 nec poſſe Barones prohibere, ne vaſalli prorogent eorum iuriſdictionẽ,dũ poſſe progare iura cõceſſerũt, ſed hoc ſoli Pricipi cõpetat, vel illis Baronibus de particulari licentia illis cõceſſa,Bal. c.imperial.9.præterea inter duos n.

& ibi

& ibi Præpos. de proh. feud. alienat. per Feder. nã dispensare supra regulas iuris, Baronibus non est concessum, vt dicam, sic Alex. l. 1. §. post operis nu. 23. ff. de noui operis nunc. Abb. cap. significasti de foro compet. & propterea impugnatur Affl. dec. 155. & Vrsill. tenẽtes opinionem, vt Barones possint facere tales inhibitiones, vt Marant. in art. iudic. prorog. in fine, & Franch. decisi. 417. Sed potest saluari eorum opinio, vt iura concordentur, quando de Principis licentia hoc fieret, vt diximus Pragm. 3. de bannis, vt nemo adeat su-
121 periores, omisso medio, quod à Collaterali obtineri debet, & ita Ozasch. dec. 78. num 19. cum sequ. qui ità decisum dicit, gaudendo, quod viderit Couarr. eiusdem opinionis lib. 1. var. resol. cap. 4. nu. 8. & ita intelligit Capyc. decisio 9. ex num. 4. si benè perpendatur, quod vasalli qui iurant homagium, &
122 fidelitatem non possunt prorogare iurisdictionem, quando de proprietate feudi agitur, sed non de vasallis burgensibus, qui iurant assecurationis fidelitatem, vt poterit ibi videri, & sic in vasallis feudi, possunt conciliari contrarium tenentes, & non in casu nostro, vt æquiuocando Doctores negotium inuoluunt, sic Socc. cons. 87. lib. 3. & confundere Doctores hos terminos, dicit Barbos. l. 1. ff. de iud. art. 3. nu. 142. cum sequent. & hanc communem dicit ex Foller. in rub. de offic. Iusti. in Constit. Regni, & ex Affl. Const. Regni titu. 42. num. 50 lib. 1. Saluari etiam possunt Doctorum opiniones affirmatiuæ, quod benè dicant, si Barones haberent iurisdictionem priuatiuam ad alios, cum
123 clausula irritatiua, vt supra dixi, tunc etiam volentes prorogare, impediri, & prohiberi possunt, argu. l. testamenta omnia C. de testament. & ita conciliat Barbos. ibi, num. 156. Et aduerte ad istas distinctiones, & hæc opinio vti est communior, sic mihi verior videtur, & obseruata, si enim Iudex delicti, vel originis, seù domicilij procederet, & partes illum prorogassent, iudicium valere, & sententias latas obseruandas, ex Doctorum communi opinione cõcludimus in fine huius Pragmaticæ, & sic non est verum, prorogationes non dari, licet Iudex alter, vti delicti, prætenderet se esse verum Iudicem causæ, nec vidi, vel audiui per superiores declaratas causas prorogatas, nullas (collusione cessante) & propterea distinctio facta in iure, & praxi est in obseruantia, quidquid in contrarium opinati fuerint Docto. Immò data opinione, quod aliquis Baro haberet iurisdictionem priuatiuam cum clausula
124 irritante, ad huc prorogatio iure precederet, non constituto illo Iudice in mala fide ex præsentatione, & denunciatione priuilegij; nam cum sit quid facti, Iudex procedens rectè agit, cum habeat iuris assistentiam pro se, vnde fundans se in priuilegio, tenetur ad probationem suæ exceptionis, cap. cum persona de priuile. in sexto, de quibus terminis loquuti fuimus Prag. 1. & ex tunc tenerem acta nulla, si causa postea per superiorem remissa esset petenti; Limita vlterius regulam in principio nostram, nisi Princeps specialiter Iudices constituisset pro negotijs separatis
125 à iurisdictione ordinaria, & non solita concedi cum iurisdictione inuestita, tunc priuatiuè concessa videtur iurisdictio, cum clausula irritante, & possemus ponere exempla in casibus infra positis, vbi dicimus, in generali concessione non intelligi concessam Portulaniam, ius ponderum, & mensurarum, ius confiscationum, in certis casibus, ius insufflandi spiritũ in instantijs, cognitio maris, & alia, istis casibus si iurisdictio specialiter alicui concederetur, quæ est excepta regulariter ordinarijs, prorogatio non daretur, ita quod cumulatiuè cum ordinario istæ speciales concessæ reputentur, sed priuatiuè, & sic in alijs contrabannis facientibus delictum, quod de iure communi non erat, nam si in ijs specialis Iudex erit datus, priuatiuè præsumetur, Felyn. in cap pastoralis de iudi-
126

Digitized by Google

Alexand.dicta l.Titiæ textores ff. de legat.primo,num.7.secus si specialiter esset facta delegatio de pertinentibus ad generalem,Vrsill.dec.41.& ità Menoch.3.par.præsumpt.18.num.12.Carau.ritu 47.& ritu 295.num.18.Franch.dec.723.limita,si priuilegia,& certi Iudices essent dati personæ ratione collegij,& ordinis,vt Afflict.dec.41.de
127 Medicis de collegio, nam specialis derogat generali,quando contemplatione totius ordinis, vel collegij esset tributa iurisdictio,Gramm. cons.ciu.108. & propterea priuilegiati pro aliqua arte lanæ, & similium, pro illis negotijs priuatiuè concessio dicetur facta,Gramat.cons.ciu.66.Vrsill.dec.41. Idem in Ciue Neapolitano, qui non potest conueniri alibi,etiam si ipse consentiat,
128 vt decisum dicit ibi Vrsill.quod idem procedit, quando in certum genus personarum est specialis iurisdictio cõcessa,vti Seruientibus M.Admirati, de quibus Franch.dec.417. vel in nationem Raghusæorum, vt idẽ Frãch.dec.
129 723. Sed non est prætermittendus tex.l.nec quisquam §.1.ff.de offic. procons.Bald.consil.470.lib.2.Angel.cõsil.135. si verò priuilegium esset datum ratione personæ tantum,tunc esset electio personæ forum declinare ordinarij,vel consentire, vt Aret. in consil. 102.authe.habita, C.nè filius pro patre,Felyn dicto cap.pastoralis, Barbos. artic.quarto, leg.primæ ff.de iud.num. 155.considerando, quod authent. habita fuit facta fauore Scholarium tan-
130 tum, & priuatarum personarum, idemq; procedit si ratione rerum, vel causæ priuilegium exemptionis concederetur,vt ibi Barbos. & Afflict. d.dec. 41. in fine, & ita respondi pro fidatis Regiæ Dohanæ habentibus priuilegiũ exemptionis, ratione animalium, quæ depasci faciunt in territorijs fidatis,nã cum ratione causæ sint exempti non dicantur priuatiuè priuilegiati, licet pro ampliatione iurisdictionis Regiæ Dohanæ aliter decernant Officiales Dohanæ. Et prædicta omnia habent locum sine scrupulo,partibus,vel Iudicibus petentibus remissionem, & fori exceptionem,Franch.dec.529. sed Baronibus tacentibus, adhuc prorogationem admissam valere, quia multa facta tenent, non data oppositione, & priuilegij exceptione, & sic pro firmo est tenendũ,& sic Affl.dec.155.Hæcq; sufficiant ad explicationem tot casuum diuersorum,qui quotidiè occurrunt super tali materia, quam vti quotidianã altius putaui esse explicandam;Aduerte etiam,quod prorogatio valet, si Iudex ille habeat aliquam iurisdictionẽ, licet elidibilem,sed si esset pœnitus incompetens,quia non esset officialis ra-
131 tione originis,domicilij,habitationis, causæ,vel personæ,vel aliquo iure fundamentum non iurisdictionis haberet in partes, prorogatio non procederet; Flamin.Chart.dec.Genue.6. & dicam infra parte sequenti huius Pragmaticę.

Et regrediendo ad primam conclusionem,merum imperium videtur com-
132 municatum Baronibus, sub generali concessione,non tamen intelligitur collatum altum dominium,vt casus priuatiuè alijs Magistratibus concessi,vel reseruati in signum supremæ Maiestatis, vt dixi; sunt & etiam alij casus non supremi dominij, sed ij censentur pro exceptis,& non veniunt sub generali inuestitura, nisi specificè sint expressi, de referam aliquos magis practicabiles,& dubitabiles; An veniant,facta generalissima inuestitura de mero, & mixto imperio cum pertinentijs,& adiacentibus feudo. Et primò notes, quod in qualibet infeudatione largissima,etiam cum regalibus, & exceptis omnibus, semper tamen remanet reseruata auctoritas directi dominij, ac eius recognitio, licet enim possint remitti naturalia, ac omitti substantialia feudi, vt
133 modò diximus, non tamen expropriare potest Princeps à se iurisdictionem hanc directam, ossibus affixam, Baldus leg. qui se patris, C. vnde liberi; Et licet Princeps concesserit dominium, intelligitur concessisse

secun-

Digitized by Google

secundum ius de vtili,nam Barones dicuntur habere feudum in dominium,
134 & habentur vt domini,ac procuratores in rem suã, sed habent vtiles actiones,cum directæ remaneant apud concedentem,à quo auelli non possunt leg. per diuersas C.mand. differunt enim ab officialibus; nam & si habeant plenam iurisdictionis administrationem, super qua non possunt se intromittere Barones, nisi in demandando, vt diximus;eam tamen habent in exercitium, & non in dominium Gloss. Paris. tit.1. glo.5.num.55.de qua meminit D.de
135 Franch. dec.470. Indè Princeps habet intentionẽ fundatam in omni Terra,& Castro,quod ipse sit Dominus, & consequenter cogere potest possidẽtes
136 ad demostrandum eorum titulos, Afflict.in præiudijs constit.q.6.Couarr.1. cap.practic.quæstion.& sic tandem remanet exceptum directum dominium, quod consistit in reuidendo,visitando, rescribendo, mandando,appellationes
137 recipiendo,causas auocando, & priuando,Capyc.in inuest.fol.225. Curt. de feud.7.par.Frecc.auct.14. Gramm. dec.30. & quæ posset exercere dominus directus facta inuestitura,notat singulariter Petra fol.55.num.65. Immò, & si velit, quod non possit Princeps in præiudicium Coronę abdicare hãc exceptã auctoritatẽ, vt dixit Bellug.rub. 22.& Capy.vers.feudum dant,24.dist. nam esset deformare Principatum;Prin
138 ceps enim non debet sibi parem facere,nec superiorem, nec quemquam a sua iurisdictione eximere,Lucas de Penna l.fin.C.de locat. præd. Ciui. Iacobin.de feud.vers.in feudum,& versi. qui quidem inuestiti,alias concessio es-
139 set nulla, & si concedens non reuocat,poterit hoc facere successor,vt Capyc.ibi,& Bart.l. prohibere S.planè ff. quod vi, aut clam,qui communiter allegatur, dicendo, non posse Principem alienare demanialia,nec directa iura in præiudicium Status,vel Coronę,Andr.d.Constit.dignum,Gramm.d.decisi. 30. & latissimè voto 28. nam iura Regni potius illius sunt, quam Regis, & ideò regalia non poterit alienare Princeps Menoch.cons.962. libr.10. hanc veram, & probatam conclusionem di-
140 cit,enumerando quadraginta diuersos Authores sectantes hanc opinionẽ, & idem Menoch.cons.137. dixit,quod promissio facta per Regem Cypri Ianuensibus nulla fuit, quia cedebat in diminutionẽ Coronæ, quam Princeps per contractum,nec iuramento,nec de absoluta potestate potest eam minuere Ozasch.dec.139. Peregr.de iure fisci lib.1.tit.1.limitat hanc conclusionem nouissimè multis modis doctissimus Mastrill.libr.1.cap.12. cum seq.in suo tract.& qualiter possit dari reuocatio, idem in cap 18.seq.ibi, an hoc ius cõpetat successori in Principatu, & quibus casibus,Quæ opinio intelligitur cir
141 ca magnam deteriorationem, sed in partem posse donare res in allodium, etiam se expropriãdo directo dominio, communis est sententia, Villalob. com. opin.262.verb. iurisdictio, Tapp.de Constit.Principum cap.4.rubr.num.17 Capyc.vers.feudorum dominia, & nouissimè Mascard.concluf.incip.merum Imperium,& tunc non dicetur concessio feudalis,argum.l.vbi ità donatur,ff. de donat. causa mort. vide Præsid. de Curt.fol.6.in suo tract.feud.Et hac po-
142 tissimum ratione se fundant Veneti, & Ianuenses,exempti à dominio Imperatoris, vel Regis, prisca libertate ab immemoriali tempore fruentes,Petra de potest.Princ.fol.100.num.98.& dicunt,quod in partem Rex poterit se ex propriando concedere,& data cum priuilegio immemorabili præscriptione sunt in tuto se defendendi à directo dominio,& conseruãdi suum mare, quod non possit ibi prædari à nostratibus; cũ mare illud sit appatronatum, & liceat alios arcere ab ingressu,& præda inimicorum l.diuus ff.de seru.rustic.prę.d.sed contrarij dicunt,non potuisse illis concedi tale priuilegium, continens manifestam deteriorationem Principatus, nec sufficit immemorabilis,nam quan-

Digitized by Google

143 do improbatur titulus, nulla datur præscriptio,etiam mille annorum,vt dixi prima Pragma.Felyn.cap.accedentes de præscript.Cœpoll.tract.de seruit.de mari,& nouissimè hunc punctum attigit de Pont.in tit.de trirem.cap.1. ad quem te remicto, & sic, si magna esset deterioratio Coronę,tunc seruanda esset prima opinio, ita vt successor non teneatur stare concessioni,nisi donatio fieret Ecclesiæ,& è contra,nam tunc non diceretur se expropriare, vt
144 de donatione facta à Constantino dicunt, qui multa contulit Ecclesiæ, & magnas Ciuitates, vti Ferrariam,& alias, quæ notat Peregr.de fideicommiss. art.23.num.16. & nil remansit pœnes concedentem, secundum magis communem opinionem, vt idem Peregrin. ibi,& Bertra.cons.91.cũ duobus sequentibus,Dec.cons.150 & de validitate huius donationis Fr.Marc. decisi.362. 2 par. Affl.in prælud.Const.Regn.quæstio.2.& quod Regnum Neapolitanum sit patrimonium Ecclesiæ; & fuerit in feudum concessum Regibus latè Gra-
145 mat. cons. ciu. 47. Adde nouissimè Præs.de Curt.fol.17.num.6. quod Regnum istud sit in feudum, & Ecclesia habeat directum dominium quò ad totum,non quo ad partes, & quod ipsa sit requirenda pro alienationibus particularibus,vel de grauaminibus vasallorum,& inuestituris,& latius D.Tapp.
146 super primo Ritu nu.11.& sic respectu partium, & singulorum Rex habet directum dominium super suos feudatarios,& ad ipsum est recurrendum dixit Capyc.in inuest.d.verl.feudorum dominia.

Et consequutiuè secundò asserimus,
147 sub mero imperio, & generali qualis concessione exceptas esse causarum appellationes, cum ius audiendi lamentationes,auocationes,ad concedentem spectent. Vnde nisi expresè sit data auctoritas primarum appellationum, numquam subauciuntur,vt Iacobin.de Sancto Geor.in tract.feudali, versic. & cum mero imperio,Couarr.pract. quæ-
148 stion. cap.4.& licet Princeps vberrimis vsus fuerit verbis,nequaquam præsumetur transtulisse appellationum causas,quas maioratus ipse nominat,adeò vt licet feudum sit datum in plenum dominium,& proprietatem, adhuc secundum eum; causæ apppellationum intelligentur reseruatæ,& Ilern.tit.de feudi cognitio.& ibi Afflict.in Constit. Regni Nam appellationis ius, est de Principi reseruatis, Bald. auth.quas actiones num.14.C.de sacrosan.Eccles. Boss.tit.de Principe num.281. Auend. de exequen.mand lib 1. cap.5.& ideo specialis mentio est facienda in concessione Cabed.dec 40.par.2.Iacobin. de Sancto Georg.verbo cum mero imperio,& procedit etiam si esset facta cum omnimoda potestate, Couar.practic.quæst cap.4. num.6. Surd. *consil.* 275.volum.1.quia fermo *semper intelligitur* de primo actu l boues §. hoc sermone ff.de verbor.signif.Cauet.cons.
149 209. Nec potest consuetudine,vel præscriptione quæri,vt Bald.loco citato Couarr. cap. possessor 2.par.§.2. de regul. iur.in textò,Maria de iurisd par. 4.casu 198.Dom Tapp. d.Const.Reg. ea quæ ad decus num.39.limitatur tamen,si feudum sit reuersum ad Regẽ, & postea fuerit concessum, prout plenius sui antecessores tenebant, nam
150 etiam appellationes esse concessas dicunt Andr.cap alias sciendum vers. in hoc Regno, quibus modis feudum const.Anna alleg.52.& Baro se inuestiens in appellationibus puniri poterit pœna capitali, Reg. de Pont.tit.de
151 elect.Offic.§.1.num.46.in suo tract. de potest.Proreg.solum enim prima instantia,& non secunda videtur concessa,nè maius præiudicium inferatur cõcedenti,& vasallis; Licetq; multi contrarium senserint, quòd data generali concessione meri, & mixti imperij, veniant primæ causæ appellationis; cum ad delegantẽ sit appellandum,vt Bartol.& alij ff.ff.quis,& à quo, Anna allegatio 51.num.40 cum ibi adductis, attamen eorum opinio communiter est con-

Digitized by Google

consutata, & consuetudine non roborata, cum appellationum causæ omninò non veniant, vt per supra citatos,& Capyc. in inuestitura vers. feudorum accessoria, Dom.de Franch.decis.192. Maran.cons.114.qui ait, Barones, licet muniti sint longissima præscriptione non posse præscribere ius appellationũ primarum causarũ, cũ sit de regalibus q̃ sunt inpræscriptibilia, secundũ Bellug.rubric.23. §.sed pone, & in Regno non habet difficultatem; neq; consensus, & prorogatio vasallorum poterit fisco nocere,& iurisdictionem tribuere, l.priuatorum consensus, C.de iurisdict. omn.Iud. Capyc.dec.9.Immò,secundũ Couarr.præcit.loc. neq;Princeps posset concedere, vel vendere hæc iura, nisi ex necessitate, Gramm.voto 28.in ter-
152 minis,quæ necessitas bellorũ, & aliorum onerum compulit Regem nostrum in Regno ad vendendum dicta iura,& ex causa posse Principem vendere regalia,& etiam demanialia,abundè Capyc.vers. feud. dant.prima declaratione,& ex antiqua consuetudine, vt dixi Pragm.4. licitè hodie venduntur merũ imperium,& alia regalia,cum sint profanata ista iura, quæ vti sacra prohibita erant alienari, Boss. titul. de Principe.

Et sic tamen nisi ex contractu, vel priuilegio sint concessæ primæ appellationes non intelliguntur: Et quando
153 venduntur,an possit comparere Vniuersitas,vt præferatur, & redimatur ab hoc onere à manibus Baronis, soluendo pretium; vide Dom.de Franch.dec. 17.vbi hoc latè excutit,ibiq; concluditur,quod ius prælationis, & retrahendi competit Vniuersitatibus intra annum prout petitur demanium, vndè idem ius est de toto ad totum, quod de parte,quo ad partem,l.quæ de tota ff.de
154 rei vend.& propterea licere etiam dicimus pro se liberando ab onere appellationum à iuribus exituræ, ponderum,mensurarum,& similium,& ità seruatum refert de Curt.fol.10. nu.65.in tract. feud.& in facto per prædictam rationem, dùm quidam Baro locasset Terram vnà cum iurisdictione,licet .n.
155 locare Baronibus eorum Terras, & potiùs dicuntur affictati fructus iurisdictionis,quàm ipsa iurisdictio,quæ requireret Regium assensum,vt Anton.de Ball.lib.5.super Pragm. tit.de ambitu, Viui.dec.126. num.5. Indè facta locatione,non veniunt concessa solita præstari pro obsequio Bald. l.defunct.in 2.
156 lect.ff.de vsufruct. Dom.Rouit.tit.de salario num. 12. nec tenentur præstare subuentiones vero Domino, vt dixi 1. Prag. Facta ergo locatione neq; Affictator habebit vsum vti Baro in dema-
157 nialibus Vniuersitatis, quia vsus debetur Baroni vti Ciui,sic de Ponte in d.tract.suo fol,98. num.9. si enim Vniuersitas peteret se præferri in affictu, valdè fuit altercatum si obtinere potuisset. Ego quia partes Vniuersitatis tuebar dicebam ex prædictis, prælationem deberi, nam ius concessum prælationis in venditione, extenditur ad lo-
158 cationem Affl. de iure prothomis. §. 1.num. 25. tantò magis, quod fructus feudi colliguntur à vasallis,& Domino volente vendere vel locare, potius fructuum Collectores præferuntur, quàm extranei,Tiraq.de retr.in præfat.n.15. arg.l.j.ff de priu.cred dixi supra Pragmat.1.

Contrarij se opponebant,prælationẽ
159 in locatione dari, quando est ad longum tempus facta,& non alias, contra Affl & Viu. dec.506.& cum hæc consuetudo prælationis sit contra ius,& exorbitans,non est extendenda de toto ad partes non integrales, sed hæc responsio non refragatur,cum opinio Afflicti,sit maioris auctoritatis, & ponderis,& consuetudo sit potius fauorabilis, & extendenda fauore publico vniuersali,& miserabilium, vti reputantur Vniuersitates quo ad priuilegia, vt dicã infra; & propterea prælatio est danda, & sub Iudice lis est in Magn.Cur. sed iudicatum pro hac mea opinione refert nouissimè Dom.Rou. titul.de offic. procur.Cæsar.pragm.64.num.31. sola

igi-

Digitized by Google

igitur prima instantia illæsa,& non per turbata seruari debet infeudato, super
160 qua in nihilo debet Princeps se intromittere, nisi per viam prouocationis, & querelæ, alias grauarentur feudatarij,& totus Mundus rueret,si placita Princeps non seruaret, Bosf. tit.de Principe num.148.l.Cæsar,ff.de publicanis,latè Petra fol.55. num.55. & sequent. Adeo quod vasalli non poterũt
161 apud superiores Regios iurisdictionẽ prorogare,vt supra dixi.Neq;facta appellatione ab interlocutoria ad superiores causa poterit ibi tota terminari, licet ambæ partes consentiant; Incidens enim solum debet decerni, & si benè fuit prouisum per Curiam feudatarij, causa ad eum debet remicti,vt D.de Franch.dec.529.limitando,quod si Baro consentiret,etiam prorogatio procedit,Afflict.dec.155. in fin.Tapp. super Const.Regni Iustitiarij.Quod idem sta-
162 tutum fuit in causis criminalibus,qđ reus appellans debet remicti ad supplicium mortis ad locum Baronis, confirmata sententia,D.de Franch.dec.519. Hucq,pertinet,quod Nuncij etiam Regis aliquem citare non possunt,vel aliquem actum iurisdictionis exercere in Terris Baronum sine licentia ipsorum, qui tamen tenebuntur impartiri,si iusta
163 erint petita,Boer.dec.8.Capell.Tholos.dec.423.Gloss.Pragm.statuimus de officio Baiuli,nouissimè Rouit.rubri.nè quid in loc.publ.num.3. non tamen ad hoc sunt obligati maiores Magistrãtus aduenientes ad Terram Baronis,Petra fol.59.benè;Adde quod si Nuncij cita
164 rent sine licẽtia Officialis, vel ipso renuente,citatio erit nulla Afflict.Const. Regn. edictorum num.14 sed D.Tapp. ibi inclinat,quod dum Officialis non impartitur licentiam, reus videtur excusationem habere ad sibi credendum, quod non teneatur, vndè ille actus citationis videtur nulliter expeditus;maximè si citationes non essent supremorum,nã quò ad ipsos dubito licentia sit necessaria,Gui.Pap.dec.346. & de hoc diximus supra Prag.3.in fine. Hinc est quod Doctores dicunt, non posse Principem in Terris infeudatis rescribere
165 contra iurisdictionem,& eximere vasallum ab eius potestate, sed solum in casu grauaminis, Alex.cons.5. Viu. comm.opin.214.2.p.in antiquis,Adde Annam alleg.44. qui facto verbo in Sacro Consilio refert iudicatum fuisse, vasallum ex aliquo priuilegio exemptũ à Baronis iurisdictione,delinquendo amisisse suum priuilegium, & recognosci posse per suum Baronem,exemptione non obstante; conferunt notata per Guido.Pap.dec.56 quod Princeps non possit præiudicare iurisdictioni ordinarij. Sed ego dubitarem, si delinquens peteret remicti ad suum Iudicẽ, nam esse remictendum crederem, vt infra hac Pragmatic. dicam; & secundum hanc meam opinionem *decisum* ait Franch.vlt.tom.dec.721. Sed an Prorex possit causam retinere, etiam
166 ex vrgenti causa,pro illa vice tantũ, vt solet facere, & iure defendi non poteſt,licet de facto aliquando sic in Regno obseruetur Præsid.de Curt.fol.28. num.16. & sic confirmat nouissimè de Ponte in d.suo tract. de potest.Proreg. tit.de elect.offic.§.1.num.19. quod ex causa vrgenti, pro bono publico,in casibus exemplaribus liceat Proregi auocare causam delegando,vt procedatur nomine regio,quod importat tollere appellationem, & dare modum procedendi extraordinariè,vt idem de Ponte tit.de deleg.causarum, vbi licito iure posse Proregem ex magna causa, auocare causas ab ordinarijs, & delegare, vt regio nomine procedatur, & multoties etiam obseruat in causis ciuilibus grauioribus,suadente aliqua iusta ratione,vt ibi videre poteris, Sicq; fuit dubitatum per Dom.de Curte, vt ibi etiam discutitur; si indultus poterit concedi vasallis Baronum, quod valdè fuit altercatum, & ob publicam lætitiã
167 posse concedi fuit resolutum, nam generalis abolitio de iure conceditur, l.abolitio ff.ad Turpil. sed particulares gratiæ sine præiudicio Baronis non possent

sent fieri, Couarr. pract. quæst. cap. 5. & sic seruatum vidimus in felicissimo matrimonio nostri Philippi Regis Tertij,
168 Vtilis tamen Dominus, in inuestitis præfertur directo Bald. l. 1. ff. de rerum. diuis. ità vt non possit Princeps in præiudicium Baronis facere gratiam vasallo feudatario, nisi causa ad eum deuoluta, Thesaur. decis. 166. vide Mastrill. lib. 4. cap. 16. num. 255. poterit enim ordinare, & rescribere super ijs, quæ tè-
169 dunt ad iustitiam ministrandam, non in alijs, l. fin. C. ex quib. munerib. nam priuilegia debent attendi, & si priuatus ligatur lege conuentionis, tantò magis & Rex, argum. l. pænult. C. de donatio.
170 inter vir. & vxor. vbi nè retractetur dictum Principis, valet donatio inter virum, & vxor. sic de donatione facta filio in potestate, Bald. cap. 1. §. item sacramenta, Alex. auth. ex testamento C. de collat. Cotta verb. donatio. & Deus
171 ligatur pacto Bald. l. 1. ff. de pact. secundum tamen nostrum intelligendi modũ, & maligni spiritus, qui sunt mendaces, pactiones tamen seruant, Baldus cons. 366. 3. volum. sic, & Cæsar ligari debet verbo, leg. Cæsar de publican. & etiam de plenitudine potestatis directiua, contrauenire promissis non potest Dec. cons. 512. dubio, & maximè quãdo pecunia sunt priuilegia cõcessa, Bal.
172 l. q se patris, C. vn. lib. Rom. sing. 457 sic enim tractatur de titulo oneroso, ac tractatur de dñio vtili translato, & non de iurisdictione cõcessa in officiũ, & administrationem, quæ debilior est, & pati potest alterationem, & diminutionẽ, Franch. dec. 370. & 723. sed non quãdo datur in feudum, nam tunc est priuatiuè ad concedentem, Laudens. de Principe quæst. 138. Roland. cons. 88. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 13. Hinc est, quod directus dominus in
173 locis infeudatis non curabit per se fieri proclamata, sed scribet feudatario, vt is fieri curet, Curt. Iun. cons. 7. Nacta cons. 408. & cons. 580. volumin. 3. Nec poterit banna sui Baronis subuertere, aut eis derogare, Ozasch. dec. 34. num. 8. nisi essent iniusta, Cancer. var. resol. d. li. 3. cap. 13. Cabed. dec. 85. Bouadill. cap. 16. nu. 89. Poterit tamen Princeps vt dixi, ampliare, minuere, & modificare iura infeudatis, non tamen eos disuestire Foller in Pragm. censua. vers. & submissiones, num. 19 Peregr. de fideicommiss. art. 23. nu. 19. qui confirmat, quod etiam in Terris concessis cum absoluta potestate, vt in Ducibus Vrbini, Mediolani, Mutinæ, & alijs adhuc
174 Princeps poterit altum dominium exercere, legitimando, & alia faciendo, Felyn. cap. solitæ de maiorit. & obedie. Cattan. cons. 125. 2. volum. Verum per viam legis generalis, posse modificare, alterare, & tollere pro bono publico aliquas prærogatiuas, vel prouentus concessos Baronibus multi tenuerunt,
175 Laudens. de Principe q. 72. Sur. cons. 53. rex. est l. qui agros C. de omni agr. deserto, Boss. de foro compet. num. 49. indè videmus multos casus excipi, nè componant in causa blasphemiæ, sodomiæ, lęnocinij, vt dixi supra Pragm. 6. per quas Pragm. & alias derogatum est iuri Baronum, quibus de iure non erat eis interdictum, sed contrariam opinionem multi sectantur, quod non possit Princeps iuri tertij præiudicare post factam inuestituram, etiam per viã legis generalis, Boss. sibi contrarius tit. de pœn. num. 27. Cæsal. cons. 302. vol. 3. Boer. cons. 45 Foller. in praxi crimin. vers. audiantur excusatores nu. 89. Salem in add. ad Neapod. in prohem. sed quidquid sit affirmatiua opinio obseruatur quotidiè: Inde in facto valdè fuit dubitatum, si iure possint Regia Tribunalia mittere Auditores, & alios delegatos, pro capiendis informationibus
176 de delictis commissis à vasallis Baronum in eorum Terris, nulla data negligentia, vel non existente suspitione Officialium ipsius Baronis; & videtur manifesta turbatio iurisdictionis se intromittere in primis causis vasallorum, dum priuatiuè ad Dominum directum, & suos Officiales habeant infeudatam iu-

Digitized by Google

iurisdictionem, vt dixi, & fuit supplicatum Regiæ Maiestati, vt in cap. gratiarum 30. quod situauit Dom. Tapp. tit. vbi de crimin. ag. por. post 2. Prag. vbi
177 ordinatur expresè, quod superiores non inhibeant, nec citent vasallos Baronum, quos notoriè constat ab eis esse recognoscendos, & petere remissiones, est grauare illos, ac subditos expensis, & circuitus inutilis est euitandus, vt latè dec. Magon. Flor. 9. Franch. dec. 275 Verumtamen de iure hoc benè procedit, sed non obseruatur, quia circuitus
178 non est inutilis, sed vtilitas magna est Baronis, & partium, ac publici, cuius interest puniri delicta l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. Cumq; teste experientia, potentia maioris Magistratus, cum maiori facilitate delicta cooperta in publicum prodire videmus, ideò pro bono publico, hæc generalis consuetudo seruatur ad partis instantiam, pro capiendis informationibus expediri Commissarios: Et quia nimis vltra transgrederer, si plenius hunc punctum vellem excutere, remicto lectorem ad supra citata, nè amplius me extendam: sed ad primam conclusionem redeundo, Baro non poterit se intromittere in causis appellationum, nisi habeat priuilegiũ; alias posset puniri pœna nostræ Prag. cum solum prima instantia debeat ei esse salua. Sed dubitatum sæpiùs au-
179 diui; si Baro potiri non potest priuilegio appellationis, nisi specialiter concesso, quare communiter à sententia Baiulorum appelletur ad Capitaneum si in inuestitura hoc non est ei tributũ? Frecc. de subfeud. auctor. 16. dicit hoc fuisse introductum ob modicitatem causarum minimarum, quæ si ad superiores adduci deberent, maius esset dispendium, quam valor causæ, quod permitti non debet, auth. nisi breuiores, C. de sentent. ex breuilo. recit. Hæc respõsio non satisfacit, cum in Curia Baiulorum, præter criminalia, omnes causæ ciuiles maximæ summæ, possint agitari, vt in Constitutione Baiulus si furem, & dicam in sequenti. Tu dic, veram ra-

tionem esse. & hoc venire ex Constitutione Regni Officiorum periculosa, vbi hoc conceditur Baronibus, & ex eius legis conditione datur ius appellationis ad Capitaneum, & deindè ad Iudicem secundarum causarum, si Baro habeat secundas causas, qui dicetur tertius Iudex, Dominus de Franch. decis. 511.

Vlterius quæritur, si Baro non habeat secundas causas, & deleget causã
180 alicui, quia ordinarius est suspectus, vel ex alia causa, an possit appellari à delegato ad delegantem? de iure videtur quod sic, proinde hac via Baro posset habere primas appellationes, vt probatur cap. super §. porrò, & cap. si delegatus de offic. delegat. l. 3. ff. quis, & à quo, nam quoties non sumus in ordinario Iudice à quo appelletur, *tunc ad* delegantem debet appellari. *Romanus* sing. 76. quod appellatur ad Episcopũ causam delegantem, & non ad Metropolitanum Felyn. rubr de offic. deleg. Adde Marant. in art. appella. num. 381. Quæ opinio infinitos habet sequaces; Frecc. verò de subfeud. auctor 13. contrarium firmat, nam hoc esset per indirectum fraudare Regem primis causis,
181 & ad fraudes tollendas in Regno nõ permittitur appellare ad delegantem, Capyc. decis. 225. Couarr. practic. quæstionum 4. cap. vers. quinta conclusio, qui substinet hanc opinionem, etiam de iure respondendo, quod si appellatur ad delegantem, procedit hoc in Principe, & sic allegata iura intelligi debent; secus si delegatio fiat ab inferiore, qui limitatam habet iurisdictionem prò prima instantia, & alia multa adducit, & ità seruatur, sic de Ponte in suo tract. tit. de elect. offic. §. 1. num. 48. Adde Petram de potest. Princ. fol. 99. nu. 66. Tapp. super iure Regni fol. 137. num. 87. Vbi etiam traditur, Barones
182 non habere facultatem faciendi reuideri decreta Officialium, sed omninò erit appellandum, & notissimè Barbos. l. cum prætor §. 1. ff. de iudic. num. 217. Circa verò causas suspitionis Iudicis,

ad

ad delegantem recurritur; vt de alio Iudice prouideat, non ſuſpecto, & hoc ex eo eſt, cum ſuſpitio non tollat iuriſdictionem, ſed ſugillet perſonam Iudicis, vt in terminis dixit Frecc. in titu. de differentijs feud. quaternator. differ. rent. 26. licet contrarium voluerit Carau. rit. 265. quod Iudex allegatus ſuſpectus debet ſtatuere terminum parti vt adeat ſuperiorem Regium, quæ opinio vltra quod non eſt iuris, non ſeruatur, vt nouiſſimè teſtatur Bernard. Muſca. in ſua praxi ciuili verbo competen-
183 tes nu. 59. ſecunda par. vbi tenet Barones poſſe cognoſcere, & delegare cauſas ſuſpitionum ſuorum Officialiũ, & ſic Frecc. ibi citatus, quidquid in contrarium dixerit Carau. quod obſeruari nouiſſimè Dom. Rou. Pragm. 2. tit. de ſuſpit. ſecundum Frecc. dicit, & eum defendit auctoritatibus multis ab impugnatione Carau. Nec eſt recurrendum ad Iudicem ſecundarum cauſarũ,
184 vt inſipidè vidi opinari, cum non ſit competens, niſi de appellationibus, & non de perſona Officialium: & propterea, etiam ſi Baro ſit ſuſpectus, quia inimicus vaſalli, & per hoc redditur ſuſpectus Officialis eius, Crauett. conſ. 6. non ideò Magna Curia, vel Audientia poterit tollere iuriſdictionem, ſed man-
185 dabit Baroni, data præuia liſta ſuſpectorum per partem, vt prouideat de Iudice, vt dixi Pragma. 3. latè: Barones enim habent, vt dixi iuriſdictionem in dominium, quam non de facili perdere poſſunt, vt ibi Frecc. ſecus in habentibus iuriſdictionem in adminiſtrationẽ: nam allegato ſuſpecto Officiali Regio, poterit decernere Magna Curia, quod cauſa remaneat, vt Carauita met d. rit. in fine. An verò vaſalli teneantur ſemper adire primum, ac etiam ſecundum Iudicem, ſi de hoc erit priuilegiatus Baro? videtur, quod ſi patitur quis primum, debet etiam ad ſecundum iudi-
186 cem accedere, vide Surd. in dec. 143 Franch. in deciſ. 511. nam omniſſis ijs medijs, non liceat per ſaltum tranſire, l. imperatores, ff. de appellatio. & maximè in præiudicium iuriſdictionis, cui nullo modo vaſalli præiudicare poterint, Capyc. d. deciſion. 9. quod eſt verum; ſed non procedit, ſi iuriſdictio nõ depẽdeat à Barone, vt in aliqbus caſibus, prout dicimus de cauſis actitatis
187 in Curia nundinarum, nam cum nũdinæ non poſſint concedi niſi à Rege, Marant. in artic. vt iudicium mercatorum num. 50. cauſæ dependentes, ſeù appellatæ de dicta Curia, licet conſtituta ſit in Terra Baronis, ac ab eo Iudex eligatur, tamen appellatur ad ſuperiores Regios, & non ad Iudicem ſecundum Minado. conſ. 27. & Franchis d. deciſi. 511. Quid ſi Baro concederet
188 priuilegium Nundinarum, vel Mercati, cum poteſtate iuriſdictionis, ſuper quo expeditur Aſſenſus Regius, vti neneſſarius an tunc iuriſdictio videatur tributa à Barone cumulatiuè cum Rege, ità vt in cauſis delegandis, vel Officiali conſtituendo ad Baronem ſit recurrendum, vel ad Regem? Magna fuit altercatio, Ego dixi, quod cum Nundinas cõcedere non ſit Baronum, ſed Regis, licet Baro ſuum conſenſum etiam accomodet, actus tamen tribuitur danti, & principaliter confirmanti, vt Abb. cap. nobis de iure patro. Montan. prag. 2. num. 186. de admin. Vniuerſ. vbi ſimilis quæſtio deciditur, & ſic Couart. pract. quæſtion. cap. 4. verſ. ſecunda cõcluſio, Dom. de Pont. in ſuo tract. tit. 1. §. 1. nu. 11. ideò, vt dixi, ab eorum ſententijs ad Regios, & non Baronales ſecundos Iudices appellatur. Quodque
189 procedit in omnibus caſibus dependentibus à Rege, nam à quo fluit, ad eundem refluere debet, l. 1. §. cum Vrbem ff. de offic. Præfect. Vrb. Bart. l. 1. §. ſi quis in appellatione, ver. quæro, ff. de appellat. Idemq; erit obſeruandum, ſi iuriſdictio dependeat ab Vniuerſitate, nam ad ſuperiores, omniſſis medijs ap-
190 pellari poterit, vt dicimus de Vniuerſitate, quæ elegit Rationales: nam ab eorum ſignificatorijs non appellabitur ad Baronem, cum non dependeat ab eo iuriſdictio, Carau. tit. 52. Montanar.

ſuper

super Pragm.1.de administr.Vniuersit. Pragm.62.tit.de offic.Procura.Cæsar. cap.20. sic in appellatione à Syndicatoribus,vt dixi supra Pragm.8.sic in appellatione à Catapanis creatis ab Vniuersitate,Franch.dec.511.Regens
191 Tapp.dicit iudicatum in Const.Reg. Magistros Camerarios, Couarr. pract. quæstion.vers.secunda conclusio,cap.4 vbi dicitur, quod si immediatè electio alicuius iurisdictionis non dependeat à Barone,si tamen ipse eligit, vel confirmat Iudices nominatos, tunc dicentur dependere ab eo,quo casu ad suam iurisdictionem debet recurri; quod est
192 notandum,cum in multis locis Grasserij,Iudices Baiulorũ,& alij nominantur ab Vniuersitate,Baro tamen eligit, vel confirmat,alias non possent exercere; hoc casu dicemus iurisdictionem dependere à Barone ; quod est limitationis ad prædicta,& ad decis.de Franchis; Quæ omnia nota,cum non passim inuenies; & ità de Ponte in loco supra cit. sic & consequenter non est obligatus ad forum quis in secunda instantia Baronis, si exẽptus sit ab ordinario ratione alicuius dignitatis,militiæ,vel artificij,vti lanificij,& similium,quia habent suos Iudices particulares priuatiuè ad ordinarios, de quibus loquar in fine huius primæ partis, vbi videas l. magisteriæ,C.de iurisd.omn. Iudicum, Stracch.in tract de mercatur.titul,quo modò sit procedendum artic.1. & de militibus loquitur D.de Franch.decis. 88.& post eum Viuius dec.254.Exteri tamen qui sortiuntur forum ex aliqui-
193 bus causis, de quibus in leg. hæres absens cum suis §§. ff. de iudic. vti ratione contractus solutionis, rei sitæ, & cæterorum,si habebunt primum Iudicem,etiam & secundum sufferre debẽt Abb.& Dec.in rubr.de appellat. Franchis dec.511.num.4. vnica dicitur instantia Iudicis primarum,& secundarũ causarum,Ann.cons.70.Franch.vltim. rom.dec. Inde decisum quod tres sententiæ Baronales,pro vna sententia ha-
194 bentur. Multi etiam Barones non solum habent secundas, sed etiam tertias appellationes ex priuilegio, quod similiter seruandum est,prout in secundis,licet strictè,cum sit durioris oneris, indè est, quod multi habent, sed pauci sunt in possessione,vt Carauit. ritu 49.
195 cum magis versetur detrimentum supremi dominij,vt considerat Grammat. voto 28.num.26. cum Rex quasi exproprietur iurisdictione audiendi prouocationes, dum vltrà tertiam vicem non liceat prouocare,quando sententiæ sunt conformes,iuxt.notat.l.1.C.nè liceat tertio prouocare,sed vide Ann.
196 cons.70.nu.9.ibi,an tres sententiæ latę in Curijs Baronis reputentur pro vna ad effectum,vt liceat prouocare.Et hęc satis quo ad istum articulum appellationis.

Excepta sunt regalia,quæ *soli Prin-*
197 *cipi* competunt, & sub *quauis generalissima* concessione non veniunt,cum sint reseruata in signum supremę potestatis,& Coronæ.Enumerat tex.in c.1. quæ sint regalia,quem declarat Andr. ibi,& exornat Affl.Bald.& cæteri,Capyc.in inuestitura,verbo regalia, Bossi. tit.de regalijs,Peregr.de iur.fisc.1.art. vt puta Mare,portus, flumina, nauigabilia,vectigalia,gabellæ, collectæ, monetæ,Angariæ,Magistratuum creatio, & alia, quæ nullo modo præsumuntur concessa,cum non debeant concedi, & maximè in magnam diminutionem Coronæ,vt dixi; Nisi inuestitura fieret de Terra, vbi Rex non habet nisi regalia,
198 tunc præsumitur facta concessio de ijs,quæ insunt,& in quibus potestatem habet,Afflict.d.Constit.Regni Ea quæ ad decus,& ibi additio, similiter si ità consuetum sit inuestituras fieri in ijs Ciuitatibus,& Terris, vt putà quando fiunt concessiones Magnis Ducibus solitis in ea Terra habere Regalia,monetæ cudendę, legitimandi spurios,creandi Notarios,& alia,tunc pręsumitur facta concessio iuxta solitum, Iacobin.in tractatu feud.in princip.vers.dubitatur etiam; & quomodo regalia concessa intelligantur, & quando,benè Peregr.

Digitized by Google

2.artic.num.97. de iure fisci, latè Mastrill. post hæc editus lib.1.cap.14. cũ seq.tract.de magistr.vbi omnia coacernant,quæ sint regalia,& quando videã tur concessa.

Excepti sunt casus Magnæ Curiæ
199 concessi,quos supra retuli,qui priuatiuè sunt ad Barones, & nisi de ijs sint particulariter priuilegiati,vel cum generali clausula concessionis casuum, de quibus sola Magna Curia cognoscit,non subintelliguntur;Aduertas tamen, quod ideò repeto hic, quod licet multi sint dicti casus, tamen sunt communicati plures Baronibus, & sine noua concessione veniunt,vt sunt causæ præsentationis instrumentorum, de quibus sola olim Magna Curia poterat cognoscere: sed hodiè etiam omnes Barones,Carauit.ritu 54.Verum si quis fuisset citatus via Ritus in Magna Curia non posset declinare forum,nec Baro poterit petere remissionem, cum
200 cumulatiuè detur iurisdictio,Carau. ritu 166.num.15.nisi adesset in specie priuilegium in fauorem Baronis,vt habet Princeps Bisiniani,& alij,quibus in specie conceditur facultas cognoscendi de liquidatione instrumentorum,vt benè Dom. Rouit. nouissimè pragm.1. de liquid.instrument. & Reg. Tapp.tit. de effic.Mag.Iustitiar. in ritu 54. dicit quod ad instantiam Magni Admirati fuit per S. C. remissus subditus citatus in Magn. Curia, quia Curia Admirati habet priuatiuè concessam iurisdictionem cum clausula abdicatiua, sed an
201 per superiores possit denegari similiter remissio,si citatus erit quis super instrumento censuali ad formam Regiæ Pragmaticæ, & non ad formam Ritus, inter quos est magna differẽtia,& Foller.in Pragm.cens.vers.& submissiones cuicumq; foro dicit,quod per ea verba possit denegari remissio Baronibus, vt nu.30. & sic videtur confirmare Franciscus Milan.decisio.5.part.2. licet ibi loquatur in debitore, quod non possit opponere exceptionem fori,tam virtute pacti,quam vigore Regiæ Pragmat. sed in Barone ego iudicarem pro ipso, nam est diuersa ratio,cum quis citatur vigore Ritus, nam antiquitùs hæc cognitio erat excepta solæ Mag.Cur. vndè nimirum quod strictè proceditur cõtra Barones,sed causa censualis est causa ordinaria, & non est excepta Baronibus,vndè relinquo cogitandum,cum
202 multa possent dici; sicq; & de priuati carceris crimine,vel plagij delicto,apocis recognoscendis,hæc omnia excepta erant Baronibus,Bellug.rubr. 38.§.cõqueruntur, sed non hodiè; præter tamen istos,alij remanent excepti,vt Carauit. ibi.

Exceptum est indulgere, componere,transigere, gratiare, & transmutare pœnas corporales,sub concessione meri imperij,hæc potestas non intelligitur tributa,Afflict.& Isern.tit.quæ sint regalia vers.pœnarum. Et quamquam facta concessione plenaria,venient pœnæ,prouentus, & mulctæ cum sint fructus iurisdictionis,Bart.l.fin.ff.solu.ma-
203 trimon. hoc est intelligendum de compositionibus, & pœnis quæ à iure indicuntur,non de ijs quæ fiunt ex potestate, & priuilegio particulari non inserto in corpore iuris,Boss.titu.de remedijs ex sola clementi.Princ.Ozasch. decisio.101.& dec.29. hinc videmus, & Regios Iudices non posse componere sine licentia Proregis,Affl.dec.287. vbi dubitabatur, si Magnæ Curiæ hoc
204 liceret; sed in Regno potest dici, qđ quatuor literæ arbitrales talem potestatem concedant,licet de iure feudorum prædicta sint excepta,quia tamen communiter in omnibus inuestituris conferuntur,videtur quod sint de solitis,& consuetis, & quod sub plenaria concessione subaudiantur l.fin.C.de fideiusso.& ità in terminis Fabius de Monteleon. super quatuor literis arbit. part.7.quæst.5. Affl.in dict.Const.Reg. Ea quæ ad decus; secus verò quo ad priuilegium indulgendi, & componen-
205 di post sententiam,istud enim non est de solitis;& nisi plusquam expressè cõcedatur,vtiq; non intelligetur,cũ pa-

Digitized by Google

cis in Regno reperiatur conceſſum,ſolius enim Principis eſt,commeatum, & remeatum facere,dicit text.l.relegati, ff.de pœn.ſicq; in electione Inſularum, ad quas rei ſunt deportandi, vel relegandi,de quo caſu dixi prag. 6. ſupra; Itidemq;in licentia ſuſpendendi corpora punitorum,Iacobin.verb.& cum me
206 ro imperio, prout etiam guidare, indultare latrones,foriudicatos ipſos reſtituere ad bona,& famam, quæ de iure perdiderant,vt dixi ſupra d.Prag.6. & ſequent. vbi notaui cognitionem indulti eſſe exceptam Baronibus, & ſolũ, Regios ſuperiores debere cognoſcere.

Excepta etiam videtur publicatio
207 bonorum,vt l.1.C.ne ſine iuſſu Principis liceat confiſc. Et antequam hic vlterius progrediar, aduerte quod falluntur ij,qui dicunt ſolum in læſæ Maieſtatis crimine,bona publicari,propter authent.bona damnatorum,C.de bon. damnato.quæ publicationem bonorum videtur remittere, & concedere filijs; nam intelligitur,vbi lex ſpecialiter non prouidit hanc certam pœnam,ſolum ſtatuendo,& non in conſequentiam delicti, vt antiquitus; vndè pœna publicationis bonorum in vſurarijs, in contrahente inceſtas nuptias,& ſe ipſum occidente,non videtur remiſſa,ſeu correcta, ex d. auth.vt benè Viu.dec.244
208 in fine. Et proindè quod publicatio bonorum ſit excepta,multi tenent,Gramat.conſ.crim.6.qui firmat ſolum Magnam Curiam poſſe cognoſcere de delictis,vbi venit imponenda pœna publicationis bonorum, & proindè ſæpius vidi dubitatum, an Barones licito iure poſſent procedere in crimine vſurariæ prauitatis, cuius pœna eſt publicatio bonorum,vt in Conſt. Regni vſuriorum,& ex d.conſ.Gram.in terminis videtur hoc exceptũ Baroni,vt Affl.dec. 28.in fine;& Viu.dec.237.refert ſe ſæpius obtinuiſſe in M.C.contra Barones ſed idem tamen in fine dicit,quod appellata cauſa in S.C.iunctis Aulis, benè trutinato negotio, fuiſſe deciſum, Barones poſſe cognoſcere de pœnis publicationis bonorum,& non adducit p hac dec.auctoritatem.ſed tu vide Iacobin.de feud.d. verſ.& cum mero imperio,qui firmat hanc concluſionem, ſub conceſſione meri imperij venire conceſſam cognitionem publicationis bonorũ.Idemq;dixit Boſſ.tit.de pœn.n.21. cum hoc priuilegium non ſit de exceptis,& d.l.1.C.ne ſine iuſſu Princip.liceat confiſcare; intelligitur circa hanc nouam pœnam iniũgendã,vt latè Saly. ibi,ſic Pereg.de iur.fiſc.2.art.num.87. Maſtril.dec. 145. quod confiſcationes ſunt Baronum,niſi fierẽt ex delicto cõmiſſo in Dominum directum,vt ibidem n.94.Gui.Pap. q.76. Petra c.6.nu.27. & n.101.latè,& ſic intellige quæ nouiſſimè adducit Maſtril.lib.3.c.10.n.397. de Magiſtr.qui coaceruat infinitos au-
209 thores aſſerẽtes,hoc ius publicationis eſſe exceptũ,quia eſt de regalibus, ſed hoc nos concedimus, ſi in conſequẽtiã delicti Baro vellet bona publicare, nã ſolius Principis eſt,ſed ſecus qñ de iure eſt impoſita talis pœna, & Baro habeat conceſſum merũ imperium cũ plenaria iuriſdictione,tunc enim has pœnas eſſe Baronũ, intrepidè firmat Peregr.d.tit. 2,ex.n.87.cum multis ſeq. qui cæteros coaceruat,nec negat hanc limitationẽ ibi Maſtril.n 400.in medio alleg. Luc. de Pen.l.j C.de priũ ſchol.nã licet hæc ſit de regalibus,nõ tñ de primo gradu, ſed de ſexto dicit ibi Maſtr.vndè merũ imperiũ eſt maius iſta prærogatiua, & ppa tranſit cum plenaria iuriſdictione meri imperij,nã ea eſt pœna pecuniaria minor qualibet modica pœna corporali l.in ſeruorũ ff.de pœn.ſic D.Rou.ti.de vſurar.in nouis nu.22.& per hæc data
210 foriudicatione reorũ, quo caſu bona eorũ publicantur,iux.Reg.Conſt.foriudicatorũ,ea Baroni applicanda eſſe,ſed erit diſtinguendũ,ſi adſunt filij,vt Frãch.dec.101.latius Theſſa.dec.199. ſed talis pœna in Regno non fuit in vſu, vt Baiar.ad Clar.q.78.n.143. ſed moderata arbitrio Iudicum.

211 Et conſequenter multories vidi à prudentibus dubitatũ,num pœnæ quæ à legibus, & ſtatutis deferuntur fiſco, ei ſolũ debeãtur, vel Baro inueſtitus in

Ter-

Digitized by Google

Terrá de mero imperio, cum conceſſionibus pœnarum, & prouentuum, ſuccedat in locum fiſci; videtur quod non: nam verba legis, vel ſtatuti non ſunt transfiguranda l.non aliter ff.de legat.tertio, nam ſolus Princeps habet fiſcum l.1.C.de iure fiſci,vbi Cuiacius,
212 latè de ſignificatione, & bene Affli. in prælud. Conſtitut. Regni quæſt.15. vbi multa,quod ſolus Princeps habere debeat pœnas, quæ ſtatuto dictantur fiſco applicari; ſicq; in terminis tenet Foller.ſuper Pragm. 5. de admin.Vniuerſ. Sed contrarium eſt veriùs; nam facta inueſtitura de mero,& mixto imperio,veniunt omnes pœnę,& Barones ſubintrant in locum fiſci,cum ſubrogatum ſubrogetur ad qualitates, & priuilegia ſubrogantis in iuribus in quibus extendi poterit, Iſern.de pace tenend. S.hæreditatem,Capyc.deciſ.27.nu.17. Boſſ.in terminis d.tit.de pœnis nu. 23. & in tit.de regalijs nu.15.& ex Regnicolis Carau.rit.47.num.8. Capyc.dec. 183.nu.4. & nouiſſimè ſubtilius Theſſ. dec.132. quod omnis pœna,mulctæ,emolumenta,& publicationes bonorum ſint infeudati; Alij dixerunt hoc eſſe verum in delictis de iure prohibitis, & cognitis, ſed ſi nouiter pœna addatur ex ſtatuto,faciens delictum,quod de
213 iure nõ erat,vt in multis bannis Proregum videmus,tunc ſi pœna fiſco applicetur,ei debetur, & non Baroni, vt Surd.conſ.152.volum.2.& videtur decidere D.de Franch.dec.434. in certa cauſa contrauentionis Regij banni,in non reuelando frumentum;ſed hæc deciſio videtur contradicere ijs,quæ notabiliter dixerunt Theſſ. dicta dec.132 & Boſſ.d.tit.de pœnis num.25. dicentes,quod etiam ſi à ſtatuto noua pœna inducatur,& fiat delictum,quod non erat de iure, quod nihilominus feudatarij ſubintrent in locum fiſci;cum priuatiuè ſibi ipſi debeantur pœnæ: nam ſuccedit virtus priuilegiorum, inducto delicto,quæ ſemper loquuntur l. Ariani C. de hæretic. & iuriſdictiò ſemper priuatiuè ad fiſcum videtur tributa,
214 Gram.dec.30.& licet poſſit dici, qđ per viam legis generalis poſſit prejudicari inueſtituræ,Petra fol.56. num.81. tamen hæc ratio non eſt vera,vt ibi executitur,& maximè nu. 114. qui firmat opinionem Theſſaur.in hac quæſt.Affl. dec.282.quæ opinio eſt verior, & ita poſt hæc ſcripta Reg. de Ponte firmat in d.ſuo tract.de poteſt.Proreg.tit.de prouiſ.S.3.num.29.nam licet ſit de ſuprema auctoritate facere delictum, qđ non erat de iure communi, ſed data lege pœnali intrat auctoritas infeudati generaliter ei conceſſa, nam ſicuti poteſt facere de non delicto delictum, ſic & è contra de delicto non delictum, & vti Baro eſſe debet contentus in vno, & in alio eidem ſuffragari debet; limitat tamen ibi D.de Ponte,niſi particulariter pœnas has ſibi Princeps reſeruauerit vti nouiter impoſitas num.40. Nec obſtat deciſio Sac.Conſilij allegata, nam à poſita concluſione, ſecundũ eumdem de Ponte nu.45. loc.cit. non diſcedit D.de Franch.ſed eam deciſionem procedere dico,in caſu ſuo;circa bannum emanatum à Prorege, in cuius inobſeruantia videtur læſa ſua au-
215 ctoritas; vndè ſibi remanet caſtigatio; loquiturq; in pœnis banni temporalis, non perpetui,nam pœnæ mandati ſpreti inobedientiæ commiſſæ à vaſallo Baroni,in ſuperiores magiſtratus pertinebunt ad fiſcum,& non ad feudatarios; argum.l.nullum C.de teſtib.vbi non ſubiectus punitur à Iudice non ſuo ratione contemptus,vel ſuæ offenſionis, vel
216 delicti coram eo patrati, quia aures eius ſunt offenſæ: ſicq; eſt deciſum per D.de Franch.dec.470.quod vaſalli Baronum conuerſantes cum contumacibus M.C. q̃ ab ipſa cognoſci debeant, & non remittuntur Baronibus, de quo articulo infra loquemur.Qua diſtinctionis facta concordia,notes, q̃ nec pœna, nec cauſæ remiſſio debeat fieri ad Baronem,ſi eius vaſallus offenderit aures maioris magiſtratus,in non obediendo, & contẽnendo,allegant Doct.tex.l.cũ emancipati S.emancipãtus, vbi gloſ.ff.

Digitized by Google

217 de collatio.bonor.Capy.in inueſtitur. verſ.cum mulctarum ver. & ſciendum. vndè citatus vaſallus à ſuperiore ſi erit contumax,illa pœna contemptus & cõtumaciæ non erit Baronis,ſed fiſci,licet cauſa fuerit Baroni remiſſa,Nacc.conſ.
218 580.nec aliam contumaciam exoluet Baroni,Cara.ritu 205.n.10.Theſſ. deciſi.250. in fin.Iacobin.de S.Georg. verſ.de Caſtro num.12.in fine,ſed aduerte dum loquuti fuimus de l.nullum C.de teſt.quod Ricc.in ſuis collecta.ſuper hac l.dicit,vigore huius legis iudicatum fuiſſe ciuilem Iudicem puniſſe delictum falſitatis,commiſſum in cauſa illius ciuilis Tribunalis,quod ego intel-
219 ligerem ad amiſſionem cauſæ, quæ eſt pœna ciuilis falſitatis, nam eſſet opinio vana ſuadere contrarium, quod poſſet criminaliter punire,dum non habet iuriſdictionem talem in habitu, ſic Franch.dec.722.num.4 prout dicimus de Iudice delegato, Couarr. pract.qq. cap.88.Menoch.de arbit.Iud.quæſt.91. & Baro poterit petere iſtis caſibus remiſſionem,& quod diſpoſitio tex.l.nullum non ſit priuatiuè ad Barones, ſed cumulatiuè,vndè datur præuentio,Frã-
220 ch.dec.147.& dec.582.Erit etiam inueſtigandum,an idem erit ſi pœna impoſita ſit per Iudicem Regium in inſtantia appellationis, an illa pœna applicetur fiſco,vide ibi Theſſa. & diſtin-
221 guit Auenda.de exequend. mandat. Reg.1.p.cap.2.diſtinguens ſi ſententia prima confirmetur,vel reuocetur;nam ſi confirmaretur,pœna pertinebit ad Baronem, & non ad fiſcum, cum agatur ex confirmato, & non ex confirmante, Gramm.voto 28.Theſſ.dec.266.num. 7.& dec.250.Clapper.in centur.cauſ. fiſc.11.quæſt.1. Nauarr.de vſur.notab. 13.Verum ſi in ſecunda inſtantia Princeps pœnam commutauerit in pecuniariam,ſua erit pœna, Capyc.dec.27. num.14.& 17.Tandem quod eadem diſpoſitio procedat, ſi Princeps aliquẽ guidauerit, aliquoduè priuilegium alicui conceſſerit, & contemptæ fuerint
222 eius literæ,vel priuilegia,ſaluaguardiæ,vel prouiſiones,tunc de earũ inobſeruantia contemptores punientur per Principem,& eius Magiſtratus, & non remittẽtur Baroni, Capy.in inueſtitura d.verſ.cum mulctarum,verb.& ſciendũ Paris de reinteg.feud.c.83.Theſſ.dec. 131.per tex.præalleg.d.l.cum emancipati S.emancipatus de collatio.bonor. vbi pœna acquiſita ob vindictam,non venit in collatione bonorum inter fratres, ſub quacunque generali communione,ſicq,probat text.in c.1. §.penul. quæ fuit prima cauſ. benef. amittẽ.
223 Et conſequenter id etiam procedit in cauſa falſæ apocæ præſentatæ coram ſuperiore, vel in productione falſorum teſtium,& ſimilium d.l.nullum C.de teſtib.nam tunc dicetur offenſa perſona ſuperioris,& proindè ibi punitio erit facienda,nec erit concedenda remiſſio cauſæ Baroni,vt doctiſſimè Theſſ. dec. 266. & nos diximus ſupra, quod idem
224 fuit concluſum pro teſtibus deponentibus falſum coram Syndicatoribus, quod ab ipſis puniri poterint, & non erunt remittendi ad ordinarium, Roui. pragm.1. de ſynd.officiat. & hoc quia ipſi habent merum imperium,alias ſecus, nam Arbitri iuris qui habent ſimplicem iuriſdictionem ciuilem,non poſſent de criminali cognoſcere, Marſ.l.1. §.præterea num.35.ff.ad leg. Corn.de ſicar.& adde nouiſs.Franch.d.dec.722 qui ampliat d. legem apud ſuperiores fuiſſe interpretatam,procedere non ſolum reſpectu falſitatis, ſed quomodocumque iuriſdictio ſuperioris ſit offenſa,vel contempta,quod cognoſcere ſuperior debet:& ex prædictis,dum multi carcerati cohiuraſſẽt frãgere carceres Reg.Audiẽtiæ Calabriæ, vbi erat vnus vaſallus Marchionis Vallis,carcerat° p homicidio, de quo pendebat articulus remiſſionis,in expeditione dicti articuli Aduocatus fiſci dicebat,q nõ erat remi-
225 ttẽdus,cũ ille offendiſſet R.Audient. in d.coniuratione,iux.palleg.dec.& ita Fari.q.30.tit.de carcer.Frãch.dec.679 q offẽditur iuriſdictio ob carcerũ violationẽ, & fuit apud nos hoc habitũ pro in-

indubitato:sed qa maior pęna erat illa, de qua inquisitus erat conuictus, ideò eũ ea coniuratio pertinebat ad conuictionẽ delicti remisimus, iux.pract.Cauit.rit. 269.n.14.Foller.in praxi crim. verbo carcerentur in fine, vbi quando
226 expectatur maior pœna, carceratus remittitur,cum clausula quod si remanet locus pœnæ restituatur ad carceres superioris.Sicq; si vasallus deliquerit in exercitio officij, eius criminis cognitio spectabit ad Regem,non ad Baronem;hinc est,quod etiam si deliquerint viles Officiales Regis, vti Nuncij,
227 vel alij Commissarij, si delictum erit graue,poterit Baro procedere ad informationem, & ad capturam nomine superioris, & statim certiorare ipsum de delicto: nam licet quis sit exemptus à foro ordinarij, non per hoc erit exemptus, vt delinquendo non possit capi, vt remittatur;Felyn.cap.fin.num.7. de foro compet. sed non poterit procedere in causa,vt benè Boer.dec.9. Frecc. de subfeud.tit. de different. feud. quaternato.in fin.Adde, & intellige de delictis pertinentibus ad officium, nam si
228 extra officium, si non haberet priuilegium exemptionis fori, Baro poterit ipsos cognoscere,& castigare,text.in cap.cum inferior de maiorit.& obedie. vbi Episcopus punit Archiepiscopum delinquentem in sua Diœcesi, Clarus quæst.35.num.14.& sic in terminis D. Tapp.Const.Reg. Magister Iustitiarius num.21. Carau. ritu 49. benè Caball. casu 53.text.l.fin.C.de agentibus in reb. lib. 12. sed latè dicam infra sequ. parte. Ac id procedit etiam in Officialibus Baronum iurisdictionem administrantium, nam & si non dependeant immediatè à Rege, tamen de eorum delictis sola Magna Curia cognoscit, etiam si Officialis sit vasallus illius Ba-
229 ronis, ac etiam si pro delicto conueniretur finito officio, Isern.in d.Consti. Magister Iustitiarius,D.de Franch.decis. 417. Quæ omnia corrolaria supradicta procedunt secundum auctoritates citatas.Tamen Petra fol.60,per totum articulum est in contraria opinione,quam veriorem dicit, quod licet cognitio prædictorum casuum sit Principis,quod omnino tamen pœnæ prouẽtus,confiscationes, etiam in læsæ Maiestatis crimine,sint Baronum, vt ibi latè excutit, confutans multorum auctoritates,ad quem te remitto in occurrenti; licet Peregr.art.2.num. 94. teneat, quod cum sit offensa persona Domini, pœna confiscationis sit directi Domini & non alterius, licet pro opinione Petræ sit Afflict.dec.282. nu.12. sed Peregrini opinio est communis,vt ipse,& Addit.ad Thesaur.decisio.132. fatentur.

Et redeundo vndè digressi sumus, quod Baro non habet fiscum,licet consequatur pœnas fiscales, cum supradictis distinctionibus, Adde aliam distinctionem procedere quo ad pœnas,quę totaliter fisco deferuntur, secus si partibus debẽt applicari; hinc notes,quod
230 vbi lex dat actionem, & non accusationem, & imponit pœnam dupli, vel tripli,tunc illa pęna parti debetur, cum ad priuatorum vtilitatem introducta videatur,prout etiam in pęnis fraudatæ gabellæ,nam Gabellario, & non fisco deferuntur l.fin.§.diui ff.de public. Pereg.de iur.fisci tit.de pęnis,& mulct.
231 & ibi notat,si pro prædictis pœnis detur hypotheca,& Couarr. variar.resol. cap.16.libr.1. sed non per hoc inferas posse dari pœnam applicandam parti sine eo quod fiscus participet,& sic seruatur in bannis ad instantiam partis,& cœteris, nam concurrit pars cum fisco, & sic in contrauentionibus Pragmaticarum obseruauimus, & ità Montan. pragm.5.de adminis.Vniuers.& nouis-
232 simè ibi D.Rouit.& hoc quando dispositiones id dictant, alias tota applicatur fisco,& sic Baroni,nam & si multi dubitarunt, quod quando lex dicit pœnam applicandam fisco, quod Baro non possit se intromittere, vt opinatus fuit Foller. præallegata Pragm. contra quem inuehit ibi Dom. Rouit. num.2. nam Barones,vt diximus supra, subro-

Digitized by Google

gantur in pœnis in locum fisci; Et deueniendo ad quæstionem principalem contingit dubitari, num Baro possit te-
233 nere procuratorem fiscalem,qui assistat, ac audiatur in sua Curia pro criminibus puniendis,& eorum pœnis, vt tenent Regij superiores? dic quod publicè interest delictorum coercitionem fieri,quam satis necessariam esse docuimus,supra Pragmatica sexta in principiò, & proindè licitum est Baronibus posse tenere aliquem assistentem Curiæ super criminalibus causis, verum ei non potest conuenire nomen fiscale, ex eo, quod (vt dixi) Baro non habet fiscum,& pœnæ non applicantur fisco, sed Curiæ coadiutoris nomen est tri-
234 butum istis talibus,qui funguntur officio accusatoris, Camp. in cap. Regni incipient.plerumque num.9. nouissimè Regens de Pont.in d suo tract. fol.25. num.60.vbi idem firmat,& ità iudicatum fuit in S.Conf.inter Vniuersitatem Pisticij,& Baronem, Actuario de Fœlice; Hinc Barones creant coadiutorem, & non procuratorem fiscalem,qui solũ rebus Principis,& eius Curijs præponitur,nisi haberet Baro specialem prerogatiuam in inuestitura,vt Princeps Bisiniani,Mastrill.in d.tracta.de Magistr. lib.3.cap.10. num.8. qui habet legitimam personã comparendi,impinguan-
235 di,impugnandi scripturas, & testes, Crauett.conf.168.Ann.sing.97. & ex antiquis Marant.in sua praxi in articulo inquisitionis num.78. & in omnibus est audiendus,& citandus,alias de nullitate dicere potest,Viu.dec.378. nam iste tertius dicitur liti assistens pro interesse publicæ vtilitatis, vt delicta coerceantur, ac pro interesse ipsius Baronis: nam & si pro suo interesse priuatus quis,licet non sit principalis cõuẽtus,sed pro secũdario interesse, de quo dubitat potest petere, vt possit liti assi-
236 stere,& erit audiendus,Crauet.conf. 14.Gayll practic.obseruat.69. cum sequen.lib.1. leg.si suspecta ff.de inoffic. testamen. Doctores l.sæpè ff. de re iud. sic in terminis Clar. quæst.10. num.3. aliàs de nullitate dicere,& appellare poterit, fortiùs hoc procedit pro interesse publicæ vindictæ l.ità vulneratus ff.ad leg aquil.ac pro interesse Baronis
237 priuato,cum ex pœnis criminum ipse consequatur fructus l.fin. vbi Barto.ff. solut.matrimon.Et sic ad instar procuratoris Fiscalis de nullitate tantum dicere poterit; nam appellatio etiam fisco non competit,D.de Franch. decis. 148.latè: De errore actus tamen dicere,& sententiam impugnare fisco competit,Franch. dec.398. licet de iure
238 communi potuisset appellare, docet Gabriel.Roman. tit. de malefic. concl. 14. In Regno tamen denegatur ex Ritus dispositione 258. solum datur recursus, quando adest notorium grauamen, qui loco appellationis habetur, Gramm.dec.487. Item datur appellatio si tractetur de puncto tangente non factum pœnæ delicti, sed aliquod incidens;Franch. dec.470. nu.10. & nota,
239 quod ab incidentibus videtur Baroni concessum appellare, sed non à diffinitiuis,& proindè dicunt, quod à decreto contra Baronem,denegãte ei remissionem petitam appellatur, & dicã infra:Ac nota vnum singulare,quod licet ius defensionis pertineat Baronibus,& eorum coadiutori pro causis cri-
240 minalibus, vti subrogato in locum fisci,tamen causa introducta apud Regios Superiores,non habent ipsi legitimam personam amplius insistendi,ibique comparendi, quod notandum dicit D.Rouit.tit.de sentent.foriud. in nouissimis commentar. num. 24. adest enim Fiscus,qui explet suum officium, ideò cessant partes inferioris. Aduerte etiam quod de iure fiscus non dicitur inhærere appellationi rei,sed per Prag-
241 maticam,semper quod inquisitus appellat,fiscalis dicitur adhęrere,Franch. dec.467.sed redeundo ad principalem quæstionem, Baro potest tenere coadiutorem fiscalem,quando solitum est,qui est audiendus,& citandus, sed si non est solitum tenere, Baro constituere etiam poterit,quia sibi de iure licet,ni-

si

Digitized by Google

si contraria consuetudo legitimè præscripta in contrarium adesset,& eo casu, nè partes fatigentur, non obligati sunt rei ipsum citare in cunctis actis, sic Bal.l.ea quidem colum.9. C.de accus.Præpos.cap. de accusat.2. quæst.8.

242 Foller.pract.crim.canon.vers. denunciatione num.12. & ita iudicatum pro Vniuersitate Petræ Paganæ cum Barone,nam ipsemet Officialis,dicitur fiscales partes gerere, cumq; omnia acta coram eo fiant,non est vexanda pars in intimando coadiutores, licet illi habeant legitimam personam insistendi, & assistendi in examinandis testibus,& in torturis reorum, vt Follerius loco citato.

'Sed pro complemento huius principalis articuli aduertas, antequam ad vlteriora transgrediamur, quod licet Baro habeat pœnas fiscales, non tamè

243 consequitur fiscalia iura in sua Baronia,vti bona vacantia,vel morientis sine hærede; hæc enim Principi debentur,& non Baroni,adnotat Peregrin.de iure fisci lib.4.tit.3.latè Docto. l.si vacantia,C.de bon. vacant. lib.12. D.de Franch.dec.125.& super istis bonis vacantibus adest inter Docto. altercatio

244 quando quis dicatur sine hærede, vt dicantur vacantia,& licet Franch.exẽplum det de vxore mortua, quæ erat extra Regnum, verumtamen possunt poni alia exempla,si moritur aliquis de collegio, non relictis hæredibus, tunc succedit Collegium l.1.C.de hæred.decur.lib.10.& tunc Collegium excludit fiscum,& Baronem glos. in l.si quando C.de bonis vacant.lib.12. & sic si mo-

245 ritur nobilis de Sedili, Caualc. de tut.num.336.vel si decedat socius,miles,& Clericus si suum diem clauserit, succedet Ecclesia l. si quis Præsbiter, C.de Episc.& cler. D.Tapp. Authent. ingressi C.de sacros. Eccles. In casibus ergo à iure indictis, moriente ab intestato aliquo sine hærede legitimo, & non dato successore à lege, fiscus succedit,vt benè posthæc Mastrill.de magistr.lib.3.cap.10.ex num.359.Sicque

246 bona,quæ auferuntur ab indigno,qa interfecit testatorem,vel iniuriam intulerit grauem,vel si nõ vlctus fuerit necem defuncti, vel eum prohibuerit testari, vel eius impugnauerit testamentum,ob quæ relicta ei auferuntur, vt notat per totum secundum librum Pereg. de iure fisci,& 4.lib. tit. de pœnis ciuilibus fisco debitis, & vti de alienantibus res litigiosas, & alijs pœnis notatis sequenti titulo ex conuentione partiũ; Item bona concubinæ,vel amasiæ turpiter acquisita existente delicto, nam

247 differunt à bonis publicæ meretricis, quæ sunt consanguineorum, Viu.decis. 482. sicq; de donationibus factis à clericis,militibus concubinæ, quæ prohibitæ sunt,& fisco applicantur,& inter bona fiscalia computantur, iuxta distinctionem Vrsill. decis.102.Adde nouiss. addent.ad Capyc.in dec.102.quando prædicta applicentur fisco, vel ab inte-

248 stato venientibus. Inter quæ computantur bona naufragorum, proscriptorum, & quæ de iure ab indignis auferuntur, & contrahentium incestas nuptias,quæ omnia inter regalia computantur,Capy.in inuestitura, vers.regalia verb. bona; licet contrarium firmet Guido Pap.dec.76 & hęc omnia latius adnotat Peregr. de iur. fisci per totum secundum librum,& nouissimè Mastril. lib.3 cap.10.nu.419. Nisi enim in specie Barones sint inuestiti de istis bonis vacantibus,& fiscalibus,non intelligũtur priuilegiati sub generali iurisdictione tributa,Boer.dec.50.Iacobin. versi. d.cum mero imperio num.17.nam in iuribus, & priuilegijs fiscalibus non intrant regulariter Barones,Peregr.de iure fisci,latè artic.2.num.72. Sed hæc videntur aduersari ijs,quæ diximus supra nu.207. quod publicatio bonorum non videtur excepta,sed communicata Baronibus,ex comprehensione concessionis meri imperij; Verum, licet quæstio hæc sit de apicibus iuris, tu distingue, quod regulariter excepta est Baronibus, quia publicatio est de regali-

249 bus,Affl.dec.282.in fine;& in regali-

Digitized by Google

libus Barones non possunt se intromittere, Affl.cap.1. quæ sint regalia vers. condemnatos num.39. quæ opinio procedit si simpliciter conferatur feudum, si verò concessio esset plenior, cum omnibus emolumentis cum regalibus, vel verbis importantibus omnes fructus, tunc publicatio subintelligetur, Crau. cons.228. Peregr.de iur.fisc.lib.1.titu. de his qui iura fisci habent nu.84.cum sequent. Petra de potest. Princ. cap.6. num.100.cum sequ.Franch. dec. 125. quamquam de facto Barones se intromictant, sed ex prædictis veritas appareret de iure, & post hæc Mastrill.lib.3. cap.10.num.368.ità firmat,& Surgen. cap.26.de Neapol.illustr. Ac valde! fuit dubitatum, an bona istorum infan-
250 tium expositorum debeant fisco applicari, vel nutritori, vel Hospitali, vel Baroni, de quo Franch.dec.298.Thess. dec.118. Aliud enim est si lex auferat ab indigno,& tunc fiscus intrat, aliud si lex faciat quemquam incapacem, tunc fiscus non intrat, sed successores, Peregr de iure fisci 3. lib. vbi per omnes titulos notantur casus incapacium successorum benè; Ideo de facto potius quam de iure, sibi vsurpant Barones animalia excadentialia, qui facta pro-
251 clamatione per conuicinia, ea sibi appropriant, nam debent esse Regis, pro vt omnia alia inuenta; quorum dominus ignoratur, pecunia, aurũ,& quælibet bona debent Curiæ superiori assignari, dicit Const. Regni pœcuniam, quæ ponit modum faciendi præconizationes,& quod si intra annum non venerit Dominus, quod tunc erunt fisci,& ibi Affl. licet videatur dicendum has leges non seruandas in foro poli, cum Christo, & eius pauperibus bona
252 incerta,& inuenta, vel naufragorum debeant applicari,& non fisco, contra naturalem æquitatem; Doct. in authen. nauigia C.de furt.& sic exclamat Couarr.regul.peccatum 3.par. relectio.§. patet num. 5. vbi iste articulus excutitur. Adde Peregrin.d.tract.de iure fisci fit.de bonis vacan.num.30.qui distinguit, aut bona quæ inueniuntur sunt mobilia, quæ nõ fuerunt in alterius bo-
253 nis, vti capilli, gemmæ in littore maris, iuxta terminos §.item lapilli Inst.de rerum diuis.& ea inuentori, & non fisco debentur; Aut inuenta fuerunt in bonis alicuius, vti anuli, ornamenta, & alia, & hæc nec fisco, vel inuentori debentur, adeo quod ea occupans,& non denuncians, furtum commictere dicitur cap.si quid inueniſti 14.q.5. l.falsus §. qui alienum ff.de furt. & facta diligenti inquisitione, Domino non reperto Episcopo deberent de iure assignari, vt in pauperes distribuat, Couarru.loco citat. licet de facto non seruetur, & sequuntur Doctor. opinionem, quod fa-
254 cta diligenti perquisitione, domino non inuento pura mente possint retinere ipsi inuentores, cum intentione, quod si reperiatur Dominus, promptus sit inuentor illi consignare, Couarr.d. reg.possessor d.3. part.§.1.& rationem adducunt, quod restitutio illiciti acquisiti, non sit præcepta, vt iure diuino, vel naturali pauperibus sit facienda, sed iure humano, vt Ioa.Medina de restitut.quæst.3.causa.11.& Couarr. ibi num.6. Ius verò humanum hoc præcipiens, locum tantum obtinet in his quę illicitè acquisita sunt cap.cum tu de vsur. sed in casu nostro, Inuentor rei alienæ, diligentia facta, quis sit eius dominus non tenet quid illicitum, si retineat animo restituendi si Dominus reperiatur,& securè in conscientia posse retineri, tenet Mercado de contractib. lib.5.cap.15.cum alijs adductis à Guttierez quæst.canon.lib.2.cap.9.nu.11. vbi subdit, quod si is pauper sit, poterit pro necessitate sua, tanquam vnus de pauperibus vti; sed supra scripta alia opinio est securior, vt latè ibi Guttier.
255 Bona verò capta à latronibus similiter Dominis sunt restituenda, sed incerta erunt capientium, vt Petra de potest.Princ. art.16. num.3.& sic seruatur ob præmium,& periculũ capientium, vti constitutum est de bonis captis in bello, vel à Pyratis, & hostibus, nam

Digitized by Google

nam capientium sunt, Franch.dec.268 Valasc.consult.30.Gamma decis.384.
256 & post hæc Domin.de Pont.in d.suo tract.de potest.Proreg.tit. de triremib. num.3. nam ea, quæ ex hostibus capiũtur, iure gentium capientium sunt l.naturalem §. fin.ff.de acquir.rerum dom. l.hostes ff.de ver.signif. vbi hostes sunt inimici publici, & illi & bona eorum licet deprædari l. si quid in bello ff. de captiu. & postlim. reuers. & sic millies decisum dicit ibi de Ponte. Sicq; bona latronum inuenta super ijs non sunt capientis, vti bona capta in bello, de quibus Gramm.dec.71. sed ea sunt Domino restituenda, vel pauperibus danda l.latrones §. hostes l. postliminij §. à Pyratis ff.eod.de capt.& post lim.reuer.l.qui à latronibus ff. de testa. Couarr.præcit.loco num.21. Facit tex. in auth.omnes peregrini C.commu.de succession.vbi moriente peregrino, si incerti sint coniuncti, Episcopus bona ipsius distribuere debet inter pauperes.

Exceptum, ac prohibitum est Baro-
257 nibus alterare, dispensare, & minuere non solum ea, quæ sunt iuris diuini positiui, iuxta distinctionem factam supra Prag.6. nec ea quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, super quibus, nec Princeps disponere poterit, nisi ex vrgenti, & publica vtilitate, vt dixi abundè prima Pragm. sed neq; super iure positiuo; cum solum Principi hoc liceat, vt ibi dixi, & Boss. tit. de Principe num.287. Isern. & Affl. in prælud.const.quæst.12. quod signa, cum multis causis, & quæstionibus deseruiat. Hinc est, quod Baro non potest rescribere, quod sine scriptis, & figura iudicij tractetur causa,
258 quæ iure ordinario videri debet, Lãfranc.Clement.sæpè de verbor.signifi. Marant. in specul.ibi, iudicium mercatorum in princip. latius Carau.rit.288. num.9. nam dubitatur Principi hoc liceat sine causa Thess.dec.15 benè; Solum enim hæc memorialia, quæ solent expediri, sunt excitatoria Iustitiæ, quam quod aliud operentur, vt dicit Paris de
259 synd.ver.sententiæ vers. est tamen, & quia administrare ipsi non possunt iustitiam, ideò nec memorialia expedire debent, rescribendo, vt sic faciat, vel non faciat officialis, Petra cap.6.nu.86 fol.38. Et proinde, nec banna pœnalia vltrà iuris dispositionem valent, vti si imponatur pœna corporalis, vel tormentorum, vel ictuum cordæ, vt quidã Iudex insipiens statuebat; nam non po-
260 terunt Iudices inferiores alterare pœnas, Paris de syndi. verbo tortura, vers. an in causa pecuniaria, Marant. in d.sua praxi in articulo quæstionis inferendæ, Mastrill.posthæc in tract. de magistr.lib.4.cap.18.ex num.16. qui allegat hunc locum, & multa alia adducit. Sicq; non licebit sine iuris ordine torquere reos ex processu informatiuo, qa hoc soli Regi conuenit, & Mag. Curiæ ex cap.Regni, si cum sceleratis, in casibus atrocioribus, iuxta annotata per Franch.dec.543. & Regijs Audientijs
261 communicatur de semestri in semestre, vt supra dixi, licet secus sit in causis publicorum; & insignium latronum, cum ordo sit ordinem ibi non seruare, vt Viu.decis.168. cum ibi allegatis, & consequenter vanam dicimus opinionem, tenentium Barones restituere posse instantias peremptas, & insufflare spiritum vitæ, eo quod Barones sint Reges in suis Terris, Marant.disp.6.num. 14. Carau.ritu 49.num 9. Frecc.tit.de
262 orig. Baronum num.8. nam hoc intelligitur esse verum, circa inuestita, de quibus dicitur expropriatus Rex, vt dixi supra, secus in non concessis, & exceptis, vt Carau.ibi, & ita dictat nostra præsens Pragmatica, quod Barones nõ exerceant vltra concessa, sub pœna, & sic soli Regi competit insufflare spiritum vitæ, & inuestitis cum Regali dignitate, vt magnis Ducibus, Petra fol. 13.num.25. & est sopitum in Regno, vt Ritu 248. quidquid dixerit Crauetta cons.266. & ita Gramm.decis.69. nam dispensatio supra ius, non est inferiorũ à Principe, & sic clausula, non obstante
263 solius Principis est l. formam de offi-

cio

cio Prætor. Alex. conſ. 123. 2. volu. latè Gram. conſ. 'ciui. Regijs verò Audientijs Hydrunti, & Barenſi, ex particulari priuilegio eſt conceſſa facultas iſta in-
264 ſufflandi ſpiritum, vt refert nouiſſimè D. Rouit. tit. de inſtant. cauſar. Et ſimiliter non poteſt reſcribere in ſanando proceſſum nullum, ſiuè circa naturalia, ſiuè ſubſtantialia, Affl. in prælud. Conſtit. d. q. 12. Maſtri. vbi ſupra lib. 3. cap. 10. nu. 127. Nec omittam aliud exemplum, pro quo conſultus reſpondi, cum infinita alia poſſint adduci, An Baro
265 poſſit concedere immunitatem alicui vaſallo ab onere perſonali, reali; vel mixto? quidam Baro prætendebat vaſallos ſeruientes ſibi, poſſe facere immunes, ſic & certos venatores; dixi ſoli Principi eſſe conceſſum poſſe immunitatem dare leg. 1. C. de his qui à Principe vacation. muner. l. 1. C. de immunitat. nemini concedend. lib. 12. ita vt nec Principis Vicarius hoc poſſit, niſi ſpecifice hoc ius ſit ſibi tributũ, & ità iudicatum fuit in S. Conſ. contra Baronem qui fecerat immunes venatores, & ſuos ſeruos, in cauſa Vniuerſitatis Biccari, cum Marcello Caracciolo. Actuario Figliola; Antibol. de munerib. vlt. art. num. 97. Gloſſ. & DD. l. omnes C. de annonis Bald. auth. habita C. nè filius pro patre Seſe deciſ. 9. Surd. conſ. 278. volum. 2. & nouiſſimè Maſtrill. d. lib. 3. cap. 10. num. 127. qui allegat hunc locum ad fundandã hanc concluſionem, & ita Ozàſch. deciſi. 95. qui multa ad hanc materiam, quod ſo-
266 li Principi competit cognoſcere quis ſit immunis, & non alij, & ipſe ſolus poteſt dare immunitatem, & in his adeò ſtrictè proceditur, quod & ſi Princeps immunitatem concedat, licet eius gratiæ latiſſimè ſint interpretandæ, quia tamen Vniuerſitati prçiudicatur, intelligitur conceſſa in præiudicium ſui, nõ ſuorum conciuium, Luc. l. 1. C. de excuſat. mune. lib. 10. l. actores C. de exactoribus tributor. quod obſeruari in Regia Camera dixit D. Tapp. de Conſtit.
267 Princ. in rub. 4. cap. num. 31. niſi eſſet immunitas conceſſa de iuſtitia, vt in parte onuſto nu. 12. liberorum l. ſemper ff. de iure immun. Adde quod in præiudicium ſui, & Ciuium immunitates Princeps præſtare poterit quo ad certa munera, non quo ad omnia, vbi tertio præiudicatur, vti pro gabellis impoſitis propter debita contracta ab eo cum alijs, pro neceſſitatibus vniuerſalibus; Idem, & pro ijs pro quibus ipſi
268 participant, vti de comoditatibus paſcuorum, Medicorum, Viarum, Concionatorum, & ſimilium, vt Marant. conſi. 80. & Theſſ. dec. 257. & dec. 149. nam de iſtis nullus eſt immunis, ad iſta non extenditur immunitas Principis, nec iuris, & dicit Surg. in add. ad fratrem fol. 385. quod Princeps de ſuo reficere debet quidquid immunitatis concederet in præiudicium aliorum, Lucas leg. vacantis, C. de decur. lib. 10. nam regu-
269 lariter ſtricta debet fieri interpretatio in ſimilibus, Franch. dec. 259. Surd. dec. 35. ſecus ſi in remunerationẽ Capel. Tholo. dec. 348. Ripa l. ſi ſe obtulit, ff. de re iud. n. 37. hancq; immunitatem licet ius tribuat, tamen à Principe eſt concedenda, Theſſ. dec. 267. in ſpecie.
270 Nec Vniuerſitas alicui poteſt immunitatem concedere, nec tacitè, nec expreſsè, Doct. d. l. actores, ità quod neq; poſſunt præſtare immunitatem collectarum Syndico, & Electis pro eo anno quo adminiſtrant, vt multi obſeruant, Anna ſing. 482. licet alij contrarium ſentiant, quod pro illo anno illa immunitas concedatur à iure, Guid. Pap. deciſio. 398. Capyc. in inueſt. verbo ga-
271 bellæ, ver. Camerarius, qui extendit etiam ad baiulos. Adde quæſtionem ſatis controuerſam, ſi Vniuerſitas ex pacto, vel gratia, ſeu meritis, poſſit cuiquam concedere immunitatem à collectis, alijſq; oneribus; nam tex. l. eum qui C. de decur. lib. 10. videtur innue-
272 re, quod immunitatem tribuere Vniuerſitas non poſſit, Bart. vero l. 2. in fin. ff. de iure immun. dicit, quod Ciuitas non poteſt reuocare immunitatem pacto conceſſam, vt Pariſ. conſ. 69. 1. vol.

nam

Digitized by Google

nam non videtur referre,quod hoc ius sit de regalibus, nam verũ quo ad priuilegij concessionem,sed quo ad remittendum ius,quod ad Ciues spectare potest ipsi statuere poterint l non tantum §.final.ff.de decur. Contraria opinio est magis recepta,quod Vniuersitas sine assensu non possit ex l.vacuatis C. de decur. ibi neq; consensu Ciuium, & Lucas l. 1.C.de ijs qui à Princip.vaca. vbi dicit tria requiri, causam, cõsensũ, & auctoritatem, Mut.Surg.fol.386. & ita in terminis latè Ozasch.decis.95.& Peregrin.de iur. fisci titul.de conduct. num.22.Et quod Electi de regimine pro illo anno sint immunes ab aliquibus muneribus, vbi esset consuetudo antiqua sit admittere, & non alias innuit Ozasch.ibi:& ex causa an immunitas possit concedi exteris, vt veniant ad habitandum,vide Franc.Marc.dec.
273 102.p.1.Nec Barones,quia sint immunes ipsi,possunt facere suos seruientes,hoc enim non est concessum , neq; Ecclesiasticis,vt possint eximere à muneribus, Lucas l. senatorum C. de dignitat.lib.12.Capy.d.verb. collectæ in vers.vasalli,& familiares;nam nec possunt potiri priuilegio fori ipsius Domini,iuxta distinction. Capyc.dec.12. & hæc de iure sunt clara,nisi Baro ex capitulatione cum Vniuersitate roborata assensu Regio habeat aliquod ius exemptionis,& immunitatis in istis,pro vt in Magistris venationum,& venatoribus Baronum in multis locis vidi, & Capyc.dict.lo.fol.124.vers.priuilegiatus ab Vniuersitate,& habetur leg.venatoribus C.de excusatio. munerum lib.10.

Ac tandem,nec dare dilationem de-
274 bitoribus poterunt l. Vniuersa C. de precib.imper.offeren.cum Principis sit suspendere, & dispensare super iuribus creditorum, Thessa.dec.91.& 186.vbi ad quæ extendatur hæc dilatio; & Anna sing.463.& ad quæ debita non extendatur videnda sunt,quæ notabiliter firmat Boer.dec.295. qui omnes casus
275 coaceruat,& Carau.rit.287.nec habet locum contra Neapolitanos, Franch.decis.179.in fine, licet in Regno ex gratia concessa non expediantur quinquennales,Rou.Pragm.de cessio.bonorum,Afflict.decisi.77. cum duabus sequentibus, & in Regia Audientia Calabriæ citrà erat consuetudo antiqua quod Præsidi licebat dare dilationem mensis debitoribus, & dum certi mercatores se opposuissent, ex Collaterali Consilio fuit nobis rescriptum, quod Regia Audientia se abstineret, & licet certioraremus S.E.de antiquo stylo,tamen non fuit habita ratio de eo;& non est nouum quod hoc licet Tribunali-
276 bus maioribus dare dilationem dierum,vt benè Thess.dec.186.in fine,sed non permitti debet feudatarijs dicit ibi Thessa. vnum tamen aduerte,quod quando Princeps,vel Prorex ex aliqua vrgenti causa voluerit dilationem dare,ea non poterit excedere quinquen-
277 nium,alias esset debitum remittere, Iason l.quoties num.5.C. de prec.imp. offer.ita Guid.Pap.dec.97.& dec.109. Ex qua ratione inferas, quod nec guidatici pro causis criminalibus fieri poterint longo tempore, Barbos. l.si quis postea nu.147.ff.de iudic. Immo,quod fortiùs est,soli Regi,eiusque maioribus Magistratibus competit dispensare, ac dilationem dare, stante concurrentia
278 creditorum,quam ius concedit;vndè non videbatur esse requirendam aliã auctoritatem , cum stante maiori parte creditorum concurrentium in danda dilatione, alij cogi possunt l. maiorem ff. de pact.Affl.dec.288.quæ lex maio-
279 rem procedit in concurrentibus creditoribus anterioribus,& posterioribus; nam si concurrant solum anteriores , sunt securi super bonis,nec non præiudicarẽt alijs nolentibus.Franch.decisi. 179.l.fin.C.qui bon.ced.poss. adeò; vt
280 ligat etiam creditores dotis, D.de Franch.dec.219. & latius excutit dec. 82. hanc materiam ; & an hæc dilatio transeat ad hæredes impetrantis, vide Franch.dec.179.nam est pulchra quæstio, & an prosit fideiussoribus,singulariter

Digitized by Google

riter Barz.deciſio.Bonon.78. qui tenet
281 contra Vrſill.in dec.88.& an habeat locum contra deponentes, quod non
282 Franch.dec.151.neq; refragatur pro penſione domus, Anna ſing.101.& cõcurrentia non datur pro ſorte, ſed pro tertijs in concurrentia creditorum D. Rouit. Pragm.3.de ceſſ.bonor.num.11. quod intellige ſi inſtrumentum ſortis, & capitalis non ſit liquidatum, & reſciſſum: Sed an detur appellatio à decreto ſuper concurrentia, Dom.Rouit. ſuper Pragm.1.tit.cit.Et an debitor teneatur dare cautionem iuxta d.l. quoties C. de precib. Imper. offerend.vide Barz.d.dec.Bon.78.ſed ad quæſtionem principalem redeundo dico, quod tantum maioribus Magiſtratibus hoc fuit reſeruatum, vt benè Viu. dec.38. latè, & non alijs, ſed contrarium tenet Carau.rit.287. num.3. quæ opinio magis arridet, quod in moratoria ex gratia Principis reſcriptum requiratur, ſed ea quæ ex iuſtitia petitur non requirat aliam auctoritatem quam legis, Vaſqu. controu.illuſtr.35.num.24.Quæ autem
283 oporteat Principi narrari, vt moratoria ex gratia valeat,& ſubſiſtere poſſit, vide Menoch.caſu 303.num.14.de arbitrar.Iudic.Hucq; confert dicere de priuilegio Brunduſino, de quo Maxilla tit.de ceſſion.bono. ſuper conſuetud. Bari, vbi datur quinquennalis dilatio accedentibus ibi ad habitandum,
284 quod priuilegium quando procedat, refert Petra fol.130.num.255. limitarem tamen ſecundum adducta per Boerium dec.297. quem vide, nam adducit limitationes ad hanc quinquennalem;& procedit dicta dilatio,& priuilegium data cautione, ſecundum terminos l. Vniuerſa C.de precib.imp. offer. non autem procedit in debitis fiſcalibus, vt Bar.ibi, nec facta carceratione, vt pluries obtinui in R.Cam. & nouiſs. Apicella in Tutam.Paup.latè per totũ.

Nec diſpenſare ſuper natalibus Ba-
285 ronum eſt,l.3.ff.de natalib.reſtituendis; nam ſuccurrere imperfectionibus naturæ maculas abſtergendo à celſitudine dependet § illud, authen. quibus mod.natural. efficiant ſui, & qualiter liceat Proregi ad inſtantiam patris, vel filij, legitimare naturalem, vel ſpurium, & quando ſit neceſſaria citatio veniẽtium ab inteſtato, ſunt videnda nouiſſimè adducta per Regent.de Pont.in ſuo tract.de legitimat.& an conſequãtur honores familiæ,& ſedilium legiti-
286 mati, & an ſine Principis reſcripto Pater poſſit ipſe legitimare filium naturalem? quod ſic, & ſit validior ea, quæ fit à Principe, Surd.conſ.343.nu. 30.Molfeſ.ad Conſuetu.Neap.p.2.tit. de perſonis quæſt. 10. & poſt eos Maſtrill.lib.3.cap.10. num.56. in ſuo tractat.de magiſt. vbi cętera ad hanc materiam legitimationis vide.

Itẽ excepta dicitur cognitio ad ma-
287 re,& lictora maris: vndè ſi territoriũ Baronis adhæreat mari, in eo non habebit iuriſdictionem, nec in delictis in mari patratis, vel lictore maris dicetur legitimus Iudex: nam per ictum baliſtæ à mare ceſſat Baronis iuriſdictio, Frecc. tit.quis dicatur Marchio nu. 4. & habet Curia pro hoc in diuerſis Prouincijs Officiales Regios Portulanos,& Viceammiratos, quibus cura eſt, nomine Regiæ Curiæ, nè fiant exituræ, & quod naues onerentur non vetitis mer-
288 cibus,ac cognoſcant de delictis inibi patratis; concordat hæc obſeruantia cum l.1.C.de lictor.& itineri. Hinc Baronibus prohibitum eſt, facere portum in ſuo territorio propè mare, Lanar. conſ.67.nu.30.Loffred.conſ.24.& poſt hæc D.de Ponte in d.ſuo tract.tit.de Portu, Verum multi Docto. tenent Barones habentes iuriſdictionem in territorio habere etiam in mari adiacenti Belluga in ſpecul.Princ.rub.30.Frecc. in tit.quis dicatur Marchio num.3.attamen communis eſt in contrarium, Cancer.var.reſolut. cap.13.num.236. Ozaſch.dec.155.Maſtrill.nouiſſimè li. 4.cap.16.num.162.ſed Reg.Tapp.ſub tit.de offic.Procur.Cæſar.ſuper Conſt. Regni incip.Dohanæ nu.2.tenet quod Baronis iuriſdictio in mari adiacenti

pro

Digitized by Google

pro delictis ibi factis sit cumulatiua cum alijs officialibus Maris, vt dicã in sequent. & sic, si concessio esset facta cum regalibus, vt sit magnis Ducibus, vt supra dixi, tunc intra mare per centum milliaria habent iurisdictionem, Ozasch. dec. 155. Barto. in tractat. de insula, Hierony. de Monte in tract. fin. regund. cap. 7. Frecc. de subfeud. tit. de officio magni Admirati, vbi videre po-
290 teris differentiam vice Admiranti ũ, Portulanorum, ac Secretorum, qui omnes habent cognitionem priuatiuam in eos, qui viuunt ex arte maris, secus si aliquando exercerent; nam tunc nõ gauderent, cum sit præsumptio fraudis, Franch. dec. 175. & decisi. 141. vbi discutit, an Pragmatica de latronibus, q̃ tribuit iurisdictionem capienti, habeat locum in præiudicium Admirati, & qđ vice Admiratus habeat quinquaginta milites, de quibus debet dare notitiam Magnæ Curiæ, vide Grammat. consil. ciuil. 108. & eo casu cum de ijs cognitionem habeat Magna Curia, non poterit citare eos, & citatio expedita, esset nulla vti incompetenter emanata, & proindè contumacia non est purgãda, vt ibi Grammat. in terminis, & Capyc. decision. 9. & creditur literis eius pro remissione concedenda, Dominus de Pont. loco citat. Adde, circa intellectum officij Magni Admirati, multa iura Regni, quæ simul congregauit Dominus Tappia sub tit. prædicto, & quales prærogatiuas habeat contra omnes, qui viuunt ex arte maris, nautas, fabricatores vascellorum, & eorum familias, ac contra suos Vice Admiratos officiales, & seruientes, vide Franchis decisio. 417. & valdè fuit in Consilio
291 altercatum, an remissio deberetur Magno Admirato de subdito suo, qui offenderat ministrum Magnæ Curiæ Vicariæ, & vim faciebat, quod causa non debebat remitti, quia erat offensa M. Cur. ex d. l. nullum C. de testib. quæ fuit extensa, quod qualitercunq; offendatur superioris iurisdictio, is cognoscere debeat, vide Franch. d. dec. 722. part. vlt. sed in delictis factis non intra
292 mare, sed propè mare, quod Baro territorij debeat cognoscere, & nõ Admiratus, vide Franch. dec. 142. D. Tappia fol. 180. super iure Regni, & f. 383. vbi alia congesta reperies ad talem materiam; quid vero si Rex concedat Baroni Insulam, quæ extat in mari, infra qđ
293 spatium habeat iurisdictionem, & an habeat ius piscandi, vide Frecc. d. titul. quis dicatur Marchio num. 6. Capy. d. vers. cum lictoribus.

Excepta est etiam cognitio portula-
294 niæ, non solum maris, sed Terræ, cum pro excepta sit tenta, Ann. sing. 587. & sic seruatur in Regno, nam si Barones aliqui tenent, est ex priuilegio particulari, vel quod separatè emerunt à Curia, non quod insit feudo, cũ sit iurisdictio distincta, & priuatiuè ad Barones, quæ exercetur per Reg. Cur. Siclæ; Portulaniæ etiam iurisdictio, ad mare concernit, vt custodiantur portus, & lictora, nè inde extrahatur aliquid, vel in eo immittatur, Portulano inscio, cap. Regni, vt illorum fraudibus, & cap. seq. vbi Campan. latè, Portulania Terræ
295 concernit, vt loca publica, & viæ publicæ non impediantur, tam in vrbanis, quam in rusticis, vt ff. de via publica, & rubr. ff. ne quid in loco public. quia vias, & loca publica custodire, est de regalibus l. 3. vers. curent ff. de via publ. la prima, & ex officio potest Portulanus procedere, & de facto tollere, & summariè pœnas exigere, forma Reg. Cameræ seruata, & notat nouissimè contrauentiones huius materiæ Dom. Rouit. Pragmat. 3. tit. ne quid in loco pub. Idemq; obseruatur in cognitione pon-
296 derum, & mensurarum, quæ sunt excepta, Affl. Constitut. Regni ad legitima pondera, & Const. Regni mercatores, & in Regno non habet dubitationẽ licet contrarium tenuerit Guid. Papa dec. 490. de qua materia vide Campa. cap. 65. & iurisdictio ad quæ extendatur circa fraudes in ponderibus, & mẽsuris, & in qualitatibus, & quantitatibus, Marant. vbi supra verb. iudicium.

Digitized by Google

seculare,vel Eccleſiaſt.num.28.& nota
297 difficultatem de quodam Barone ha bente hoc priuilegium,qui prohibebat Catapanos creatos ab Vniuerſitate, nè exigere poſſent pœnas, & per S. C. fuit decretum in cauſa inter Baronem Caſularum,& Vniuerſitatem,Actuario Felice, quod cauſæ ponderum ſint ſolius Baronis; Quo verò ad contrauentionem aſſiſiæ, procedant Catapani creati ab Vniuerſitate,& non ſe intromittat Commiſſarius ponderũ,& menſurarum.Adde an iuriſdictio ponderũ, & menſurarum, quam exceptam diximus ſit priuatiuè, vel cumulatiuè ad
298 Baronem, Campa. dicto cap. Regni 65.& Anna ſing.388.dicunt,Baronem poſſe cognoſcere præueniendo, quia cumulatiuè videtur iuriſdictio excepta,ſed contrarium ſeruatur,& iure, iuxta ea,quæ diximus ſupra in materia prorogationis iuriſdictionis,quod quãdo iuriſdictio non tranſit in genere iuriſdictionis, quia excepta pro Principe fuit retenta,tunc ſemper exceptiuè, & priuatiuè conceſſa intelligitur;& exindè concludimus,quod aut tractatur de delicto falſorum ponderum, vel menſurarum, pro quibus de iure pœna eſt falſi,& tunc cumulatiuè eſt iuriſdictio; ſi autem tractatur de menſuris iuſtis,& ponderibus,ſed non adæquatis per Regiam Siclam iuxta ſuas inſtructiones, & in his non debet ſe intromittere Baro, niſi habeat priuilegium expreſſum,vt benè aduertit poſt hæc nouiſſimè Dom.Rouit.tit.de ponder. num.5. quia hæc eſt excepta iuriſdictio,vltra ius commune.

Exceptum eſt etiam priuilegium recurſus ad Principem de viduis,& miſerabilibus perſonis,ac Eccleſiaſticis,quibus à iure eſt prouiſum Principem adire ſiuè agant, ſiuè conueniantur, vel ipſi accuſẽtur; poterunt enim adire ſu-
299 periores omniſſis medijs,ac etiam variare l.1.C.quando Imperator int. viduas,& pupill.Iſtud priuilegium inſertum in corpore iuris non tollitur, niſi expreſsè eis ſit derogatum, & poterit à Principe tolli, cum ſit iuris poſitiui, ſuper quo Princeps diſponere poterit, vt dixi pragm.1. ipſa tamen conceſſio debet ſpecificè fieri, vt derogetur d. l. primæ, nec ſufficiet quæuis conceſſio generaliſſima,etiam regalium, latè D. de Franch.dec. 192. niſi ſit facta cum
300 clauſula,pro vt melius tui prædeceſſores tenuerunt,de qua clauſula Franch.in dict.dec.192. tunc ſi probabitur ipſos habuiſſe hoc priuilegium ſubintelligetur, cum relatum ſit in referente l.aſſe toto ff.de hæredib.inſtituend.qđ excutitur per Franch.dec.187. & dec. 517. latè; nam cum iſta priuilegia ſint inducta miſerationis cauſa,ità vt ijs re-
301 nunciari non poſſit Franch. d.deciſi. 192.ac cum tertijs præiudicent ſtrictiſſimè interpretari debent,Vrſi.dec.257 licet multi teneant ſub generali inueſtitura tranſire hoc priuilegium, Theſſaur.dec.177.num.10.vbi multa notabilia.

Sed quomodo Rex potuerit dero-
302 gare priuilegio viduarum miſerabilium, ac fortiùs Eccleſiarum multi curioſi elaborarunt, cum Doctores ſurda aure pertranſeant;nam ex vna parte iſta conceſſio videtur contra directam Eccleſiæ libertatem, quod iura ciuilia, & naturalia prohibent,Authẽ.caſſa C. de ſacroſanct. Eccleſ.cap. cum Eccleſia,de conſtitu.ex altera parte videtur quod Princeps hic non diſponit ſuper alienis, ſed ſuper ſuo priuilegio, & iuriſdictione conceſſa,quæ ab eo fluit, & refluere põt l. prima §.cũ Vrbem ff.de offic.Præfect. Vrbis, vndè ſi ei placuit priuilegiare, vt eccleſiaſticæ perſonæ poſſint eum adire ommiſſis medijs,potuit ſuper iſto iure poſitiuo contrariũ decernere; nec iniuria fit eccleſiaſticis, eo quod Princeps præcipiat,vt cauſa
303 terminetur prius in Curia Baronali, quam in alia; nam denegatur audientia,vide Capycium in inueſtitur. verſi. etiam ad inſtantiam fol.128. Adde eundem Capycium deciſio.160. & diſputat latius hunc articulum Iaſon lege Gallus, §. & quid ſi tantum ff.de

Digitized by Google

ff. de liber. & posthu. & benè Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 8. num. 42. quod Princeps secundum communem opinionem potest denegare beneficium statuti clericis, quid vero assertiuè sit dicendum, non videtur hoc loco decidendum. Pro nunc scias quod personæ
304 Ecclesiasticæ sunt priuilegiatæ si agant, vel conueniantur pro bonis Ecclesiasticis, Afflict. & Vrsill. decisi. 257. cap. cum sit generale, de foro compet. Carauit. Ritu 229. quid vero si agant, vel conueniantur super suis patrimonialibus, vide Nigrum cap. Regni 24. In criminali vero gaudent electione fori pro iniuria, vel offensa facta, Anna allegat. 146. Viuius decisio. 27. vide nouissimè Franch. decisio. 597. vbi fuit
305 valdè dubitatum, si clerico competat pro actione criminali præfatum beneficium variationis fori, & oriebatur difficultas, nam si pro patrimonialibus bonis non videtur gaudere tali priuilegio; Ergò neq; pro priuata iniuria, si ea non dependeat ex causa Ecclesiæ, intuituq; sui officij; Attamen fuit decisum ibi, quod clericus gaudeat etiam in criminali, cum miserabilibus comparetur, & licet pro patrimonialibus non gaudere aliqui dixerint; Nuper apud tribunalia, diuersimodè fuit etiam decisum, vt refert Dom. Tapp. super iure Regni in Constitutione statuimus nu. 23. sed nouum dubium insurrexit in Regia Audientia de clerico in minoribus qui variauerat ad forum Tribunalis pro homicidio fratris, Baro petebat remissionem, & dicebat non obstare
306 variationem, quia clericus non potest accusare ad pœnam sanguinis rvnde eius querela erat nulla, & vti nulla non poterat dare ius variationis causæ cap. in Episcopatu de rept. & ibi Abb. Foller. dict. practica crimin. canon. verbo accusare, & cap. significasti de homicid. & latius cap. prælatis de homicidio in sexto; vbi omnes Canonistæ, &
307 secundum hanc opinionem inclinabant omnes Magnifici Auditores; sed quia habuimus etiam pro vero, quod ius variationis competit clericis, & ecclesiasticis, quando ipsorum personæ sunt offensæ, & non quando accusant pro morte suorum, ideò causa fuit remissa, & posteà edita fuerunt commentaria eruditissimi Dom. Rouit. qui sub tit. de compositio. pragmat. octaua, nume. 18. mouet etiam hanc quæstionē, &
308 ità videtur concludere; Ecclesiæ verò semper gaudent sine vlla limitatione Anna dict. allegation. 146. Franchis decisio. 233. & etiam Vniuersitates, & licet Carauit. Ritu 233. num. 3. videatur contrarium asserere, tamen cum. Vniuersitas, Ecclesiæ, pupillisque comparetur leg. Rempublicam C. de iure Reipublic. Euerard. loco topic. cit. non dubito, & ipsas potiri debere, & in terminis Addentes ad Capycium decisio. 160. Cala tract. de modo probandi fol. 11. num. 59. Qui verò propriè
309 comprehendantur appellatione viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, vt dict. l. prima, an omnes viduæ, vel solum miserabiles, & pauperes? & videretur quod solum pauperes, & miserabiles. Illa enim dictio (&) secundum sui naturam videtur quod desideret concursum copulationum, & reperat cum eisdem qualitatibus, vt dixi latè in rubrica; attamen viduas etiam diuites contineri, multi dicunt, nam sa-
310 tis sunt miserabiles, cum suis viris sint orbatæ, ita vt Regina vidua dicetur miserabilis, & includetur sub statuto, ita Imbrianus in tractat. de primo, & secundo benefic. cap. primo, qui fuit meus Collega in Regia Audientia, D. de Franchis decisio. 100. num. 9. & licet hoc priuilegio non potiri viduas inhonestas multi dixerint, contrarium tamen est decisum Dominus de Franchis decisio. 233. nam satis sunt miseratione dignæ; Adde, quod prædicta dissentio sic conciliari poterit, quod
311 meretrices gaudeant, sed vidua non meretrix publica, sed aliquando sui copiam faciens, eam non gaudere dixit Couarruuias practicarum quæstionum cap. 7. Andr. & Afflict. dict. Constitu-

Digitized by Google

tione ſtatuimus. Nec gaudet vidua, quæ virum occidit. Couarru.practicar. quæſtionum, cap.6. num.3. in fine, & quod vidua diues non gaudeat, dicit Theſſaur.deciſio.177. in fine, ſed eius opinio in Regno non ſeruatur; Accidit tamen in facto quæſtio de vidua, quæ in ciuili cauſa conuenta variauit forum, Actor petijt fieri compromiſſum, quia in gradu conſanguinitatis habili erat, iuxta Pragmaticam vidua di-
312 cebat habere de iure variationem, & electionem, quam fecerat de Magna Curia, dubitatum valdè fuit, dixi quod ſtatutum compromiſſi, licet fauorabile ſit, non tollit priuilegia inſerta in corpore iuris, Franchis deciſion. 192. niſi expreſsè cuique hoc priuilegium etiam miſerabilium fauore introductum, conceſſum fuerit, & ſpecifica eſt facienda derogatio, Franchis deciſio.162. ideò non obſtare exceptionem compromiſſi aduerſus variationem dixi, idemque ſeruatur in pupillis, qui gaudent prædicto fori priuilegio, etiam ſi diuites ſint, nam quia patre carent inter miſerabiles nominantur, Franch. dicta de-
313 ciſio. 100. vbi excutitur an pupillus dicatur qui non habet patrem, vel qui eſt minor, ita vt ſi habeat patrem, poſſit de bonis aduentitijs adire Principem, ſi verò mortuus erit pater, non eſt dubium quod pupillis competit variatio; Immo iudicatũ fuit in S. Conſi-
314 lio, quod etiam ſi filij ſint adulti poterint habere hoc priuilegium recurſus, ſic refert Viſcont. ad deciſion. Franch. 100. verum ſi pupilli conuenirentur ex paterno contractu, vel lite cæpta cum defuncto, non poſſent ex
315 perſona ſua forum mutare, vt Ritu 234. quem declarat Viuius deciſ. 250. & excutit, & limitat Franch. dec. 364. quod intellige lite conteſtata cum defuncto, ſecus ſi cæpta tantum leg. hæres abſens, ff. de iudicijs, Domin. Tappia dicta Conſtitutione Regni ſtatuimus num. 29. nam per litis conteſtationem inſtantia Iudicis dicitur cæpta, & obligatus ille ex quaſi contractu lè-

ge amplius non peti ff. rem ratam haber. & ita Franch.dec.647. & ad id quod dixi, quod pupillus quando ex contractu paterno conuenitur, non poteſt variare forum, limita niſi conueniretur à perſona priuilegiata; nam tunc conquaſſantur priuilegia; licet ex contractu paterno conueniretur, & ſic ipſe non poteſt priuilegio vti, ſed contra eum habetur ratio ætatis pupillaris, nouiſſimè Franch.deciſi,553. ſed quid
316 ſi fuerit facta variatio per pupillum, vel alium priuilegiatum, ſi interim ille moriatur, an poſſit peti per Baronem remiſſio, vti ceſſante perſona priuilegiata quæ tribuebat iuriſdictionem ſuperiori? Dum occurriſſet talis caſus fuit prouiſum in Regia Audientia, quod procederetur petita remiſſione non obſtante, qđ acquiſitum erat ius Tribunali per variationem, Guid. Papa ſingular.461. Addentes ad deciſio. Afflict.146. Franch. deciſio.257. in fine, ex Barto. l. prima ff. de pœnis. Sed quid ſi pendente cauſa ſoror occiſi, quæ erat maritata fiat vidua, an poſſit variare ex dicto priuilegio leg. vnicæ, ex ſuperuenienti priuilegio fori? ex hac occaſione erit diſcutiendns articulus quotidiè controuerſus, Si priuilegium fori ſuperueniens poſſit muta-
317 re inſtantiam cæptam ciuilem, vel criminalem ad nouum Iudicem; & ex text. l ſi quis poſtea ff. de iudic. & l. penult. ff. de iuriſdictio. omnium Iud. probatur quod vbi cæptum eſt iudicium, ibi debet terminari, quocunq; priuilegio poſteà ſuperueniente, quia pręuenta eſt iuriſdictio ſuper cauſa, in cuius præiudicim forus non poterit mutari, & ita Franch.deciſi.544. pro vt ſi fue-
318 rit cæpta cauſa coram priuilegiato, licet moriatur priuilegiatus, cauſa ibidem cæpta debet habere finem, Valaſ. conſul.57. Franch. dec.257. in fine, & hæc eſt regula. Limitatur modo, niſi priuilegium obuenerit illi ex motu proprio Principis eligentis eum ad militiam, vel ad magiſtratum, ex quo mutatur forus, tunc cauſa cępta poterit

peti,

Digitized by Google

319 peti, vt remittatur ad nouum Iudicē, ita gloss. penultim. ff. de iudic. d. l. si quis postea, text. l. qui autem, & gl. ff. si quis caut. quam extollit Roman. cons. 237. & communem ait Alexand. leg. si quis quemquam ff. si quis caut. nu. 3. Gabr. Roma. conclus. 4. num. 20. tit. de iudic. Cabed. dec. 24. cum seq. Loffr. dec. 70. secus si voluntariè, & ad petitionem priuilegium sit impetratum; nam tunc non proderit hęc limitatio, sed seruāda erit regula, vt Franch. disputat d. dec. 544. sub imitatur id quod dixi; quod priuilegium motu proprio trahit ad nouum Iudicem causas etiam cęptas, dū modo priuilegium sit perpetuum; nam si quis ad breue tempus erit creatus
320 miles, tunc potius supersederi debet in causa, quàm ad nouum forum mutari instantia cępta, ex text. l. non distinguemus §. item si quis Romæ ff. de recep. arb. sic probat etiam text. l. si reus ff. iud. solui, & ita conciliat opiniones Aret. cap. causam el segundo, num. 9. extra de testi. & hanc distinctionem sequitur Barbos. nouissimè d. l. si quis postea num. 140. ff. de iudic. Cabed. d. dec. 24. num. 8. sed an idem sit seruan-
321 dum in criminali? videtur quod argumentum de ciuili ad criminalem valet l. absentem ff. de pœn. sic probat l. hos accusare §. hoc beneficio ff. de accus. Bart. l. 1. ff. de pœn. cuę est originaria omnium, quod initium præuentionis delicti attendatur; In contrarium fortiter vrget text. leg. qui cum vno §. reus ff. de re milit. cuius verba sunt; Reus capitalis criminis voluntariè miles, secundum Diui Traiani rescriptū, capite puniendus est, nec remittendus est eò, vbi reus postulatus est, sed vbi accedente causa militiæ audiendus est, sic gloss. pen. d. l. si quis postea ff. de iudic. vbi Angel. num. 4. conatur concordare, quod Iudex primus poterit condemnare, sed executio illius sententiæ fieri debet per Magistrum militum, & sic dixit Barto. d. l. 1. num. 3. sed reprehenduntur communiter, nam qui est competens ad condemnandum, ēt est ad puniendum l. cum quædam ff. de iurisd. omnium Iudic. prout dicunt in d. leg. si quis Alber. Fulgos. Iacobin. & alij; sed quod possit cognoscere, & exequi secundus Iudex, vt probat etiam text. l. hos accusare ff. de accus. sic l. si adulterium §. fin. ff. de adult. Horum timore Doct. d. l. hos accusare, & in alijs dictis legibus dicunt, quod aut quis accusatur de delicto commisso ante magistratum, vel forum mutatum, de quo
322 non fuerit accusatus, nec nomen rei receptum erat inter reos, & tunc Iudex secundus erit adeundus, aut præuentio erat facta per primum Iudicem in inquirendo, citando, ac recipiendo nomen rei, & tunc procedit regula, quod vbi cęptum est iudicium, ibi debet terminari, & sic Barbos. in d. l. num. 173. cum seq. Et si efficeretur contumax, & tunc non posset audiri coram secundo, nisi eo præsentato, Carauit. Ritu 205. num. 2. nec pendentia alleganda; è contra, de præuentione primi Iudicis opitularetur; cum contumax perdat priuilegium fori, nisi se præsentasset, quod latius explicat Barbos. vbi supra ex nu. 179. si verò quis mutauerit forum, & statum, vt clericus, tunc à quo sint recognoscendi, si delictum sit factum ante clericatum, dicam in sequ. parte. Quid si conuenirentur vti laudati au-
323 thores, an ex persona eorum possint declinare forum, & variare? dic, quod neq; possunt, si ex paterno cōtractu nominantur vti hæredes; secus si ex facto proprio eorum, vel suorum Administratorum, Affl. dec. 212. & Viu. dec. 250. & ad Capyc. Add. decis. 109. nam etiā
324 restitutio in integrum denegatur ex facto paterno, & licet antiqua fuerit cō trouersia si venditor Author laudatus ex sua persona possit declinare forum, ex l. venditor ff. de iudic. teneatur q; de-
325 fendere nominantem in foro emptoris, tamen quando ipse est priuilegiatus quod possit vti iure suo, forum eligendo, vti dicunt in clericis, ac Neapolitanis, qui trahunt Capy. dec. 197. & Anna sing. 45. qui hanc opinionem secta-

Digitized by Google

tam magis,quam aliam dicit,& Vrsill. dec.380,sed supradicti sunt particulariter priuilegiati, quod priuilegium nõ est trahendũm ad pupillos,& alios,sed seruandam esse regulam alij tenent, vt Couarr.pract.quæstio.cap.8. Cabal.de euict.§.3.num.119. Gramm.decis.21. Gaylla obseruation.37.Barbos. dicta lege venditor numer. 99. conciliat, quod aut venditor suscipit iudicium, & actor contentatur recipere illum in iudicium dimisso emptore, & tunc poterit allegare ex sua persona omnes exceptiones fori,etiam personales;alias si actor noluerit nouare, nec mutare iudicium,venditor vti assistens,non poterit ex sua persona opponere fori declinatoriã ex priuilegio iuris,vel Principis ei concesso,& sit pupillo non cõceditur variatio : Quid si pupillus ha-
326 beat Auum,in cuius est potestate, & filius sit mortuus, fuit dubitatum,an gaudeat; & decisum quod non,nam sicuti viuo patre non gaudebit, sic eo mortuo,viuo tamen Auo,Franch.dec. 671.sed non per hoc quod pupillis habentibus patrem,vel Auum non datur
327 variatio, ergo cessabit eis beneficiũ restitutionis,quando erunt læsi,tam in iudicio,quam extra,ad tex.l.patri ff.de minor.Sforz.quæst.49.artic.1.latè,sed quid in virginibus constitutis in patria potestate conuentis,viuo patre,pro bonis aduentitijs, an gaudeant beneficio variationis? variæ fuerunt sententiæ in
328 Regia Audientia,nam ex dec. Franch. constat illas gaudere, & ita Milan. dec.Sicil.5.par.2. sed Adden.ad Franch.d dec.dicunt vidisse Sac.Consilium aliter etiam decidisse, vndè rectius cogitandum erit, & hanc secundam opinionem approbat benè Nouar. q. 11. sect.1.Quid si virgo fuerit stuprata, an possit variare, & forum eligere cum tempore querelæ non sit virgo? Fran-
329 ch.dicit quod potest; nam virgo violenter corrupta non dicitur stuprata, vt in dec. 590. Si ergo stuprum fuisset voluntarium, Franch.ibi non loquitur; sed ego. dico quod tunc non admitti debet, nam ex suo delicto priuilegium virginitatis amisit, quod ei opitulari non potest,Viu.vlt.par.dec.511.& cap. ex eo de regul.iuris, sed continuò vidi dubitari quando præsumitur stuprum fuisse coactum,an credi debeat mulieri dicenti eam vi fuisse stupratam? est vtilis,& quotidiana inuestigatio,tum quia pro violento stupro datur pœna mortis,vt Franch.nouissimè dec.534. sed pro voluntario datur pœna pecuniaria §.item lex iulia inst.de publ. iudic.Gramm.voto 3.Menoch.casu 288. de arbitr.iud.Viu.dec.299.vndè longa est distantia; mulieri ergo dicenti se
330 stupratam violenter,non creditur, vt Mascard. conclus.181. num.34. Boer. dec. 319. cum alijs cumulatis, & ita post eum Farin.quæst.43. nu.94. quod violentia præsumeretur si fuisset mulier ligata,si audita fuisset vociferari, sin secus non potest suaderi, mulierem sic faciliter potuisse stuprari, vt hanc communem dicit ibi Farin.eo maximè si distulerit querelare,Viu.dec.53.Ba-
331 iard.ad Clar. §.stuprum num. 40. & licet multi Doctor.teneant, quod satis violentia dicatur illata,si mulier fuisset suasionibus,vel blandis verbis inducta, ita quod pœna violentiæ teneatur, vt Viu.dec.299.num.8.Afflict.Const.Re-
332 gni si quis non dicam rapere, & vbi supra Baiard. attamen in Tribunalibus receptior opinio est reputata, ac magis de iure valida, quod non dicatur violentata mulier suasionibus; cum rarò,aut numquam sine suasionibus, & precibus talia committantur, etiam cũ publica meretrice, Baiard.vbi supra §. adulterium num.72.Boss.titu.de damnat.coitu nume.66. Polydorus Ripa tract. de noctu. cap. 23. nisi promissio fuisset dolosa ex causa desponsationis, vel similium,Thess.dec.218.nu.5.& 9. Caball. casu crim.20. & in tantum est vera dicta propositio, quod licet constaret ostium illius domus fuisse fractũ, non per hoc cognitio violenta erit præsumenda,vt Baiard. d.§.stuprum num. 36.Decian.responsor. lib.8. c.15.to.2.

& be-

Digitized by Google

& benè loco citato Polidor. distinguit, & ex ijs habes, quando virgo possit variare, & Baro possit aduersus electionẽ fori se defendere; & redeundo ad materiam; Mirabiles autem personæ quæ dicantur, vt gaudeant hoc priuilegio; Doctores variè in hoc sunt loquuti. Afflict. d. const. statuimus, numerat paupe
333 res, leprosos, debiles, & perpetuo morbo fatigatos, Thesaur. latius se extendit, sicut videre poteris decision. 176. Viu. dec. 65. includit studentes vti miserabiles, quia extra patriam habitant, vt literis vacent, quod prosequitur latius dec. 521. vbi dicit mulieres etiam quæ habent maritum inutilem, vel cõdemnatum ad triremes, quod gaudeãt hoc priuilegio, Franch. dec. 233. non excludit meretrices, Couarr. practicar. quæstion. cap. 6. multa alia adducit, vt videre poteris, Adde Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. & Franch. nouissimè dec. 608. quod senes decrepiti, & non perspicaces gaudeant, sic & fatui Affl. decisio. 257. Capyc. dec. 160. furiosi & prodigi, Franch. dec. 198. & an Milites Sancti Lazari vel Sancti Ioannis gaudeant vti clerici, vide Add. ad Capyc. dec. 109. nu. 10. Ozasch. dec. 27. nu. 28 & an Peregrini, mercatores, decocti, infantes expositi, cæci, leprosi, conuersi ad fidem, diuturno morbo fatigati, vide Dom. Tapp. in præcit. constit. An Curiales? ex ritu 232. est statutum gau
334 dere Curiales Magnæ Curiæ, sed fuit altercatum de Curialibus Regiarũ Prouinciarum, & iure eos non subaudiri dixit Dom. Tapp. super d. Ritu lib. 3. licet de facto non seruetur, quia admittuntur, Carau. d. Ritu 232. & an consortes litis non priuilegiati gaudeant? dic quod sic, si lis est indiuidua l. 1. C. si
335 in communi cauſ. restit. post. ità Thesaur. dec. 177. num. 2. & quando diuidua, vel indiuidua sit, dicam infra pragmat. hac parte sequ. Quæ omnia Iudicis arbitrio relinquuntur, Carauit. Ritu 233. num. 7. nam qualitates miseriæ, viduitatis, & similium debent ante omnia probari, qua probatione facta, Iudex arbitratur si gaudere debeant; vt ibi Carau. Mascard. de probat. concluſ. incipient. miserabiles; Veruntamen si Barones non habeant derogationem huius priuilegij, vel, vt dicunt, clausulas abdicatiuas, vt Vrsil. decisio. 257. & Franch. dec. 517. aduertas, quod possunt tueri eorum iurisdictionem, si vasalli sine remedijs iuris requisitis forũ elegerint, vel variauerint, nam dico, qđ istæ personæ habeant electionem fori superiorum, veluti suæ Regiæ Audientiæ, Mag. Curiæ, Sac. Consilij; alios ve-
336 rò Iudices incompetentes eligere non poterint, vti si velit adire Regiam Audientiam, non de sua Prouincia, vel Iudicem alterius Terræ, vel Iudicem alicuius officij, vti Admirati, & cæterorum, hoc non conceditur, Carauit. d. Ritu 233. Sicq; competentem debent adire Iudicem, siuè agant, siuè conueniantur, vel accusentur, Viu. decis. 65. Affl. dec. 257. Adde quod comperentes intelligere debes Regia Tribunalia, vicem Regiam representantia immediatè; nam priuilegium istud est concessum adeundi Imperatorem, vt in d. titu. C. quand. Imperator, Indè in facto quidam priuilegiatus adiuit Iudicem
337 secundarum causarum, iurando perhorescentiam primi Iudicis, & dixi talem variationem non fuisse legitimam ex allegatis; Immò nec Iustitiarij Prouinciarum essent legitimi, nisi ex Regni cap. 205. esset eis concessum, Affl. dec. 257. & aduertit D. Tappia super d. cap. Regni, quod capitulum incipit, quia nulla, & videtur innuere Carau. Ritu 54. in fine, & situauit D. Tapp. in titul. de officio Iustitiarij, & nota hanc quæstionem, nam sæpius accidit, & præcipuè in Regia Audientia Calabriæ; vbi sunt Barones dependentes à Bisiniano, qui prætendunt posse variare de primo ad secundum, vel tertium Iudicem, & iudicauimus non esse admittẽdam ex prædictis. Verum in causa criminali de persona priuilegium petere, & allegare debent, Carauit. Ritu 230. licet Afflict. d. Const. statuimus contra-

rium

Digitized by Google

rium ſenſerit; Competit enim non ſolũ electio, ſed variatio, Carau. d. Ritu 233 nam licet fuerint contenti adire ſuum Iudicem domicilij, poterunt variare ad ſupremum, & à ſupremo ad ſuum, quod
338 eſt mirabile, quod à Conſilio poſſit variari ad Iudices Baiulorum, Vrſillus dec. 257. Foll. d. pract. crim. tit. audiantur excuſatores num. 90. Quæ variatio poterit peti etiam lite conteſtata;
339 Imò etiam cauſa appuntata, licet ſit exceptio fori, quæ ſecundum regulas deberet opponi ante litis conteſtationem; Franch. deciſ. 100. & ligat manus
340 Iudicis ſtatim, quod eſt petita ipſa variatio, licet non fuerit inhibitum; prout eſt deciſum in Conſil. per Franch. dec. 294. niſi Baro haberet priuilegiũ derogatorium Franch. dec. 187. & deciſ. 192. Tamen variatio non competit iſtis perſonis, ſi fieret in fraudem, dico quod facta concordatione inter partes, ſolent petere variationem ad ſuum domicilium, & eis non eſt concedenda, cũius ſit quæſitum illi Curiæ, & ius priui-
341 legij variationis ceſſauit facta concordia Franch. dec. 100. nu. 21. & Carau. d. ritu 233. diſputat, ſi vidua quæ variauit forum, lite pendente maritetur, num poſſit iterum variare? Giurba dec. 82. Viu. dec. 511. & an hæres poſtea poſſit reuariare, vide Addent. ad Afflict. dec. 146. (& ſi minor efficiatur maior Theſſ. dec. 177.) adde nouiſſimè D. de Franch. dec. 257. in fine; Defendit ur Baro, & comparere poteſt pro ſua iuriſdictione, vt in facto fuit remiſſa cauſa Duci Grauinæ, quia vidua non
342 iurauerat perhorreſcentiam quod iuramentum in hoc eſt de ſubſtantia, & forma, vt dict. Rit. 228. iurare enim debent quod timent aduerſarij potentiam, vel de iuſtitia dubitant: iſto enim iuramento non præſtito; priuilegium non operatur, & remiſſio cauſæ peti poterit, Franch. dec. 257. Adde, quod tale iuramentum ſufficit præſtari coram ordinario loci, ſi perſona eſt abſens à Tri-
343 bunalibus, & etiam per procuratorẽ præſtari poteſt, vt dixi à ſimili ſupra num. 14. dummodo ſpecialiter committatur, Afflict. dec. 257. in prin. & iſtud iuramentum eſt de eſſentia in perſonis miſerabilibus incluſis in materia d. l. 1. C. quand. Imperat. & in Conſtit. ſtatuimus, & pro pupillis poterit iurare tutor, Franch. dec. 257. & licet per Ritum 230. ſit diſpoſitum, vt tale iuramentũ de perſona debeat præſtari, tamen non ſeruatur, vt Dom. Tapp. d. conſtitut. ſed ſufficit mandatum ſpeciale ad præſtandum nomine principalis hoc iuramentum; ſed ſi aliquis haberet priuilegium declinandi forum ſuperiorum ex alia cauſa, vti conceditur Neapolitanis, qui trahunt, & non trahuntur, vt Ritu 301
344 & Curialibus alijſque ſimilibus, tali priuilegio munitis, ij non tenentur iurare perhorreſcentiam, vt benè Additio de Bottis ſuper d. Ritu 228. ſed an ſit iurandum quando fit variatio veluti à Conſilio ad Iudicem Baiulorum an poſſit ſubſiſtere hoc iuramentum? vide
345 Carau. d. Ritu 228. in dubio reuariationes ſunt ſuſpectæ, & difficiliter ſuperiores concedunt remiſſionem cauſæ, ſtante aliqua præſumptione concordiæ, Franch. dec. 100. num. 21. & aduerte quod non poteſt fieri poſt reuariationẽ alia variatio, argum. l. 1. C. ſi ſepius in integr. reſtitut. petat. & iuramentum in reuariatione debet eſſe veſtitum aliqua cauſa; alias de facili non debet admitti; Theſſaur. dec. 177. nu. 13. Et pro-
346 poſita reuariatione, an ſit petenda remiſſio cauſæ ſollemniter per partem, vel Baronem à ſuperiore, vt poſſint procedere in foro primæ inſtantiæ, vel facta reuariatione Baro ſine alia licentia poterit procedere in cauſa, vti ceſſante impedimẽto partis, ex cuius facto erãt ligatæ manus Curiæ Baronalis? Carauit. Ritu 219. num. 8. Foller. Conſt. Regni Capitaneorum num. 7. Vrſill. deciſ. 257. num. 4. dicunt non requiri, vt petatur remiſſio cauſæ, prout fit in alijs cauſis, quæ à Baronibus petuntur, ſed Anto. de Ball. in tract. crim. quæſtio. 2. lib. 4. dicit prædictam opinionem procedere ſi reus eſſet in fortijs, & tracta-

retur

Digitized by Google

retur remissio, tunc enim non obstante reuariatione, sollemniter Baro petere tenetur, allegat Couarr. practic. quæst. cap. 9. num. 5. Grammat. voto 28. secus si reus non esset in fortijs, vt ille; Sed ego in Regia Audientia dum reuariationes petebantur ab eo Tribunali ad forum delicti, vel originis, & collusionis erant argumenta nouam assumpsi quæstionem, quam non vidi hucusque tractatam; Et dicebam quod reuaria-
347 tio est ad instar remissionis petitionis, quæ in Regno non potest peti, nisi reo præsentato, & carcerato, vt est dispositum per Ritum 205. vbi Carauit. ac per Regiam Pragm. 6. titul. de offic. Iustitiarij §. item quod gubernatores, de quo articulo latiùs loquemur in sequenti parte. Quod dispositum fuit, ad tollendas omnes fraudes. Cumq; non sit impar ratio remissionis, vel reuariationis, dicebam quod nullo modo acta remicti deberent, nisi reo carcerato priùs, tunc enim cessaret omnis præsumptio fraudis, sed quando reus est in libertate, de facili fit collusio inter eum, & partem, vt petatur priùs reuariatio, & postea fiat partis remissio, & concordia cum Barone, quod non posset sic de facili fieri, si reus esset carceratus, & esset dubius, an causa per superiorem remicteretur, & proindè assumptũ posset substineri, vt reuariatio non concedatur, nisi reo præsentato.

Vlterius aduerte, quod idem Anto.
348 de Ball. loco antèà citato lib 4. quæstio. 2. notat, quod variatio potest peti vsque ad sententiam, sed finita prima instantia cessaret vsus huius priuilegij, & Baro posset se tueri, si habeat secundas causas, vt variatio non procedat, de quo dicto ego dubito; cum priuilegium adeundi Regios Superiores, non sit restrictum expressè ad primam instantiam, & cum sit fauorabile, & non odiosum non debet fieri sic stricta interpretatio; potuit enim priuilegiatus non perhorrescere potentiam aduersarij in prima instantia, sed habere iustũ timorem iudicis secundi, vel tertij, & sic si non fuit vsus variatione in prima instantia, ex causa noua, videtur quod possit vti in secunda, nam priuilegium
349 non extinguitur ex primo actu, iuxta leg. boues §. hoc sermone ff. de verbor. signific. ille enim textus habet locum in dispositione hominis, & non legis, vt benè Carau. super Prag. de filio familias §. 7. num. 22. Cœpoll. d. l. boues nu. 13. & propterea hæc opinio tutior mihi videtur; Defendi etiam poterit Baro in petendo causæ remissionem, si ambo sint priuilegiati, actor, & reus; licet e-
350 nim de iure fiant considerationes, quis eorũ habeat maius priuilegiũ, an quis habeat naturale, vt præferatur habenti accidentale, vt notat Couarruui. practicar. quæstion. cap. 7. l. habet ff. de tutelis, vel si vnus tractat de damno, alter de lucro, de qua concurrentia priuilegiatorum, latè loquutus fuit Tapp. de constitutionib. Princip. l. fin. cap. 8. tamen in Regno aliter receptum est, quod nota; nam priuilegia coæquantur, siuè alter habeat maius, siue minus siue naturale, vel accidentale, Adde Franch. nouissimè dec. 553. nam ritus
351 generaliter hoc statuit, & si secus voluisset hoc dixisset. Vrsill. decisio. 56. & 257. & nouissimè Franch. decis. 188. Similiter cessat hoc priuilegium, si sit facta cessio personæ priuilegiatæ ex fraude, vt Cara. d. Rit. 228 Frãch. dec. 195. Vrsill. dec. 74. Item quando cessio fit ex causa lucratiua, tunc priuilegiatus non trahit, nisi vt limitat Franch. dicta dec. si cessio esset facta miserabili personæ, Addę Dom. Tapp. lib. 3. fol. 2. quæ dicatur causa lucratiua; Cætera quotidiana, & vulgata habes ex Affl. & alijs, d. Constit. statuimus, & Carau. præcit. locis, sufficiant nouissimè decisa notasse, quæ ab alijs hucusque non fuerunt adducta. Exceptam etiam dicunt cognitionem Baiulationis ad instar Portulaniæ, ponderum, & mensurarum, vt supra; ita vt si non sit specia-
352 liter concessa, non subaudiatur, Affl. in Constitut. Regni; Ad officium Baiulorum, & in constitutione, siue reali,

quin-

Digitized by Google

quinto notabili,quod non puto verum in Regno; cum conceſſa iuriſdictione, veniat præcipuè iſta cognitio ciuilis damnorum, Capyc. verſ. cum baiulatione,vndè data plenaria conceſſione, ipſam venire videmus, niſi Princeps non eſſet ſolitus concedere,ſed ſeparatim retinere,& ſpecialiter infeudare, iuxta diſtinctionem in principio factã, vndè rectius puto,conſtituere regulam eam venire, niſi ſit excepta, vel non ibi ſolita concedi,vt in multis locis vidimus, ſed quæ contineat iſta baiulatio, multas cartas reuolui ad ſciendum ſuam diſtinctam,& diſcretam naturã; vidi tamen Franch.dec.397.aſſerentẽ,
353 non poſſe certam doctrinam tradi, ſed quod ſit attendenda loci conſuetudo,ad ſciendum quæ contineat,quęque ſolita ſint, ſub baiulationis cognitione includi; cum quælibet Terra diuerſimodè hoc intelligat; verè tamen baiulationis iuriſdictio competit circa cognitionem damnorum,& pœnas exigendi à damnum dantibus in territorio infeudati,ac vaſallorum; ex conſuetudine tamen potius, quam de natura includunt ius ſcandagij,ius platearum, gabellæ,& dohanæ,ponderum,& menſurarum,& vocant corpus baiulationis, vt ibi Franch. vndè obſerues Regionis ſolitum; Adde Surgen. de Neap.illuſt. cap.1.num.16.& poſt eum Tappiam
354 in rubric.de offic. Baiulorum, vbi de origine, & æthymologia, & facultate ſuæ iuriſdictionis; & an poſſint ibi liquidari inſtrumenta,incuſari obligationes? nam quo ad inſtrumenta fuit deciſum non licere,vt nouiſſimè dicit iudicatum in Regia Camera D. Rouitus qui doctiſſimè defendit partes Baiuli, pro quo videntur iura aperta,quanquã non ſit diſcedendum à deciſione Reg. Cameræ.Sed quo ad obligationes pę-
355 nes acta,credo punctum non habere dubitationem,nam ſic ibi ait D.Tapp. pœna tamen incuſationis non poterit excedere aguſtale,licet ſumma obligationis eſſet magna. Et quod pro literis exequtorialibus poſſit exequi realiter, & perſonaliter obligatio capta in Curia Baiuli, faciebat in facti contingentia dubium, quod carcer eſt de mero imperio, quem non habent Baiuli, ſed hoc aſſumptum fuit negatum,nam pro modica coertione, in cauſis ciuilibus poterit Baiulus habens ſimplicem iuriſdictionem,tenere carceres,tex.eſt in l.2.ff de in ius vocando,ibi,qui coerce-
356 re aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci,valent, & ſic Andr.Conſt. Regni locorum Baiuli; tantò magis, quod Baiulus non ſolum habet ſimplicem iuriſdictionem, ſed mixtum imperium,vt D.Rouit.tit.de offi.Baiuli;Nec
357 incuſatio obligationis ſapit criminalitatem, vti cauſa liquidationis inſtrumenti, pro cuius contrauentione erat prius pœna manus,licet hodiè ſit ſubrogata in pœnam pecuniariam,vt Carau.Ritu 166.Obligatio tamen pœnes acta,calore iudicij habet paratam executionem, Affl. dec.387. & ideò exequitur realiter, & perſonaliter vti inſtrumentum via Ritus, ſed differunt in eſſentia,ideò obligatio pœnes acta per procuratorem incuſari poteſt, Freccia
358 de præſent.inſtrument.fol 93. Franch.deciſi.118. Item poteſt incuſari per creditorem, licet non interueniſſet de perſona in obligatione,Affl.dec.135.in
359 fine,quæ omnia denegantur in liquidatione inſtrumẽti, Galleſ.in tract.formæ Cameræ fol.14.Et propterea concludimus realiter,& perſonaliter poſſe expediri literas exequtoriales per Curiam Baiulorum,pro obligationibus liquidis in ea Curia ſtipulatis, & ſi non habent carceres, poſſunt requirere Iudicem loci, vt bracchium impartiatur, vt carceratos retinere poſſit,& ſic vidi Coſentiæ, & in tota Prouincia obſeruatum,& poſt hæc nouiſſimè ita firmat D.Rouit.tit.de offic.Baiuli num.20.& in tit.de iuriſd. non turbandis prag.2.
360 num.38. vbi notat etiam omnes caſus pertinentes ad Baiulum,deciſos per Conſiliar.de Afflictis, an poſſint Baiuli arma portare,Anna ſingu.47. An poſſint cognoſcere de ponderibus,& menſu-

Digitized by Google

furis vide. Non ommittenda duxi grauamina, & exceſſus, quæ fiunt per Barones ſuper iſto corpore introituum, quod pertinet ad Pragmaticam noſtrã, ne Barones excedant ſuam iuriſdictionem, ſuper qua in hoc multum ſibi vſurpant, vt ſuos introitus augeant. Ac cum pertineat hoc demonſtrare iuxta noſtrum inſtitutum, breuiter eſt videndum: primo, ad quid ſe extendat iuriſdictio, & ſecundo loco videbimus de cognitione grauaminum; & dico, quod conceſſa baiulatione, tributa dicitur iuriſdictio, & poteſtas creandi Iudices baiulorum, qui priuatiuè ad Capitaneum Regionis habent cognitionem ad damnum, quod eſt peculiare ſuum. Adde Rouit. in pragmat. ſtatuimus, qui intelligit petita remiſſione, tenẽdo opinionem, quod iuriſdictio ſit cumulatiua, quod non eſt ſine difficultate, nam dum iuriſdictio eſt ſpecificè conceſſa ad certas cauſas, vel certum genus perſonarum, ſemper priuatiuè iuriſdictio videtur tributa. Franch. dec. 458. Doct. l. 1. C. de offi. Præfect. Vrb.; nec aduerſatur opinio D. Rouit. nam benè dicit, quod in cauſis cumulatiuam habet baiulus iuriſdictionem cum officiali, cum ipſe cognoſcere poſſit de omnibus cauſis, præter feudales, vt ibidem ille concludit, ſed in cauſis pertinentibus ad materiam ſpecialem baiulationis, damnorum, vel ponderum, & menſurarum, & aliorum introituum incorporatorum ad illud officium, iuxta deſtinationem, & conſuetudinem loci, credo priuatiuè eſſe iſtas cauſas ad officiales loci, Franch. dec. 458. num. 3. & deciſi. 723. num. 5. cum ſeq. & dixi ſupra in principio huius Pragmaticæ, vbi quando iuriſdictio præſumatur conceſſa cumulatiuè, vel priuatiuè, latè explicauimus. 361 262

Sed nè in terminis erretur, vt in facto vidi ſæpius ceſpitatum in hoc: ſciendum eſt quod dicatur damnum, vt eius cauſæ poſſint ſeparari ad ſuos Iudices, & dic quod eſt patrimonij diminutio cum rei corruptione, vt Plot. de in litem iur. §. 49. num. 42. ad differentiam, quod ſecus ſi fiat cum amotione, & rei contrectatione, nam tunc furtum dicetur, & non damnum, de quo non cognoſcent Baiuli, licet in hoc etiam loci conſuetudo ſit attendenda, & in facto vidi altercatum, an eſſet dãnum id quod faciebant illi qui colligebant ſpicas poſt terga metentium, & dixi aut eſt licitum, aut illicitum, primo caſu in Sacro Conſilio fuit iudicatum licere hoc omnibus, ſpicas tantum colligere, ſaluis gregnis, & germitibus, & ita prouiſum pro Vniuerſitate Zullini, cũ Barone, nã eſt iure diuino diſpoſitum, nè prohiberi poſſint, Exod. c. 9. ſi vero non liceret furtum, vt dixi, eſſet, & non damnum, ſic text. l. ſylua verſ. ibi, ſpicæ in meſſe deiectæ ff. de verborum ſignific. qui eſt ſingularis, Idem ſi damnum eſſet cum violentia, vel cum iniuria, nam tunc quia oritur actio criminalis Bart. leg fin. ff. de priuat. delict. Afflict. in Conſt. Regn. Baiuli locorum, Campàn. cap. Regni 85. tunc officialis loci cognoſcet de criminali, & in conſequentiam de ciuili, ſecùs ſi damnum eſſet culpoſum, & non doloſum, nam tunc datur actio legis Aquiliæ, Maran. ibi in ſpecul. ver. Iud. ciui. vel crimi. nu. 89. Vrſill. dec. 57. Crau. conſ. 96. & ceſſante criminalitate, Baiulus cognoſcet. 363 364 365

Sed quid ſi pro damno doloſo, vel violento certa pœna fuerit impoſita in capitulis baiulationis inter Baronem, & Vniuerſitatem, an per hoc ſublatum intelligetur iudicium criminale? Dic quod Barones non poſſunt minuere, nec alterare pœnas iuris, cum non poſſint diſponere ſupra ius poſitiuum, vt ſupra dixi in hac Pragmatica, ſed benè poſſũt cumulatiuè addere mulctã Bart. leg. 1. ff. de vi bon. rapt. Affl. Conſtitu. Regni Intentionis, Gomes variar. reſolut. tit. de delict. num. 38. Gramat. conſ. 35. & tunc vtraque poſſũt imponi, niſi in minimis, vbi tunc ſolitum, & pœnam conſuetam attenderem, Marant. diſput. 3. in fine, Franch. dec. 340. num. 9. priuatiuè ad Capitaneos, niſi 366 367

quan-

Digitized by Google

quando damnum esset dolosum cum iniuria, vel territorium esset bannitum per Capitaneum, vt per Sacrum Consilium inter Vniuersitatem Orioli, & Marchionem, Actuario Iubeno; Habet etiam mixtum imperium, decernendi tutelas, remouendi suspectos, cognoscuntque de omnibus ciuilibus causis personalibus, & realibus, licet magnis, Afflict. Constitut. Baiulis, & Const. Baiuli locorum, & falluntur qui asserunt Iudices Baiulorum non posse cognoscere de causis, vltra duos augustales l fin. C. de pedan. iudic. nam illud officium non adaptatur ad nostrum, Affl. ibi, nisi sic esset solitum, D. Rouit. tit. de offic. Baiul. pragma. 1. num. 40. Iudices vero possunt creari vsque ad numerũ trium, & non vltra, vt in Constitutione
368 Regni, sæpè contingit. Sic etiam habere Assessorem ordinarium, Affl. Constitutione Magistri, ac possunt ordinare Magistros Actorum, licet quandoq; ipsi Iudices fungantur officio Iudicis, & Actuarij, quod est permissum ob vtilitatem, vel tenue officium, cum officialibus regulariter hoc sit prohibitum,
369 Campa. cap. Regni 280. immo acta sunt nulla, Viu. decisi. 48. & licet dixerim, quod tenetur habere Consultorẽ, tamen si tenue sit officium, non erit obligatus tenere Consultorem assidentem, qui sit forasterius, sed sat erit tenere vnum de Terra, vel extraneum, sed non assistentem, & sic fuit decisum in Regia Camera, & Collaterali Consilio
370 inter Doctorem Matthæum Paganũ Baiulum Cosentiæ, & partis casalium; nam non debet grauari officium magno sumptu, si non patiatur, & dixi supra prag. 3. in fine, & similiter fuit iudicatum, licere ipsimet exercere offi-
371 cium, licet fuisset oppositum, quod Baiulus habetur, vt Baro ciuilis, vnde tenetur demandare iurisdictionem; nã cum habeat eam tenuem, & non multi momenti, ac in officium, fuit decretum ei licere; onus enim tale imponi debet feudo, vt non sit durum, alias non esset feudum beneficium, sed species locationis, & conductionis, si parum plus esset in introitu, quam in exitu, Docto. §. item tria onera instit. de excus. tutor.
372 Authent. perpetua, quæ est singul. cum gloss. C. de sacros. Eccles. Thessal. dec. 120. Et sic non solum vnum possunt creare, sed alios duos Iudices vigore dictæ Constitutionis, & tenetur Baro Iudices constituere pro ministranda iustitia, & decernendis damnis, vt fuit iudicatum in S. Cons. inter Baronem Pisticij, & Vniuersitatem Actuario de Felice; nè subditi grauentur ab Affectatoribus, qui suo modo, librum pœnarum componerent: Cognoscunt etiam
373 vsque ad furta, dico minima, non quod per hoc inferri posset, quod si habeant merum imperium, cum eis sit interdictum, sed modicam coercionem pœnæ pecuniariæ, prout similiter si damnum fuerit dolo datum, propter quod potest agi criminaliter de iniuria Barto. ff. de priuat. delict. l. fin. ipsi hoc corrigere poterint, Affl. d. Constitutio. Baiuli, Anna sing. 47. Item possunt capere malefactores delinquentes deprehensos in flagranti crimine, & possunt iurisdictionem exercere, ipsos habili-
374 tando de se præsentando coram suo Iudice ordinario, Affl. & Gramm. Constitut. Regni Baiulus si furem, quod demonstrat ipsos esse, quasi non omninò incompetentes, alias cautio præstita esset nulla, vti ab incompetenti Iudice capta, & pœnæ fideiussoris non possent exigi, Et in facto dum Regia Audientia ad querelam, informationem cæpis-
375 set contra Baiulum seruientem, pro excessu facto in officio, vulnerando aliqm, & petijsset Baiulus remissionem, & ei denegaretur, deducta causa in Regia Camera, & posteà in Collaterali Consilio, fuit pariter decretum, vt Baiulus iustitiæ cognosceret ipse de delictis suorum ministrorum, contra Regulam iuris, quod Iudex ciuilis vti incapax iurisdictionis criminalis, non potest se intromittere in casibus meri imperij, neq; partium prorogatio posset opitulari, Doctores l. j. ff. de iudic. Barto. in-

ter-

Digitized by Google

terminis l. diuus ff. ad leg. Corneliam de fals. Caball. casu crimin. 116. Attamen quia familiam Baiuli à suo Preposito conuenit recognosci, quando delictum fuit factum à famulis, & seruientibus intuitu officij, ex hac ratione credo taliter fuisse decisum, & ita vidi postea authoritatem Farinac. quæstio prima, ex num. 57. cum sequen. di-
376 centis quod Iudex ciuilis non habes iurisdictionem principaliter, ratione incidentis, & contemptus suæ iurisdictionis poterit cognoscere causam criminalem, si ordinarius sit Iudex, & non delegatus, Menoch. quæstio. 91. de arbitrar. Iudicum num. 2. Cumq; Præpositus debeat cognoscere de delictis suorum ministrorum l. prima C. de decur. Vrbis lib. 10. & l. 2. C. de offic. Magistr. lib. 10. de Ponte decisio. 37. ideò posset saluari dictum decretum; Sed Farinac. & Menoch. asserunt, hoc casu posse Iudices ciuiles extràordinariè, & non ordinariè punire, vndè talis opi-
377 nio posset habere locum in delictis priuatis, & non in alijs publicis supra relegationem, & sic pro certo tenerem; alias reus vti insufficienter punitus, posset iterum castigari à Iudice criminali, ex regula quod insufficienter punitus, iterùm poterit puniri, cap. de his, vbi omnes Doctores, de acccusationib. & dicam in sequenti parte huius Pragmaticæ.

Item circà istam materiam in Reg. Audientia disputatus fuit alius articulus, cum dicto Baiulo Cosentiæ, & Casalium, cuius officium continuò torquet illud Tribunal, quod superat omnes alias molestias; Illi de regimine Casalis Zumpani exposuerant querelam contrà quamdam personam, quæ ligna inciderat, in eorum defensa reseruata, arborem viridem truncando, de quo prætenso crimine capta fuit informa-
378 tio per Regiam Audientiam, quæ habet prærogatiuam ex priuilegio iurisdictionis cumulatiuè, cum Gubernatore Ciuitatis, & omnium Casalium, ferè numero foculariorum decem millium, cuius authoritas est causa, vt illud Tribunal superat quasi Magnam Curiam Vicariæ in multitudine causarũ; Accusatores ergò instabant procedi criminaliter, cum pœna incidentis arbores, & furtim asportantes sit suprà relegationem leg. 2. ff. arbor. fur-
379 tim cæsar. Clar. quæstio. 68. Afflict. & alij in Constitutio. Regni super incisionibus; Baiulus autem petebat remissionem, tum quia præuenerat in interceptione, cum sui ministri cæpissent bestiam illius oneratam lignis, tum quia ille se præsentauerat in eius Curia, vbi fuerat citatus ad soluendum pœnam Capitularem, impositam contra scindentes, & asportantes ligna ex alienis possessionibus; Tanto magis dicebant Aduocati ipsius, quod causa hæc erat merè ciuilis, damni dati, & ad ducebant prædicti doctrinam Fabri in S. liberum, institution. ad legem Aquil.
380 qui ait, quod scindens arbores syluestres, puniri debet pœna legis Aquiliæ ad emendationem damni, allegat textum leg. si seruus seruum §. si oliuam versic. in sylua cædua ff. eodem, vbi dicit textus, quod scindens, & abstrahẽs ligna à sylua cædua matura tenetur ad damnum, secùs si sylua esset immatura, quia tunc de incisione reus teneretur; Florian. & alij exponunt ibi, syluam cæduam maturam dici, quæ apta est ad cẽdendum pro necessitate vitæ ad ignem faciendum, vel similia, & tunc scindens arbores pro suis necessarijs pœna damni tenetur; Immatura verò dicitur sylua, quæ fuit de recenti plantata, & non creuerint arbores, ita quod sint maturæ ad scindendum antè tempus, ergo, qui palmites inciderit, est præsumptio iuris, quod ad vindictã fieret, vndè habet locum, dicit textus, titulus arborum furtim cẽsarum, & sic Imperator ibi, habet respectum potius ad dolum, quam ad damnum, prout respexit, si arbores essent fructiferæ, plantatæ ab homine, & non à natura productæ; tunc enim similiter haberet locum pœna dicti tituli. Cumque

Digitized by Google

in isto casu, arbor scissa erat syluestris, & tractabatur de asportandis salmis lignorum, causam defendebant esse merè ciuilem, prout videbatur sentire Auendan.lib.1.cap.4.Prætor.num.28. & quod neque in conscientia pro tali damno quis tenetur, dixit Sotus libr. quarto, de iustit.& iur.quæstio.6. articul.4. nam tales arbores, iure gentium communes erant, pro necessitate humanæ vitæ, & licèt sint hodiè appatronatæ, dum diuisa fuerint dominia rerum, attamen damnificanti in tali materia sufficere deberet emendatio damni, & solutio alicuius pecuniariæ pœnæ, vt Molin. disputatio. 58. in eodem tract.de iustit.& iur.in quam opinionem inclinauit Regia Audientia, causam remittendo, & ità vidi pluries obseruatum per Sacrum Consilium in lite vertente inter Vniuersitatem Ciuitatis Muri, habentem nemus vicinum Terræ Castri Grandinis, cuius ciues scindunt continuò arbores in dicto nemore, & causa ventilata in Sacro Consilio, dum quotidiè prædicti ciues Castri Grandinis carcerarẽtur per homines,& custodes dictæ Ciuitatis. Dum ipsa Ciuitas prætendisset reos condemnari ad pœnam corporalem, numquam Sacrum Consilium inclinauit in aliam opinionem; solùm decreuit seruata forma damni, esse faciendum depositum pœnæ capitularis Ciuium dictæ Ciuitatis, quam limitabat, modò in ducatis, sex, modo in duodecim, secundum qualitatem informationis captæ. Verum si damnum esset magnum, & arbores nõ essent infructiferæ, sed essent quærcus quæ sunt in fructu, licet sint syluestres, scindens eas posse puniri pœna extraordinaria, erit dicendum, vt singulariter discutit Guttierez, secundo libro quæst.canon.cap.27. Et redeundo ad digressa, vltrà augustalem, ac vltrà sor
381 tem damni, ipsi Baiuli non possunt mulctare,& pœnas imponere, vt in Pragmatica statuimus, de officio Baiuli; licet de consuetudine viderim in multis locis pœnas maiores exigi, sed nescio, si stylus, seu consuetudo posset subsistere in plenario iudicio, contrà dispositionem dictæ Pragm.cum pro Pragm.viderim semper decisum contrà Barones vt est videre in causa inter Baronem, seu Marchionem Lauri, & Vniuersitatem, Actuario Cioffo, quod pœna non excedat damnum, & si damnum erit vltra, non exigatur plusquam augustale. Hæc sunt verba decreti Sacri Consilij & si pœna minor exigi solet, ita obseruandum, sic Ann.sing.138. nam moderari poterit, attenta qualitate dãni, sed de Pont.in d.suo tract. de potest. Proreg.tit.de elect.official.S.1.nu. 43. dicit procedere in Barone habente simplicem iurisdictionem, sed si habeat merum imperium posse ratione contẽ-
382 ptus, augere pœnam, vltrà augustalem in certis casibus requirentibus pœnam augeri ad tollendam frequentiã, & sic Cagnol. l.prima ff. si quis ius dicenti non obtemp. & idem tenet de Pont.in cons.53.volu.2.edito post eius tract. Hæcq; circa iurisdictionem: circa verò officium,& exercitium, Barones excedunt in multis; & est sciendũ, quod ista distincta iurisdictio fuit introducta in releuamen Ciuium, qui damna patiuntur ab hominibus, vel animalibus in eorum segetibus, territorijs, & possessionibus; fuerunt creati Baiuli, qui curam haberent perscrutandi damna, & ea denunciandi ex officio, Curiæ Baiulorum, vt damnificantes emendam damni soluerent Dominis, ac pœnam Curiæ tribuerent, non vltrà augustalem, sed minus, iuxta loci consuetudinem, Anna singular. 139. Et ità dispositum est in dicta Regia Prag. statuimus, quod exigi debeat damnũ, & nisi satisfiat parti priùs, non exigatur pœna, hæc sunt formalia verba,
383 per quæ patet, formam,& ordinẽ introductum, circa istas exactiones; ponderentur verba (Dictio, nisi) negat potentiã exigendi pœnã Curiæ, nõ emendato dãno, Bart.l.actione C.de trãsact. sequitur verbum (prius) quod etiam ordinem,& formam designat, Doct.l.2

§.prius

Digitized by Google

§.prius ff.de vulgar.& pupillar. & pulchrè in simili Marant.videndus consil. 31. quod tanto magis fortior redditur dicta prouisio,cum vltra annullationē, imponatur pœna Baiulis transgressoribus,& ita est iudicatum,vt vidi nouissimè inter Vniuersitatem, & Baronem Pisticij, quod prius fiat appretium dāni, & condemnatio, & posteà ponatur damnificans in pœna,& in Sac.Consil. inter Vniuersitatem Vallis Vitulani,& Baronem,Actuario Figliola. Hoc sancitum in nihilo obseruatur; Barones enim curant, quod exigantur eorum pœnæ,vt affictum coaceruent quotannis magnum, & de damni emendatione facienda miseris Dominis non curatur; Imò permittunt, quod Baiuli fident personas, de eos non intercipien-
385 do, quomodocumq; damnum dederint, soluta conuenta summa pecuniarum; Quod maius furtum, quam ista permissio delinquendi? l. conuenire, ff. de pact.dotalib.quod maius latrociniū? ac pluries in Sac. Consil. iudicatum, quod non fiant istæ fidæ, nec permittantur, & ita actum inter Vniuersitatē Theani,cū Principe Hostiliani, Actuario Felice. Ac constitutum est per d. Pragmaticam,credi Baiulis de damnis datis ab animalibus,si ea inuenerint in flagranti, & habuerint in manu, tunc præstito ab eis iuramento creditur, & si in manu non habuerint, non eis credatur,nisi aderit alius testis,qui similiter deponat cum eis de damno dato. Sed proh dolor? heu misera temporis conditio? Barones volunt, quod ijs solum plenè credatur, contra omnia iu-
386 ra,Constitutiones,& statuta mundi, sunt enim isti Baiuli vilissimæ personæ vt Crauett.consil.169. num.7. in terminis huius quæstionis; cum tales talia conducant,qui etiam si deponerent vti testes non facerent plenam fidem, Gabriel.latè concluſ. 18. de testibus, isto casu sunt ipsi affictatores, de proprio commodo tractantes,& sic principales; vndè consideretur, si aliquam probationem, vel præsumptionem fa-
387 ciant; cum nec Papa,Princepsuè facere possint, quod credatur principali de facto proprio attestanti, Alber.de testib. 1.art. Petr.fol.91.latè.

Et si testes quando patiuntur plures defectus,nullam probationem afferunt,
388 quanto fortiùs erit in principalibus? Grammat.consil.6.num. 54. Et videmus sæpè sæpiùs istos damnatos ad pœnam ponere animalia alicuius damnificantia, qui numquam animalia habuit,vndè ad sui libitum quinternum mulctarum componunt; Quæ maior iniquitas? Et sub clypeo tamen Baronum substinentur. Nec obstat obiectū, quod Nuntijs deponentibus de eorum
389 officio creditur l.prima, C.de decurionib. Antibo.de munerib. vltim.articul.in hoc puncto respondit hoc posse procedere,& suaderi, si non essent Affictatores,& principales,alias nullo modo stare potest, quod aliquā probationem adducant eorum dicta,& ità iudicatum in Sac.Consilio inter Vniuersitatem Pisticij, & Baronem Actuario de Felice. Adde, quod licet statutum valeat, vt credatur damnum passo, vt ex nostra Pragmatic.statuimus de officio Baiuli, dummodò habeat animalia
390 in manu,vel vnum testem in probationem,& sic saltem præsumptiuè constet; tamen cum statutum sit exorbitans à iure communi, magis strictè est interpretandum, Plot.S.47.de in litem iur. Adeò quod contrarium poterit probari, imò in damno graui neq; sufficeret probatio illa; idem si testis adductus esset suspectus, vel pateretur alias repulsas,idem Plot.S.49.num.11. vbi alias adducit limitationes. Sed quid si damnum dans sit pauper, & nō poterit soluere damnum, & pœnam, quid prius erit eligendum? dic quod præferri debet emendatio interesse, & posteà pœna, Anna singular. 138. cum sequent. Nec excusantur Barones, cum hæc non fiant per manus suas: nam culpæ eorum annumeratur,

Digitized by Google

cum possint prohibere, & non prohibent,sciunt,& non corripiunt, leg.culpa caret ff.de regulis iur. Baro enim
391 debet esse peruigil,nè subditi opprimantur,vt singular. Isern.in capit. Imperialem §.prætereà numer.40.de prohibita feud.alienat. Et nota, quod quamquam Baroni liceat suas affictare Baiulationes, Actuarias, & Gabellas,cum sint fructus feudi, tamen non per hoc cupiditate carius vendendi, permictere debent grauamina, tacendo, & non succurrendo querelis subditorum in tot iniustis exactionibus, ita est prouisum per capitulum Regni, incipiens Prædecessorum, quod deberet menti teneri. & ita dicit (eadem pœna Dominis Terrarum in Gabellis, & cœteris imminente,si Baiulis,& Gabellotis aliquam opem tulerint in excessibus commictendis, ac si super his, cum ad ipsorum scientiam peruenerint,suo posse non restiterint) nam sub timore,quod introitus minus locantur si Affictatoribus non præstatur adiuuamen, & sub spe quotannis augendi eos, non curant de querelis, & grauaminibus; miseri Baiuli se excusãt,quod conduxerunt vltrà fructus & sic ambo in inferni foueam cadent, nam aduertere deberent Barones,quod introitus; licet affictent mediantibus subhastationibus, tamen oblationes excessiuas non debent admittere in conscientia, propter euidens periculum illaqueandi animas Affictatorum,quia dum non correspondent introitus, oportet posteà eos furari.

Pretium enim iustum, personæ qua-
392 litas,& quod affictus pertingat quasi ad perceptionem fructuum, & quod debeat remanere, vt ille viuat, & non sit in damno; Hæc tria debere attendi dixit Damauder. tractat. de subhastat.cap.quinto,num.22. & post eum Molfes.singulariter parte prima,cap.6. ex numer.decimo quarto, vsque ad finem in Consuetudin. Neapolit. & magnum rete est istud irritẽdi ad laqueos Barones, dum continuò videmus in ijs illos incidere. De hoc parum curatur: sed si non in foro fori, in foro poli pœnam substinebunt, vt dicit Frecc.in simili,auctorit. 11. Postremò quæritur de dubitatione,quæ mihi sæpiùs accidit, circa ista damna, & banna,nè vllus intret,vel damnum inferat in possessionibus talis, iuxtà notata per Frecc.auctorit.42. Afflict.Constit. cum per partes,qui referunt originem, & causam istarum exactionum, nam ex officio Baiuli habent ius bannien-
393 di territorium,Mastrill.de magistrat. lib.4. cap. decimo octauo, num. 67. si Dominus voluerit, & contentetur animalia fuisse immissa, an Curia possit pœnam exigere? Dicebãt aliqui, quod sic,nam commissa est pœna,quam Do-
394 minus possessionis remittere non poterit,cum alteri per alterum non debeat iniqua conditio inferri,leg.non debet ff. de regulis iur. & sufficit Iudicem contemnisse l.prima, ff. si quis ius dicent. non obtemp. In contrarium est veritas; nam cuilibet libera est facultas dandi, & remictendi quod suum est,& nulla lege arctari potest l. in re mandata C.mandat.leg. nemo C.de Iudæis. Non obstant banna, cum non commictatur pœna,stante placito Domini leg.inter omnes §. rectè ff.de furtis,vbi furtum non commictitur volente Domino; sic nè desit auctoritas, Antibol. de muneribus vltim.artic.numer.201.Gloss.in leg. prima C. de pascul.libr.10. Viu. nouissimè vltim.libr. decisio. 520. hoc vero procedit data licentia, vel permissione Domini præsumpta ex amicitia, vel consanguinitate. Sed si ratum habuerit post sequutum damnum,pœna poterit exigi, nè isto modo fieret fraus Curiæ, Doctores d.§.rectè; Adde Lanar.cons.98. num.15. In hoc versabitur Iudicis arbitrium, considerando inditia, & argumenta,& personarum qualitates, Et
395 in S. Cons. fuit iudicatum inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem

Actua-

Actuario Cioffo, quod si animalia introierint Terras appatronatas non bā-
395 nitas,Baiulus non possit exigere pænam,nisi damnum dederint, Lanar. d. cons.98.num.8 quod pœna non debet exigi in Terris apertis, tunc licet non sit querela, pœna exigatur,si vero Terra erat bannita,si animalia intrant pœna debetur, quamquam damnum non dederint,ita fuit prouisum; Sed si Terræ sint apertæ,licet sint bannitæ pœna non exigetur, nisi essent seminatæ,vel
396 clausæ,vide Ann. sing.138. ita prouisum inter Vniuersitatem Literarum, & Baronem, Actuario de Ferrarijs, & inter Vniuersitatem Vallis Vitulani, Actuario Figliola; Quid si ad petitionem Vniuersitatis fuerit factum aliqd capitulum pœnale, vel bannum pro
397 damnis, vel immunditijs intra Ciuitatem immissis, quod capitulum fuit confirmatum per Baronem, & expeditus Assensus Regius super ijs Capitibus,si Vniuersitas possit reuocare tale bannum, quia non expediens videtur nam,& leges tractu temporis solent ad iniustitiam mutari,vel Barone contradicente pro suo interesse Bannum non possit impugnari,& reuocari? Vidi hāc controuersiam in multis locis, & videtur, quod ex iusta causa competat ius reuocandi bannum pro ea promulgatum,licet auctoritas superioris interuenerit ad confirmationem, etiam sine alio assensu possit infirmari,nam auctoritas pro sui beneficio fuit data,& ita Bald. cap.1.de pac.constantiæ, Vasqu. controu.illust.34.nu.2.Tiraq.d.l.boues lim.17.in terminis; Et fuit altercatum etiam in mea Ciuitate,vbi Vniuersitas fecerat emanare banna, nè ciues tenerent animalia suilla intra Ciuitatem, sub pœna applicanda Baiulis, cumque tractu temporis bannum esset redactū ad iniquitatem, quia Baiuli permittebant,& fidabant porcorum Dominos, vndè immunditię stabant,& vasalli angariabantur,fuit tractatū si liceat concedere,vt impunè possit quilibet tene-
398 re, Dicebatur ex parte Baronis licere talia banna facere ex officio propter conseruationem salubritatis aeris, Rip.de peste art.1. & dicā infra prag. 14. Tamen dum in Consilio fuisset talis controuersia,cum Principe Hostiliani,& Vniuersitate Theani, ac Vniuersitate Pisticij,& Barone, Actuario de Felice,fuit decisum,vt liceat Ciuibus,
399 hyæmali tempore tenere porcos intra Terram, æstiuo tempore autem,qd abstineant sub pœna banni, & sic dum banni iustitia stat ad instantiam Vniuersitatis,reuocatio procedit; limitarem tamē si capitula essent facta correspectiua inter Baronem, & Vniuersitatem, & sic non essemus in terminis banni puri facti ad instantiam Vniuersitatis,nam tunc quia ius quæsitum est
400 Baroni,non posset fieri reuocatio firmata assensu,sine iusta causa,& conferunt adducta per Rouit.super cit.pragma.statuimus.Multa alia essent dicenda,quæ tractatū desiderarent; sed hæc obiter dicta sufficiant,circa excessus iurisdictionis, in ista baiulationis cognitione.

Hæcq; principalia dogmata sufficiant ad cognitionem,quę iurisdictionalia videantur concessa, facta inuestitura de Terra,vel Ciuitate,& quæ excepta,& non communicata intelligantur; & licet multa addi potuerint ea non polui, vel quia vulgaria, vel non ita practicabilia vidi; Restat modo iuxtà ea, quæ in principio Pragmaticæ huius præmisi, vt secundariò videamus circa quæ Baro intelligatur inuestitus, circa bona, & pertinentia feudi, quæ, vt comodius, & libentiùs Lectores videre possint, volui diuidere per secundam partem, vt sic diuisa non sit fastidio.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Secundæ Partis Octauæ Pragmaticæ.

1 *Feudum nõ habet à iure certas partes, & pertinentias discretas.*
2 *Destinatione primæua, natura rerum dignoscitur.*
3 *Terra concessa cum suis pertinentijs veniunt omnia solita accedere, & suburbia Casalia, & alia.*
4 *Concessio licet larga, interpretatur alienis semper saluis.*
5 *Terra concessa veniunt omnia feudo solita adijci, sed non bona priuatorum.*
6 *Domus, & fortalitia sunt Baronum.*
7 *Arma reposita in Castro vti bombardæ, & instrumenta bellica an ibi intelligantur concessa.*
8 *Fortalitia an possint fieri sine licentia Principis.*
9 *Vniuersitas an teneatur contribuere pro fortalitio faciendo per Baronem cum reficiat vtilitatem vasallorum.*
10 *Muri, & fossata sunt Vniuersitatum, & non Baronum.*
11 *Armandiæ dicuntur vsus armorum omnium pertinentes ab bella.*
12 *Vniuersitates an possint sine assẽsu muris cingere Terras, & cogere Ciues ad expensas.*
13 *Turrim & fortalitium an possit particularis in suo facere.*
14 *Territorium videtur concessum facta inuestitura, & quid sit territorium, & sui fines.*
15 *Districtus quid differat à territorio.*
16 *Burgensatica licet vnita feudo an subintelligantur concessa, vel vendita.*
17 *Augmenta facta in feudo, an feudo deuoluto transeant cum eo.*
18 *Palatium ædificatum an accedat feudo.*
19 *Territorij fines, & terminatio feudi cõcessi arguitur per mõtes, flumina, valles, custodes locorum, & alia quæ narrantur.*
20 *Iudex in finium terminatione in dubio habet potestatem adiudicandi.*
21 *Territorium licet sit concessum Baroni non ideo habet intentionem fundatã omnia esse de feudo.*
22 *Barones habent certa corpora destinata, in quibus de iure habent intentionem fundatam, quod sint de demanio feudi.*
23 *Occupare de facto an liceat bona quibus ius resistit possideri per alios quã per Barones.*
24 *Natura semper properat nouas edere formas.*
25 *Flumina, & decursus aquarum an sint de exceptis, vel includantur in generali concessione.*
26 *Argumentum de emphiteusi ad feudũ valet.*
27 *Flumina nauigabilia sũt de regalibus, & non præsumuntur concessa.*
28 *Aquæ quæ nascuntur in fundis priuatis illorum sunt, & non Baronum.*
29 *Dominus partis superioris potest ad libitum diuertere cursum aquæ.*
30 *Vsus aquæ pro viuere subditorum non potest prohiberi per Barones.*
31 *Baro habet vsum in aquis Vniuersitatum, quæ sunt de antiquo suæ.*
32 *Aqua potest diuidi inter Baronem, & Vniuersitatem, & designatur modus.*
33 *Molendina an possint fieri, & battinderia, & similia in fluminibus à vasallis.*
34 *Aquæ iure gentium sunt communes, & antiquissima præscriptione Reges quæ fierunt earum iura.*
35 *Ius piscandi, & aucupandi quæri potest per priuatos in aliquo loco, præscriptione.*
36 *Gabella imposita mari denotat dominium.*
37 *Ius piscandi non censetur concessum Baronibus ex concessione aquarum, quia est iure gentium omnium.*
38 *Princeps non potest præiudicare inquæsitis, sed in quærendis.*
39 *Collectam an possit imponere Princeps super piscatoribus.*

Digitized by Google

40. *Baro an possit prohibere vsum aquarum, & irrigationem hortorum variè decisum.*
41 *Defensæ piscationum possunt fieri per Barones in suis.*
42. *Pœna aucupantis in fundo, vel loco destinato pro palumbis, & cæteris est supra relegationem.*
43 *Ius exigendi passus à transeuntibus est de regalibus; ratione protectionis viarum, & pontium.*
44 *Viæ publicæ sunt, sed stant sub protectione Regia, & ideo solet exigi passus pro expensis in illis custodiendis.*
45 *Via alia publica, vicinalis, vel priuata.*
46 *Pons an possit fieri supra viam.*
47 *Viæ debent mundari, & sterni, & cuius expensis, & cuius sit iurisdictio, notatur.*
48 *Viæ sunt terrarum vbi sunt sitæ, iurisdictio est Baronum securitas ad Principem pertinet.*
49 *Gabellæ, & vectigalia non possunt imponi per Vniuersitatem sine assensu, nec Princeps poterit sine causa.*
50 *Barones nullū onus personale, vel reale vasallis indicere possunt.*
51 *Princeps an possit imponere exactiones.*
52 *Nundinarum concessio ad solum Principem spectat.*
53 *Mercata possunt fieri sine assensu, sed non nundinę, & differentia ponitur.*
54 *Nundinæ non possunt fieri nisi citatis interesse prætendentibus.*
55 *Salinæ, auri, vel argenti fodinæ, ferrariæ sunt de regalibus.*
56. *Salinæ prædictæ, & alia similia reperta in fundis priuatorum cuius sint.*
57 *Thesauri an sint fisci, vel Baronum, & an inuentoris.*
58. *Pecunia, & alia pretiosa recondita an dicantur thesauri, traditur differentia.*
59 *Pecunia abscondita licet antiqua non est fisci, sed illorum, qui verisimiliter conseruare potuerint, seu eorum hæredum.*
60 *Thesauros in conscientia an inuentor retinere possit, non data parte fisco.*
61 *Lapides marmorei porfidi reperti in fundis priuatis cuius sunt.*
62 *Casus soli Principi reseruati, qui non censentur concessi Baronibus referuntur.*
63 *Cognitio nobilitatis ad solum Principē spectat.*
64 *Magna Curia, & Regiæ Audientiæ dicuntur ordinarij Iudices, etiam in terris infeudatis.*
65 *L. Roma ff. ad municipales, declaratur.*
66 *Vrbs Constantinopolitana, vel Venetiana dicitur vti Metropolis patria communis.*
67 *Regnum hoc in quot Prouincias sit diuisum.*
68 *Iurisdictio concessa Baronibus, an dicatur priuatiuè data respectu superiorum.*
69 *Præuentio præualet vbi æquale est ius inter Iudices.*
70 *Iurisdictio quando priuatiuè, & abdicatiuè concessa præsumitur.*
71 *Capitulum gratiæ concessum Baronibus ne M. Curia, & Reg. Audientiæ se intromittant in causis infeudatorum declaratur.*
72 *Barones tractant de damno, dum causæ non remittuntur, quia feuda sunt emptitia.*
73 *Priuilegia concessa Baronibus in vasallos præsumuntur tributa etiam eorū fauore, vndè illis vti possunt inuitis Baronibus.*
74 *Inuestituræ diuersæ tribuunt potestatem superioribus procedendi in vasallos Baronum, quousque non præsententur.*
75 *Remissio causæ non fit nisi dato termino super remissione, nisi necessaria cōstarent ex processu.*
76 *Terminus non requiritur vbi est disputatio totius iuris.*
77 *Decreta remissionis alias concessa, an sufficiant pro quasi possessione continuanda.*
78 *Priuilegium notorium non indiget exhibi-*

Digitized by Google

bibitione.

79 Tituli exhibitio peti potest in iurisdictionalibus.

80 Prouisiones, & mandata iustificata aduersus vasallos Baronum non debent expediri per superiores hodie.

81 Iurisdictio Baronum an turbetur dum superiores mittunt Commissarios ad capiendas informationes in illorum terris.

82 Contumax fori priuilegium perdit, sed non in damnum Baronis.

83 Vasalli non possunt preiudicare Domino renunciando eius foro.

84 Remissio causarum non fit per superiores nisi carcerato reo etiam si adesset priuilegium in contrarium.

85 Petens remitti debet comparere de persona, nisi sit in fortijs Baronis.

86 Carceratio affectata non prodest, ad quam vitandã referuntur diligentiæ faciendæ per Iudicem à quo petitur remissio.

87 Articulo remissionis pendẽte, debet perdurare ipse reus in carceribus.

88 Expensæ soluendæ sunt fisco dum remissio petitur.

89 Baro an teneatur expensas facere pro remissione obtinenda.

90 Nullitates ex parte rei possunt opponi.

91 Remissio causæ poterit peti per procuratorem, & vsq; ad sententiam.

92 Remissio causæ non datur post sententiam veram, vel fictam foriudicationis.

93 Priuilegium remissionis post sententiam habent aliqui Barones in Regno.

94 Remissio foriudicati, an debeatur Baronibus, latè explicatur.

95 Remissio post sententiam an concedi possit in causa ciuili, latè disputatur.

96 Opinio quæ concedit absurdum, est refpuenda.

97 Argumentum à ciuili ad criminale valet si non repugnat diuersa ratio.

98 Appellatio an detur à decreto denegãte remissionem causæ.

99 Remitti an debeat causa Baroni si non adest delictum in processu.

100 Remitti an debeat causa ciuiliter intentata pro delicto.

101 Remitti debet causa ad primum Iudicem si sententia fuerit confirmata, vel refirmata.

102 Remissio causæ non debetur Baroni, qui solet denegare iustitiam, vel abutitur potestate in compositionibus.

103 Auocari potest causa à Barone si iusta aliqua causa exponatur Principi.

104 Remissio denegatur Baroni si inquisitus sit odiosus, vel familiaris suus.

105 Remissio denegatur si Baro sit cõscius, vel suspectus de mandato.

106 Remissio denegatur si reus est persona debilis, & accusator potens in ea terra, & adest iusta suspitionis causa.

107 Latronum causæ non remittuntur, sed capientium erit cognitio.

108 Latronum causæ possunt peti, vt remittantur si fuerint capti ab extraneis Iudicibus.

109 Latronum causæ remitti debent à superioribus si non erunt illi capti à ministris eorum, sed ab alijs.

110 Præsides prouinciarum, & alij delegati contra Barones an habeant iurisdictionem priuatiuam ad Barones.

111 Neapolitanus etsi latro sit remittitur ad illius forum, & non cognoscitur à capiente.

112 Foriudicati remittuntur suis Iudicibus licet sint capti ab alijs.

113 Forasciti qui propriè dicantur, vt comprehendantur in bannis.

114 Requisita, vt quis dici possit forascitus.

115 Foriudicare an possint Barones suos subditos, & quid seruatur in Sicilia, refertur.

116 Foriudicatus ab vno an possit morti tradi ab alio, vel superiore, & infra num. 123.

117 Nouus intellectus ad Pragmaticam 5. tit. vbi de delicto.

118 Qualitas tribuens iurisdictionem ante omnia est probanda, vt iurisdictio possit exerci.

Digitized by Google

119 *Latronem capiens, & non habens informationem de eius delictis, an possit petere, & cogere Iudices suos ad remittendam copiam.*

120 *Iudices delicti an teneantur remittere causas ad Iudicem capientis, latè explicatur.*

121 *Latro inquisitus citatus,& contumax post decem dies reputatur foriudicatus.*

122 *Inquisitionis remedium an sit ordinarium in Regno in delictis supra relegationem.*

123 *Bannitus in vno territorio,non dicitur bannitus in alio.*

124 *Acta facta in vna Curia non probant in alia.*

125 *Præuentio an inducatur per citationem.*

126 *Remissio non datur si Iudices non subsunt sub eodem imperio.*

127 *Latrones dicuntur Piratæ Maris, & ad eos extenditur Pragmatica.*

128 *Recapta facientes vti latrones reputari debent,& ad eos extenditur Pragmatica.*

129 *Sententia declaratoria an requiratur quando pœna ipso iure imponitur, & an præcedere debeat citatio.*

130 *Receptatores latronum, vel opem præstantes an remitti possint Baronibus.*

131 *Decisionem Franch. 470. non obseruari, refertur.*

132 *Remissio nō datur de delictis patratis intus Ciuitatem Neapolis, & quid in suburbijs.*

133 *Lenocinij causa non remittitur Baroni.*

134 *Fur à capiente punitur,& non remittitur.*

135 *Fur debet remitti ad locum delicti si Baro habet clausulam abdicatiuam.*

136 *Clausula abdicatiua operatur contra fiscum, non contra alios Barones.*

137 *Fur vt à capiente cognoscatur oportet, vt parum antea delictum commiserit.*

138 *Iudex capientis furem an possit illum punire ex inditijs quæ habet,vel possit cogere Iudicem delicti ad dandam copiam informationis captæ, noua quæstio.*

139 *Par in parem non habet imperium.*

140 *Punitus insufficienter potest iterum puniri.*

141 *Remissio non datur in causa dāni dati & affertur ratio.*

142 *Damnificans non potest conueniri,nisi inueniatur in loco damni.*

143 *Remissio non datur de causis instrumentarijs via ritus,nisi Baro habeat de hoc priuilegium.*

144 *Hæres conueniri potest in foro defuncti,licet ibi non habeat domicilium.*

145 *Remissioni non est locus in contractibus, & Barones non habent ius auocandi.*

146 *Hæres conuenitur in foro defuncti si ibi inueniatur,vel lis sit contestata cum defuncto, & maior pars hæreditatis sit in eo loco.*

147 *L.1.C.vbi fideicommissum peti debeat declaratur.*

148 *Hæres an ex sua persona possit forum declinare.*

149 *Clericus hæres an ex sua persona possit forum declinare.*

150 *Forum sortitur contrahens in loco cōtractus, & non potest declinare forū ex quocumq; priuilegio,dummodo ibi reperiatur.*

151 *Absens à loco contractus an possit conueniri disceptatur.*

152 *Renuncians foro,contrahendo,an possit euocari ad eum locum.*

153 *Clericus tenetur respondere in loco contractus coram Episcopo illius loci.*

154 *Iudex loci contractus an possit citare contrahentem extra suum territorium.*

155 *Remissio an detur ad locum vbi quis administrauit,distingue.*

156 *L.1.C.vbi de ratiocin. declaratur.*

157 *Remissio non datur ratione rei sitæ.*

158 *Forum an sortiatur quis vbi reperitur cum bonis obligatis pro credito.*

159 *Mercator an possit conueniri in omni loco.*

160 *Pactum vbique conueniendi non habet locum, vt possit quis conueni-*

ri

Digitized by Google

ri in omni foro.

161 Soluere promittens certo loco, post moram vbiq; poterit conueniri.

162 Priuilegiati ratione alicuius artis, vel exercitij gaudent si id actu exerceãt.

163 Matricula quid designet, & in quibus obseruetur.

164 Matriculas plures habens habito respectu ad diuersa exercitia quale forum sortiatur.

165 Priuilegium fori non opitulatur ei, qui in fraudem accepit, munerum effugiẽdorum causa.

166 Exemptio non iuuat non deseruientibus actu in exercitio ministerij, & si erit effectus inhabilis, non gaudebit.

167 Fidati de Dohana, quando gaudeant.

168 Initium delicti est spectandum ad cognitionem iurisdictionis rei, etiam si mutauerit postea forum.

169 Exempti à foro ordinarij, non sunt exempti à foro reuerentiali.

170 Vasalli debent Baronibus operas obsequiales, & artificiales.

171 Operæ artificiales possunt per alium præstari, sed non obsequiales.

172 Operæ obsequiales quæ sint.

173 Exempti possunt capi quando delinquunt, vt remittantur.

174 Milites quando gaudeant priuilegio fori si non sunt in expeditione, declaratur.

175 Pragmatica Comitis Beneuenti de militibus, adnotatur.

176 Banna Proregis expirant si sine concilio fuerint emanata.

177 Milites quando non sunt sub vexillo, & delinquunt non ex causa militari an à Barone sint puniendi, declaratur.

178 Milites stipendiati qui dicantur.

179 Vxor, & familia militum non gaudet foro.

180 Milites veterani licet habeant pensionem non gaudent fori exceptione.

181 Milites in ciuilibus non habent exceptionem fori.

182 Milites an possint pro debitis carcerari diuersa referuntur decisiones.

183 Beneficio in quantum quis facere potest gaudere non debet qui dolo bona occupauit, vel dolosè contraxit.

184 Miles si quis fiat post delictum à quo erit puniendus.

185 Nuntij Regij, & Commissarij si delinquant in territorio Baronis, an ab eo cognosci possint.

186 Officialis si delinquit extra officium, poterit carcerari à Barone si casus id expostulet.

187 Iudex secundarum causarum delinquendo subijcitur Capitaneo primarũ causarum.

188 Par in parem non habet imperium, secus si delictum sit notorium.

189 Famuli, & ministri alicuius Officialis quando ad eum sint remittendi si delinquerint, latè explicatur.

190 Familia Episcopi an gaudeat foro.

191 Reconuentus non potest petere fori remissionem.

192 Mulier nupta an perdat priuilegium sui fori, & sit conuenienda in loco mariti, disputatur.

193 Vxor viuente viro, vel eo mortuo, an gaudeat eius foro.

194 Vidua retinet dignitatem maritalem, & intitulatur titulo, prout quando viuebat maritus.

195 Titulum habens in administrationem præfertur alio qui habet tantum in honorem.

196 Author laudatus an habeat fori remissionem.

197 Causa ne diuidatur, remissio non datur.

198 Causa indiuidua, an possit dari in criminibus.

199 Causa indiuidua dicitur causa seruitutum, fideicommissi.

200 Hypothecaria actio an sit indiuidua, sunt differentes S.C. decisiones.

201 Alimentorum causa est indiuidua, & non remittitur.

202 Continentiam causæ diuidẽs punitur.

203 Consors litis an gaudeat priuilegio.

204 Indiuiduum quot modis dari potest, & si sunt plures personæ diuersi fori quis erit Iudex.

205 Lis si erit capta coram vno, ibi alij debent

Digitized by Google

bent accedere, ne diuidatur causa.
206 Forus delicti, habitationis, vel originis sit considerationis, disputatur.
207 Iudex delicti an possit petere remissionem rei carcerati in loco originis.
208 Præuentio fit, vbi accusator eligit forũ vindictæ.
209 Præuentio per inquisitionem est debilior ea, quæ fit per accusationem.
210 Remissio causæ non potest peti, nisi constet de delicto, etiam si essent inditia.
211 Iudex originis si præuenerit, an partes Iudicis delicti silere debeant.
212 Præuentio an inducatur per citationẽ rei.
213 Citatio nulla, nullam producit præuentionem.
214 Præuentio realis an fortior sit verbali, disputatur contra communem.
215 Præuentionem non dat captura affecta, vel intempestiua.
216 Delicti Iudex debet remittere causã ad locum vbi offensus accusauit.
217 Præuentio verbalis præfertur in multis.
218 Baro habens priuilegium cognoscendi de delictis extra territorium, poterit auocare causas ab omnibus.
219 Baro originis, & delicti si ambo sunt priuilegiati de delictis extra territorium, quis erit potior.
220 Absolutus, vel condemnatus ab vno Iudice quando possit ab alio molestari.
221 Remissiones non fiunt de reis confugientibus ad diuersam iurisdictionẽ.
222 Vagabundus quando omni loco possit puniri.
223 Vagabundus quis propriè dicatur, explicatur.
224 Baro an habeat iurisdictionem in habitantes si non constituerint domicilium.
225 Habitantes, & habitatores differunt.
226 Domicilium statim quis constituit declarando velle ibi habitare.
227 Incolatus ex quibus coniecturis præsumatur.
228 Domicilium an quis acquisierit per matrimonium, & emptionem domus.
229 Ciues an efficiãtur Incolæ per longam habitationem.
230 Neapolitani an gaudeãt pro bonis extra Ciuitatem tenentibus.
231 Habitans in loco præsumitur ciuis illius in dubio.
232 Domicilium non contrahit quis, licet longissimo tempore habitauerit, si non habuerit animum residendi.
233 Domicilium an faciat perdere forum originis, singulariter explicatur.
234 Domicilium est triplex, naturale, quod ex propria, & parentis origine acquiritur, commune, accidentale.
235 Origo Aui & maiorũ, an sufficiat nepotibus ad forum.
236 Origo filij, & domicilium, eximunt illum ab origine paterna.
237 Nepos consequitur originem Aui, si eo viuo nascatur.
238 Natus in aliquo loco an quærat ibi domicilium, ardua quæstio.
239 Ciuilitas qualiter probetur.
240 Recepti in Ciues, an gaudeant priuilegijs Ciuitatis.
241 Origo propria, vel paterna sit fortior.
242 Conueniri non potest quis in sua origine si non reperiatur, sed secus in domicilio, etiam si ibi non sit.
243 Collectari an quis possit in loco originis, & domicilij.
244 Ciuilitas nouem modis quæritur.
245 Domicilio potest renunciari, alibi se transferendo, & amplius ibi cõueniri non potest.
246 Domicilium originis est immutabile, & illo non renunciari potest.
247 Ciuium appellatione, non veniunt incolæ.
248 Offendens an possit trahi ad forum offensi, declaratur.
249 Forus originis amittitur quoad iurisdictionem, non quoad honores.
250 Baro an possit recipere aliquem in Ciuem.
251 Ciuis quis non potest effici etiam ex habitatione longissima.
252 Baro quanto plus est priuilegijs munitus tanto vasalli plus onerati dicũtur.

Digitized by Google

253 *Causa criminalis quæ dicitur in distinctione iurisdictionum ciuilium, & criminalium.*

254 *Casus pertinentes Iudici criminali, & ciuili referuntur, remissiuè.*

255 *Causa criminalis an dicatur si delictum sui natura sit vltra relegationem, sed qualitates minuant illam pœnam.*

256 *Titulus delicti multum operatur.*

257 *Pœna arbitraria quousque non sit arbitrata proceditur, vti supra relegationem.*

258 *Pœna si euidenter ex processu informatiuo patet esse minorandam, procedi poterit ad habilitationem, & tortura non debet irrogari.*

259 *Falsitas si erit commissa coram Iudice ciuili, an possit illã punire, vel teneatur remittere.*

260 *Iudex criminalis an possit punire ciuilem.*

261 *Baro criminalis an possit punire ciuilẽ disputatur.*

262 *Doctor interpretari debet secundum leges quas allegat.*

263 *Baro dicitur miles Regius, & illius forum sortitur.*

264 *Baro dicitur curialis, & sortitur forũ M. Curiæ.*

265 *Illustres coram Principe sunt conueniendi.*

266 *Baro iurisdictionis ciuilis est verus Dominus.*

267 *Demanium non potest peti quando venditur iurisdictio criminalis, secus si ciuilis.*

DEueniendo ergò ad secundam partem huius Pragmaticæ, iuxtà distinctionem in principio factam, erit videndum, vt dixi, circà quæ intelligatur infeudatus Baro circa attinentia ad feudum, iàm quod de pertinentibus ad iurisdictionem, verba fecimus in præcedenti parte.

Scias itàquẽ primo, quod feuda non
1 habent pertinentias limitatas, & naturam discretam, vt possit dari certa, & determinata regula eius pertinentiarum: Vndè quoties de pertinentijs controuersia incidit, vtrum talis fundus, Villa, Suburbia, Casalia, & cætera sint pertinentia ad Castrum, vel Ciuitatem, antè omnia destinatio attendi debet, nùm fundus fuerit destinatus, consuetudine, vel priuilegio ad feudũ;
2 destinatione enim, fundorum nomina, & res, non natura cõstituuntur, ait tex. l. quod in rerum §. si quis ff. de leg. 1. l. ex facto §. rerum ff. de hæredib. instituend. Castro enim, à iure nil corporale est deputatum, quod sit eius pertinens, ab hominibus tamen, & eorum statutis consueuit, Castro, vel Ciuitati
3 certum territorium assignari, quod ipsis in iurisdictione, & territorio respondeant, sic Doctores c. si Ciuitas de sententia excommunicatio. in sexto, Bart. l. 1. num. 3 ff. de damn. infect. benè Bal. cap. 1. de Capitan. qui Cur. vendid. ac latè Dec. cons. 517. quod concesso Castro cum pertinentijs, compræhendantur omnia, quæ sunt in Terra, Castro, Oppido, Villa, & Pago, nisi exemptio probetur, hinc est, quod res in territorio sitæ, eius esse præsumantur, cuius est territorium, saltem quò ad iurisdictionem, donec contrarium probetur, quia iurisdictio solo cohæret, Bald. l. à procuratore C. mandat. benè Paris de reintegr. fol. 117. Papiens. in for. libel. in actio. real. ver. cum omni iure, & pertinentijs, licet in concessione semper di-
4 catur, quamquam sit larga (alienis semper saluis) nè præiudicetur tertio, Capyc. in inuest. fol. 136. & dicam infra Pragm. 16. quod licet concessio sit ampla, cum angarijs, furnis, molendinis, & alijs, quod semper concessio interpretatur, si ea feudo insint, non quod dicantur concessa bona, & iura, & territoria priuatorum; vndè regula est, vt
5 dixi, quod concesso feudo cum iuribus, & pertinentijs suis, veniant omnia adiacentia, connexa, & solita, Dec. & alij in cap. cum ad sedem de restitut. spoliat. Crauet. cons. 105. Alexand. l. 3. ff. de acquirend. possess. & Iason ibi latè; Possessa dico, inhærere feudo, secus, si iure pri-

Digitized by Google

uato possidentur, Dom. Reg. de Ponte consil.63. Veniunt igitur hospitia destinata pro habitatione Baronis,sicque & fortalitia Castri si ibi adsint, ac arma,vti bombardæ, & manganellæ, balistæ, & similia destinata in fortalitio, prout,& omnes munitiones, Bald.cap. primo, §. si quis de manso, de controuers.inuestitur. Luc. leg.quicumque
7 C.de fund.limitroph. lib.vndecimo; & licet Armandiæ sint de regalibus, intelligitur de armamento reponendo pro bello, & vascellis, nam iste armorum vsus sibi est exceptus C.vt armorum vsus, non quod sui Barones non possint tenere eorum Castra munita, pro tuendis eorum Terris securis ab hostium incursu, Andr. titul. quæ sint regalia verbo armandiæ, Peregri.de iure fisci lib.primo titu.primo num.14. Farinac.quæst.108.Immò non solum veniunt facta, sed possunt per Barones fieri fortalitia, Bald.consil.435. libr.4.
8 Boer.decisio.320.Cancer.variar.resolut.lib.3.cap.13. text. est leg. per Prouincias C. de ædifi. priuat. nec requiritur alia licentia,vt Bald. & Boer.ibi, Ann.consil.72. Roland.cons. 84.num. 21.lib.2. nisi esset Castrum positum in aliqua parte periculosa Regni,nam poterit Rex inhibere,vel soluto pretio detinere ad sui instantiam, vt Boer. num. 8.loco cit.

An verò Vniuersitas teneatur con-
9 tribuere in fortalitio faciendo per Baronem,si respiciat vtilitatem etiam, ac defensionem Ciuium, per cap. Regni, & de iure communi, dùm vtilitas erat communis,qui sentiebat commodum debebat sentire,& onus, cap. ex eo,de regul.iur. At ex Pragmatica sita sub titu.de salari. est prohibitum Vniuersitatibus contribuere sine assensu, in constructura noui Castri, & fortalitij, solum pro reparatione veteris ædificij, si solitæ sint, vt ibi capit. quinto dictæ Pragmaticæ. Hæcq; fortalitia non
10 præsumuntur Vniuersitatis, solum muri,& fossata,non tamen Castra,quæ sine Principis assensu, construere Vniuersitates non possunt, sed solum reparare circum mænia, Adde Petram fol. 12. nu.decimo octauo l. turres C.de oper. publ. Lucas leg. fin. C ex quibus causis libr.vndecimo, Vndè si Vniuersitas vellet turrim, vel Castrum ædificare, id nullo modo poterit facere sine assensu; ratio est, quia armorum vsus est de regalibus titul. quæ sint regalia
11 dict.versi.armandiæ, quæ interpretantur (armorum vsus) Peregri. de iure fisc.titu.1.num.decimo quarto,qui denegatur omnibus, Vniuersitates tamen,suis expensis poterint facere mænia cum fortibus, & turribus circum circa leg.3.C.de diuers.præd.rustic. & vrb.lib.decimo,& etiam possunt Ciues cogi,leg. nè splendidissimè C.de oper.
12 publi. Sed adhuc requiri Principis licentiam dicit nouissimè Dom. de Ponte in suo tracta.tit. de electio. Official. §.1.num. 36. & si necessitas vrget, & Vniuersitas non poterit, fiscus debet subire expensas, Lucas l.fin.C.ex quibus muner.lib.10. Sicque procedit in particularibus Ciuibus,quibus non solum turrim,sed nec palatium fortè ædi
13 ficare erit permissum, si aliqua suspitio indè in futurum oriri posset, vt benè Afflict. Constitutio. Regni in loco demanij,Petra fol.52. num.10. Boer.decisio.320.Auenda.de exequend. mandat.Reg.Hispan.cap.20. Baronibus tamen licet magna fortalitia construere in suis Terris,vt ibi Affl.veniunt etiam sub concessione,vt dixi, territorium, & Casalia,& Suburbia solita accedere, Regens de Ponte cons. 57.benè; Terri-
14 torium autem est Vniuersitas agrorum,infrà fines cuiusque Ciuitatis, vel Terræ l. pupillus §. territorium ff. de verborum significat. intrà quod, iurisdictionem habet subditos terrendi,hæc enim est sua Ethymologia, vt glossa ibi,Doctores l.fin. ff.de iurisdict. omn. Iudicum. Adde quod venit etiam di-
15 strictus,cuius verbi proprietas est largior,nam territorium continet omnia, quæ intrà Terras continentur; Districtus verò,Villas, & etiam Castra sepa-

Digitized by Google

rata,ſed addita per ſubiectionem, vel protectionem continet,latè Bertazz.de clauſul.fol.102.verbo diſtrictus,Felyn. cap.Rodulphus verſic.diſtrictus de reſcript. Verùmtamen, licet conceſſio ſit cum territorio, & diſtrictu, & alijs
16 verbis amplis, tamen excepta ſunt ea, quæ non adiacent propriè feudo, vti burgenſatica, quæ miſtim cum feudo tenentur functiones fiſcales, meliorationes factæ, emptiones, ità vt aperto feudo Regi,per generationem finitam, vel aliam cauſam, ea non aperiantur Domino directo, Capyc. in inueſtitur.
17 verſic. feudorum augmenta, & de Ponte conſil.57. Franch.deciſio. 192.
18 Et quod etiam Palatium de nouo ædificatum in Terra non cedat feudo, licet ſit neceſſarium, eſt videndus Tiraquell.de retract.§.33.nu.35. & quæ augmenta accreſcant feudo, vide Annam allegatio. 29. Peregrin. de fideicommiſſ.artic.50.de Curte fol.83.in ſuo tract.diſcurrens de incremento pro cedente ex cauſa feudi,vel alia,vbi benè, cuius confinia antiqua conſuetudo deſignat, cum vera regula conſtitui non poſſit, licet adſint multæ præſumptiones terminantes territorium,quod
19 plerumque argui ſolet per flumina, per montes,valles, lapidum,inſcriptiones, ſigna, per cuſtodes locorum, per exercitium iuriſdictionis, exactionem tributorum,vulgi opinionem,iudicium circumcolentium, per publica inſtrumenta, per columnas, & lapides, & libros antiquos,de quibus omnibus Baldus conſil.420.prima parte, Guid.Papa deciſio. 193. Felyn. cap.cum cauſa,de probationib.Hieronym.de Monte in tractat. finium regundorum, nouiſſimè Maſcard. in tractat. de probat. concluſion. incipiente fines, latè Paris de reintegratio.feudor. quæſtion.311. cum multis ſequen. & in dubio, Iudex habet ſupremam poteſtatem, vnum
20 pro alio adiudicandi,Paris vbi ſupra quæſtio.327 quod eſt notandum. Licetq; totum territorium videatur conceſſum per tales deſignationes, intelige, vt dixi, quoad iuriſdictionem territorio circumſcriptam,ac ſolitam accedere, non quod dicatur Dominus totius territorij, & cuiuslibet cæſpitis terræ,ſed conceſſa videntur, quæ ſoli-
21 ta ſunt eſſe feudo tantum; cum regula ſit,quod omnia, quæ poſſidentur à vaſallis ſint libera,& allodialia, vt latè dicam infra pragmatic.vndecima. Bona verò ſuper quibus habent fundatam intentionem Barones, ſunt nemora, & ſyluæ, iſtæ enim non poſſunt poſſideri,niſi per Barones ius fidæ con-
22 cedatur,vt Lucas refert dict.leg. quicunque C.de fund. limitroph. Franch. deciſio.183. vndè Vniuerſitas,vel priuati poſſidentes habent præſumptionem iuris contra ſe, niſi demonſtrent titulum, & Barones habent præſumptionem pro ſe, quæ ſatis,ſuperque eſt vtilis, ad textum cap. *cum perſonæ de* priuileg. in ſexto,leg. non eſt veriſimile ff. de his quæ mætu cauſ. vbi gloſſ.
23 verbo præſumptio. Ita vt Baro poſſit propria auctoritate ſibi hæc reintegrare, Andr. in Conſtitution.Regn. ſi quando; Et ſunt continuò hæ controuerſiæ inter Barones, & Vniuerſitates ſuper iſtis corporibus nemorũ, & defenſarum, de quibus hic non vltra verba faciam; cum abundè dicam infra, dicta pragmatic.vndecima; Qua generali regula poſita, adnotemus concluſiuè,quæ remanent excepta Principi,quod non veniant ſub generali conceſſione circa res, & territoria ſita intùs feudum,ſequendo ordinem ſupra poſitum,circa attinentia ad iuriſdictiones, & aliqua vtiliora prænotabo,cum multa de hoc ſcripſerit Capyc. in inueſt.ex fol.43.meæq; intentionis non eſt,exemplare de carta in papyrum, ſed nouiter deciſa, magis controuer-
24 ſa, cum natura ſemper properet nouas ædere formas,vt C.de vete.iure enucleand. leg. ſecunda, §. ſed quod diuinæ declarare, & interpretari; Facta igitur plenaria conceſſione, exce-
25 pta videntur flumina,aquæ,ac fontes, eorumque decurſus, Barto.leg.prima

C.de

Digitized by Google

C. de mancip. & colon. latè Petra fol. 50. num. 20. & sic Martin. Laud. tractat. de Princ. tit. de Castellan. licetq; loquatur in emphyteusi, idem procedit
26 in feudo, cum valeat argumentum de vno ad aliud, Andr. cap. 1. de feudi cognitione, & ità firmat Capyc. dict. versic. flumina, quod nisi expressè inuestitura dicat concedere aquas, & eius decursus, quod Baro non subintelligatur inuestitus, quod etiam videtur innuere Dom. de Franch dict. dec. 183. dicens, Baronem posse prohibere vsum aquæ ad irrigandos hortos, si tenent concessionem de aquis, Ann. sing. 35. de qua quæstione dicam infra pragm. 14. latè, Lucas verò de Penn. l. vsum aquæ C. de aquæductu libr. 12. dicit aquas venire, immò esse demanialia Baronum, Sed possunt cõcordari de generali Regni consuetudine, ea subintelligi, cum solita sint concedi, & esse demanialia feudi, & prima opinio procedat de iure stricto, vbi non erat solitum tam largè fieri inuestituras, quod videtur affirmare Capyc. in inuest. vers. & cum molendinis, & dicam infra dict pragm. 14.
27 Quod intellige de fluminibus non nauigabilibus, quæ numquam concessa intelliguntur, nisi expressè concedantur, Fern. cap. 1. quæ sint regalia, Ripa l. quo minus ff de fluminibus; ex ijs namque non licet aquam diuertere, nisi rediret ad alueum, ac solum pro vsu, Cœpoll tit. de aquæductu, Bald. & Angel. l. fluminum ff de damno infect.
28 Nec operatur concessio, quod ea extendatur ad aquas priuatas, & earum decursus; aquæ enim, quæ non sunt perpetuæ, vel quæ nascuntur in fundis priuatorum, vtique sunt Domini fundi, & non Baronis, nec fisci, Anna allegatio. 28. Vrsill. decisio 338. Hæ enim possunt diuerti, & mutari ad libitum, Boer. decisio. 235. Thessaur. decis. 245. nouissimè Mascard. conclus 123. Nec
29 conqueri poterit vicinus, si Dominus fundi Superioris dominantis mutauerit decursum; nec præscriptio habebit locum, cum sint iura meræ facultatis, quæ non præscribuntur Doctores dict. leg. quo minus l. prima, §. illud ff. de aqua quotidian. latè Boerius decision. 351. Borgnin. benè in decisio. 23 part. secunda num. 113. & quod dicatur flumen priuatum illud, quod non est peremne, vel perpetuum quod æstiuo tẽpore non decurrit, vide Cœpoll. tit. de fluminibus, Afflict. decision. 382. & sic concessio operatur ad aquas publicas, quarum vsum prohibere poterit Baro, & non ad priuatas, non dico pro vsu vitæ, & vsu personarum, quia pro ijs li-
30 cet aquam haurire, Viuius decis. 344. Doctores dict. leg. vsum aquæ, Capyc. in inuest. versic. Fontes, nam sin secus, subditi malè viuerent sed in multis locis aquæ sunt demaniales Vniuersitatis, vt Solofræ ex priuilegio, & præscriptione legitima, & vtuntur pro accomodandis pellibus, ac proirrigandis Hortis, & pannis, & in his Baro ha-
31 bet & è contra suum vsum, & valde fuit hæsitatum, si possit partem aquæ pro vsu suo recludere in lardeno, vel palatio suo, & fuit decisum licere, & Solofræ accessit ibi Consiliarius ad repartiendam aquam, cum Iudicis arbitrio relinquatur, vt Menoch. casu 128. & inter Marchionem Lauri, & Vniuersitatem fuit decisum, quod fiant in re-
32 ceptaculo, seu conserua tria foramina, cum tribus fistulis, & duæ fluant ad commodum Ciuium, & vna ad Baronem, & refluxus debeat redire ad communem vsum, Cœpoll. titu. de seruitut. aquæduct & benè qualiter per vncias diuidi possit decursus aquæ, Borgn. dec. 23. num. 104. cum seq. sed pro tapetis, ferrerijs, battenderijs, molendinis fa-
33 ciendis in fluminibus, hoc sine permissu Baronis non licebit, licetq; constructio molendinorum, battenderiorum sit libera, hoc est verum, vt dicam infra pragm. 14 non tamen licet, ratione vsus aquæ, Capyc. versic. cum molendinis, Viu. decisio. 126. sed dubitationis est, quomodo flumina sint Regis, & sub iurisdictione Baronis, cum ea sint publica, & communia iure gentium,

Digitized by Google

ſuper quo iure Princeps diſponere non poteſt, vt dixi prima pragmatica, dic, quod mare, portus, & flumina ſunt de
34 iure gentium §.flumina, inſtituti. de rerum diuiſio. tamen ex antiquiſſima memoria, Reges quęſierunt eorum dominia, ſe appatronando de aquis; nam etiam præſcriptione iſta iura quæri poſſunt, non ſolum à Principe, ſed à priuatis, prout Doctores dicunt de ijs, qui
35 ſibi quæſierunt ius prohibendi piſcari, & venari, Luc. dicta l. vſum aquæ, Iacobin. de Sancto Georg. verſ. & cum piſcationibus, & ex indè videmus gabellas, & vectigalia eſſe impoſita tranſeuntibus per aliqua loca maritima, in-
36 ſignum dominij, vt Veneti, Ianuenſes, & alij multi faciunt, Aret. §. 3. inſtitut. de rerum diuiſi. vndè cum Reges conſequuti ſunt eorum dominia, & iuriſdictiones potuerunt inueſtiendo concedere. Verumtamen aduertas, quod li-
37 cet poſſit prohiberi vſus aquæ per Barones, piſcationes tamen non intelligũtur prohibitæ, cum piſcatio dicatur fructus naturalis aquæ, quæ per Principẽ tolli non poteſt; vndè aqua præſcripta, non dicetur præſcriptum ius piſcationis, vt aduertunt Iaſon cum Ripa d. l. quo minus ff. de fluminibus; nam vſus aquæ non eſt fructus naturalis, ac pri-
38 uilegium Principis in quærendis prę-iudicare poterit, non in quæſitis actu, vel habitu, Doctores leg. item verberatum §. primo ff. de rei vendicatio. & licèt conceſſio fuerit facta cum piſcationibus, intelligetur, ſi inibi adſunt iura quæſita prohibendi piſcari, non quod prohibita ſit piſcatio per tale priuilegium, Iacobin. verſic. & cum venationibus; quæ omnia vera ſunt, licet in multis locis Princeps non prohibeat ius piſcandi, ſed ei tribuitur aliquis redditus ex piſcationibus, vt di-
39 cit Afflict. obſeruari in Regno, cap. vn. quæ ſint regalia; nam ex piſcationibus captis, debetur quid collectæ pro quantitate, Bald. conſil. 135. volumin. tertio, non quod ius piſcationis non ſit de iure naturali, ſed illud dominium piſcium poſteà quæſitum collectatur ex antiquo tempore, vbi eſt ſolitum per Principem, Menoch conſil. 298. volumin. 3. Aquæ vero, & eius decurſus an
40 ſint Baronis, & an poſſint prohiberi vaſallis? quod non, dixit Franch. deciſio. 183. ſed contrarium tenet Domin. Rouit. tit. de aquis, & dicam infra Pragmatica decima quarta. Tempore tamen ius prohibendi, ac iſta ſeruitus quæri poterit, nè quis piſchetur in tali flumine, vt videmus in multis locis, Peregrin. de iure fiſc. lib. primo, titul. 1. num. vigeſimo primo. vbi Baro-
41 nes habent defenſas proprias appatronatas, in quibus nemini licet piſcari, prout non licet in fundis priuatis ſub pœna furti, & per nouellam Pragmaticam ſtatuta eſt pœna triremium per triennium, vt titul. de aucupationi.
42 Quomodo vero præſcriptione, iſta iura quærantur, & quando incipiat, ſcripſi ad ſaturitatem ſuper Pragmatica prima, & aliqua dicam in fin. Pragmatic. decima quarta, & decima ſexta, & Peregrin. de iure fiſc. cap. primo, num. 17. vbi quomodo flumina ſint Principis. Excepta ſunt Baronibus etiam iura colligendi paſſus, platearum, pe-
43 dagia, ius pontis, & exituræ, Adde quod viæ licet publicæ ſint, tamen ſtant ſub protectione Regia; cui competit defenſio perſonarum à Latronibus, & Pyratis, ideò de ijs exigit vectigalia paſſuum à tranſeuntibus, propter
44 curam, & expenſas in illis cuſtodiendis, Peregrin. de iure fiſc. titul. primo, num. 22. Viæ verò ſunt in triplici differentia, alia publica, alia vicinalis, alia priuata l. 2. §. viarum ff. nè quid in lo-
45 co public. Bertazz. de clauſ. gloſſ. 38. clauſul. 20. benè, & via publica dicitur, quæ habet aditum, & exitum ad aliam viam leg fin. ff. de via public. l. 2. §. viarum ff. nè quid in loc. publ. & in ea non licet ædificare, nec quidquam facere ſine Principis licentia, & eius Magiſtratuum ad hoc deputatorũ l. 3. §. planè verſ. ſed ſi à Principe ff. quod vi, aut clam, Afflict. d. cap. vn. quæ ſint regal.

ver-

Digitized by Google

verbò viæ publicæ num.2.& in Const. Regni puritatem; & ideò non possunt claudi, restringi, vel quomodolibet impediri, Afflict.ibi num.12.text.l.1.cum gloss.ff.de loca.& itiner.nec potest fieri pons supra de vna ad aliam, Surdus cons.137.1.volum.& possunt tales puniri l.qui sine C.de oper.publ. & Neapolis sunt magistratus particulares, qui
47 habent curam viarum, vt sordes tollãtur, vt accomodentur, ac illę sternantur, ac mundentur, Bouadil.lib.3.polit. cap. 6. & cuius expensis refici debeant nouissimè Domin.de Pont.sub tit.de abund.nu.21.Afflict loc.cita. num.15. & solet imponi ius passus seu pedatici per Principem in vijs ratione tutaminis, quod competit Principi, & expensarum pro illis custodiendis, Guid.Pap. deci.413. & quo ad proprietatem sunt
48 Ciuitatum, & Terrarum, vbi sunt sitæ, sed securitas ad Principem, iurisdictio ad feudatarios spectant, Cœpoll.de seru.tit.de seruitut.viæ, ad quos recurras, sic exceptum ius gabellas imponendi, dohanas construendi, nam noua vectigalia imponi solius Principis est, li-
49 cet sine iusta causa, & necessitate vrgente id neq; ei liceat l.1.cum sequ.C. noua vectigal. Andr. & Affl.d.cap.vn. & est recepta opinio etiam Theologorum non posse in conscientia imponi sine magna causa, Cancer. variar. resolut lib.3.cap.3.latè Dom.de Ponte in suo tract.tit. de regalib. impositionib. Ozasch.dec.155 Mysing.obseruat.29. lib.5.Baronibus verò est prohibitum, nam nullum onus gabellæ, vel collectæ
50 possunt imponere, Azeued.l.2.titu.14. lib.4.Bouad.lib.2.polit.cap.16.dixi suprà Pragm. 1. & idem ius procedit in collectis imponendis, vt C. de indicto lib.10.& dicam infra pragm. 16. item Principi competit ius imponendi va-
51 rias impositiones, vt latè de Pont. in tract.de potest. Proreg.tit.de regal.impos. ad quem recurre: Item Nundinas indicendi, tex.l.1.C.de nund. nam ratione nundinarum multa concedun-tur, & præcipuè iurisdictio separatim,
52 immunitas à gabellis, & vectigalibus, vt Capyc.in inuest.ver.mercatis & ibi quærit si Baroni liceat concedere mercata in suis Terris, & respondit quod sic, sed non nundinas, nã aliud est mer-
53 catum, aliud Nundinæ, mercatum est illud, vbi certa die in hebdomada conueniunt negotiantes ad emendum, & vendendum, & ità Petra cap.10. num. 29.de potest. Princi.& est de iure gentium, vt ibi, & nouissimè Dom.de Ponte in d.tract.de potest. Proreg tit. de mercatis, qui dicit Barones non posse facere nundinas, francas sed poterint facere mercatum, ità quod mercatores nil soluãt, quod pertinere possit ad ipsos, vel Vniuersitatem, vt Bal.l.1. C. de nundin Thess.dec.264. Verum non
54 posset fieri in præiudicium aliorum, si habeant in conuicinio illi nundinas, vel mercatum, vt ibi D.de Pont. Similiter non poterit Princeps reuocare concessas, vt benè Thessaur. dec.264. in terminis. Ius scandagij, collectandi, & similium omnium, & multorum quæ sine particulari priuilegio non licet Baronibus in suis Terris vsurpare sub pœna contenta in hac nostra Pragmatica.

Ea omnium, & prædictorum fundamentalis ratio est, de qua suprà dixi in principio pragmat. 1. ac dicam infra Pragm. 16. quia Barones nullum onus personale, nec reale, vel mixtum indicere possunt vasallis, nisi in specie per priuilegium hoc constiterit; Immò nec Rex talia priuilegia concedere poterit sine causa contra libertatem antiquam vasallorum, vt dicam infra dicta Pragmatica. Alia etiam ratione hoc Baronibus non licet; nam hæc iura imponẽdi gabellas, vectigalia, collectas, & similia quo ad subditos, vel exteros sunt de regalibus cap.noua vectigal.imponi non poss. Isern.& alij d.tit. quæ sint regal.versi.collectæ, Capyc.d.vers.dohanæ.

Item excepta Principis sunt, nec in concessione subaudiuntur salinę de no-
55 uo inuentæ, ferrariæ, venæ auri, argen-

Digitized by Google

tiuè, Andr.d.cap. quæ sint regal. vers. argentariæ, sed Vrsill.dec.321. Crauet. consil.209. Paris de reintegratio.feud. fol. 96. & 161. dicunt, quod quando hæc reperiuntur in locis publicis inter regalia reputantur, quæ ad Principem solum pertinent sed si in fundis priuatis, tunc erunt Dominorum fundi, qui non debent defraudari sua sorte, licet
56 in recognitionem debeant dare decimam fisco, vt benè Afflict.decisi.321. Peregr.de iure fisci 4.lib.tit.2.& de iure sunt vera; sed de consuetudine omnia sunt fisci; verùm solet quid retributionis Dominis dari, quando prædicta reperirentur in locis priuatis, Dom. Rouit.tit.de sale,& de Ponte in d tractat.de potest.Proreg. tit.de regal. impos. §.8.num.36. latè Barbos.l diuortio §. si vir ff.solut.matri.Farin.quæst.104. in spec. 1. Idem iuris est, in Thesauris super quibus non possunt manus imponere Barones, cum sint fisci, iuxta di-
57 stinctionem text.leg.1.C.de thesauris lib. 10. an scilicet sint inuenti in loco publico, vel priuato, & Peregr. de iure fisci tit.de thesauris, & latius Niger in cap.Regni, Quia decet, ibi, quomodo inuentor debeat denunciare, si donum fortunæ, ei nolit esse infortunium; de iure communi, quando non data opera, sed casu in fundo priuato Thesauri inuenti erant, inuentori concedebātur, Hodiè nescio qua ratione asserunt, sēper esse fisci, in quibuscumque locis reperiantur; solum si reperirentur in locis ecclesiasticis, dubitatur an sint fisci, Dom.de Ponte nouissimè in d.tract de potest.Proreg.d.tit.de thesaur. & de ista materia latè Barbosa d. l. diuortio §. si fundum ex nu.26.Borgn.decis.15. par.1.

Et an pecunia, vel gemmæ, & simi-
58 lia prætiosa, dici possint thesauri, & subiaceant huic dispositioni? Idradus cons.163.dixit, quod Thesaurus consistit in pecunia, & non in alijs speciebus, argenti, vel auri; Verumtamen tex. in l.vn.C.de thesaur. videtur innuere contrarium, dum se restringit ad omnia mobilia, ignoto Domino ex vetustate, ibi recondita; & inde nota, quod si pecuniam fuisse reconditam constaret, & de Domino illius qui ibi reposuit, licet pecunia esset antiqua, adhuc hæredum reponentis erit l.à tutore ff.de reiuend. Barbat.sollemniter cons.39. volum.4.
59 quod thesaurus duo requirit, quod sit aliquod mobile, & ab ignoto Domino absconditum, & quod repositio sit vltrà hominum memoriam, alias dicetur pecunia abscondita, & non thesaurus, Afflict. Constit.pecuniam, & de prædictis inuentionibus cognoscit solum Regia Camera, ex cap. Regni 66. Et an in animæ iudicio isti thesauri secretè retineri possint, non data parte fisco?
60 vide, quæ suo more doctissimè refert Couarr.regul.peccatum, vltim prælect. & quis propriè dicatur thesaurus, ad differentiam pecuniæ absconditæ, notat Vrsill.dec.321.& Peregr.loc.præc. Et sic, si inuestitura non habeat clausulam, cum thesauris, & inuentionibus, hæc non poterint esse Baronis, Andr. d.cap.1.Capy.in inuestitur.ver & cum inuentionibus; Et porrò idem procedit,
61 cum præciosis lapidibus, marmoribus, porfidis, & similibus inuentis; nam sunt fisci, si specialiter Baronibus non sint ea concessa, sed si reperta sint in fundis priuatis, tunc enim dicentur fructus naturales fundi l. diuortio §. si vir in fundo ff.solut. matrimon. l item fundi, & l.nouissimè ff.de vsufruct. legat. Farin.quæst.104 in spe.2. Sicq; si nascerentur herbæ naturales maximi pretij pro medicinis, Couarru. latè practicar. quæstion. cap.17. Borgn. decision.12. part. 2.

Sufficiant hæ conclusiones ad cognitionem materiæ, & terminorum, quèque intelligantur excepta; Multos alios casus reseruatos Principi, vti praxi non accomodatos, vel vtiles, ac non controuersos, poteris videre apud Doctores,
62 Iacobin. de feudis in principio, ponit quinquaginta specialia; alia notat Lucas de Penn. l. contra publicām C. de re militar. latius Cassa.in catalog. glo-

riæ

Digitized by Google

ria Mund.par.5.ad quos recurras;nouissimè Petra de potest. Princip. in 1. parte operis, notat quamplures casus, & nouissimè post hæc Mastrill.li.3.cap. 10. vbi ponit aliqua excepta Principi, vti ius statuendi studia in locis,conce-
63 dendi nobilitatem, & aggregandi ad sedilia personas; nam cognitio nobilitatis ad solum Principem spectat,idem lib.3.c.4.vbi ponit 104.casus ad Principem solum pertinentibus,quos recen sere ad nostrum non pertinet;cum non habeant dubium, volui solum prædicta adnotare,vti ambigua si pertineant ad Principem, vel suos feudatarios inuestitos,in quibus vidistis omnia habuisse controuersiam de iure,ad quem pertinere deberent, Clara autem non habent opus coniecturis, nec adnotare hic erat congruum,cum non pertineãt ad nostrum.

Restat postremò pro complemento sciendum,an priuilegia meri,vel mixti imperij in vasallos operentur, etiam si ipsi delinquerent extra iurisdictionem, & territorium, ità vt alius præueniens in captura & causa remittere teneatur vasallum suo naturali Domino, ad locum originis,vel habitationis vel dicatur excedere vltrà priuilegia Baro, taliter iurisdictionem exercendo, quod sit sub pœna nostræ Pragmaticæ: concluſiué,dico,vt breuiter me expediam, cum infrascriptæ conclusiones desiderarent tractatum, si per omnia contraria esset discurrendum, & facio duplicem distinctionem principalem. Aut de delicto vasallorum prœuenerunt Regij Superiores,vel alij Barones.

Superiores Regij in Regno sunt M. Curia, & Regiæ Audientiæ de suis de-
64 cretis Prouincijs, Magna Curia dicitur ordinarius Iudex in toto Regno,vti Metropolis Regni,argum.l.Roma communis patria est ff. ad municipal. Roma enim quando erat caput mundi, communis patria erat, & quilibet po-
65 terat ibi conueniri, dum Princeps ibi habitabat, & hodiè hoc extenditur ad locos vbi residet Curia, vel suus Vicarius,cap.fin.de foro compet.vbi Abbas Castr.l.2.num.5.C.de iurisd. omnium Iudic.& tex.ille habet hodiè locum inter Ecclesiasticos, qui Romæ conueniuntur, vt in propria patria, si ibi reperiantur,& Vrbs Constantinopolitana, suo tempore dicebatur communis pa-
66 tria,Bald.num.11.in rub.C.qui accus. non possunt,Dec.cap.primo num.1.de præbend. sic Ciuitas Venetiana apud suos subditos,cum consilio 72.& possimus dicere Nos Regnicolæ,Neapolim dici communẽ forum,vt latè Barbos.ff. de iudic.l.2.§.legatis Couar practicar. quęstion.cap.5. & ità dictat Ritus 46. Magnus enim Iustitiarius in Regno habet super omnes vniuersalem iurisdictionem,Frecc.de subfeud.tit.de offic. Magni Iustitiar. sunt, & Præsides Prouinciarum subordinati, cum Regnum
67 sit in plures, &,vt dicunt,in duodecim Prouincias diuisum,Frecc.ibid. fol.56. & quilibet Præses Prouinciæ est ordinarius Iudex in sua Prouincia cumulatiuè cum Magno Iustitiario,Carauita, Ritu 53.Viu.dec.401.licet non habeat omnes prærogatiuas,quas habet Mag. Iustitiarius,Viu.ibi.Qui superiores non dicuntur incompetentes, dum manus imponunt,iurisdictionem exercendo in causis ciuilibus,vel criminalibus vasallorum Baronum;cum eorum sit officiũ ius reddere omnibus quęrentibus, ac purgare Terras malis hominibus l.congruit ff.de offic Præsid. Et licet iurisdictio in Terris inuestitis sit Baronum,licetq; priuilegia sint priuatiuè ad dictos Regios Superiores,in dubio tamen non priuatiuè, sed cumulatiuè præsumitur concessa iurisdictio Baronibus, Grammat. dec.30. & proindè multi asserunt data prœuentione in causa per dictos Regios Superiores,ipsos nõ teneri causam remictere Baroni; vbi enim est æquale ius,præueniens præfertur, l. vbi cæptum ff.de iudic.nisi Baro præuenisset in captura; nam licet alius præueniſſet in causa, quia prœuentio perso-
69 nalis est potentior, Baro deberet cognoscere,Carau.Ritu 189. Grammat.

dec.

Digitized by Google

dec.26.vbi iſte punctus latè excutitur, de præuentione cauſæ per citationem verbalem, vel realem, de quo puncto tractabimus infra in hac parte, ſed de hoc non curo, cum ſequens opinio ſit verior,& præualeat,Dico,quod alij aſſerunt,quod Barones,ſi cauſam petant ſibi remicti virtute ſuorum priuilegiorum, vbi eis eſt conceſſa iuriſdictio in vaſallos, cum clauſula abdicatiua ab alijs, vt ſunt ferè omnes inueſtituræ,
70 quæ per dicta verba, vel per æquipollentia concedunt iuriſdictionem priuatiuè, veluti, quod ipſi ſoli cognoſcant de cauſis ſuorum vaſallorum,vel per ſimilia verba, tunc abdicatiuè, & priuatiuè præſumitur facta conceſſio,Grammat.dict.deciſi.30.Franch.dec.458.& oſtenſis, ac præſentatis priuilegijs per Barones,tenentur ſuperiores remittere cauſam,ſiuè ciuilem, ſiuè criminalem, etiam ſi præuenerint in cauſis,text.l.ſi quis ex aliena, ff.de iudic.& hodiè per gratiam factam ad ſupplicationem Baronum à Rege prouiſum eſt, quod Regiæ Audientiæ non præueniant in cauſis pertinentibus ad Barones,turbando
71 eos,niſi in caſu negligentiæ,vel retardatæ iuſtitiç, vel ad ſupplicationem, pro inueniendo delicto, mediante ſuprema auctoritate,D.Tapp.lib.3.Conſtitut.Regni tit. vbi de delict. & maximè,cum feuda ſint hodiè quaſi omnia emptitia, vel remuneratoria; ex quo Baro tractat de damno, & non de lu-
72 cro,vndè plenior eſt facienda interpretatio,& exindè remiſſio,Theſſaur.dec. 266. Accedat ratio, quod pro primis cauſis vaſalli,eorum fauore non debẽt extrahi ab eorum domicilijs,pragm.2. d.tit.vbi de delict.vndè eò magis præſumitur hodiè iuriſdictio priuatiuè ad ſuperiores conceſſa,vt Grammat d.deciſio.Addè nouiſſimè de Franch.deciſ. 541. qui latè diſcutit ſi priuilegia conceſſa Baronibus de caſibus exceptis,vt vaſalli non debeant recognoſci, niſi à Barone,vti contrà perſonas priuilegia-
73 tas,ſimileſq; caſus, an Baro poſſit denegare, vt illis non vtantur, cum ſui cauſa ſint conceſſa, & non gratia vaſallorũ,& fuit deciſum,quod licet Princeps conceſſerit priuilegium principaliter Baroni, tamen extenſio debet fieri, vt etiam cauſam vaſallorum proſpiciat,& parilitas eſt ſeruanda; nam non debet Baro facere vnum filium,vt gaudeat, & alium priuignum, ſed æqualiter vaſalli ſunt tractandi,Aſflict. deciſ. 265. vndè conſtito de priuilegio, per quod incompetentes facti ſunt ſuperiores per præſentationem, eorum cauſæ debent remicti,Capyc.dec.17. Non-
74 obſtat,quod hodiè notum eſt ſuperioribus, Barones habere talia priuilegia; nam quia inueſtituræ ſunt diuerſæ, & poſſunt hæ clauſulæ abdicatiuę adeſſe, & abeſſe,& hæc priuilegia ſint ſpecialì iure conceſſa,& non inſerta in corpore iuris,ſuperior,qui habet ordinariam iuriſdictionem,vt dixi, licitè citat, procedit,& caſtigat,donec eius iuriſdictio non ſit impedita ex remiſſionis petitione & priuilegij præſentatione, vt præclarè Baiard.ad Clarum quæſt.38.nu. 9.& antè eum Carau.Ritu 230.in fin. Boſſ.tit.de foro competent.Foller.in pract.crim.verſ. audiantur excuſatores num.81.& an ſola præſentatio priuile-
75 gij ſufficiat, vt Baroni cauſa remittatur,practica ſolita eſt, dari terminum ſuper remiſſione, audito fiſco in criminalibus,& parte in ciuilibus,tanto magis quod ex inſpectione priuilegij conſtare poteſt ſolum conceſſio, ſed probandum erit,quod ille Baro ſit in poſſeſſione,& quod reus ſit ſubditus, pro quo remiſſio petitur, debent hæc conſtare apud Superiorem, nam iſta ſunt facti,q̃ non præſumuntur,niſi probẽtur l.in bello §.factæ ff.de capt. & poſtlim. reuerſ.Sed ſi ex eodẽ proceſſu,& informatione conſtaret,quod ille reus ſit vaſallus Baronis,tunc vbi non requiritur alia probatio,terminus non eſt dandus, Franch.deciſiõ.221.& ità Dom.Rouit.
76 Pragm.15.de milit. nu.48. Sed ſi non præſententur priuilegium,ſed decreta aliàs facta pro remiſſionibus aliàs datis ipſi Baroni, pro vaſallis eiuſdẽ Ter-

ræ,

Digitized by Google

dico quòd hæc quasi possessio, & decreta lata tribuunt dictam quasi pos-
77 sessionem, & in iurisdictionalibus ex vnico actu ea acquiritur, vt Vrsill. ad Afflic. dec. 396. Capy dec. 57. Franch. decisio. 722. nam quando notorium est Baronis priuilegium, & si non exhibeatur, remissio concedi debet, Foller. in Const. Regni statuimus, Petra ad Gra-
78 mat. dec. 26. num. 7. maximè quando causa esset remittenda ex meris termi nis iuris, secus ob casum exceptum, & Principi reseruatum, vbi Baro prætendit ex speciali priuilegio concesso remissionem, tunc quia Baro non habet sic fundatam intentionem, cum potiùs priuatiuè Superior cognoscat, requiritur tituli exhibitio, nec quasi possessio rei aliter iudicatæ sufficeret, fisco oppugnante; cum sententia lata in vna causa, non pariat exceptionem in alia, dum diuersimodè possint esse facta, vnde sententia illa potuit nasci, Tiraq. tract. regulæ res inter alios, fol. 28 Doct. l. sæpè ff. de re iud. & semper in iurisdictio-
79 nalibus potest peti tituli exhibitio, vt in Const. Regni Ab officialibus, & dicã latè infra pragm. 11. non obstante possessorio; Circa verò id, quod diximus, quod ex capitulo Baronibus concesso, nè Regij Superiores se intromittant in causis primis ipsorum, nisi per appellationis viam, illud vidi obseruatum à ti-
80 moratis Iudicibus, & ego numquam subscripsi prouisiones citatorias, & mãdata iustificata, nisi ad instantiam priuilegiatorum, vti viduarum, & pupillorum, & non ad instantiam priuatorum, vexando citatos ad petendum postea remissionem, cum magno sumptu, vt Actuarij impleant crumenas, solum, vt dixi in præcedenti parte huius Pragmaticæ; Regij tunc officiales se intromictunt, quando supplicantur, & bracchium petitur pro informationibus de-
81 lictorum capiendis, & vt dixi, hoc non est Baronum grauamen, sed potius fauor, nam bracchium superioris vti potentiùs, magis facilitat negotium, vt delictum constare possit, teste experientia, & tunc datur posteà remissio, Barone comparente, & sic obseruatur in practica dictum capit. gratiæ concessæ Baronibus Regni, nè vasalli possint citari apud Regios superiores, nec citationes possint expediri, nisi ad instantiam priuilegiatorum in ciuilibus causis; Adeò quod licet superior contumacem fecerit vasallum Baronis delin-
82 quentem, citando, ipsumque ceperit, adhuc Baroni erit remittendus; licet enim contumax perdat fori declinatoriam, Afflict dec. 133. ac licet per pragmaticam 6. de offic. Iustitia. sancitum sit, qđ remissiones non fiant de contumacibus, vt fuit mihi responsum in Regia Audientia, dum petebam remissionem cuiusdam subditi mei Illustrissimi Domini, Respondi dicta iura procedere ad instantiam rei petentis se remitti ad suum Dominum, tunc sua contumacia facit perdere fori declinatoriam, ac impedit causæ remissionem, secùs si causæ remissio petatur ad instantiam Baronis: nam contumacia rei non poterit nocere iurisdictioni Baronis, Carau. Ritu 205. Anna singul. 120
83 nam nec tacitè prorogando, nec expressè poterũt vasalli iurisdictioni Domini obesse, vt in terminis nouissimè Marcell. Cala de modo proband. 1. artic. num. 107. Capyc. dec. 9. Vrsill. dec. 265 num. 37 & dixi suprà in principio huius Pragm. ità vt nec fori renunciatio cum iuramento facta per vasallum Baroni nocebit, Doctores l. si conuenerit ff. de iurisdict. omn. Iud. Capyc. in inuest. vers. cum cognitione causarum, & dicam infrà latè; Verùm contumace reo, nec causæ remissio per superiores fit, ad euitandas collusiones, & fraudes,
84 quæ fieri solent inter Baronem, & vasallos, nisi reo carcerato, vel præsentato. Ita est obseruantia, de qua testatur Carau. Ritu 205. num. 4. & Ritu 269. num. 15. vbi dicit, quod etiam stante clausula, quod remitti debeant contumaces, adhùc non erunt remittendi, nisi ipsis captis, vel præsentatis; & licet super hoc multa pro Baronibus possem di-

Digitized by Google

dicere,quiá non ſunt mutanda,quę antiquam habent obſeruantiam l. minimè ff de legibus, non me extendo; Ac quod contumacia vaſalli non nocet Baroni,vt ei non debeãtur remicti cauſæ,vt ex Pragm. 6. tit.de offic.Iuſtit. & Franch.dec.417 & 541.nam ad inſtãtiam reorum cauſa non eſt remittenda cum eorum contumacia reſiſtat,vt non debeant audiri, non autem ad inſtantiam Baronis. Verùm oportet, vt dixi, quod dum Baro petet remiſſionem, reus ſit in fortijs carceratus, alias neq; cauſa remittitur, Baiard. ad Clar. quæſtio. 38.in fine,Carauit.loco præcitato.

85 Et licet oporteat, quod petentes remiſſionem compareant de perſona, vt Ritu 235.& Franchis deciſ.329. num. 10.& Ritu 205 tamen ſufficit carceratio facta à Barone,vt cauſa ei remitta-

86 tur,niſi carceratio eſſet affectata,quia non opitularetur, veluti, quod Baro fuerit concordatus cum carcerato antè carcerationem,vel re vera carceratus non eſſet in fortijs,& ideò obſeruatur, vt præſentata fide carcerationis authentica,facta ab officiali;expediuntur ſtatim prouiſiones, vt detineatur nomine Reg.Audientiæ,vel Vicarię,& multotiès ex improuiſo mittunt Commiſſarium exploratorem,ad videndum ſi carceratus erit in fortijs; & dum Baro Coriliani petierat remiſſionem certorum foriudicatorum, vigore ſuorum priuilegiatorum dependentium ex ſtatu Biſiniani, cum delinquentes dubitaſſent de remiſſione facienda per Regiã Audientiam Calabriæ,ſe præſentarunt coram officiali,ſed non introierunt in carceres,ſed præſentarunt fidem,& cũ peruenisſet ad aures noſtras, talis affectatio, miſimus Aduocatum Fiſcalem, ſub alio colore,qui non inuenit aliquo modo carceratos,& eramus in voto nõ remittendi,ſed cauſa non fuit deciſa, cum Baro non inſtetiſſet, & vide Petr. ad Grammat.dec.26 & quod pendente articulo ſuper remiſſione reus debeat ſtare carceratus, vide Pragm.6.§. item quod Gubernatores,titul.de offi. Iuſtitiar. neq; permictitur habilitatio, niſi ex cauſa,nam pendente dilatione, nil eſt innouandum Dom.Tapp.d.titu. vbi de delict.pragm.6.Et quando cau-

88 ſa per Superiorem remittitur, prius reficiendæ erint per Baronem petentem remiſſionem expenſæ, ſi fecerit fiſcus in capiendo informationem contrà delinquentem,vel in carcerando,& aſportando, ac contumaciam contractam, Carau.Ritu 235.num.13. iniuſtum eſt enim,vt fiſcus ſit in damno, & Baro in

89 lucro; Verum quod Baro repetere poteſt à parte, Ann.ſing.271.Couar practicar.quæſtion.cap.2.num.11.Carau. Ritu 231.Franch.dec.335 nam quamquam Barones teneantur defendere eorum iuriſdictionem,quia expenſæ hę fiunt culpa delictorum ipſorum vaſallorum, etiam illorum debet eſſe damnum,Boer.dec.303.Caball.caſu crim. 201.& ſic non audiuntur Barones nec rei niſi erunt præſentati; Aduerſus ta-

90 men acta ordinatoria audiuntur ſi vellent opponere nullitatem contumaciæ, quod per procuratorem tractari poterit,D.Tapp.ſuper Conſtitu.Regni editorum li.3.Franch.dec.232.Remiſſiones tamen poterint peti per Barones, etiam dato termino in cauſa rei, nam licet ille non oppoſuerit exceptionem fori à principio,vnde eſt priuatus exceptione,l.fin.C.de exptionib. tamen, vt dixi, quia duritia, vel negligentia rei

91 non debet afficere Baronem,vſque ad ſentẽtiam,remiſſionem petere poterit, Carau.Ritu 231. num.2. non tamen poſt ſenrentiam veram, vel fictam, vti foriudicationis; poſt enim ſententiam priuatus eſt Baro.Ann.ſing.56. vbi ſic

92 deciſum teſtatur per Collaterale Cõſilium in cauſa Illuſtriſs.Ducis Sumꝫ cum Regio fiſco, ex Bald.doctri.l.exequutorem num.23.C.de exception.rei iudic.niſi Baro haberet in ſpecie priuilegium etiam poſt ſententiã indulgendi,& cognoſcendi, vti habet ſtatus Bi-

93 ſiniani,& meminit Reg.Tapp. rubric. vbi de crim.num.49. & ego dum aſſiderem in ea Prouincia, vbi plures ſen-

ten-

Digitized by Google

tentias, ex quibus foriudicati capti per Regiam Audientiam fuerant remissi dicto Principi, & testatur Baiar. quæst.59.num.22.ad Iul.Clar.& sic intelligendus est Dom.Rouit.Pragma.5. tit.de abolition.num.9. dum dicit posse Barones foriudicatis indulgere, subaudi,si Barones habeant hanc facultatem, alias non possent indulgere, nec per Superiores debetur remissio causę, vt dixi, Sed aduerte ad vnum notabi-
94 le,quod non vidi hucusque tactum. Quod remissio foriudicati denegari potest,si reus ille erit per Regios Superiores foriudicatus,& sic dicit ibi Anna, sed si à Barone ille fuerit bannitus, & non à Regijs Tribunalibus tunc puto Barones posse petere remissionem, vt sententias suas exequi possint,non obstante, quod non fuerint capti ab eis, sed à Regijs ministris;nam Pragmatica illa 5.sub tit. vbi de delict. quæ dat iurisdictionem capienti,loquitur in latrone foriudicato, sed in foriudicatis pro alijs delictis,dicta pragmatica extendi non potest, vti exorbitans à iure comcuni;&ideò strictè debet fieri interpretatio l.commodissimè ff.de liber.& posthum. maximè in damnum alicuius, vti Baronis, extensio fieri non debet l. si extraneus ff.de conditio.ob caus. Io. Grand.de bell.exul. fol.57.

Sed quid in causa ciuili, an remissio
95 possit peti, & concedi à Superioribus lata sententia? & videtur quod argumentum à criminali ad ciuilem validũ sit l.omnem ff.dè iudic. cap.fin.de foro compet.& Euerard. loco topico 20. & ità videtur tenere Mastrill.dec.147.& Ann.singul.55. licet ille nihil concludat,& in Reg. Audientia fuerunt præsentatæ prouisiones Magnæ Curiæ, & Collateralis Consilij,mandantes ad instantiam Baronis Reginæ, vt prouideremus super remissione causæ ciuilis,& asserebant partes,causam fuisse per Regiam Audientiam terminatam,Ego autem hanc opinionem abhorrui, & persuaderi mihi non potuit, nam iudicata causa ciuili per Regia Tribunalia, remittendo eam postea Baroni, sequeretur absurdum,quod per indirectum daretur illi auctoritas, vt Iudex inferior esset superior,annullando,vel reformãdo sententiam sui maioris,quod de iure non permittitur cap.cum inferior demaiorit. & obed. Et esset concedere nouum ordinem iudicij, nam cum iure à sententia lata sit appellandum gradatim ad superiorem supra, vt l.1.ff.de appell.nunc remittendo causas decisas ad inferiores esset turbare ordinem è conuerso,vt inferiores cognoscerent limitando, vel reuocando sententias sui Superioris,quod absurdum nõ permittitur,vt præcedẽs opinio sit admittẽda,
96 sic dicit Bald.authen.sed nouo iure in fin.C.de Episc.& cler.nam absurdũ, iuncta l.præcedenti ff. de bon.libert. & licet dixerimus in causa criminali posse superiores, post sententiam foriudicationis concedere remissiones,est diuersa ratio in criminali,quàm in ciuili, nam Baro sententiam foriudicationis poterit exequi, vel illum audire super nullitatibus, vel ei indulgere, seruata forma eorum,quæ suprà diximus,& tenent Couar.pract.qq.c.11.nu.6. Clar. q.39.n.4.Barbos.l.hæres absens §.proindè nu.124.de iudic. & prædicta non inducunt absurditatem, nec implicant ordinis perturbationem,sed in causa ciuili diuersa est ratio,& non valet argu-
97 mentum de ciuili ad criminalem,quãdo diuersa est ratio,vt notabiliter Cyn. & Salyc.l.vnica C.vbi de possess.& dũ fuissent hęc oĩa absurda narrata Principi, rescribendo, nos aduersus prædictas prouisiones,nullum fuit habitũ responsum,& coniecturauimus,fuisse habitas pro concludentibus prædictas rationes,tanto magis,q; pro regula statutum est in iure,non dari remissionẽ post causam finitam, Franc.Marc.dec.331. p.2.Auend.resp.40.n.6.Greg.Lop.l.1. tit.29.parti.7.glos.2. Barbos.d.l.hæres absens d.§ proindè nu.114. ff.de iudi. quidquid dixerit in contrarium Thess. dec.91.num.4.qui communiter in hoc reprehenditur.

Sed

Digitized by Google

Sed an à decreto lato ſuper remiſ-
98 ſione data,vel denegata,detur appel-
latio ad finem,vt ligatæ cenſeantur ma
nus non procedendi vltrà in cauſa
principali? Punctus ſtat ſi decretum
dicatur diffinitiuum reſpectu Baronis,
& tunc ex notoria regula ſtatim facta
appellatione ſunt ligatæ manus Iudi-
cis à quo ff. nil nouari appell. pend. ſi
eſt interloquutorium,quouſque non ſit
inhibitum, appellatione non obſtante,
cauſa poteſt proſequi leg. ante C.quo-
rum appell. Carauit. Ritu 258. dicit
implicitè,quod hoc decretum non ex-
pectat aliam reparationem poſt ſe,ideò
vt diffinitiuum obſeruari debet; Mu-
ſcatell.in praxi ciu. in art.appellat.fol.
24.videtur innuere contrarium, quod
ſit interloquutorium,& ità vidi practi-
cari,vt quouſque non fuerit inhibitum,
ſemper ſuperiores illi procedunt, nam
ab appellatione decreti exceptionis
fori,vel ſuſpitionum Officialis,ſiuè de-
cretum ſit prò, vel contra,decretum
non ſuſpenditur per appellationem,
Franch.deciſ.408. Valaſc. conſult.51.
num.53.& ità eſt practica,licet Docto.
ſicco pede pertranſeant ſuper hoc ar-
ticulo.Item ſæpiùs vidi dubitatum an
Superior teneatur remittere cauſam
Baroni, ſi ex actis non conſtat reum
inquiſitum deliquiſſe,& videtur de iu-
99 re, quod vbi non eſt materia, non ſit
danda forma,ſic Boſſ.titu.de for.com-
pet.num.50.Farinac.quæſt.7.num.35.
& idem ſi delictum eſſet leue,dicit idē,
& ſic nouiſſimè Barboſ. ff.de iudic.d.l.
hæres abſens d.§.proindè nu.104.De-
cian.lib.4.cap.19.num.5.tract.crimin.
& idem procedit ſi ciuiliter ex delicto
ageretur,dicunt Adden.ad Capel.Tho
100 loſ.quæſt.329.Couarr.pract.quæſtio.
cap.11.num.7. Duen.reg.387.limitat.
tertia, Clar.quæſt.38. num.23. Foller.
Conſtit. Regni Capitaneorum nu. 60.
quod ego non admitterem,quando Ba
ro peteret remiſſionem, nam ſicuti de-
betur pro criminali,vbi adeſt delictum
ſic & pro ciuili cauſa, quæ requirit iu
dicium,immò Dom.Tapp.d.tit. vbi de
delict.in rubr.& D.Rouit. dicunt quod
& ſi prædicta ſint vera de iure, attа-
men ſi Baro non grauauerit,& peteret
remiſſionem,eſſet ei concedenda, licet
delictum non eſſet graue,vel non con-
ſtaret, ſed non eſſet niſi pium remitte-
re, vt procedat curia Baronalis ad ha-
bilitandum reum in forma, vt euitetur
omnis iniuſtitia,& amplius rei non ve-
xentur poſt cauſam remiſſam à Supe-
riore,& poſt hæc ità Domin. Rouit. ibi
num.40.

Niſi cauſa per appellationem eſſet
101 deuoluta, tunc confirmata ſententia
primi Iudicis, vel in aliquo reformata
contra reum poterit peti, vt cauſa re-
mittatur, & de iuſtitia Baro prouideat,
vt eſt deciſum per Franch. deciſ.520.
Idemq; in cauſa ciuili procedit, cum
confirmata ſententia, etiam ſi partes
contententur cauſam exequi, & finiri
per Superiores, Baro poterit compare-
re pro ſuo intereſſe iuriſdictionis, vt
cauſa,& exequutio remittatur, Theſ-
ſaur.deciſio.266.Dom.de Franch. de-
ciſio.519.

In multis tamen caſibus,remiſſiones
Baronibus à ſupradictis Superioribus
non fiunt, & ſi habeant iuriſdictionem
conceſſam cum clauſula abdicatiua,
102 & annullatiua, quod contingit, ſi in
alijs cauſis denegauerit iuſtitiam fa-
cere,vel fuit abuſus,iniquè componen-
do,vel excoriando;nam in pœnam pri-
uatur facultate petendi remiſſionem,
nam qui abutitur priulegio,facit ſe in-
dignum,ita dictat pragm.16.titu.de
offic.Magiſtr.Iuſtit.licet parum ſit in
obſeruantia,nec vidi practicatam, cre-
do non fuiſſe oppoſitum,ſed ſic de iu-
re eſt,Cancer.variar.reſolut.lib.3.cap.
13.num.56.latè Auend.de exequend.
mand.lib.1.cap.5.num.12, Cabed.de
ciſio.85.part.2.& dixi ſupra pragm.3.
Verùm quando ſuſpicatur,nè delictum,
de quo petitur remiſſio, remaneat im-
punitum,vel colluſum,cõſiderata qua-
litate Baronis, & cauſæ parte contra-
ria inſtante,ſolet per Proregem deçer-
103 ni, qđ pro illa vice cauſa remaneat,

citra

Digitized by Google

citrà præiudicium priuilegiorum Baronis, vt teſtatur Marcus Anton. Surgens cap.decimo quinto de Neapol.illuſtr.Dom.Regens de Pont. in dict.ſuo tract.fol.93.num.decimo nono,& in titul.de delegationib. de quo articulo dixi; Idemq; ſeruari ſolet, ſi conſtat vaſallum inquiſitum eſſe odioſum Ba-
104 roni,& iniuſtè vexari, Carauit.Ritu 235.num.10. Idemq; obſeruandum ſi à parte allegaretur, quod inquiſitus eſt domeſticus, ſeruiens, & familiaris Baronis,vel ſimilis allegatur cauſa,vndè perſuaderi poſſit Iudici, iuſtitiam difficilè obtinendam per accuſantem maximè ſi concurrat qualitas Baronis,ſic Maſtrill.deciſio.148,num.12.& lib.quarto, cap.decimo ſexto, nu.258. de magiſtra. Idem ſi eſſet in dolo, vel delicti conſcius,vel particeps, Soccin. Iun.conſi.126.Nacta conſ.580.& con-
105 ſil.614.latè. Et extenditur etiam, ſi accuſator ſit in partibus, perſona potens, vbi de facili poſſent fieri machinationes contrà reum, vel venenari, tunc Principis bracchium implorari poteſt,vt cauſa remaneat,& veritate expoſiti ſtante,ſolet fieri, vt cauſa auocetur citrà præiudicium, Maſtrill.de magiſtrat.lib.3.cap.4. num.166. ſed vt dixi,hoc ſolet fieri, vbi ingens ſuſpitio appareat, de Cur.de feud.par.prima §.poteſt quoque num.duodecimo; Sed
106 hoc ex magna cauſa; nã cum feuda ſint emptitia, & oneroſa ſemper pro Baronibus fit larga interpretatio, ita vt etiam ſi cauſa talis ſit,vt reus non debeat detineri,remittitur tamen cum norma,vt non moleſtet, Viuius deciſi. 237. & ſunt etiam alij caſus, ex quibus remiſſio denegatur, videlicet ſi ſimus in caſibus, & delictis exceptis ſoli Regi,vti Maieſtatis,& falſæ monetæ, de quibus ſuprà in principio diximus, & Bellug. rubri.11.§.ex quo. Idem ſi eſſemus in caſibus ſuprà narratis pertinentibus ad ſolam Magnam Curiam,quos refert Frecc.in fin.titu.de offic.Magni Iuſtitiar.ſicq;ſi tractaretur de caſibus ſuprà relatis, vbi directe offenditur, vel contemnitur perſona ſuperioris,vel eius præceptum,& man-
107 datum. Item cauſæ latronum publicorum non remittuntur ex Pragmatica quarta dict. titul. vbi de delictis,quæ denegat deberi fieri remiſſionem non ſolũ à ſuperioribus, ſed quod quicumque eos cæperit,ei datur poteſtas cognoſcendi,& puniendi, odio ipſorum latronum,vt libentiùs capi poſſint,Franch.deciſio.142.quidquid dicat Foller.in ſua praxi crimin.verſicul; audiantur excuſatores numer. 89. qui conatur defendere Pragmaticam contrà prædicta,vide Rouit. fol.655. ita tamen à Sapientibus in Regno eſt deciſum,Franch.dict.deciſio.142.& 426
108 Adde deciſio. 342. quod cauſa latronum non eſt remittenda, quando ordinarius Iudex eos cæperit, tunc Iudex originis, vel domicilij non audietur, ſecus ſi alius Iudex omninò extraneus cæperit, nam tunc cauſa remitti debet, idem Franch. deciſio. 426. & Dom.Tapp. ſuper dicta Pragmatica, ſed Magna Curia, & Regiæ Audientiæ, quia dicuntur ordinariam habere iuriſdictionem,quando capiunt, non remittunt ſi latrones ſint capti per miniſtros Regiæ Audientiæ, vel Vicariæ, ſecus ſi fuiſſent ab alijs capti, & conſignati dictis Regijs Tribunalibus, vt
109 Franch.allegatis deciſio.& ſi fuerint capti ab officialibus Baronis, vel ab eius vaſallis,quod ipſum Baronem cepiſſe dicatur,Petra ad Gramm.deciſio. 104. nec Præſides Prouinciarum, qui habent modum belli contra iſtos latrones, poterint vigore talis ſpecialis poteſtatis ſi ipſi non cæperint foraſcitos, auocare illos à manibus Baronis, qui præuenit in captura,de qua materia latè Ioann.Grand. de bello exulum fol.57.qui ad partes punctum hunc di-
110 ſputat,an priuatiuè, vel cumulatiuè cenſeatur data poteſtas particularis contrà prædictos; Vnum pro coronide vidi obſeruari,numquam tales remitti; quando ſunt in poſſe Regiorum Officialium,ſecus ſi ſunt in manibus Baro-

Digitized by Google

nis,vt Franch.decisio.342. & decisio. 722.limita tamen dictam Pragmaticã, nisi delinquens esset Neapolitanus, nã
111 etiam quod sit latro,vigore singularis priuilegij Neapolitanorum, ibi remittendus est,Vrsill.singulariter decis. 41.limitatur,seu interpretatur etiam dicta Pragmatica, vt non procedat si capti essent foriudicati, sed non ex de-
112 lictis latrocinij, vel recapti, sed ex alijs delictis, tunc enim capiens non potest habere hanc potestatem,sed debet remittere ad ordinarios suos, cum dicta Pragmatica sit exorbitans,& non debeat extendi, dum sit inducta odio latronum,& ait Anna sing.56. supra allegatus,in quo alij se inuoluũt,quod non datur remissio post sententiam foriudicationis,loquitur in foriudicato Magnæ Curiæ,vt potest videri,vnde ad eam spectare debet executio suæ sententiæ,vt dixi pragmat.7. in fine sed quod detur remissio ad instantiam Baronis, Ioann.Grand.de bell.exulum 97.spetial.& etiam probat dicta Pragmatica dum ait, remitti debere causas per Regios Superiores ad Officiales territorij,exceptis latronibus, Nec re-
113 fert dicere, quod foriudicati dicuntur forasciti, & potestas militaris datur contra forascitos: vt Ioann.Grand.loco citato, nam forasciti nomen est generale,æquiuocum, vndè est distinguendum, quod non omnes qui foras exeunt,dicuntur forasciti,& latrones, nisi concurrant tria requisita, quod illi arment in campanea,cum comitiua non
114 minori quatuor, & vadant armati vti forasciti cum armis prohibitis, tertio quod sint diffamati, vt tales homines malæ vitæ,latrones, & grassatores, ità Ioann.Grand.dict.tit. de bello exulum 3.quæstio. num. 17. & post eum Muscatell.in sua praxi crimin.titu.de furtis, & latrocin. quia solus incessus per campaneam sine delictis non erit causa pœnæ capitalis,nec foriudicationis,sed latrocinia simul, cum incessu in comitiua,vt præc.DD. & colligitur ex Pragmat.8.& 11.& alijs sitis sub titul. de exulibus, & verè latrocinium id dicitur quod fit in locis publicis reiteratiuè l.capitalium §.grassatores ff.de pœnis, ibi si sæpiùs in vijs hoc admiserint, Peguer.dec.40. Franch.decis. 142.nouissimè Mastrill.de indultu q.33. & cũ istis latronibus, vti hostibus publicis, indictum est bellum, vt latè Io.Grand. d.tracta. de bell. exulum, Marius Burg. in tract. de modo proced. ex abrupto, & propterea, verba Pragmaticæ, quæ dant iurisdictionem capienti latrones, non sunt transfiguranda l. non aliter ff.de lega.tertio,maximè cum sit exorbitans Pragmatica à iure communi l. commodissimè ff. de liber. & posthum. exindè concludimus, Baronibus esse
115 remittendos suos foriudicatos,cum in Regno liceat ijs suos vasallos ex delictis capitalibus mortis foriudicare, Afflict.Consti.Regni pœnam num.15. quamquam in Regno Siciliæ vltra, referat Mastrill. de magistrat. lib.4.cap. 17.num. 104. quod foriudicatio non competat Baronibus illius Regni, sed debeant transmittere acta ad Magnam Cur. vt sollemniter procedat ad actum foriudicationis; Et laudandus est ille stylus, tum quia Tribunalia Regia superiora procedunt cum sollemnibus ad tales sententias foriudicationis, & in Baronalibus vix ex mille reperitur vna,quod non sit nulla,& quotidiè videmus eas annullari per Iudices maiores; tùm quia publicatio foriudicatorum, quæ fit in superioribus Tribunalibus,vbi magnus populus continuò adest,præsumit notitiam venire ad omnes de Prouincijs,vt Afflict.Constitut. homines,Franch.decisi.360.quod non potest dari in Curia Terræ Baronalis;
116 tum etiam quod sententia foriudicati à Barone non potest exequi, nisi ab eo,nam superior nisi recognitis actis de nouo,eam non exequeretur glo. clem. pastoralis §.nos quoq; vers.de more de re iud.Cepol.cons.crim.58.n.14. & est commu opin. Barbos. d.l.hæres absens d.§.proindè n.74. Boss.tit.de foro cõp. num.50.

Vl-

Digitized by Google

Vltèrius, quod Iudex capiens efficiatur competens ad cognoscendũ de latronibus, aduerte qualiter hoc sit practicandum, quia ego intelligerem si Iudex capiens, inquirat ipse de delictis ipsius capti per Campaneam grassando, vt fuit suprà declaratum; sed si informationem non poterit capere, seù constare de qualitate ei iurisdictionem tribuente, tunc non posse dici competentem dico, nam qualitas tribuens iurisdictionem antè omnia verificari, & constare debet, Ozasch. dec. 71. nu. 22. & dec. 88. Vant. de nullit. tit. ex defectu iurisdi. num. 53. latè Sese de inhibit. fol. 392. & dicam in sequ. Et si talis informatio de delictis capti reperiretur apud Iudicem delicti, vel originis, seù domicilij, vel apud Regium, an possit Iudex capiens petere remissionẽ, valdè in Regia Audientia fuit altercatum, & negotium est magnæ dubitationis; Dicebatur enim ex parte Baronis qui reum cæperat, sibi deberi copiam informationum, quam habebat Iudex delicti, nam dum Pragmatica fecit ipsum Iudicem capientem competentem, videtur concessisse omne id, per quod deuenire debet ad punitionem l. oratio ff de sponsa. l. id quod ff. de iurisd. omn. Iudi. tanto magis, quod priuatiuè censetur data talis prærogatiua, & etiam si esset cumulatiua; cum præuentio realis de persona, fortior sit verbali, vt latè inferiùs explicabimus; videretur enim, quod omni iure, Iudex capiens possit requirere Iudices prædictos, qui cœperunt informationes delictorum, vt consignent copias, & remittant; sed ex parte Baronis delicti, dicebatur, quod ipse præuenerat in inquisitione, in accusatione apud eum facta de delictis, & processerat ad citationes, contumacias, & reliqua; & quod virtute Pragmaticarum de exul. 8. & 11. elapsis decem diebus, ille censetur foriudicatus ipso iure, ita quod ipso facto poterit impunè à quocunque occidi, iuxtà dictas sanctiones: ex quibus omnibus, præuentionem suam esse potiorem contendebat, nam, & si multi dicant solum informationem non tribuere præuentionem, Affl. dec. 219. Ruyn. cons. 412. & latè Barbos. l. si quis posteà ff de iudic. num. 50. tamen alij contrarium senserunt; cum remedium inquisitionis sit ordinarium hodiè, in casibus vltrà relegationem virtute Capituli Regni Ab illo inchoandum, Angel. in sua praxi crimi. de malefic. vers. Iudex commisit num. 15. Clar. quæst. 3. num. 7. Greg. Lopez l. 1. tit. 29. partit. 6. qui omnes coaceruat istius opinionis, Item hoc puncto circumscripto, illa præsumpta foriudicatio post contumacias, & dies elapsos, facit reum foriudicatum, & causam terminatam, qua finita verè, vel fictè per legem, non est locus amplius remissioni, Bald. l. executorem nu. 23. C. de execut. rei iudic. Farin. quæst. 7 nu. 24. in terminis, nam remissioni non est locus post causam terminatam, sed solum causa non fabricata, vt latè Barbos. d. l. hæres absens d. §. proindè ff. de iudic. nu. 114. & quod bannitus de vno territorio, non possit recognosci, & puniri ab alio Iudice alterius territorij, etiam si esset originis, vel domicilij ipsius rei, sed ille, qui tulit sententiam poterit solus eam executioni demandare, & alij omnes erunt incompetentes, si processum de nouo non instituerint, & acta denuò compilent, Farin. ibi quæstio. 7. num. 11. cumq; acta reperiantur pœnès alium rectiùs erit remittere reum ad locum illius Iudicis, qui iudicauit, quàm circuitum quærere apud Iudicẽ capientem, ità Couarr. pract. quæstion. cap. 11. nu. 9. & Farina. ibi nu. 43. quod pœnitùs acta probant pœnes alium, & latiùs quæstio. 11. num. 61. quod foriudicatus in vno loco, in altero non poterit puniri, sed posset procedere opinio hæc negatiua in latronibus armantibus per campaneam, vel facientibus recapta, qui ipso iure intelliguntur foriudicati, vt dict. Pragmatica vndecima. Sed circumscripta prætensa foriudicatione, non videtur, quod hæc

Digitized by Google

opinio possit sustineri, dum processus esset in fabricatione, nam re vera inquisitio, & citatio non dant præventionem, & maximè, vt præferatur præventioni reali, Clar.quæstion.38. Mascard. conclusio. 1227. ex numer.16.
125 Guid.Pap.decisio.202.Franch.decisio.505. & dicam infra latiùs quando hanc materiam præventionis discutiemus; & sic conciliari posse hanc quæstionem mihi persuadeo, vt scilicet si reus sit foriudicatus, ad suum Iudicem fori delicti debeat remitti, sin secùs, Iudex capiens possit petere remissionem actorum à Iudice delicti, vel originis, vt Boer.decisio.29.& si is renitens sit, superior possit illum cogere, Rebuff.titul.de literis requisit.gloss.2. numer.9. cum sequen.Addent.ad Capel.Tholosan.dict.cap.329. Clar.quæstio.39.numer.21. Denegatur benè solum quando Iudices non essent subiecti vni Su-
126 periori, sed diuersis, tunc non datur de vno Regno ad aliud remissio, vt per Boer.& præcitatos, ac benè Barbosa dict.§ proindè num.86. & nota, quod hæc est singularis quæstio, & noua ad intellectum dictæ Pragmaticæ, & similium casuum, qui infrà proponentur.

Amplia Pragmaticam, quæ dat prę-
127 rogatiuam cognoscendi capienti latrones, vt extendatur etiam ad latrones maris, & Pyratas, qui prædantur vascella, & alia, vt Franch.decisio.142.
128 Amplia etiam eam procedere in facientibus recapta, qui sunt peiores latronibus, nam à capiente possunt recognosci, ex maioritate rationis, vt tit. de capient.homines, & Pragmatic.11. tit.de exulibus, qui possunt post citationem intrà quatuor dies foriudicari, factis contumacibus; immo ipso iure intelliguntur foriudicati, & impunè occidi poterunt, & licet quando pœna ipso iure à lege imponatur, solum sen-
129 tentia declaratoria sit necessaria, ità quod reo contumacè, vel capto necessaria sit solùm citatio ad dicendum causam, quare declarari non debet foriudicatus, & exequi pœna legis, vt Chartar.titul.de execut. senten. capt. bannit.cap.3.num.76. tamen quando lex dicit, quod censeatur quis incidisse in pœnam, vt in hoc casu sine vlla declaratione, ac præcedente citatione prædicta, pœna exequi poterit, dicta Pragmat.11.titul.de exulibus, Insuper
130 est sciendum, quod non solum causa prædictorum latronum non remittitur; Immò, neq; receptatores, vel opem eis præstantes remittuntur suis Baronibus, si illi latrones sunt contumaces Tribunalium maiorum, Franch.decisio 470. Secùs verò, si ille sit contumax, & foriudicatus à Curia sua Baronali, nam tunc receptatores illorum remittuntur, vt vidi pluriès, & in receptatione illius banniti vocati Terminellus, vidi Solofranos inquisitos de receptatione remissos ad suum Dominum D.Flaminium Vrsinum. Sed aduerte quod contra decisio. de Franch.dicit ibi Visconte, fuisse nouiter decisum, quod va-
131 salli Baronum conuersantes cum foriudicatis Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, & opem eis præstantes, debeant remitti eorum Baronibus, & quod non verè possit dici, quod fuerit offensa iurisdictio dictorum superiorum, qui eos foriudicauerunt, nisi indirectè, quo attento semper posset dici offensus Superior, quod non est asserendum, ideò ad suos Barones esse remittendos concluditur; nam & si id, quod non est delictum, & sancitum est pro delicto haberi, pertinere ad Barones diximus suprà, tantò magis id, quod de sui natura sapit crimen, ad eos pertinere debet, vt latè de Ponte Regens in suo tractat.de potestat. Proregis titul.de prouision.fieri solit. §.3. numer. vigesimo septimo, cum sequent. qui hãc opinionem pro Baronibus defen-
132 dit. De delictis verò patratis intùs Ciuitatem Neapolis, non datur remissio Baronibus, nec etiam si delictum esset factum intrà Suburbia, Franch. decisio.129. Causæ enim Neapolitanorum non remittuntur, licèt de iure com-

Digitized by Google

communi forum contraxissent in Terra Baronis ratione delicti; contractus, vel destinatæ solutionis, & similium, nam oppositâ fori exceptione, superiores de his cognoscere habent, ex particulari priuilegio ijs concesso, vt latè Carauit. Ritu fin. quod fuit extensum etiam ad negotiorum gestores, vel institutores Neapolitanorum, vt trahant & non trahantur ad Magnam Curiam, vt nouissimè in pragm. 1. tit. de immun. Neapo. Anna singul. 400. quia fortitur forum Domini procurator, Roma. sing. 240. Doct. d. l hæres absens §. apud labeonem ff. de iudic. & adde quæ dicimus infra pragm. 12. nu. 4. Causa etiam
133 lænocinij est excepta Baronibus, vt in pragmat. de lænon. licet nescio an possit substineri in eorum præiudicium, de qua materia dixi supra pragmat. 6. Fur vbicumq; capiatur cum furto, vti semper nouiter contrectans à capiente cognosci debet, & non eum remittendum firmauit Marsyl. singul. 677. Marant. conf. 144. & ita iudicatum testa-
134 tur Boer. dec. 218. Capyc. dec. 104. etiam si furtum fuisset factum intra Ciuitatem Neapolis, Clar. autem quæst. 38. & Cæual. commun. opin. 318. & latius Farinac. quæst. 7. nu. 7. impugnant hanc opinionem, Foller. verò art. præalleg. num. 64. dicit sequendam esse opinionem Sac. Conf. nisi Barones haberent clausulam abdicatiuam, quæ o-
135 pinio satis arridet, quod puniatur à capiente iste fur, vti nouiter contrectans in illo loco; sed non per hoc excluditur, quod stante priuilegio sui Baronis abdicatiuo cum clausula cognoscendi de delictis, etiam extra territorium, non debeat fieri remissio, licet in hoc esset cogitandum propter decisionem Capyc. quæ generaliter loquitur, Adde Annam sing. 438. Couarr. pract. quæst. cap. 11. & post hæc ità Dom. de Franch. dec. 681. qui firmat cum dec. Capy. & dicit procedere, nisi Baro haberet clausulam abdicatiuam cognoscendi de delictis, etiam extra suum territorium; quod intellige, quando
136 Baro peteret remissionem vasalli sui à Fisco, & Regia Curia, sed si peteret ab alio Barone delicti, vel originis, vasallum ratione dicti priuilegij, illud nō posse extendi ad alios Barones, quibus de iure erat prouisum, & concessa ordinaria iurisdictio, nam priuilegium Principis non potest tertio præiudicare, ità nouissimè Domin. Rouit. abundè scripsit, prag. 1. d. tit. vbi de delict. num. 8. cum sequ. Item nota, quod ad hoc, vt fur possit puniri in loco, vbi res furata reperitur, ratione contrectationis,
137 oportet quod furtum fuerit de recēti factum, & multi dicunt, dummodo sit patratum die anteà, Baiard. ad Clar. quæst. 38. sed Caball. resolut. crim. casu 163. & Dom. Rouit. Pragmat. 5. dict. titul. vbi de delict. dicunt, dummodo modicum tempus interceſſerit à die furti patrati.

Sed quid si Baro, qui vult punire furem, non habeat informationem de
138 delicto in genere, & alias probationes criminis, & inquisitio sit formata à Iudice delicti, an possit illum relaxare, vel punire cum illis inditijs, quæ potuerint haberi, nam cum non possit præcipere Iudici delicti, cum par in parem non habeat imperium l. nam magistratus ff. de arbitr. & requirendo, requisi-
139 tus ratione suæ iurisdictionis conseruandæ, difficillimè remittet, teste experientia, cum semper Iudex delicti, & domicilij contendant ad inuicem, circa causas remittendas, quid faciendum? Farinac. quæstio. 7. num. 7. dicit, quod acta per Iudicem delicti, non sunt remittenda, & sic num. 40. & si remitterentur, acta illa non probarent coram alio, vel essent ex integro repetenda; vndè dicit ibi Farinac. quod Iudex capiens poterit reum ex aliquibus probationibus exiliare ab illo loco, nam ordinariè non posset punire, etiam ex actis alterius Iudicis, non repetitis; Ideò cōsidera, quod nè inductum hoc priuilegium odio furum, in eorum beneficium conuertatur, contra l. quod fauore C. de legib. esset tenenda opinio, quod si

Digitized by Google

Iudex delicti haberet pleniorem probationem,& adiret Regios, pro remissione potiùs ad eum,quam ad Iudicem capientem esset remittendus,& sic innuit Couarr.practic. quæstio.d.cap.11. num.9.& Farinac.loco cit.num. 18. in fine,alias si Iudex capiens ipsum dimitteret, vel leui pœna ipsum puniret, Iudex delicti,vel domicilij,q; habet in-
140 formationem plenam, iterum vti insufficienter punitum posset castigare, Gamma dec.53.cap. fęlicis §. per hoc de pœnis in sexto,Barbos.d.l.hęres absens d.§.proindè num 63.Marant.in specul. ibi iud. crim. Et conferunt hæc ad ea, quæ antè diximus de foriudicatis Baronum,an capiens, vel Iudex delicti sit competens,& ad eum facienda sit remissio causæ. Causa etiam damni dati non remittitur, sed vbi est illatum
141 damnum,ibi poterit iudicari,Afflict. Constit.Regni,cum per partes Apuliæ, Anna sing.137.sed Anna non dat rationem, allegat solum Afflict. præcitatum,sed ratione rei sitæ, licet damnum sit mobile,quia adiunctum est id rei sitæ,ideò sortitur forum,ratione actionis in rem scriptæ,vt Docto.d.l.hæres absens d.§.proindè,& ità Crauett. consi. 272.num.2.& latiùs Borgn. dec.4.nu. 47. nam non potest damnum dici delictum, ità quod vti delinquens sortiatur forum, & intellige quod forum sortietur,si inueniatur damnificans in eo
142 loco,nam tunc ibi poterit conueniri, & non alias, Barbos. d. l.hæres absens d.§.proindè lo secondo, ff. de iudic. & poterit etiam exigi pœna damni, vel diffidæ, nisi damnum fuerit transeundo,vt distinguit Dom.Rouit.tit.de offic.Baiuli ex Constitut. Regni cum per partes Apulię. Citati etiam super instrumento liquido, via Ritus apud Su-
143 periores, nec ipsi, nec eorum Barones poterunt obtinere causæ remissionem,Carau.Ritu 166.nam est de antiqua prærogatiua Magnæ Curiæ, de quo articulo dixi suprà latè, Item ratione contractus destinatæ solutionis quis sortitur forum, ità vt conuentus ibi non poterit exceptionem fori allegare d.l.hæres absens,cum suis §§.ff.de
144 iudic. in quibus iuribus notatur,qd hæres ab intestato, vel ex testamento, licet sit exterus à loco defuncti,adeundo hæreditatem, sortitur forum Baronis loci,vbi erat defunctus, ibiq; poterit conueniri, licet non constituerit ibi domicilium,neq; habitationem,nec sit originarius ad instar Iudicis delicti, sic & Iudices ratione contractus,vel quasi fiunt competentes,nec datur in contractibus remissio,quod est summè notan-
145 dum; nam Baro originis,seù domicilij non poterit auocare suum vasallum, vt non possit conueniri,vbi sortitus fuit forum, ratione contractus,vel illius distractus, vel ratione destinatæ solutionis. Intellige tamen quoad hæredem,
146 vt licet verùm sit,quod *domicilium* defuncti transeat ad hæredem *l. fideicommissum* ff.de iudic. si hæres ibi inueniatur, vel si lis esset contestata in aliquibus causis cum defuncto, Roma. cons.300.& communiter tenetur; licet contra communem hanc, validissimis rationibus insurgat Barbosa d. l. hæres absens,& teneat num.17.quod siuè sit præsens,siuè absens,possit conueniri in loco defuncti,sed benè Gayll.obserua. 37.num.9.lib.1.Sed tu sublimita,dummodò hæres sit institutus in maiori parte hæreditatis,& non in quota, vt probatur d.l.fideicommissum, Salyc.l.pri-
147 ma,C.vbi fideicomm.peti debeat,& Doct. omnes d.l.fideicommissum,Indè legatarij,& alij conuenire debent hæredem,in loco vbi maior pars hæreditatis est,& non in alijs,in quibus Iudex ille non esset competens, nisi res ea certa sit,nam vbi sit ità, dicunt posse hæredem conueniri, vt dixit Ozasch. cons.32.& Salyc. loco citat. Menoch. de præsumpt.lib.4. præsumpt.200. Tiraquell.de retract.§.8. gloss.5.num.9. dummodo tamen conueniatur actione reali, secùs si personali, vt ibi Tiraquell.in princ. Quid autem erit, si hæres sit particulari priuilegio insignitus, & habeat suum Iudicem particularem,

vti

Digitized by Google

vti militum, vel cœteros, vel habeat priuilegium iuris, quia pupillus, vel vi-
148 dua, vel clericus? dic, quod si habet priuilegium insertum in corpore iuris, eo non potest vti in Regno, ex Ritu Mag. Curiæ, vt benè Franch. dec. 234. de Pont. cons. 18. vel si habet priuilegium particulare, & tunc poterit illud allegare, & gaudere secundum communem opinionem l. 2. §. legatus ff. de iudic. & gloss. d. l. hæres, verbo excusatur, Couarr. pract. quæstion. cap. 8. Indè
149 clericus poterit declinare forum, nisi lis esset contestata cum defuncto, vt Auendan. de exec. mandat. lib. 1. cap. 1. num. 53. & Couarru. ibi, licèt infiniti contrarium sentiant, nam cum Clericus conueniatur ex persona defuncti, & non sua, forum declinare non debet, Villalob. commun. opin. 101. sub litera C. Auiles in cap. Prætorum, cap. 10. n. 66. Greg. Lop. l. 57. par. tit. 6. verb. demanda. tamen recepta est præcedens opinio affirmatiua, vt Gayll. cap. 37. lib. 1. Azeued. l. fin. tit. 4. lib. 5. Dom. de Pon. d. consil. 18. & latè Barbos. d. l. hæres num. 114. vbi cætera quoad hanc
150 materiam. Sed non idem procedit in contractu, nã contrahens in loco, adeò sortitur illius loci forum, quod ex quocumq; priuilegio habito, opponere non poterit fori declinatoriam cap. 1. §. contrahentes tit. de foro compet. in sexto, vbi omnes, & cap. 1. de priuil. in sexto, dummodo ibi reperiatur, vt constat ex d. §. contrahentes in princip. Gayll. obseru. 36. num. 14. lib. 1. ità quod non poterit auocari à suo loco, vt veniat ad respondendum ad locum contractus, Couarr. practic. quæstion. cap. 10. Indè cauendum est à Castr. in l. 1. ff. de
151 eo quod cert. loc. dum dicit absentẽ in loco contractus posse coerceri in bonis extra territorium, verum si esset citatus, & Iudex loci contẽtus esset brachium impartiri, adhuc Iudex contractus poterit mittere creditorem in possessionem in bonis sitis in loco contractus, & non aliàs, vt Docto. d. §. contrahentes, & Aret. consi. 58. nisi reus fuisset conuentus in loco iudicij, & posteà se absentaret; nam posset procedi contrà eum ad diffinitiuam, & peti brachium pro exequutione l. si is qui Romæ ff. de iudic. l. consentaneum C. quomod. & quand. Iudex, nam cum legitimè fuerit citatus, ibi se defendere debuit, Aret. loc. cit. alias inuitus cogi nõ poterit, benè Guttierez de iuram. confirmator. lib. 3. cap. 16. in prin. licet Do-
152 ctor. limitent regulam positam, nisi contrahens renunciasset etiam cum iuramento proprio foro, tunc omninò esse remittendum ad locum contractus asserunt gloss. quæ communiter recipitur l. 1. ff. si quis in ius vocat. vt refert Couarr. practic. quæst. cap. 10. Guttier. d. tit. de iuram. confirm. par. 3. cap. 16. Roman sing. 283. & etiam si is clericus
153 sit, tenetur respondere in loco contractus, si foro renunciauit; nam & si foro non possit renunciare sine consensu sui Episcopi clericus, expressè, nec tacitè, fallit si contraxerit in eo loco, & foro renunciauerit, vt benè Rip. cap. 1. de iudi. num. 68. & pro veriori opinione hæc retinetur, quidquid alij contrarium dixerint, cap. dilecti de foro compet. vbi Abbas, & Alex. cons. 89. libr. 2. intellige tamen quod sortitur forum Episcopi illius loci, & non secularis, Capell. Tholos. quæst. 126. Barbos. d. l. hæres §. 1. num. 65. Quæstio tamen est, quod dum is remittendus erit in casu prædicto ad Iudicem contractus, quis enim citabit, Iudex contractus, vel loci, vt intelligatur legitimè monitus, & contrà eum iudicium probari possit?
154 variæ fuerunt sententiæ, nam vna fuit, quod citatio possit fieri iussu, & authoritate Iudicis contractus, per eius ministros, l. omnes §. executoribus ver. verum C. de Episc. & cler. & text. l. 2. C. de off. Præfect. Vrb. & hanc communem Legistarum dicit Aret. cons. 58. n. 4. & cons. 153. Altera fuit opinio, quod si territoria sint distincta, & subsint Iudices eidem superiori, poterit exequi præcedens opinio, sin autem subsint diuersis superioribus, tunc Iudex contractus

Digitized by Google

eus debet mittere literas deprecatorias, & impartiri illius bracchium, vt Bald.dict.leg. omnes §. executoribus, Clar.quæst.31.num.20. Azeue.l.3.tit. 30.lib.4.ordinat.num.32.& ità Canonist.d.§.contrahentes, & hanc receptã opinionem dicit Couarr. cap.10. practicar.quæst.num.7.& Clar.ibi. Sed si Iudex requisitus noluerit, vt suus subditus citaretur, tunc posse illum intimari per edictum, dicit Marsyl. singul. 203.Fiuizza.dec.3.par.1.num.25.sed communiter hoc impugnatur; cum ea citatio non valeat, quando persona est certa vbi habitat, sed adeundus erit superior ipsorum, sic Felyn.cap.fin.col.2. de foro compet.Boer.dec.29. Couarr. vbi supra num.7. Facta autem citatione, vel causa decisa, qualiter Iudex domicilij, vel originis teneatur executioni demandare sententiam, sunt termini notati in l.à Diu.Pio §.1.ff.de re iud. Itẽ an ratione administrationis fiat remissio l.1.C.vbi de ratiocin. agi oport. & Afflict.Constit.priuilegia num.6.di-
155 cunt; quod ibi debet conueniri quis ad ratiocinia vbi administrauit, & absens debet remitti ad locum, & est vna de limitationibus, vbi in contractibus datur remissio, licèt ibi non reperiatur, sed gloss.fin.in d.l.1.dubitat, si ea procedat pro ratiocinijs publicis, vel priuatis, tamen Paulus, & alij dicunt indifferenter eam esse intelligendã, Soccyn.reg.337.Diaz reg.642. Attamen communis resolutio secundum Fulgos. d.l.1. & probat tex. d. l. hæres absens §.1. ff.de iudic. Gemin. in d.§.contrahentes num.16.Barbos.d.§.1.num.72.
156 quod ad ea lex interpretetur, vt remissio debeat fieri ad locum exercitatæ administrationis, si ratiocinia concernant publicam vtilitatem, vt in Syndico, & cœteris Officialibus Vniuersitatis, & officialibus iurisdictionum, & etiam tutoribus, quorum officium publicum est, licet auctoritate priuatum, & non in alijs. Idem procedit ratione rei sitæ, Franch.dec.389. vbi iudicium
157 iuris congrui, non coram Iudice originis, sed rei sitę est tractandum. Et fortius ratione rei sitæ, & hypothecæ super ea intentatæ quis inibi sortitur forum, & conueniri poterit, Franch.dec. 77. amplia hanc conclusionem proce-
158 dere etiam in bonis mobilibus, nam vbi quis ea obligauerit creditori in genere, vel specie, & retinuerit in aliquo loco, poterit coram Iudice eius loci, vbi res est sita conueniri l. non alias §. fin.de iudic.Barbos. d.l hæres §.final.ff. de iudic. & latè Borgn.Fiuizzan.dec.3 dummodò res illę non sint ibi per transitum, sed permansuræ, saltem per tempus aliquod fuerint, & Borgnin. dicit procedere si habet hypothecam creditor, nam propter solam actionem personalem, poterit quis conueniri, vbi res mobiles habet, nisi esset vagabundus, & de fuga suspectus, Alexa.l.fin.C.vbi in rem actio, Tiraquell.de primogenit. quæst.48.Roma.sing. 478. Cęfal.cons. 215.volum.2. vndè in libello fundan-
159 da est hæc qualitas inducens, sed si ille sit mercator, & asportauerit bona vendenda in eo mercato, cùm sit de breui recessurus, an possit conueniri? vide Borgn.dec.2.latè. Adde etiam quod si vasallus citaretur in loco non suæ iurisdictionis, ex pacto de ibi conueniendo, vel vbique locorum, vt notant Docto.l.si conuenerit ff.de iurisd. omn. Iudic. tunc quia, vt dixi, vasallus nullo modo potest prorogare iurisdictionem non suam, vbi forum non sortitur, vt Franch.dec.417.Surd.dec.147 Ozasch.dec.78. sine dubio poterit Baro renuere, vt is non citetur, & si erit
160 captus poterit remissionem petere, vt Gaylla obseruat. 40.lib.1. nam licet quis in sui præiudicium possit suo foro renunciare l. si quis in conscribẽdo, C. de pact. Attamẽ non potest consentire in Iudicem pęnitùs incompetẽtem, vt non subditi ab alio Iudice cognoscantur, Viu.comm. opin.182. Ideò ad instantiam renunciantis, remissionẽ petere licebit istis in casibus, quia pœnitentia esset licita, Guid.Pap. dec.77. Papiens. in forma libell.declin.fori, Ri-

pa

Digitized by Google

pa latè d. cap.1.de iud.qui facit nouem conclusiones ad talem materiã,Franc. Milan.dec.5.par.2. Nota verò vnum, quod pactum vbique locorum conueniendi,intelligitur, si ibi morosus debitor reperiatur in loco, & non alias, vt possit conueniri,Franch.decision.177. nu.2.Gayll.vbi suprà,Grass.tract.de except.18.art. Et sic si certo loco solu-
161 uere promisisset, vel soluere vbique locorum,nam post moram poterit conueniri ratione destinatæ solutionis,in omni loco, sed pactum vbique conueniendi tantum, vt suprà,est nullum, si non conueniatur in foro contractus,vel vbi dari poterit competentia Iudicis, Charta.decisio.6.& si dare promisisset quis an possit auocari à domicilio,si in loco destinato non fuerit ibi repertus? vide Couarr.pract.quæst.d.cap.10.nu. 7.Fiuizza.dec.1.par.1. Item cessat re-
162 missio,si vasalli erunt exempti à iurisdictione ordinaria Baronis, ratione alicuius artis,vel officij,vti Lanę,Serici,Ferri,& similium multorum,l.magisteriæ C.de iurisdict. omn.Iud. pro illis causis tantum,Vrsill.dec.47. & semper in dubio per specialem iurisdictionem videtur derogatum iurisdictioni ordinariæ, quando priuilegium respicit fauorem particularium,Affl.dec.41.Capyc.dec.9. Grammat.cons.108. Addè
163 quod sicuti in matrice filij concipiũtur,ità isti,qui sunt de exercitio in maternitate magisterij ascribuntur,& in libro eorum nomina notantur, hanc Aethymologiam dat Archid. cap.contumaces dist.50. Doct. d.l. magisteriæ C.de iurisdictio.omn.Iudic. & seruatur matricula etiam in scholaribus,militibus,clericis,& alijs, qui sunt de officio, vel collegio l.matriculam C.de agent. in rebus lib.12.vbi Lucas; Et ista matricula sola non sufficiet sine exercitij
164 probatione,vt dicam;sed quid si quis habeat plures matriculas,vel officia, qualẽ forum sortietur?vide Franch.decisio.175. vbi matriculati,recomendati Curiæ Admiratiæ, si ab alijs citantur,quod non teneantur comparere, nec possunt reputari contumaces,si superior sciat esse tales; quod limitatur, nisi quis sit descriptus in matriculis,
165 ratione munerum fugiendorum, vel fori vitandi: nam si probetur ipsos non facere exercitium,& exequi qualitates artis, vel officij non potientur fori priuilegio,vt Dom.de Franch.decis.175. & 481.quod est aduertendum pro omnibus,qui prætendunt exemptionem ex causis prædictis,& similibus; nam cum præsumatur de iure in fraudem procurari l.1.cum seque. C.qui milit. possunt libr.12. & si actu non seruiant
166 non debent gaudere l. qui sub prætextu C. de sacrosanct. Eccles. vbi notant omnes; Hinc Anna alleg.44.dicit literas familiaritatis non opitulari actu non seruientibus; Indè,si ob imbecillitatem superuenientem, & infirmitatẽ, seu morbum longum fuerit inhabilis, cessante causa cessabit priuilegium, nec per substitutum poterit deseruire, vt benè Reg.de Pont.in suo tract.titu. de portu, vbi idem increpat contrà fidatos de Dohana, qui in fraudem se
167 adscribũt dictæ Reg. Dohanæ menæ pecudum, cum paruo numero animalium propter exemptionem consequẽdam de reliquis. Verum si quis exerceret officium,& delinqueret,& postea cessaret, vel renunciaret foro, & esset sub potestate iurisdictonis Baronis, tamen, quia initium delicti est spectandum, ab ijs Iudicibus artis, vel officij
168 erit cognoscendus, vt latè excutit D.de Franch.dec.417.vide Grammat. decisio.10.vbi idem in clerico decidit: quando autem Iudex delicti possit cognoscere eum, qui sub eius iurisdictionis tempore deliquit, etiam si priuilegium aliquod voluntariè, vel motu Principis acquisierit, latè Barbos. l. si quis postea quam ff.de iudic.Couarru. pract.quæstion.cap.23.l.vniuersi C.de legat.& ibi etiam Doct. lib.10. & dixi supra,& vide Franch.decisi. 544. latè. Verum nota, quod exempti ab ordinario non videntur exempti à iure reuerentiali,Abbas, & Felyn. cap.cum inter

Digitized by Google

169 inter de re iudic. Bald. l. alia ff. solut. matrimon. Roman. singul. 386. Adde Guid. Pap. dec. 56. vasalli enim, vti liberti sunt, quorum argumentum de vno ad alium valet, de Curt. fol. 29. in
170 suo diuers. debent namque Domino operas artificiales, & obsequiales; primæ debentur secundum eorum qualitatem in seruitijs occurrentibus, vt dicemus infra pragmat. 16. & possunt demandari, & per alium præstari l. si non
171 hostem §. libertus ff. de condit. indeb. vbi Barto. operæ vero obsequiales sunt personales, & infixæ ossibus, & etiam si libertus sit in sua potestate, tenetur eas præstare, quæ consistunt in honorando, assurgendo, concomitando, in
172 planctu, & lætitia lætari, vel condolere, Alciat. l. sciendum §. item in lege, ff. de verbor. signific. & istæ cedi non possunt, nec euelli à persona, etiam si erunt exemptæ l. operæ incertum ff. de operis libert. Tiraquell. de retract. §. 26 gloss. 1. num. 48. Roland. cons. 43. num. 7. volum. 2. Nec dicentur exempti, vt si delinquerent non possint capi ab or-
173 dinario, vt remittantur, nec sunt exempti à generalibus interdictis, vt bene de his Felyn. cap. fin. de foro compete. His priuilegijs particularibus an possit renunciari in præiudicium sui, vel ordinis? vide Vrsill. dec. 41. Consequutiuè idem obseruatur in militibus leuis, grauisuè armaturæ, vel pedestribus priuilegiatis; nam à suis sunt recognoscẽ-
174 di, ità Viu. dec. 254. Franch. dec. 88. licèt Boss. tit. de foro compet. nu. 2. hoc intelligat, quando essemus in delictis causa militiæ, & eius exercitij, secus in alijs; hoc affirmo in ciuilibus quando coram suo loci ordinario sunt cognoscendi in causis extrà exercitium militiæ; sed in delictis videmus Magistris militum fieri remissiones de omnibus delictis militaribus, vel non. Nouissimè verò extant duæ Pragmaticæ, vna Comitis Beneuenti sub titul. de militibus,
175 cap. 15. quæ posteà fuit declarata per Comitem de Lemos, in quibus fuerunt decisæ multæ controuersiæ quotidianæ super hac materia iurisdictionis militaris, & Baronum; & doctissimè suo more eas declarauit Dom. Rouit. Et concluſiuè, Bannum Comitis Beneuenti situm in tit. de milit. cap. 15. quod exornauit Patignus Reg. Consil. dictabat, vt stipendiati milites in causis criminalibus gauderent foro Auditoris exercitus tantum, tam pro delictis militaribus, quam communibus patratis siuè sub vexillo, siuè extra, non obstante quauis præuentione alterius Iudicis, quo foro gaudebunt vxores, filij, & famuli, Deindè succeſſit Prorex Comes de Lemos, qui per modum legis generalis, cum consilio limitauit, & in aliquibus comprobauit Bannum iam expiratum de Beneuento, nam banna Prore-
176 gis non facta cum consilio, expirant, vt dicam infra pragm. 14. *finito officio*, & sic statuta fuit Pragmatica situata in tit. prædicto num. 16. Hæc enim pragmatica statuit, vt milites stipendiati in criminalibus gaudeant; Et aduerte quod non dixit, vt illi gaudere debeant in vexillo, & expeditione, nec distinxit de quibus delictis possint potiri priuilegio fori, si de militaribus, vel communibus, & propterea remansit locus iterum discutiendi id, quod de iure communi disputabatur, & propterea circumscriptis allegatis per Patignum, vigore dicti Banni, Dom. Rou. disputat alias conclusiones, verba vltimæ Pragmaticę declarando, & firmat, quod quãdo milites non sunt sub vexillo, & pa-
177 trant delicta communia, quod Barones, & Iudices locorum cognoscere debent, iuxtà alleg. dec. Franch. & D. de Pont. in d. suo tract. titu. de assens. §. 4. num. 42. etiam si Capitanei Cohortis essent, de quo ego dubito. Verumtamen continuò pugnant, tam Auditor exercitus, quam Gubernatores Prouinciarum contra istam opinionem cognoscendo de militibus stipendiatis, & qui dicantur milites stipendiati, vel auen-
178 turerij, D. de Pont. in d. suo tracta. tit. de militib. & propterea semper laudarem, vt Barones præueniant, vt facilius de-

defendi possit opinio hæc, in illorum fauorem, & data hac opinione, limitatur, vt non habeat locum in familia militum, cum ex pragmatica ista cap. &
179 sit derogatum dispositioni iuris communis, limitatur etiam in militibus veteranis, qui fuerunt missi, & retinent pensionem, vt ibi Dom. Rou. In ciuili-
180 bus tamen milites forum loci sortiuntur sine vlla distinctione, dummodò non dependeant ex causa militari, & possunt cogi ad satisfaciendum creditoribus pro debitis cõtractis antè, &
181 post militiã; sed an possint carcerari ꝑdicti milites stipẽdiati in casib⁹ in qb⁹ de iure carcerari poterãt? Vidi diuersas prouisiones expeditas, & prẽsentatas in R. Audientia ab Auditore exercitus, & literis scriptorij, fuerunt expeditæ pro-
182 uisiones, vt gauderent, nam personæ sunt digniores rebus l. iustissimè ff. de edil. edict. & sicuti arma, & equi militum non possunt exequi, sic & personę. Ex Collaterali Consilio fuerunt expeditæ etiam, vt ipsi milites carcerentur pro causis liquidi instrumenti, & obligationum, donec morantur extrà vexillum. Prima opinio defenditur per Patignum loco cita. num. 40. Contraria sustinetur per Dom. de Pont. tit. de assens. §. 4. num. 43. & quia negotijs iustitiæ magis est obediendum Collaterali, prout per literas Regis pluriès fuit Proregibus ordinatũ, & præcipuè Duci Ossuni, ideò nos non excarceranimus debitorem militem grauis armaturæ, sed rescripsimus S E. contrarietatem, & non fuit habitum responsum; tantò magis, quod dato, quod tenerentur in quantum facere possunt, si dolo
183 quis versaretur in occultando bona, nè exequerentur, vel sciens non posse soluere cæperit pecunias à creditore dolo, tunc cessare hoc priuilegium dixit benè Fontanell. tract. de pact. nupt. fol. 21. Guttier. de iuramen. confirmat. cap. 16. quæ omnia erant in casu nostro, & sunt notatu digna, vti quotidiana. Quid si priuilegium superueniat, & quis efficiatur miles, an causa cæpta
184 coram ordinario, debeat remitti? vide tex. dict. l. si quis posteà ff. de iudic. Franch. dec. 544. Pragmat. 16. cap. 14. sed quod possunt tamen detineri, si deliquerint, & certiorari debent eorum superiores, vt dixi de Nuntijs Regijs, qui si deliquerint, possunt ab ordinario detineri; nam ipsi ordinarij nõ possunt
185 cognoscere castigando dependentes à Superioribus, Boer. dec. 8. cum sequ. sed solum ipsi superiores tribuentes officium. vt dictat Reg. Pragm. 36. in fine de officio Magnæ Curiæ, vbi datur modus carcerandi tales Nuntios per Barones, vide Franc. Marc. dec. 91. & Franch. dec. 417. quod procedit si delinquant ex causa officij, alias poterint per Baronem puniri, si non sint ex particulari priuilegio exempti, benè Baiard. ad Clar. quæst. 35. nu. 10 Folle. vbi supra vers audiantur excusatores; num. 141. Boer. dec. 9. pro vt diximus, quod de excessibus Officialium sola Magna Curia cognoscit si sint facti intuitu officij, & non alias, Carau. Rit. 49. Adde quod ibi Carau. notat, quod aut Officiales delinquunt in exercitio, & tunc si delictum est graue, detineri tantum poterint, sed non puniri, quia sunt
186 recognoscendi ab eorum Præposito, vt Franc. Marc. dec. 91. par. 2. aut extra officium, & puniri possunt, Gui. Papa dec. 328. Boer. d. decisi 9. & in facto sic respondi in casu, vbi erat quis Iudex secundarum causarũ, & maior Capitaneo; tamen dum deliquisset in lo-
187 co, quia ratione delicti habebatur vti priuatus, cum iurisdictio dicatur suspensa l. pœnul. C. de re militar. lib 10. sic Caball. casu 53. Clar. d. quæst. 35. num. 14. Ideò ordinarius poterat ipsum cognoscere, & est tex. in cap. cum inferior de maior. & obed. nam, & si par in parem non habeat imperium Franch.
188 dec. 274. Fallit si delictum sit notoriè factum, Dom. Tapp. Constitu. Regni Magister, & Campan. in clemen. de vita, & honest. cler. num. 25. & ad principalem quæstionem Adde, quod torquentur in hoc Doctores, si ministri, &

fa-

Digitized by Google

famuli alicuius Poteſtatis debeant remitti ad eundem, ſi deliquerint, & vera eſt reſolutio, quod quando delinquunt ratione officij, deputati in eis à ſuo ſuperiore ad eum ſunt remittendi, Fari-
189 nac.queſt.101.num.85.Franch.dec. 407.num.4. & dec.679. Sed ſi non ex cauſa officij, ſed commiſerint delictum commune, Farinac.loc. cit.dicit, de vrbanitate debere remitti ad ſuum Præpoſitum, Boer.d.dec.9. & Caraui.Ritu 49.cum alijs multis tenent, quod Iudices locorum vbi delinquunt poterint punire iſtos miniſtros, etiam maiores, & in Porterijs Sac. Conſ. quod a Præſide ſint cognoſcendi dixit Dom.Rou. pragm.28.de offic.Sacr. Conſ.per tex. l.1.C.de curial.Vrbis Romę lib.10.ſed non diſtinguit, ſi delictum fuerit ex cauſa officij, vel non, ſed Dom.de Pon. dec.37.dicit, quod ex omni delicto tales miniſtri ad ſuum Præpoſitum ſunt remittendi, & ſic obſeruatur, quando Superiores iſti ſunt maximę auctoritatis, nam familia ſua gaudet foro ipſius Domini, Farinac. quæſt.8. num.85. ad inſtar familiæ Epiſcopi, vt Theſſ.deciſ. 22.num.6. Viui.dec.116. Sed in alijs
190 inferioribus procedit concluſio prima, niſi iſti miniſtri haberent fori priuilegium particulare abdicatiuum; Non fit remiſſio à ſuperioribus ratione denegatæ, vel retardatæ iuſtitiæ, vel grauaminis illati, quos terminos explicauimus ſupra 3.pragm.Sicq; in materia reconuentionis, vbi reconuentus non poterit petere cauſæ remiſſionem,
191 quod procedit etiam in clericis, Affl. dec.173. latiſs.Franch. dec.ſupradict.

Idemq; ratione matrimonij contracti, mulier non conuenitur in loco ſuæ
192 originis, ſed in domicilio viri l. cum quædam puella ff.de iuriſdict.omnium Iud.Franch.dec.416.Neapolitana extero nupta non poterit petere cauſæ remiſſionem, ſed forum mutat ex perſona mariti, Adde Theſſ.dec.123.latè. etiam non traducta ad domum viri, glo.l.ea quę la ſeconda ff.ad municip. Roland.tract.de lucro dotis quæſt. 15. licèt non deſinat eſſe ciuis ſuæ originis, & gaudeat eius priuilegijs, Roland. d.tract.quæſt.22. licetq; contrarium firmet nouiſſimè Rouit.pragm.1. de ceſſio.bonor.vbi vide, quia ibi latè excutitur punctus. Et ſi maritus gaudeat
193 priuilegio particulari, & ipſa quoque gaudet C.de vxorib.mili. Franch.dec. 363.Et procedit etiam ea viduata, vt Franc.Milanenſ.dec.Sicil.nona, vbi latè, vidua enim retinet forum, ac dignitatem viri, Guid. Pap.dec.149. & proindè intitulatur dignitate maritali,
194 etiam mortuo marito; indè eſt, quod nominatur Comitiſſa, & Marchioniſſa, etiam mortuo marito, cuius intuitu erant ipſi tituli conceſſi ex leg.filius §.vidua ff.ad municipal. Dom.de Pon. conſ.31. intellige quoad honorem, non circa præcedentias ad alias, quæ habēt titulum in actu, vt benè Reg. de Ponte in ſuo tract.de diuerſ.prouiſ.§.1.nu.33 nam habentes titulum, & officium in
195 adminiſtrationem præferuntur habentibus in honorem, Barboſ. l. quia tale ff.ſolu.matrimo.num.23.cum ſeq. Cauſæ remiſſio etiam non fit, quando quis comparet vti auctor laudatus, quē
196 articulum explicat Gramm.dec.121 Capyc.dec.197. & dicam infra 3.par. huius pragm. Item ratione continentię cauſæ ſuperiores non ſolent facere remiſſionem Baronibus, tex.eſt valdè no-
197 tabilis cap.fin. de reſcript. & l.1.ff.de quib.reb.ad eumd. Iudic.eat.quod contingere poteſt, ſi cauſa ſit indiuidua, ſiuè ſit ciuilis, ſiuè criminalis, tunc ſuperior retinet cauſam, tum nè continentia cauſæ diuidatur l.nulli C. de iudic.ſecundo quia magis dignum trahit minus dignum, cap.quando de iudic. & ratione ſocij vti quis poteſt illius priuilegio l.ſi communem ff.quem adm.ſeruit.ammict.Viu.dec.521.num. 18.licèt in criminalibus non ſemper po-
198 terit dari indiuiduitas, ſed quilibet poterit à ſuo Iudice puniri, Vrſill.dec. 213.Gayll.obſeru.37.& Guttier.quæſt. 6.lib.1.& dicam in part.ſequ.In ciuilibus verò cauſa dici poteſt indiuidua, ſi tra-

Digitized by Google

si tractetur de seruitutibus, quarum causa indiuidua est, vt d. l. si communem, Barto. l. 1. C. si in communi causa, si tractetur causa fideicommissi, vt Pa-
199 ris. cons. 12. num. 73. lib. 2. in causa hypothecaria, vt Afflict. dec. 213. sed circà hanc actionem contrà eam pugnat Capyc. dec. 173. qui diuiduam
200 dicit, & dec. 122. & sic Anua cum Capyc. sing. 73. sed magis veram esse opin. Afflict. ait ibi Vrsill. & Guttier. quæst. 67. lib. 1. Causa etiam alimentorum est indiuidua secundum commu-
201 nem, quidquid alij senserint, vt Surd. de alim. tit. 9. quæst. 14. num. 6. cum distinctione; Istæ enim causæ, & similes non remittuntur per superiores, quando sunt introductæ, per vnum ex priuilegiatis, Menoch. de arbitrar. iudic. cas. 371. & quæ pœna detur Iudici instantiam diuidenti? vide Boss. d. tit. de foro
202 compet. num. 169. Franch. dec. 426. & quando causa dicatur diuidua, & separabilis, vide Menoch. casu 95. & an consors litis gaudeat priuilegio alte-
203 rius, Thess. dec. 177. num. 2. Crauett. cons. 206. & benè Gayll. obseruat. 32. 1. lib. qui dicit, indiuiduum dari; Primo, ratione plurium personarum, veluti si plures sint rei conuenti, sub diuersis iu-
204 risdictionibus, domicilium habentes, inter quos erit contentio de hæreditate diuidenda, quo casu non coram diuersis, sed coram superiori Iudice conueniendi sunt, Ias. l. nulli C. de iudic. & est vna de limitationibus, quod actor non sequatur forum rei; Secundo hoc contingit ex instantiæ mutatione, vt puta, si lis coram vno Iudice pendeat, nō
205 debet quis ad alium Iudicem vocari, quia continentia causæ non debet diuidi l. vbi cæptum ff. de iudic. hucque pertinet, si duo iudicia ad eamdem rē competāt, licet diuersa, vt est iudicium possessorium, & petitorium, ista iudicia diuidi non debent, & coram vno Iudice possessorium, & coram alio petitoriū intentari cap. 1. de causa possession. & proprietat. gloss. ibidem in verbo sub vno; Et an priuilegiatus ratione priuilegij sui adeuntis forum superioris, trahat correos? distingue, an causa sit diuidua Afflict. dec. 213. Capyc. d. decis. 173. & 122. & Franch. dec. 163. 426. Viu. dec. 136. ad quos recurre, nè longius hic immorer.

Secundò casu principali remissio nō petitur à superioribus tribunalibus, sed ab alijs Baronibus, vti si vasallus alicuius Baronis deliquerit in alio loco, vbi fuit captus, & suus Baro petat causam, & vasallum remitti ad locum suæ iurisdictionis, & antiqua, difficiliſq; fuit controuersia, quod forum dicatur potentius delicti, vel originis, ac habitationis? & post varias sententias receptior est habita opinio, forum delicti
206 esse potentiùs, & proindè remissionē denegandam Baroni originis; immò multi negarunt, nec Iudicem originis inquirere posse de delictis extrà suum territorium commissis, si causa sit cæpta per Iudicem delicti, vt Gramm. decis. 26. tamen in Consilio, vt Franch. dec. 37. est decisum causam esse terminandam per Iudicem delicti, Thess. latiùs dec. 90. & quò ad opinionem Grāmat. aduertas etiam, Iudicem originis posse capere informationem de delictis extrà territorium, dixit D. de Franch dec. 66. Sed Sac. Consil. in allegata dec. Franch 37. decidit, Iudicem delicti esse potiorem, sed carceratus in ea causa erat pœnès tertium, & ambo concurrebant; sed posito casu, quod reus fuerit citatus, vel captus per Iudicem
207 domicilij, vel originis, an Iudex delicti possit aūocare reum ad suum forū? Franch. ibi videtur innuere, quod præfertur Iudex præueniens, & idem firmauit dec. 88. num. 5. Guid. Pap. dec. 202. Franc. Marc. dec. 331. p. 2. quidquid in contrarium alij affirment, Couarr. practic. quæst. cap. 11. nu. 6. in fine, & Gomes. tom. 3. cap. 1. num. 87. nam possunt saluari, vt debeat remitti ad locum delicti causa, cum Iudex delicti sit fortior, vt Clar. quæst. 38. nu. 19. si ambo præuenerint in inquirendo tantum, poterit tunc requiri Iudex originis, per su-

Digitized by Google

periorem nè vltrà procedat, sed acta transmittat, sed si Iudex domicilij præ-
uenerit in cognoscendo per viam ac-
208 cusationis, nullo modo tenetur remittere; nam per accusationem fit vera præoccupatio iurisdictionis cap. fin. de foro compet. Clar. quæstio. 37. num. 2. Feller. Const. Capitaneorum num. 5, 4, nam vbi læsus eliget forum, ibi reus erit puniendus, non enim par ratio est inquisitionis, quod est remedium extraordinarium cum ordinario, super quo altercatio est Doctorum, si ob tale inquisitionis remedium possit dici causa præuenta, vt latè Farin. quæst. 7. tit. de
209 inquis. & dicam inferiùs in discussione puncti præuentionis; & proindè etiã si Iudex originis cognouerit citando reũ, si Iudex delicti fuerit præoccupatus per accusatorem, ad eum erit facienda remissio, sic & è contrà, si hunc elegerit pars, Auẽd. resp. 4. & latè Barbos. d. l hæres absens d. §. proindè ff. de iudi. num. 122. & tunc posset procedere opinio Couarru. vt voluit Clar. d. q. 39. num. 4. Intellige tamen dummodò pars petens remissionem causæ, habeat
210 probatum delictum apud Iudicem electum, nam alias remissio causæ ab æquali non poterit numquam peti si delictum non benè constet, etiam si essẽt sufficientia inditia ad torturam, Grat. cons. 92. lib. 2. Gamma. dec. 363. Thes. saur. dec. 90. in fine, Auend. de exequ. mand. cap. 22. num 4. lib. 1. D. Rou. ibi, & nouissimè Barbos. d. loc. Sed data præuentione per Iudicem domicilij, vel originis, quod causa sit remittenda Iudici delicti, quamquam multi teneant, eorum tamen opinio recepta non est.
211 Sed dubium fortius est, an facta præuentione causæ, & personæ per Iudicẽ originis, Iudex delicti possit amplius cognoscere, stante opinione pro vera contra Grammat. quod Iudex originis possit punire, & detur æquale ius, an in pari causa melior sit conditio præuenientis? Franch. dec. 18. & 505. latiùs hoc exorditur Thes. d. dec. 90. Sed cũ hæc materia præuentionis quotidiana sit inter prædictos Iudices, & alios habentes cumulatiuam iurisdictionem, & continuæ fuerunt concertationes in Reg. Aud. Calabriæ, in qua Ciuitas Cosentina habet imperiale priuilegium, vt in primis causis possit Regia Audiẽtia præuenire, cum Gubernatore illius Ciuitatis, & Casalium, & semper pugnatur inter eos de præuentione, Ad perfectam explicationem, concluſiuè scias, quod inter habentes æqualem iurisdictionem, licet alter sit superior, is cognoscit, qui præuenit d. l. vbi cæptũ ff. de iud. Gayll. obseruat. 29. lib. 1. Veruntamen sola informatio succesſi criminis, non dat præuentionem, quia est præambulum ad causam, Affl. dec. 219. Roman. cons. 412. Boss. dict. tit. de foro
212 compe. num. 103. per citationem verò dicitur causa præuenta, quia tunc dicitur cæptum iudicium, Mascard. concluſ. 1227. num. 6. Affl. dec. 294. nu. 3. Cabed. dec. 142. Franch. deciſio. 505. quidquid contrarium sentiat Annasingu. 79. nam contra communem sententijt, dummodò citatio sit intimata, clementin. 2. vt lit. pend. ac ſollemniter sit expedita, nam si nulla, nullum produ-
213 cet effectum, Cabed. d. dec. 142. & l. si pater C. de statu defunct. Præuentio etiam fit per capturã, & est fortior præcedenti, Guid. Pap. dec. 207. Mascard. loco præcit. & Gramm. dec. 30. num. 6. Franch. præalleg. dec. Cabed. d. deciſi. 142. in fine, & est recepta sententia, sed an præueniens in captura præfera-
214 tur Iudici, qui præuenit in citatione? Farin. quæst. 7. nu. 52. refert quamplures tenentes, quod citatio realis præferatur; Attamen alij firmant, quod iure non reperiatur expreſſum, vt captura præferatur, licet dicant esse firmiorem citatione verbali, & quod verbalis præferatur Marian. cap. fin. de for. compet. Guid. Pap. cons. 153. Affl. dec. 219. Decian. lib. 4. cap. 21. Franch. dec. 505. num. 4. & 14. Boss. d. tit. de foro comp. nu. 99. Barbos. hanc veriorem dicit d. l. si quis postea num. 70. ff. de iud. sed in praxi video magis receptam primam opi-

Digitized by Google

opinionem.

Intellige tamen, quod captura, vt præuentionem inducat, oportet vt iu-
215 ridicè fiat, nam si de facto capiatur quis, vel non constet taliter, vt possit capi legitimè, tunc captura non dicitur dare præuentionem, sed ille in suam libertatem de iure reponendus erit, vel si casus non talis sit, vt de facto procedi possit, sed præuia citatione, tunc istis casibus esset carceratio affectata, quæ non produceret præuentionem l. finali vers. nullo tempore ff de liber. homi. ex hib. Roman. cons. 320. Boss. tit. de captura num. 5. Franch. d. dec. 505. num. 16. Clar. quæst. 38. nu. 12. limitatur tamen si Iudex, qui præuenit in citando processerit mediante querela, nam debet omnibus præponi, vt dixi suprà, & comprobat Barbos. d. l. num. 831. nam
216 etiam, quod Iudex delicti præuenisset, esset facienda remissio ad Iudicem accusantis, Barbo. ibi hoc commendat; limita etiam vt Farin. d. quæst. 7. si fuisset procurata captura, quia minùs esset probatum delictum in loco Iudicis capientis, tunc præualebit præuentio per citationem; Carau. Ritu 269. num. 22. Mascar. conclus. 1227. in fine. Sed quid
217 si sponte comparuerit reus, an dicatur præuenta persona? dic quod non, nam debet comparere vbi fuit primò citatus, Boss. d. tit. de foro compet. num. 98. Farin. ibi nu. 53. nec sua voluntas, & consensus potest præiudicare Iudici, qui præuenit, & tantò fortiùs si fuisset effectus contumax, quæ omnia nota ad prædictam materiam prœuentionis, vnà cum alijs, suprà dictis in hac præsenti secunda parte: Et quid si sit differentia inter Iudicem originis, & habitationis, & delicti? vide Gramm. dec. 26. Clar. d. quæst. 38. cum sequenti, vbi infinitæ fiunt conclusiones, ad eos te remitto, hæcq; cæteris paribus. Sed si Baro habeat priuilegium de delictis commissis
218 per vasallos, etiam etrà territorium cum clausula abdicatiua, non est dubiũ tunc, quod vasalli etiã alibi delinquentes sint remittendi ad suum Baronem originis, vel habitationis, Capyc. in inuest. vers. cum cognitione. Sed dubium est maius si ambo habeant æquale pri-
219 uilegium, tàm Baro loci originis, quàm delicti, dic quod attenditur tunc prima concessio, ac temporis diuturnitas; cuius conclusionis rationes sunt, vltrà quod, qui prior est in tempore, potior est in iure, sed quia secunda concessio non intelligitur cum præiudicio alterius, cui Rex concesserat, & illud ius transtulerat, & post ius transfusum in vnum, in alium æquale non potest esse l. 2. §. si quos à Principe ff. nè quid in loco publ. & nè desit auctoritas, ità Foller. in d. sua praxi d. vers. audiantur excusatores num. 70. Sed si ab vno ex Iudicibus originis, vel delicti fuerit ca-
220 stigatus, vel absolutus, an possit ab altero molestari? dic quod non, cum alter ipsorum (maximè non petita remissione demonstratisque priuilegijs) licitè processerit; Viu. commu. opin. 420. 2. p. in antiquis, licet multi contrarium sentiant, refert Farin. quæst. 7. quod tamen limitatur, nisi reus in fraudem conuolasset ad vnum Iudicem, qui promiserit facilitatem veniæ, Baiar. ad Clar. quæstio. 54. nu. 26. & multa adnotat Dom. Rouit. post hæc scripta visus in pragm. 1. vbi de delict. ad quem recurras. Addè, & limita istam materiam remissionis non procedere, quando prætenderetur à Iudicibus, qui non subsunt sub eiusdem Principis imperio, Clar. §. fin.
221 q. 57. Couarru. pract. quæst. 11. cap. quia in casu contradictionis non est qui recusantem compellat. Indè fugiẽs ad statum Ecclesiasticum, vel alium Principem securus manet, quia non remittitur, licet causa delicti exhiberetur, nisi in magnis causis, quod rarò solet fieri, Gamma decisio. 363. Capyc. decisio. 102. de Curte fol. 19. num. 25.
222 nisi reus esset vagabundus, nam tunc in omni loco, vbi reperiretur delinquens posset puniri, glos. fin. l. prima, C. vbi de delicto, licet contrarium teneant Auend. respons. 40. Couarr. dict. cap. vndecimo, num. 7. practicarum

Digitized by Google

quæstionum; sed Auendan.tenet,quod vbicumque eliget accusator poterit reum petere puniri, vel remitti ad locum delicti,vel vbi reperitur.

Sed aduerte quod non is, qui aufu-
223 git per diuersa loca, dicetur vagabundus,sed ille qui nullum certum habet domicilium, Barbos.dict.leg.hæres absens d.§.proindè num. 13. ff. de iudic. & qui neq; in loco originis fecit habitationem,vt latè ibi Barbos.& Couarru. loco citato. In Regno Siciliæ vltrà,& citrà farum, quia eiusdem Regis est imperium,licet Regna diuisa, fiunt ad inuicem remissiones causarum Rouit.d.tit.vbi de delict. & post eum ibi Dom. Tappia. Postremò est sciendum, quod si Baro habeat priuilegium
224 cognoscendi de suis subditis, & habitantibus in suo territorio, licet quis non adhùc sortitus sit forum per habitationem decennij,vt notatur leg. prima,C.de patr. potest. tamen si delinquat,ratione habitationis, & priuilegij concessi in habitantes,non tenetur Baro remittere eum ad locum originis, nam sufficit habitatio, quamquam domicilium non sit constitutum, gloss.l.3. C.de incolis lib.10. quæ facit singularem differentiam inter domicilium,&
225 habitationem, & differunt habitantes ab habitatoribus, nàm habitantes dicuntur hi, qui domicilium iam constituerunt, secùs in habitatoribus Affl. Constitut.Regni quisquis, num.6.Carauit. Ritu 301. num.31. in terminis; Adde Bertazz.de clausul. fol.27.num. 12 licet multi teneant, quod statim quis constituat domicilium,si expressè
226 dicat ibi se velle habitare cum familia, & maiorem partem suarum fortunarum eò duxerit, quando enim quis re, & facto animum manendi declarat, verus incola dicitur, l. pupillus §.incola, ff. de verborum signification. leg.ciues, C.de incolis, Gayll. practic. obseru.obser.35.2. lib. non enim sufficeret voce dicere velle constituere ibi domicilium sine translatione maioris partis bonorum gloss.dict. leg. ciues in gloss.magna C. de incol. lib.10. & benè Mascard.de probatio.conclus.534. vbi ex quibus actibus, & præsumptionibus censeatur constitutus incolatus,
227 & Menoch.de arbitrar. Iudicum casu 86. in quibus locis notabiliter explicatur iste articulus; Et an per emptionem domus, & matrimonium in vno loco contractum quis dici possit
228 contraxisse domicilium? tex.l.assumptio §.filius ff ad municip probat quod sic,Grammat.decision.103.num.111. Sed ambæ conditiones requiruntur, iuxta Pragmaticam primam titul.de immun. Neapol. latè Barbos.d.l.hæres absens d. §. proindè num. 72. ff.de iudic.& etiam Dom.Rouit. ibi. sed quæritur an isti efficiantur verè ciues per
229 domicilium contractum? dic, dum est in incolatu,non dicitur qs ciuis,sed posteà sic, & gaudet eius prærogatiuis vti oriundi,idem Dom.Roui.sic dicit iudicari passim in Regia Camera, sub tit isto pragmat. 12. & in tit.de cession.bonorum,licet pro bonis extrà territorium Neapolitani effecti ciues,
230 non gaudeant, sed soluant bona tenentia pragmat.2. titul.de immunitat. Neapolit. Vnum nota, quod habitans in aliquo loco, præsumitur esse de illo loco, & non aduena in dubio, & con-
231 trarium dicenti incumbit onus probandi, Crauett.cons.6. Cæuall.comm. opinion.458. Adde Menoch. casu 86. de arbitr.iudic. latè; sic & è contra, licet quis per decennium habitauerit, si animum non habuit constituendi domicilium,quod ex multis arguitur,non
232 sortiretur forum,Viuius decisio.477. Mascard. conclus. incipiente domicilium, nam destinatio requiritur. Sed quæstio est solemnis, quam non facilè inuenies excitatam, an mutatio domicilij eximat ciuem à iurisdi-
233 ctione Ciuitatis ordinariæ? Videtur dicendum quod sic ex leg. senatores, ff.de Senatoribus, leg. prima ff. de decurionibus; Tamen scias;

quod

Digitized by Google

quod domicilium est triplex. Naturale,
234 seu originis, quod tam ex propria, quam parentis persona acquiritur d. l. ciues; & an patris, vel aui, aut proaui origines diuersæ prosint nepotibus? dic quod regulariter quis retinet originẽ suam, & sui patris, etiam si alibi nasca-
235 tur glos. singularis cap. 1. verbo alienigenis de vsur. in sexto, d. l. assumptio §. filius ff. ad municip. Boer. decisio. 13. Bal. cons. 294. volum. 4. quæ origo extenditur, non solum ad paternam, sed auitam & proauitam, & non vltrà, alias esset necesse, vsque ad Adam quærere, vt glos. d. §. filius, Boer. d. dec. Etenim hoc est declarandum non procedere si persona media, vti pater per quem debet fieri transmissio ciuilitatis esset impedimento, quia ille aliò se transtulerit ad faciendum incolatum, tunc origo aui non proficeret, quia persona proxima patris inspici debet, Crauet. cons. 163. Item limita, nisi filius origi-
236 narius sit in certo loco, & ibi domicilium posteà constituerit; nam tunc sua origo iuncto domicilio, vti dua vincula prævalent origini paternæ, & eam deficere faciunt, Dec. cons. 352. Boer. dec. 13. num. 36. Cæfal. cons. 246. volum. 2. quod non transit sine difficultate, vt Barbos. posteà visus d. l. hæres absens d. §. proindè num. 30. ff. de iudic. Item limita primam regulam, vt nepos consequatur originem aui, si illo viuo
237 sit natus, secùs si post mortem eius fuisset genitus, vt Cæfal. d. cons. nu. 31. & Bar. d. l. assumptio §. 1. sed antequam absoluam hanc materiam, est videndũ an ex eo, quod quis sit ortus in aliqua Terra, vbi non habitat animo permanendi pater, sed ex causa officij, vel similis, vti ego qui in Ciuitate Cosentię
238 genui filium, ille dici possit contraxisse originem in eo loco, videtur quod sic ex d. l. ciues C. de incol. lib. 10. ex qua probatur quod origo, allectio, manumissio, originatio ciues facit, & tex. l. origine C. de munic. & orig. libr. 12. Gramm. voto 10. & sic Affli. dec. 384. & etiam si conceptus, & natus sit non animo permanendi, quod adhuc originarius dicatur tenent grauissimi Auctores, quos cumulat Mascard. conclus. 1146. ex num. 5. licet adducat contrarios huic opinioni, qui sunt etiam multi qui hanc posteriorem communem dicunt, & sic Cæuall. comm. opin. 458. Verùm Mascard. limitat si filius esset conceptus, & natus ibi, quia tunc gauderet, vt num. 7. qui multas auctoritates adducit, sed est videndus Barbosa, nouissimè d. l. hæres absens d. §. proindè il terzo num. 10. cum sequ. qui adducit plures concordias, & concurrit
239 cum Mascard. distinct Ibiq; nota, modos articulandi, & probandi ciuilitatẽ quæ ex antiquissima habitatione colligitur, & ex alijs argumentis, vt ibi Cęuall. An etiam ciuis dici possit, si quis fuerit à Ciuitate allectus in ciuẽ illius loci, pro vt Neapolis, vbi illis de Regimine concessa est facultas accipiendi
240 aliquos in ciues, vt D. Rou. in tit. de immun. Neap. & tit. de cessio. bonorum. sed gaudent si habitant, & non alias; licet manga sit quæstio, si possint potiri omnibus prærogatiuis, & honoribus vti ciues, de quo puncto nouissimè Sese dec. 90. Vrsill. dec. 334. & Gramma. cons. ciu. 5. Iterum quæritur si filius sequitur originem suam, & patris, qualis origo erit fortior? dic quod paterna,
241 Bar. notabiliter ff. ad municip. l. 1. nu. 4. Bald. cons. 294. lib. 4. Anchara. cons. 37. sed in tantum quis sortitur forum, si ibi reperiatur, tunc conueniri pote-
242 rit & non alias, quod secus est in domicilio, nam & si non reperiatur conueniri poterit, sic Bar. d. l. assumptio §. filius num. 2. & Gayll. obserua. 36. p. 2. Affl. dec. 384. nu. 6. solum quo ad honores, & onera poterit conueniri si non reperiatur, Aret. leg fin. C. de iudic. Et proindè magna fuit dubitatio, an quis debeat collectari, & soluere etiam mu-
243 nera patrimonialia in loco originis, vel vbi habitat, Bald. cons. 139. & cons. 226 volum. 3. Ciuis verò quot modis quis effici possit ponit Carau. Rit. 301. nouem casus, in quibus personæ contra-

Digitized by Google

hunt ciuilitatem in loco; Accidentale
244 quod ex assumptione, & habitatione constituitur dicta l. pupillus §. incola de verb. signifi. d.l.assumptio ff.ad municipal. Commune est domicilium Metropolis leg.Roma ff eod.ad municipa. quicquid alij dicant, qui assignant quadruplex domicilium, includendo pater-
245 num, & maternum, vt Boer.dec.13. abundè; Domicilio habitationis,& communi quilibet renunciare potest, in alium locum se transferendo l.domicilium ff.eod. ad municipal. quia semper quis poterit se liberare à domicilio, illi renunciando tacitè, & expressè in aliũ locum se transferendo ad habitandum l.incola l.2.C.nihil ff.eod.ad municip. Boer.dec.13. num.34. & amplius non poterit conueniri, nec portare onera in domicilio antiquo l.cum quædam puella,& ibi Doct. ff.de iurisdict. omn. Iud.nisi ibi contraxisset,tunc ratione contractus,non fori posset conueniri, vt benè Barbosa d.l. hæres absens §. 1. num.10. Aret.cons.35.num.2.& non alias; quod secus est in domicilio ori-
246 ginis,quod numquam mutari, seù renunciari potest; Indè appellatione Ciuium non veniunt incolæ,vti non verè & perpetui ciues glos.l.1.ff.de tutor.& curator. Aret.cons.77. Bal.d.l.ciues n.
247 4.nisi expressè essent allecti in ciues,vt probat tex.præalleg.l.Boer.dec. 260.num.17. & nu.77. sed multi contrarium in hoc tenuerunt,vt videre poteris apud Barbos. loc.cit. ex num.43. sed si aliqua lis esset inchoata in domicilio, ibi esset terminanda cap. proposuisti de for.comp. in gloss.ibi præuentus,Gayll.d.obseru.36.num.13.par.2. & ex istis poterit haberi perfecta notitia prædictorum, cui Baronum competat cognitio in causis occurrentibus,&
248 casibus prænarratis; & pro complemento nota, quod etiam ratione personæ offensæ, dicunt multi Doctores, quẽ sortiri forum, veluti si offendatur quis foro exemptus, & priuilegiatus, quod offensor possit cognosci à superiore illius priuilegiati,sed id non procedere, ad partes disputat Caball. cas. crimin.casu 3.& casu 194. & proindè, si quis percusserit clericum, non poterit Episcopus punire ex hac ratione laicum,nisi solum ad pœnam de iure canonico cap.si quis suadente Diabolo, vt dicam in sequ. par. huius pragm. limita tamen si offensus esset Neapolitanus,qui ex priuilegio trahit, & non trahitur,tàm in ciuili,quàm criminali, latè Carau.Ritu 301.Naturale tamen, seu originis forũ immutabile est,adeò, vt renunciatio, & translatio domicilij nil operetur, cum naturalia sint immutabilia,tex.est in l.origine C. de municipijs,Bar.d.l.assumptio,Alexand.cons. 34.& hoc procedit,quò ad munera,&
249 honores; quò vero ad iurisdictionem forum originis ammittitur, quando domicilium originis relinquitur,licet Aflict.dec.284.per totam dicat de generali consuetudine perdi priuilegium tam quo ad munera, quàm quo ad iurisdictionem; Verùm originarius sortitur forum in loco originis, si ibi reperiatur, & non aliter, vt expressè Alex. in d.l.cum quædam puella num.5.de iurisd.omn.Iud.& ibi Castr.num.6. In loco verò domicilij quis forum sortitur etiam absens,Doctores ibi;quæ omnia nota;Adde etiam an Baro sine ciuium consensu possit quemquam ve-
250 nientem ad habitandum recipere in ciuem? quod non Petra de potest.Princip.fol.69.num.1. Et licet quis sit ciuis origine natus, vel oriundus ex patre ibi nato l.eius C.de incol. libr.10. tamen receptione etiam potest fieri ciuis in alio loco, Doct.d.l.ciues C.de incolis lib.10. alias non sufficiet habitatio,licet longissima; nam incola quis
251 effici potest,sed non ciuis,nisi sit receptus; & differentia est,quia incola gaudet comoditatibus, sed non honoribus, & prærogatiuis, & muneribus, sed ciuis sic, Felyn. cap.quoniam de offic.ordin.Bertaz.de clauſ.glos.prima clauſ.3.Marant.cons.103. Rou.d.titul. de immun.Neapol. licet Maran.in fine videatur contrarium firmare, & non

benè

Digitized by Google

benè,& sic videmus continuò seruari; Remissiones tamen vasallorum petitę, cuius expensis cedere debeant rei, vel Baronis? vide Couarr. pract. quæstion. c.cap.11.Franch. dec.332. num.4. vt aut remissio petitur ad instantiam partis,vel Baronis,Carau.ritu 251.nu.13. Decretum tamen remissionis non poterit reuocari, vbi est iudicatum causã esse remittendam,vel non Capy.decis. 144.nec datur appellatio,Franch.dec. 408.& dixi supra.

Et hæc concluſiuè dicta ſufficiant ad cognitionem terminorum,& ad textum noſtræ Pragmaticæ diſponentẽ, quod Barones non exerceant merum, vel mixtum imperium, aliamuè iuriſdictionem, niſi quatenùs virtute priuilegiorum liceat ſub pæna vſurpatæ iuriſdictionis; Demonſtrauimus iam in quibus poſſint excedere vltrà iuriſdictionem,& inueſtituram, vndè firma remanet textus poſita concluſio;quam amplio eam ſeruandam eſſe,non ſolùm pro fiſci intereſſe,vt diximus,ſed etiam pro intereſſe vaſallorum, quanto enim
252 minùs priuilegiati ſunt Barones,tantò magis vaſalli dicuntur liberi, Dom. de Franch. dec.117. Amplia ſecundam concluſionem textus noſtri circà Barones ciuiles,& criminales,quod excedere non habent ſuam iuriſdictionem, niſi quatenus de iure, vel priuilegio liceat,ſunt enim multæ Terræ, & Ciuitates quæ à duobus Dominis regũtur, vnus enim præeſt in ciuilibus, alter in
253 criminalibus cauſis, & inter eos varię, & multæ concertationes oriuntur, circa cauſas quæ pertineant ad ciuilẽ, & quæ ad criminalem Iudicem Et breuiter animaduertas,quod de iure quod libet crimen aliquam pœnam fiſco addicens,indicabat cauſam eſſe criminalem l.agraria ff.de termin. moto; Maran.latè in ſpecul.d.vcſ.iudicium ciuile,vel criminale;Adde Menoch. de arbitrar. Iudi.caſu 265. vbi cauſas miſtas enumerat,Foller.vbi ſupra verſ.audiãtur excuſatores nu. 91. an pœnæ obligationum, & inſtrumentorum ſint ciuiles, vel criminales; ſed aliter eſt dicendum hodiè in Regno, de quo prædicti non meminerunt, ex cap. Regni Illuſtri,& ex Pragm. 2.tit. de iuriſdict. non turband. per quæ iura ſancitum eſt, quod illæ cauſæ pertineant ad Iudicem criminalem,in quibus venit imponenda pœna vltrà relegationem, vel membri mutilationis;Quæ verò infra relegationem pœnam inducunt, Iudici ciuili debentur ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis;Adde nouam additionem ad Capyc. dec.27. Quæ iura poſuerunt finem multis controuerſijs, ac ſunt generalia, quidquid inaduertenter dixerint multi,quod hæ diſpoſitiones fuerint particulares.Sed ex Collaterali Conſilio vidi prouiſiones variè expeditas, vt de quolibet minimo crimine Iudex criminalis cognoſcat non ſeruata forma huius Pragmaticæ,& nõ potui penetrare cauſam, ſolum quod vltra diſpoſitionem Pragmaticæ,inueſtitura ſic fuerit conceſſa cum aſſenſu; nouiſſimè Dom.Rou,ſub tit. de iuriſd.
254 non turband.ponit caſus deciſos in Sac.Conſ.inter iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, ſed neque video dictos caſus conuenire concluſioni Pragmaticæ,vndè ſuper hoc erit maturius conſulendum; ſed dubitatur, quid ſi deli-
255 ctum ex ſui natura mereatur pœnam vltrà relegationem,& ex cauſis,vti ex antiquitate temporis, pœna ſit minoranda in exilium l. ſi quis diuturno ff. de pœnis,quam exornat Theſſ.dec.79. vel in caſu Conſtitu.Regni ſi quis aliquem,vbi pœna vulnerantis eſt amputatio manus, tamen ex aliqua cauſa pœna imponitur exiliaris,vel pecuniaria,Afflict.d.Conſt.vbi eſt vulgatum, quod duodecim vncijs redimitur manus, & ſic pro periurio eſt pœna manus, Conſt. Regni eos qui ſcienter,tamen ex obſeruantia ſoluitur certa pœna pecuniaria,Carau. Ritu 266. An titulus criminis ſit attendendus, vel natura, ac conſuetudo pœnę? conſului Baroni Rocchæ; vbi eſt ſeparata iuriſdictio,quod cauſa debebat eſſe ſua;at-

ten-

Digitized by Google

tenditur enim titulus,& natura delicti,
256 licet ex qualitatibus intrinsecis pœna sit minoranda, Crauet.consil.224. Capyc.decision.126. Franch. decisio. 271.nu.9.& sic corrolarie infero,quod si pœna imponitur à iure arbitraria, li-
527 cet arbitrium non possit excedere relegationem antequàm tamen pœna sit arbitrata, causa poterit dici vltrà relegationem, procediq; poterit ex officio, ac denegari poterit habilitatio,Carau.Ritu 41. num.15. & Ritu 68.Gramm.cons.55. Foller.d.pract.in vers.carcerentur nu.18.& ità post hæc tenet nouissimè Dom.Rou. sub titu. de custodia reorum num.11. limitant tamen,nisi euidentissimè appareat ex in-
258 formatiuo processu, quod pœna non poterit esse corporalis, & sic obseruauimus in Regia Audientia in homicida, qui se defendendo paribus armis alium occiderat, quem habilitauimus per palatium,& appellata causa ad M. Curiam,fuit remissa;limita etiam quod licet quousque pœna sit arbitrata proceditur, vt si pœna esset supra relegationem,quo ad carcerationem,non tamen quo ad torturam, Intrigl.dec.19. & sequitur vbi supra nu.11. Dom.Rouit. Et quid si coram Iudice ciuili sit
259 commissa falsitas,an sit remittendus ad criminalem, vel sit obseruanda lex nullum C.de testibus,vbi incompetens efficitur competens, quando suæ aures offenduntur? vide Franch.decisi.147. Et an officialis criminalis possit punire ciuilem delinquentem? quod sic,si excessus sit extrà officium,adde Petram de potest.Princ.fol.65.num 9. aliàs sola Mag.Curia Franch.dec.274.nam
260 circa officium,par in parem non habet imperium, licet sit decisum Iudicē criminalem esse digniorem, & procedere debere, ipsumq; interuenire in præstanda auctoritate in parlamentis faciendis,Franch. decisio.388. Num vero Baro ciuilis delinquens in Terra inuestita possit puniri per Baronem criminalem? Baiard.ad quæstio. Clar.38. num.10.dicit quod sic,& introducta
261 causa per Baronem Sancti Martini, qui inquirebatur à Barone iurisdictionis criminalis de vulnere illato in vasallum in ea Terra, ille se præsentauit in Reg.Audientia, & petita remissione per Baronem criminalem,ex cuius parte allegabatur dicta auctoritas, eam denegauimus, & dicebant Aduocati Baronis ciuilis,quod Baiard. debet interpretari secundum auctoritatem quā allegat Bart.l.non solum §.liberationis
262 ff.de lib.leg.allegat ille Capyc.dict. dec.27 nu.10. qui loquitur in officiali criminalis iurisdictionis,quod posset punire ciuilem delinquentem extra negotium officij, vt anteà nos diximus, sed non loquitur in Baronibus, & magna est differentia inter officiales prædictos, & Barones; nam Baro dicitur Miles Regius,vt in Const. Regni vt vni
263 uersis, & solum forum *Principis*, & eius superiorum Magistratuum forum ipsi sortiuntur l.qui locum §. rem ff. de re milit.Dom.de Ponte in suo tract.de potest.Proreg.tit.de assens.§.7.fol.339 vbi dicit istos esse Curiales,qui gaudēt etiam priuilegio fori ex Rit.46.& cap. Regni 113. Hinc Curiales eligunt M.
264 Curiam in forum, etiam si sint Curiales Prouinciarum, vt dixi in præcedenti parte,ex Ritu Magnæ Curiæ,tāto fortius,& Curiales Regis,& sic vide Frecc.tit.quis dicatur Marchio in fine; sunt enim isti,personæ Illustres,& officiales Principis, qui ab eo sunt recognoscendi l.j.C.vbi person.vel clariss.
265 & sic licet Baro criminalis maior sit ciuili quo ad iurisdictionem, non tamen potest illum de excessibus punire. Veruntamen scias, quod licet criminalis Baro sit dignior ciuili, verus tamen Dominus Terræ, & territorij est Baro ciuilis, criminalis verò dicitur habere
266 iurisdictionem; quæ videtur cohærere officio circa criminum cognitionem Frecc.de subfeud.auctor.4.in fin.vndè non iurat fidelitatem, nec assecuratur à vasallis, nec debentur adiutoria,cum non sit verè Dominus, nec poterit facere ibidem depingi sua arma in Ter-

ra,

Digitized by Google

ra,cum Baro ciuilis sit Dominus,Frec. auctor.2.num.20. Criminalis etiam dicitur dominus in potentia,si crimina fiant,& non aliàs; Item non potest peti
267 demanium per vasallos,quando venditur criminalis iurisdictio,Franch.decisio.17.num.14. Adde quod contrarium decisum refert de Curte in suo tract.fol.10.num.67.quod demanium possit peti, & circà reliqua de distinctione causarum ciuilium,vel criminalium,vide Menoch.casu 265.& quæst. 82. & Addent.ad Capyc.dec.17. Aliqua alia dubia in istis distinctis iurisdictionibus,ponit Capyc.dec.27. vbi videre poteris. Hæcq; procedunt quo ad distinctionem iurisdictionum,non quod verè causæ infrà relegationem dicantur ciuiles,sic dicit Carau. super dicta pragmatic.de filio famil.§ 3.numer.4.

SVMMARIVM.

Tertiæ Partis Octauæ Pragmaticæ.

1 *Ecclesiasticam iurisdictionem Rex vti propriam tueri demõstratur,& multæ prouisiones notantur.*

2 *Capitula pacis inita inter Papam Honorium,& Regem super statu huius Regni notatur.*

3 *Princeps secularis tenetur defendere Ecclesiam ab Hostibus.*

4 *Bracchium alter alteri impartiri debet latè explicatur.*

5 *Bracchium suum tenetur secularis Iudex indistinctè concedere in causis spiritualibus.*

6 *Iudex secularis an teneatur exequi sententiam Ecclesiastici,latè declaratur.*

7 *Ecclesiasticus an teneatur exhibere acta, quando petit bracchium seculare, tam in ciuilibus, quam criminalibus.*

8 *Episcopus an possit exequi sine alia licentia contra bona laicorum in causis in quibus cognitionem habet.*

9 *Iurisdictio ecclesiastica an processerit à Regia,vel è contra,notatur.*

10 *Iurisdictioni ecclesiasticæ detrabẽs incidit in excommunicationem.*

11 *Negligentiam Officialium ecclesiasticorum non possunt supplere Regij, & quid è contra.*

12 *Acta facta in Curia ecclesiastica contra laicos an valeant.*

13 *Iudex ecclesiasticus an possit recipere pro cautione fideiussores laicos, & illos cogere.*

14 *Informatio capta per Iudicem laicum contra clericum, quem pro laico reputabat, an probet coram Ecclesiastico.*

15 *Clerici prorogantes iurisdictionem suã qualiter puniri poterint.*

16 *Clerici differentes allegare fori exceptionem an in espensis possint condemnari discutitur.*

17 *Obligatio pœnes acta Iudicis secularis an possit incusari, si obligatus mutauerit statum, & fiat clericus.*

18 *Obligatio pœnes acta habetur vti sententia transacta in rem iudicatam.*

19 *Ecclesiasticos posse obligari pœnes acta Iudicis secularis,notatur.*

20 *Præscriptio immemorabilis non obstat Ecclesiæ in spiritualibus,secus in temporalibus.*

21 *Candelarum distributio in die Purificationis B.Virginis an competat Episcopo, discutitur.*

22 *Iurisdictio secularis non debet turbari.*

23 *Laici non debent prorogare iurisdictionem suam.*

24 *Ecclesiasticæ personæ an sint exemptæ de iure diuino, vel positiuo, refertur.*

25 *Vouens se ad religionem an gaudeat fori exceptione, disputatur.*

26 *Accingendus quando habeatur pro accinto,declaratur.*

27 *Clerici quando fori exemptione non gaudeant si deliquerint in habitu laicali, notatur.*

28 *Clericus vt gaudeat, quæ copulatiuè pro-*

Digitized by Google

probare debeat.

29 Tonsuræ omissio non est magnæ solemnitatis, vti habitus.

30 Seruitium debet probari per clericum fuisse continuatum.

31 Verba ciuiliter intelligi debent.

32 Seruitium an oportet, vt sit de mandato Episcopi, notatur.

33 Vestes clericales quales esse debeant.

34 Habitus si non fuit remissus nisi pro aliqua commoditate, non nocet.

35 Clericus si foras incedens, vel infirmus non incedat in habitu, non per hoc foro priuabitur.

36 Clerici beneficiati, etiam si habitum, & tonsuram non deferant, non priuatur fori exceptione, nisi præcesserit priuatio Episcopi.

37 Clericus beneficiatus an teneatur probare possessionem beneficij.

38 Cognitio nullitatis ordinum, vel collationis beneficij cuius sit, & sic falsitatis bullarum.

39 Ordines suscepti post delictum an prosint discutitur.

40 Causa si erit præuenta per secularem, an si delinquens procurauerit ordines ei suffragentur.

41 Habitus si reassumatur post delictum an faciat reuiuiscere priuilegium fori.

42 Clericus an vti laicus possit citari, declaratur.

43 Clericatus est quid facti, & nemo præsumitur nisi laicus.

44 Habitus non facit præsumptionem iuris, & de iure, vt quis sit Ecclesiasticus.

45 Clericatus an possit per testes probari.

46 Clerici an in delictis læsæ maiestatis, & hæresis possint à seculari recognosci.

47 Clericus assassinus an possit per secularem puniri, & quando.

48 Indicia sufficientia ad torturam sufficiunt ad dandam iurisdictionem seculari potestati in assassinio.

49 Episcopi in grauioribus delictis degradare solent Ecclesiasticos, & tradere seculari potestati, & an teneatur secularis sequi sententiam ecclesiastici.

50 Clerici coniugati quando gaudere possint in ciuili, & criminali, notatur.

51 Ordines minores an possint conferri vxoratis.

52 Clerici coniugati an gaudeãt fori exceptione in causa liquidationis instrumentorum.

53 Vxores clericorum coniugatorum an gaudeant.

54 Confratres tertiarij an gaudeant foro, & immunitate collectarum.

55 Tertiarij si incedãt cum habitu, & retinent familiam an gaudeãt, latè declaratur.

56 Nouitij an gaudeant immunitate Ecclesiastica.

57 Heremitæ an & quando gaudere poterint, declaratur.

58 Hospitalarij quando vti ecclesiastici reputari debeant.

59 Hospitalia, Montes pietatis an dicãtur loca pia.

60 Rationes administrantium bona confraternitatum per quem erint videndæ.

61 Fundatore loci pij viuente, Episcopus non debet visitare, sed honorare constructorem.

62 Episcopus quando saltem in subsidium poterit manus apponere in administratione bonorum confraternitatum.

63 Confraternitatum causæ per quem Iudicem sunt cognoscendæ.

64 Iudex ecclesiasticus an possit cogere laicum ad soluendum legata pia.

65 Famulos clericorum non gaudere immunitate, declaratur.

66 Familia Episcopi an gaudeat.

67 Debitores laici, an possint per Episcopũ cogi si sint obligati ex causa bonorum ecclesiasticorum.

68 Coloni Ecclesiarum an gaudeãt immunitate pro eorum parte.

69 Collecta an possit imponi super bonis emphyteoticis ecclesiasticis.

70 Laicus si conueniatur actione reali super possessione prætensa ecclesiastica quan-

Digitized by Google

quando possit trahi ad ecclesiasticum.

71 Res sit temporalis, vel ecclesiastica quis cognoscet, secularis, vel ecclesiasticus, vtiliter declaratur.

72 Qualitas tribuens iurisdictionem an antea sit probanda, & num summariè, vel plenariè.

73 Iudex quando possit cognoscere an sua sit iurisdictio, declaratur.

74 Titulus C. ne quis in sua causa iudicet, declaratur.

75 Iudex an possit cognoscere pro iniuria sibi illata.

76 Clerici ratione bonorum temporalium quandoque foro seculari subiiciuntur.

77 Clerici quando pro feudalibus forum seculare sortiuntur in possessorio, & quid in petitorio.

78 Clericus negotiator an pro negotijs subijciatur potestati seculari.

79 Clericus quando de iure sortitur forum seculare, an possit contra eum exequi declaratur.

80 Citationes generales quando ligent clericos, declaratur.

81 Clericus si citatur pro dilatione quinquennali non poterit petere remissionem.

82 Clericus tutor, procurator, administrator coram quo Iudice erit conueniendus.

83 Clericus in iudicio diffamationis vbi causam incipere debeant.

84 Ecclesiastici in possessorijs coram quo Iudice seculares conuenire debeat.

85 Decimarum cognitio ad quem pertineat.

86 Iudex qui erit competens in interdictis adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ eam clericis.

87 Laicus si in feudum clerico donet an & quando possit puniri per seculares.

88 Simulationis præsumptiones notantur quæ de Iure quidem damnationem frigidulentam.

89 Clericus qui habitat in communi cum fratre, non potest facere illam minuere.

90 Causarum spiritualium emergentia etiam impediũt, ne secularis cognoscat de causa, & quando procedat, declaratur.

91 Laici an possint carcerari ab Episcopo pro causis ad eum pertinentibus.

92 Causæ misti fori sunt multæ, & enunciantur.

93 Blasfemia hæreticales non sunt misti fori.

94 Sortilegia cuius fori sint.

95 Delicta misti fori quis cognoscit, declaratur.

96 Clericus si falsum deponat coram seculari an possit puniri.

97 Clericus falsum articulum faciens, vel falsitatem committens an possit causa priuari.

98 Clericus hæres an possit causam ceptã cum defuncto laico trahere ad ecclesiasticum.

99 Instantia quãdo actiue, & passiue trãseat in clericum.

100 Clericus nominatus in auctorem an possit declinare forum bene elucidatur.

101 Fiscus auctor laudatus trahit totam causam ad suos Iudices.

102 Acta facta contra laicum qui nominauit clericum in auctorẽ an probent coram ecclesiastico, vt recta via non exequantur contra clericum.

103 Litigiosa res si transferatur in clericum an recta via contra eum exequi possit sententia.

104 Refugiati ad Ecclesias an & quando gaudeant, remissiuè notatur.

105 Bulla Gregorij Papæ 14. seruatur in materia refugiatorum ad Ecclesias, & referuntur casus.

106 Episcopi summariè, vel plenariè cognoscere debent de casibus in quibus refugiati gaudere non debent.

107 Delinquentes in Ecclesia, vel præter an gaudeant.

108 Debitores, & decocti an gaudeant.

109 Monetarij, raptores, sacrilegi an gaudeant.

110 Extractus si consentiat an possit excommunicari excommunicati.

111 *Præscribi an possint reseruata Principi, distinguitur.*
112 *Præscribi an possint feudalia contra fiscum, & quanto tempore.*
113 *Reseruata non in signum dominij, sed alio titulo an præscribi possint.*
114 *Scientia, & consensus Principis præsumitur data immemorabili præscriptione.*
115 *Ministrorum factum an præiudicet suo superiori.*
116 *Scientia vera Principis data præscriptio 40. ann. sufficit.*
117 *Initium quasi possessionis qualiter probandum, & continuatio.*
118 *Barones quanto tempore præscribat aduersus Vniuersitates, & vassallos iura.*
119 *Vniuersitates an præscribere possint aliqua iura contra suos Barones.*
120 *Vniuersitates regulariter aliquam iurisdictionem habere non debent.*
121 *Vniuersitates quæ habent Rempublicã habent regalia etiam.*
122 *Feudalia qualiter spatio 30. annorum præscribi possint.*
123 *Seruitij præstatio, & allegatio tituli sufficit ad obtinendum in possessorio.*
124 *Præscriptio ordinaria non datur si aduersarius non est in Regno.*
125 *Regius assensus non requiritur data præscriptione longissima cum seruitio rei feudalis.*
126 *Concessio feudalis rei bis facta etiam sine assensu tenet.*
127 *Concessio rei feudalis sine seruitio assensum requirit, & tempus immemorabile.*
128 *Fiscus trahit ad Reg. Cameram causas vbi habet interesse etiam secundariò.*
129 *Feudales causæ ad Sacrum Cons. pertinent.*
130 *Feudi pars dismembrari non potest sine assensu, vel immemorabili.*
131 *Solutiones partitæ, & indiminutæ multa parant incommoda.*
132 *Vniuersitas qualiter possit per suos cives præscribere sibi.*
133 *Vniuersitas non punitur ex delicto ciuium, nisi congregato concilio.*
134 *Actus priuati faciunt ius publico.*
135 *Espensa pro iucundo Domini aduentu, & apparata licita sunt.*
136 *Vniuersitas an possit sine assensu donare in primo aduentu Baronis.*
137 *Priuilegia per importunitatem obtenta possunt consultò reuocari.*
138 *Confirmatio generalis non visis capitibus, & discussis nulla est.*
139 *Confirmatio est duplex, singularis, & in forma communi.*
140 *Confirmatio in forma communi nullã ius tribuit, neque actum nullum confirmat.*
141 *Clausula de certa scientia, & quod habeantur pro expressis an iuuet.*
142 *Confirmatio specialis quæ sit, & qualiter ius tribuat, & de nouo concedat.*
143 *Iuramentum habet vim expressæ concessionis.*
144 *Priuilegia confirmata, data obseruantia, & longo tempore videntur transire in confirmationem specialem.*
145 *Confirmatio præiudicat, si alio iure habet intentionem fundatam.*
146 *Princeps an possit iure vendere terras demaniales.*
147 *Princeps habet bona duplicis generis patrimonialia, & demanialia.*
148 *Demanialia reseruata in signum coronæ non possunt alienari.*
149 *Demanialia de consuetudine alienantur, sed quid stante promissione de nõ vendendo.*
150 *Demanium possunt petere vasalli dũ venduntur, quia habent prælationem.*
151 *Vasalli inuiti, an possint habere dominium.*
152 *Demanium, vt possit exerceri vasalli debent protestari dum nouus Baro accipit possessionem.*
153 *Demanium infra annum peti debet, & non datur restitutio in integrum.*
154 *Restitutio in integrum potest tollistatuto.*
155 *Collecta possunt imponi per ciues pro libertate asequenda.*
156 *Consensus maioris partis, an sufficiat pro*

Digitized by Google

pro demanio petendo.

157 *Ciuis vnus potest petere demanium pretium soluendo.*

158 *Priuilegia, & conditiones appositæ in feudi possessione capienda sunt seruanda.*

159 *Conditiones positæ, in essentia dispositionis seruandæ sunt.*

160 *Priuilegia concessa non subdito valida sunt.*

161 *Gratia mediante contractu sunt firmiores.*

162 *Fidei promissio an dicatur iuramentum.*

163 *Pacta resolutiua ipso iure contractum resoluunt in casu inobseruantiæ.*

164 *Priuilegium mediante pecunia obtentum, est irreuocabile.*

165 *Barones inferiores à Principe priuilegia non possunt reuocare.*

166 *Vniuersitas in remunerationem donare poterit.*

167 *Donatio remuneratoria dicitur quãdo merita sunt condigna vltra dimidium rei donatæ.*

168 *Gratiæ concessæ ex debito, vel de congruo non merentur remunerationem ex debito.*

169 *Donari an liceat pro facienda terra Camera reseruata.*

170 *Camera reseruata vndè originem traxerit elucidatur.*

171 *Milites vti filij pugnantes pro nobis educandi sunt.*

172 *Monaci, & Religiosi pro nobis orantes sunt alendi, prout Medici, Aduocati.*

173 *Milites non debent ipsi hospitari, nec sua familia.*

174 *Immunis frater ab onere hospitandi facit alios in communione stantes, sed non à contributione.*

175 *Barones dicuntur de iure milites.*

176 *Ius transitus numquam videtur exceptus concessa Camera.*

177 *Baroni, & Comiti debetur vna Camera, alijs duæ.*

178 *Baro si non resideat in terra nominata in Cameram, an noceat, vel destinatio sufficiat.*

179 *Intuendum est ad id, quod principaliter, & non in consequentiam prospicitur.*

180 *Camera semel electa, an possit variari:*

181 *Cameræ reseruatæ in casu necessitatis tenentur hospitari cum sic gratia sit Baronibus concessa.*

182 *Casus fortuitus dicitur factum Principis.*

183 *Promittens tenere vasallos in camerã reseruatam, & non facere hospitari, an teneatur in casu contrarij, discutitur.*

184 *Terra alienata, an Camera extinguatur.*

185 *Priuilegium an extinguatur mutata persona, quæ fuit causa concessionis.*

186 *Priuilegia vltra iuris dispositionem & iurisdictionem sunt nulla.*

187 *Factum proprium potest quis reuocare quando est nullum.*

188 *Priuilegium, vt officialis eligendus sit Doctor, valet.*

189 *Priuilegium, vt Actuaria non concedatur nisi Notario valet, & an ille possit in fraudem substituere non Notarium.*

190 *Priuilegium ne Baro eligat officialem ex certo loco valet.*

191 *Barones an possint concedere priuilegia in damnum iurisdictionis, latè explicatur.*

192 *Successores an teneantur seruare priuilegia facta à prædecessoribus.*

193 *Seruitus feudo potest imponi, & non dicitur hæc alienatio:*

194 *Priuilegia in damnum concedentis in sua vita valent.*

195 *Fructus feudi possunt obligari sine assensu.*

196 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*

197 *Alienatione quauis probibita fructus tamen vendi possunt, sic & ius decimarum, & aliarum rerum ecclesiasticarum.*

198 *Seruitutis impositio feudo, quæ propriè dici possit.*

Digitized by Google

199 *Vniuersitates non possunt obligari sine assensu regio.*
200 *Priuilegium, vt stante partis remissione infra triduum procedi non possit quando valeat.*
201 *Priuilegium ammittitur per non vsū decennij, vel contrarium vsum, limita vt infra.*
202 *Lex per non vsum non tollitur, sed per contrarium vsum.*
203 *Priuilegium perpetuo concessum non tollitur per non vsum longi temporis.*
204 *Præscriptio quę requiratur in promissione facta semper, & in perpetuum.*
205 *Priuilegium personale, vel ad tempus, qualiter finiatur.*
206 *Priuilegio abutens fit indignus.*
207 *Priuilegia loco concessa, finiuntur eo destructo, quid si reędificetur.*
208 *Feudo deuoluto an priuilegia concessa expirent.*
209 *Priuilegia ingratitudine, an reuocari possint.*
210 *Remissio querelæ, an ex ingratitudine possit reuocari.*
211 *Pœna vsurpationis iurisdictionis est arbitraria, & quousq; possit extendi, declaratur.*

TErtiò, & vltimo, amplio positam cõclusionem tex. nostræ Pragmaticæ, vt Barones non exerceant aliquam iurisdictionem, nisi quatenus ex priuilegio liceat, sub pœna vsurpatæ iurisdictionis, procedere non solum in præiudicium fisci, & vasallorum, vt in præcedentibus diximus: sed nec Barones
1 quidquam sibi vsurpare debent in præiudicium ecclesiasticæ iurisdictionis, quam Princeps vti suam, incolumem conseruari mandat, vt videmus ex tot iuris dispositionibus, in auth. statuimus C. de Episcop. & cler. nonnè Imperator trahenti clericum ad seculare forum, imponit pœnam iacturæ causæ & per tot capitula Regni non videmus infinita conseruatoria fuisse statuta, ad tuendam iurisdictionem ecclesiasticam, vt c. 92. tit. de immun. eccles. & tit. de non trahendis cler. & tit. de decim. & in rubri. vt nullæ personæ laicales se intromictant, & sunt alia infinita iura, quæ potius laborioſa essent, quam vtilia hic in medium afferre; ex quibus elicitur illibata intentio Principis, vt in nihilo detrahatur libertati ecclesiasticæ; Et annis retrò, dum essent multæ controuersiæ inter Regiam, & Ecclesiasticam iurisdictionem in Regno, fuerunt
2 statuta Capitula multa inter Reges prædecessores, & Pontifices, quæ conseruantur in Regia Camera, vt Gram. dec. 61. Et ideo Barones, & alij ministri, neq; vltrà intentionem Principis, turbare debent Ecclesiasticos: quilibet enim sui debet esse contentus, sunt verba tex. l. 4. C. finium regundor. Ecclesiasticus ecclesiastica, secularis secularia ministrare debet, & inuicem se coadiuuare, & bracchium impartiri cap. 1
3 de off. ordinar. Hi sunt duo gladij, qui nos defendere debent cap. duo sunt 96. distinctio. cap. Princeps 23. quæst. 1. Inde si ecclesia opprimeretur, & secularis Princeps non succurreret reputaretur hereticus, cap. ad abolendam de hæret. & in alijs actibus iurisdictionis, pro negotiorum cuiusquam executione, alter alteri tenetur bracchium
4 impartiri, Menoch. de arb. iud. cas 452 dummodo iusta sint petita, nam & si executor non teneatur cognoscere de viribus causæ, tamen summariè videre poterit, si assentire teneatur Bellug. in spec. prin. rub. 11. §. tractandum Gayll. obser. 32. Ann. alleg. 59. Thess. dec. 131 Andr. in 1. Regn. const. sed quia super hac materia, infinitas quęstiones in praxi vidi controuersas, & à Doctoribus confusè, & sparsim positas, breuiter, & primo, volui super hac conclusione aliqua adnotare.

Distingue ergo, qñ secularis teneatur bracchiũ suũ impartiri, & è cõtra,
5 & dic; q̃ Iudex secularis semper bracchium suum concedere debet in merè spiritualibus sine plica, c. inquisitionis §. prohibemus de hæret. in 6. Bellug. rubr. 11. §. tractandum, & cogi ij poterint ẽt per cẽsuras Diaz pract. cano. c. 154.

Et

Digitized by Google

Et sic ecclesiastici tenentur bracchiũ impartiri Iudicibus secularibus,in causis merè profanis,vbi sua iurisdictio necessaria est,Couarr.pract.quæstio. cap. 10.num.1.vers.eadem ratione : Si vero causa non esset spiritualis, an secu-
6 laris teneatur exequi sententiam ecclesiastici, si ea à parte allegetur nulla, vel iniusta, vel notoriè iniqua, distinguũt Doct.si tales exceptiones sint obscuræ,vel euidentes, Menoch.tract.retin. 3.rem. num. 360. Diaz cap. 144. pract.sed an ecclesiasticus teneatur ex
7 hibere copiam actorũ, est consulendus Farin.q.97.casu 4.nu.9.Masc.conclus. 1102.nu.27.In criminalibus verò,an si ecclesiasticus condemnauerit quẽquã ad mortem ciuilem, vti deportationis, vel ad triremes, aut Insulas Regias,an Iudex secularis sine recognitione actorum teneatur bracchium impartiri, & sententiam exequi,varię sunt sentẽtię, vt Viu.com.opin.369.& 536.sed arridet opinio Farin.loco cit.num.103.distinguentis personas delinquentium,& causas,& Clar.q.96. Diaz in praxi canon.cap.154. & Lopez in addit. Et an in casibus,in quibus Ecclesiasticus erit
8 competens contra laicum in spiritualibus,vel temporalibus,is poterit,exequi cõtra bona laici,vel teneatur requirere bracchium seculare;& sic è contra, an seculares quando de iure poterint cognoscere causas clericorum possint exequi in eorum bonis recta via, disputat Barbosa nouiss. l. qui prior ff.de iudic. ex nu.93. & Guttier.pract.qq.cap.44. Bursat.latè cons.90.lib.1.Couarr.practic. qq. Auiles prætorum c.2.

Et sic cooperatiuè debent se adiuuare,nam cõcursus,& implicatio circa idem, potiùs turbat regimen, quam adiuuat, exindè à principio Mundi distincta fuerunt ista dominia,nam introducto populo per Moysen tributa fuit Aaron,& filijs Leui, à Deo ministrandi exercitium, & extra munus suum, sacerdotes non se intromictebant,nec seculares in eis : Inde Ozza arcam Dei tangere volens, morte repentina fuit correptus, nam etsi ambæ potestates ex Deo sint, tamen & ipse Deus eas diuisit, Couarr.pract.qq. cap.1. Vasq. controu.illust.cap.20.à quibus discutitur,quæ priùs fuerit introducta,& an
9 secularis processerit à manu Pontificia, dum potestatem habeat Pontifex deponendi Imperatorem, & Reges in suis casibus,vt Peregr. de iure fisci tit. 1.Franc.Marc.dec.366. Vtcumq; sit, Dominus noster,interrogatus de quæstione tributi,an liceret dare Cæsari cẽsum,respondit,reddite quæ sunt Cæsaris,Cæsari,& quæ sunt Dei,Deo,approbans hanc antiquam diuisionem.

Et proindè Barones auertere debẽt manus ab ecclesiastica iurisdictione, sub pœna huius pragmaticę,& excom-
10 municationis,in quam incidunt detrahentes ei Capy.decisi.132.adeo,quod omnia mandata, & constitutiones etiã Principis contra libertatem ecclesiasticam,statutum est,vt nulla sint:auth.cassa C. de sacros. Eccles. In tantum qđ & si ministri ecclesiastici negligentes fuerint in iustitiæ administratione,eorũ negligentiam supplere non poterunt seculares potestates, quod discutit Escobar.tract. de ratiocin.cap.7. nu.31.
11 sed è contra,negligentiam officialium secularium,in aliquibus casibus poterint reportare Prælati, adeo quod potestas Pontificia superstat Regiæ, in tantum quod si Princeps fatuè, vel tyrannicè se gereret,ita vt Regnum rueret,& Ecclesia expectaret damnum,ac vnio fidelium minueretur, posset Pontifex prouidere, cap grandi, de supplẽda neglig. Prælat. Belluga rubr. 11. §. videndum.

Vndè largiorem dicunt esse ecclesiasticam potestatem, vti magis capacem in laicos, Hinc acta facta per ecclesiasticos Iudices contra laicos vale-
12 re dicunt, & proindè si laici prorogauerint iurisdictionem secularem,acta valent l.Episcopale C.de Episc.& cleric.Guid.Pap.dec.77. Doct.l.1. ff.de iudic.& propterea dicunt, posse ecclesiasticum recipere cautionem fideiusso-

Digitized by Google

13 rum laicorum in eius foro cap. ex re-
scripto de iure iurand: quod latè excu-
cit Barbosa l.prima art.3.ex num.132.
ff.de iudic.sed è contra personæ eccle-
siásticæ iurisdictionem non possunt pro
rogare in laicos,quia non possunt præ-
iudicare ordini,& omnia acta sunt nul-
la cap. at si clerici de iudicijs, Vasqu.
controu. illustr.21. ita quod expresè,
neque tacitè consentiendo præiudi-
cant,Farin.quæstio.8.num.15.Franch.
decisio.400.In practica verò,informa-
tiones captæ per Iudicem laicum con-
tra aliquem vti secularem,allegato cle
14 ricatu,si remissio fiat ad ecclesiasticũ,
ille vti solet ea informatione contra
reum,vti clericum, sine testium repe-
titione, si reus habeat testes pro repe-
titis in termino, Baiard. ad Clar. quæ-
stio.36. num.53. Clerici verò proro-
15 gantes iurisdictionem possunt per Epi-
scopum puniri,Farin.quæst.8.num.10.
& differendo allegare fori exceptionẽ
possunt per Iudices seculares in expẽ-
16 sis condemnari ait,Couarr. practicar.
quæstion. cap.33.num.2. Guttier.pra-
cticar. quæstio. cap.20.lib.1. sed com-
munis est in contrarium, quod possunt
in expensis condemnari; sed per suum
Iudicem,Farin.quæst.8.num.17.ac po-
test suum clericum iurisdictionem pro-
rogantem excommunicare, vel punire
Surd.dec.26. Menoch.de arb.iud.casu
430.Inde obligationes pœnès acta ca-
17 ptæ contra laicum, si iste clericus po-
stea fieret,contra eum an exequi pote-
rint,quoad forum ecclesiasticum,Fran-
ch.dec.656.refert causam non fuisse
decisam, sed ex Practica Episcop. cap.
16.aliud suadetur,tenet ibi,quod obli-
gatio possit accusari apud acta Iudicis
secularis, & litteræ executoriales ex-
trahi, quæ debebunt præsentari apud
ecclesiasticum,qui citare curabit incu-
satum, ad dicendum causam quare lit-
teræ executoriales exequi non debe-
ant,& si causam iustam non docuerit,
decernetur, vt exequantur, nam obli-
18 gatio pœnes acta habetur vti confes-
sio iudicialis, & sententia transacta in
rem iudicatam, quæ cum facta sit suo
tempore,coram competenti ea præsen
tata postea coram ecclesiastico, parte
munita, vt supra, executioni debet de-
mandari,iuxta notata per Affl. constit.
Regni,baiulus si furem,nouissimè Mol-
fes.super consuet. Neapol. quæstio.10.
parte 2.tit.de instrum.confect.num.20
disputat eruditè hanc quæstionem, &
dicit quod tam laici,quam clerici pos-
19 sunt se obligari, alter in alterius Tri-
bunali,& non dicitur quis prorogare
iurisdictionẽ,quia talis obligatio volun
tariam,& non contentiosam in se con-
tinet, nam & Notarij seculares confi-
ciunt instrumenta contra clericos se
obligantes, & ea de iure subsistunt,
quia voluntariam dicuntur sequi iuris-
dictionem,& non contentiosam,inde
obligationes etiam camerales fiunt
pœnes acta secularia. Attamen sicuti
instrumenta nõ possunt exequi,nisi co-
ram ecclesiastico, sic & obligationes
videntur quod non possint incusari pę-
nes Iudicem secularem, vndè matu-
rius in hoc erit facienda consideratio.
Et redeundo ad institutum,ecclesiasti-
20 ca iurisdictio,intacta seruari debet, &
nulla consuetudo in cõtrarium nocere
potest ecclesiæ etsi immemorabilis sit,
Couarr. pract qq.cap.31. nisi in tẽpo-
ralibus,Sese de inhibit.fol.563.Balb.de
præscr.p.5. princ.art.1. & in facto exi-
stente controuersia inter Episcopum,&
Ciuitatem Muri, super distributione
candelarum populo danda,in die Puri-
ficationis Sanctiss. Virg. dicebat Epi-
scopus de iure non esse obligatum, vt
21 Sylvestr.in sua summa vers.decimæ n.
7.Ego qui partes Ciuitatis tuebar, di-
cebam quod stante immemorabili prę-
scriptione,Episcopus erat obligatus sic
continuare,sic Fęly.cap.causam nu.14
de præscr.Balb.p.1.5.par.n.10.Graff.in
dec.tit.de simon.n.50.& introducta cã
apud S. Congregat. Episcoporũ,re di-
scussa fertur fuisse pro Ciuitate iudica-
tum sub die 17. Ianuarij 1611. stante
immemorabili præscriptione addu-
cta.

Con-

Digitized by Google

E contra autẽ,nec Eccleſiaſtici qui bus magis conuenit abſtinere ab alienis, & debent eſſe cultores iuſtitiæ, vt in §. cogitandum,Authent.de Monac. debent manus apponere in caſibus
22 ſpectantibus ad Regiam iuriſdictionẽ, quia ex hoc continui tumultus oriuntur circa defenſionem tuendam: vt dicit Auend.de exequend.mand.cap.22 & Seſe tract. de inhibit.§.3. cap.8.nu. 199.Bellug.rubr.18. §.demum; Nec
23 laici deberent prorogare iuriſdictionẽ eccleſiaſticam in caſibus pertinentibus ad forum ſeculare.

Et ad euadendas continuas altercationes,quæ ſolent eſſe inter Epiſcopos, & Barones, volui aliquas quæſtiones deciſas hic inſerere, quæ continuò diſceptantur,correctioni ſemper ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię me ſubmictẽdo, pro cuius defenſione ſanguinem effundere ſum paratus,& ſimiliter correctioni Regiæ, cum mea intentio non ſit,in aliquam partem declinare,ſed ad vtilitatem publicam ſequentia explicare: pro viribus ſecundum veritatem.

Et pro diſtinctione: dico,quod exẽptio,& fori declinatio, apud Eccleſiaſticos, aut fit ratione perſonarum, vel rerum, vel cauſarum, & hoc ordine attento, adducemus caſus infraſcriptos.

Primo, perſonæ Eccleſiaſticæ, vti e-
24 xemptæ,ſiue de iure diuino,ſiue poſitiuo, de quo eſt magna altercatio, vt Couarr.pract.quæſt.cap.31. Seſe de inhibit.§.1,cap.8. num.11. Fælic.de cenſ.lib.2.cap.3. num.14. latiſſimè: à ſuis ordinarijs ſunt recognoſcendæ,ſed multotiès ſtat differentia,an ſint eccleſiaſtici; Et in facto quidam ſe deſtinauerat ad Religionem mediante voto,& interim fecit homicidium, & gaudere prætendebat foro poſt capturam, dicendo qđ ſicuti militiæ accintus gau-
25 dere innuit tex.l.penul. ff. de re milit. tanto fortius miles celeſtis militiæ, adducebatur opinio Viu.comm.op.1010 Anna ſing. 130. qui hanc opinionem videntur amplecti; actamen deciſum eſt contrarium ex Franch. deciſio.449 quod licet accingendus habeatur pro
26 accinto, vt latè Tiraquell. de ll. connub.in fine, tamen quia votum non infingit caracterem,& delictum ſequẽs eſt contrarium actioni Religionis,quam ingredi aſſeritur,ideo ad tollẽdas fraudes quæ ſub iſto clipeo poſſent fieri,nõ gaudere eſt terminatum, & nouiſſimè Barboſa l.ſi quis poſtea num 259.ff.de iudic. nã & habitus ſuſceptus ſine ordinibus neq; iuuat Clar.q.98.

Quid ſi ordines clerici ſuſceperint, ſed habitum clericalem non deferant,
27 an delinquendo poſſint vti fori eccleſiaſtici exceptione,antiqua eſt quęſtio: ſed confusè declarata, nã ante Concilium Tridentinum, dubitabatur an ſi clerici ſeua commiſiſſent, & in habitu laicali inceſſiſſent gaudere potuiſſent, vt Gramm.voto 37.& dec.81.Capyc. dec.161. Hodiè autem ex dicto Concilio ſeſſ. 23. cap. 6. executoriato per Pragmaticam in Regno,ſub tit.de cleric.ſaluat.reſolutum eſt,quod vt priuilegio fori potiri poſſint clerici in minoribus,ordines debent habere,habitum, & tonſuram deferre, & in diuinis de-
28 bent ſeruire,& copulatiuè hæ qualitates ſunt neceſſariæ, Auend.cap.22.p.j. nam de iure alternatiua probatio habitus,vel tonſuræ,ſufficiebat,quod non procedit hodie,Dom.de Pont.conſ.24 Couarr.pract.quæſt.cap.31.Viuius deciſio.12.& 512.latè Farin.quęſt.8.nouiſſimè Barboſ.l.Titia ff.ſolut. matr.ex num.35. Maſcard.de prob.concl.301. Gratian.diſcept. forenſ.440.lib.3. qui ad partes hunc punctum explicant; declara tamen, qđ dimiſſio tonſuræ non eſt tantæ ſollemnitatis, ſi cætera con-
29 currant,Barboſ.loco cit.num.35. Seruitium verò oportet probari, qđ fuerit præſtitum tempore ante delictum, aſſiduè Farin.d.quæſt.8. num.66.quia requiritur perſeueratio,Gramm.deciſ. 87.num. 5. nam ſi eſſet paruum ſeruitium,non eſſet in conſideratione, Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.77.
30 in fine, ſed ſi ſeruitium eſſet intermiſ-

Digitized by Google

sum,hoc non nocere sacra Congregatio decidit, quia verba ciuiliter intelligi debẽt l.si cui ff. de seruit. semper e-
31 nim seruire dicitur, qui pro maiore parte temporis suum munus implet, Doct.l.1.ff.solut.matrim. & Farin. ibi, nu.63.& an sit necesse quod seruitium de mandato Episcopi esse debeat,alias
32 non iuuet, & similiter sacra Congregatio statuit,sufficere seruitium, vt Addent.ad præci.cap.Concilij.Vestes autem clericales debent esse secundum
33 morem Regionis, & vtuntur alij clerici,Couarr.pract.quæstio.cap.31. Clar. quæst.36.Campan.clem.de vita,& honest.cleric. num.68. Farinac. loco cit. num.34.& 69.Caball.casu 224.Masc. conclus.961.& 689.tractant de tali habitus probatione. Sed si ante delictũ quis semper gestauerit habitum,sed in
34 delicto reliquit, vt commodiùs vacaret, an per hoc possit dici non habere requisitum habitus, Dic quod si probetur antea continuatè habitum portasse,intermissio non nocet, vt ibi Farin.Reg.Tapp.constit.Regni, de perso-
35 nis : Idem si propter infirmitatem vel foras incedens,portaret habitum curtum,vel domi degens, Capel.Tholos.dec.104.Guttier.pract.quæst.lib.1. cap 7. Limitantur prædicta in clericis beneficiatis,quia non perdunt fori priuilegium,si non portauerint habitum,
36 & non fecerint seruitium, Dom.de Pont. cons.24. & licet S. Concilium Tridentinum in anno 1587. priuet etiam istos omni immunitate, attamen hoc fuit interpretatum, præcedente monitione Episcopi,cum clericis beneficiatis,Gratian.discept.440. latè lib.3 Sed an clericus beneficiatus teneatur
37 probare possessionem beneficij,vel sufficiat ostendere bullas, Farin. loco cit. nu.45. dicit vtrumq; esse probandum, Clar.quæst.36.Masti.dec.113. & quid si habeat pensionem super beneficio, vel ius patronatus, Caball. casu 224. hoc tractat,sed si altercaretur de inualiditate concessionis beneficij, & simi-
38 libus, aduersus titulum, dic hoc esse merè ecclesiasticum,& ad illum cognitio spectabit,D.de Pont.cons.24.Grãmat.dec.81. vbi discutitur, ad quem pertineat oppositio illegitimitatis, & ad ordinarium loci decidit,sic Franch. dec. 180. semper enim quæstiones iuris,& proprietatis sunt cognitionis ecclesiasticæ,latè Barbos.l.Titia ff. solut. matr. Quid si prætendantur bullæ falsæ, Regens Tapp. hanc quæstionem ex professo discutit sub tit. de Episco.Ritu 235.

Sed quid si post delictum, quis pro-
39 curauerit ordines ab Episcopo, & incedat cum habitu,& tonsura, an gaudeat,Franch.dec.209.disputauit hunc articulum,& nil decidit, sed dec. 384. distinguit, vt quia ordo est infissus,clericus ab Episcopo suo puniri debeat, secus quoad districtionem bonorum, sed quid si appareat manifesta fraus,
40 quia post præuentam causam, persona delinquens procurauit ordines, Doct. torquentur, vide quæ doctè discurrit Guttier.lib.1.quæst.5 & Barbo. l.si quis ex aliena ff.de iudic. Viu.dec. 512. sed nouissimè in habilitato, qui assumerat ordines,posse gaudere dixit Franch.dec.709. cum distinctione,sed
41 quid si reus antea habuisset ordines, & multo tempore postea steterit in habitu laicali, & post delictum reassumat habitum an gaudere possit, dum ordo reuiuiscat,vide Cæuall.commun.opin. 563.Barbo.l.si quis ex aliena ff.de iud. Gutt.q.5.

Sed an quis vti reus citari possit li-
42 cet in habitu clericali incedat, vel capi quousq;cognoscatur de suo clericatu; cum sit quid facti, dum homo nascatur laicus,vt dicit Mascard.conclusio.incipien.clericatus, dic,quod clericus,vti clericus citari per seculare non potest sine censura, & semper qđ
43 Iudex scit re vera illum esse clericum, vel est notoriè talis,non solũ non debet citare, sed neq; informationem capere contra eum,& licet Iudices aliqui minus timorati,nominare faciant illum, prætermissa qualitate clericatus, non

du-

Digitized by Google

dubito eos incidere in excommunicationem,vt Graff.super explicat.Bull. nam trahitur clericus indirectè ad iurisdictionem laicalem.Sed reus vti laicus, potest citari,contumax fieri, banniri,& foriudicari,Franch. dec.329. & posset capi si est homo ignotus, & sit
44 coniectura quod habitū deferat fraudulenter, cum protestatione tamen consignandi suo ordinario, si ecclesiasticus sit, Guid.Pap.decis.138. Capell. Tholos.quæst.144. & 147. multi enim delinquēt cum habitu monachali, vel clericali in fraudem, & non sunt clerici, nec monaci, sed an clericatus possit
45 etiam per testes probari, si non adsint Bullæ,quod sic Ann.sing.408.& sic D. de Pont.cons.36.volu.2.Mascard concluſ.302.quod etiam prę sumptionibus; & an credatur litteris Episcopi, Farin. q.8.n.39.Gram.dec.81.Boer.dec.127 D.de Pont.lo.cit.

In aliquibus casibus enormissimorū delictorum,clericos non esse remictendos opinati sunt, vti læsæ maiestatis, Hæresis. Attamen in contrarium est de
46 cisum,vt Franch.dec.691.solet tamen Summus Pontifex certos Iudices delegare, vtriusque iurisdictionis simul, vt cognoscere debeant de tali delicto, de Ponte dec.9. & antea Farin. quæst. 8. nu.30. In crimine vero assassinij procedunt seculares, ex licentia tradita per
47 ius Canonicum,ex cap.1.de homicid. in sexto, dummodo constet prius de qualitate assassinij,quæ tribuit hanc iurisdictionem, sed an declaratio prædicti assassinij debeat fieri per ecclesiasticum, & quid faciendum si ecclesiasticus præueniat,alibi dicetur; interim vide notata per Capy.dec.112. & decisio.155. & sufficere inditia vrgentia,
48 vt torqueri possit reus,dixit Couarru. varia.resolut.cap.2.num.2.lib.2. In grauibus delictis solent ecclesiastici degradare ecclesiasticos, ordinibus sacris insignitos,& tradere seculari potestati, & tunc an Iudex Regius possit
49 stare processui fabricato per ecclesiasticum, vel exequi suam sententiam vel de nouo iudicare, vide Baiard. ad Clar.quæst.36.Dom.de Franch.decis. 571. Doctor. cap. ad abolendam de hæret.

Clericorum coniugatorum etiam
50 controuersia, sæpè accidit, dùm enim ordines acceperunt ante coniugium, illi reuiuiscunt, si habitus reassumatur, nam post matrimonium non possunt conferri,vt quidam ignari in facto putabant, de quo Sanchez de matrimon.
51 disput.38.lib.7. Isti de iure canonico gaudent in criminalibus, si habitum deferant,& vnicam, & virginem duxerint,& deseruiant cap.1.de cler.coniugat.in sextò. In ciuilibus tamen, in omnibus,vt laici reputātur, nec obstat Ritus 66. tradens, eos non gaudere in ciuilibus, nec criminalibus foro ecclesiastico, nam ei fuit derogatum, vt ibi Carau.& Domin.Tapp. & seruatur ius canonicum, in ciuilibus causis, sapien-
52 tibus pœnam pecuniariam, an gaudeant, veluti si conueniantur via Ritus Mag.Cur.vel accusarentur obligationes pœnes acta, videtur quod non, Dom.Rou.pragm.1.de cler.Clar.quæstio.36. Farin.quest.8.num.6. Guttier.
53 de iuram.fol.26. & an vxores etiam gaudeant,disputat Dom.Tapp.præall. Ritu, & an gaudeant immunitate collectarum,quod non, Petra ad Gramm. dec.6. Cum istis enim strictè procedi-tur,vt latè Barbos. l.Titia ex nu.33.ff. sol.matr.vbi multa.

Cæterum, sub religionis clipeo sunt confratres tertij ordinis Diui Francisci,Benedicti,& aliorum ordinum, qui
54 portant habitū, & seruant certas constitutiones, eis ab Abbate Monasterij assignatas, & vocantur Conuersi, seu Oblati, in hoc erit distinguēdum,quod aut isti sunt coniugati,& retinent res,& familiam, & tunc non gaudent aliqua immunitate, Marsil.sing.534. Capyc. dec. 115. & obstat c.Regni in cap. priuilegia: nam ille habitus, & constitutiones, & regulæ sunt normæ benè viuendi,& non religiosè. Si verò habitū portent,& dedicent se,& sua bona mo-

na-

Digitized by Google

nasterio, sed non stant in claustris, nec iurant tria vota, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, quia tunc retrocedere possunt, & nubere, & dubitatur si gau-
55 deant, vnde distingue, aut quis offert se sine suis, aut sua sine se, aut se, & sua Primo casu, si offert se claustraliter viuendo, & profitetur vota Religionis, negotium stat sine difficultate, vt gaudeat, Nauarr. consil. 49. tit. de regul. Graff. tit. de regul. num. 85. Si vero non profitetur vota, sed iurat certas constitutiones, sed actu seruit Ecclesiæ, quamquam possit retrocedere, interim gaudet foro, & cap. si quis suadente diabolo, non tamen bonorum immunitate, vt ibi Nauarr. & Felin. cap. 1. & 2. de foro compet. Baiard. ad Clar. quæst. 35. num. 21. Secundo casu si offert sua, & non se, & non seruit actualiter, licet habitum portet, non gaudet fori immunitate, Viu. dec. 49. Franc. Marc. decis. 832. par. 2. Tertiò casu, si offert se, & sua, aut talis oblatio fit Ecclesiæ Regulari, & gaudet interim, donec non retrocedit, sed si domi habitet, & actu non seruiat, non potiri dicit Capell. Tholos. dec. 8. Viu. dec. 49. & nouissimè tradens verbo oblati, latè multas quæstiones pertinentes ad hanc materiam explicat.

Nouitij, licet non sint professi, gau-
56 dent interim prærogatiua fori, & immunitatum cap. religioso de sent. excommun. Tiraq. de retract. S. 1. gloss. 6. Hæremitæ, si non profitentur vota, &
57 non habent ordines, sed certam normam, nisi actu inseruiunt alicui ecclesiæ, non gaudent, Bellug. rubr. 15. §. videndum, Boer. tract. Hærem. post suas decis. latè, vbi refert omnes ordines Anacoritarum, qui vero per Mundum vagantur, solent homines esse insidiatores, vt plurimum, & reputantur, sicut locustæ sine superiore, & Prælati zelantes, solent spoliare illos, habitu, vel præcidere. Idemque dicendum erit de
58 Hospitalarijs, qui portant habitum quendam, sed retinent vxorem, & familiam, nam non gaudent fori immunitate, Aufr. in dec. Tholos. 8. nisi actu deseruiant cum habitu, Ecclesiæ Xenodochij, Baiard. ad Clar. quæst. 32. num. 22. Hinc magna est discussio, si Hospitalia, Montes Pietatis, dicantur loci
59 pij, si sint à laicis erecti, & si administratores possint conueniri ad rationes reddendas coram Ordinario loci, & Gabr. Roman. concluf. 1. & 2. tit. de pia causa, distinguit, si sunt erecta cum assensu, seù licentia Episcopi, vel si adest Ecclesia, ac campanile, quia ad Episcopum in dubio cognitio pertinet, Marant. consil. 133. nisi fundatio aliter sonaret, sed Guttier. quæst. canon. c. 35. par. 1. latè distinguit, Quaranta in Bullar. verb. Hospitale, & circa rationes accipiendas, Escobar. nouissimè in tract.
60 de ratioc. cap. 7. Dom. de Pont. consil. 18. Montan. pragm. 2. num. 207. de admin. vniuer. sed in casu quo locus est erectus à laicis, tamen ius visitationis non tollitur, ex Concil. Trident. sess. 22.
61 cap. 8. maximè mortuo fundatore, nam eo viuo, illius debet esse cura, tex. insignis l. 1. §. & quia C. de ratiocin. operū public. & quod isto casu ius visitandi saltim in subsidium debeatur Episcopo, quando intuitu locorum piorum, in abusum conuertantur, vide Guttier. loco præcitato num. 27. Escobar loco
62 supra nominato, nam & si laicalis sit locus, dum opera pia exercentur, & introitus in talem causam sint destinati, Episcoporum debet esse cura, ne perdantur in luxu, Episcopi enim dicuntur executores omnium piarum dispositionum, vt ex Concil. Trident. 22. sess-
63 sion. cap. 7. Confraternitates verò an dicantur religiosæ, & quis cognoscet de eorum bonis, & cæteris Guttier. dicta quæst. canon. discutit; D. de Ponte 2. vol. consil. Vrsil. dec. 1. Anna sing. 90. & sing. 3. Nauarr. consil. 3. titul. de foro compe. Inde pro legatis pijs fuit distin-
64 ctio inter Ecclesiasticam, & Regiam iurisdictionem, & fuit sedata differentia, & dictū tribunal regitur per vtrāq; de mandato Sūmi Pontificis, vt audiui D. Rou. tit. de leg. pijs.

Du-

Digitized by Google

Dubitatum etiam fuit,an famuli cle
65 ricorum gaudeant fori exemptione, & variauerunt Doctor.Sed veritas est, quod non gaudeant,Gramm.cons.ciu. 102.Capyc.dec.12.& Thess.decis.22. Farin.quæst.8.num.46. Viuius dec.80. & 116. solum famuli Episcoporum Clar.quæst.35. num.8. Farin.quæstio. 101.num.86. quamuis laici sint, & ibi
66 quæritur quid de Actuarijs,& alijs inseruientibus Barbos.l.Titia num.32.ff. solut.matrimon.qui hunc punctum benè excutiunt.

Sed magna est controuersia, an laici debitores Ecclesiasticis,vel obligati, ex debito bonorum ecclesiasticorum
67 quæ tenent,titulo locationis,vel simili,possint trahi ad forum ecclesiasticũ, communis opinio est, secundum Couarr.practic. quæst.cap.35. & Ozasch. dec.31.quod coloni Ecclesiarum quãdo actione personali conueniuntur, à seculari sunt cogendi, Guttier.practic. quæst.lib.3. quæst.27.Tess dec.22.in
68 fine . Inde pro parte colonica non sunt immunes à collectis,Anna singul. 90.Thess.dec.22.& 116.Verum si tractaretur de imponenda collecta super bonis ecclesiasticis etiam in emphyteosim concessis, non licere dicit Cæuall.
69 comm.opin.726.Sed si laici conuenirentur actione reali ad vendicandum, tunc est distinguendum,vt Doct.cap.si clericus laicum, de foro compet.Farin. quæst.8 num.86. Ozasch.dec.31.nam si peteretur reintegratio, vel occupa-
70 tio bonorum Ecclesiæ,tunc Episcopus est Iudex : aut tractatur de tali titulo, sed negatur ab aduersario , qualitas ista,quod non sit ecclesiastica, & tunc secularis potestatis,est cognitio,Alber. Oliua super Ritu Episc.nono, Dom. de Ponte cons. 96. Et dum Episcopus Ciuitatis Muri prætenderet quandam defensam Vniuersitatis esse de mensa, vt in Sac.Congregatione causam agi procurasset, comparente Vniuersitate, & negante, ac antiquissimã possessionem allegante, causa fuit remissa : & stante hac occasione non relinquam vtilem quæstionem indagare.

An,& quando, aliquis citatur apud
71 Iudicem non suum,& ratione qualitatis ille Iudex prætendat posse exercere iurisdictionem in illum, ob qualitatem in libello deductam, cuius sit cognitio videre hanc qualitatem,& an prius ea sit probanda,antequam iudicium principale vlteriùs progrediatur, quæ materia difficilis est, & multis casibus deseruit, vltrà hanc causam, dic ergo breuiter, quando in libello allegatur qualitas tribuens iurisdictionem, siue
72 laico, siue ecclesiastico Iudici, si reus neget qualitatem, tunc Iudex non poterit procedere , nisi probata qualitate,& discussa, parte audita, Docto.omnes l.2.§.sed si dubitet ff.de iudic. Gayll.de pace publ.cap.13. lib.1. Afflict. dec.297.Capyc.dec.112. Doct.cap.si clericus, & ibi magistraliter Panorm. qui dicit non sufficere fundamentum iurisdictionis,ob solam qualitatem deductam, Verum summariè Iudex sine præiudicio causæ,poterit cognoscere an sua sit iurisdictio cap. cæterum de iudic. Vant. de nullit.ex defec. iurisdic.
73 ord.num.53. nisi notoriè constaret de qualitate allegata,tunc obiectio nil releuaret,Sese tract. de inhibit.cap.9.§.3 nu.31. Barbos.l.si quis ex aliena ff. de iudic.num.129.cum sequ.Sed si negaretur iurisdictio illius qui intendit cognoscere de causa,an ille possit se competentem declarare,in hoc Doct.stare loco nesciunt, Doct. cap. cum personæ de priuileg.in sexto,& cap. super litteris de rescript.dicunt,posse Iudicem de hoc cognoscere, l. si quis ex aliena ff. de iudic. E contra alij dicunt,quod in causa propria quis non potest iudicare C.ne quis in sua causa; Ad sedandã
74 hanc controuersiam,distingue,aut impugnatur iurisdictio ordinarij, quæ est de iure communi , & notoria , & tunc procedit affirmatiua,aut iurisdictio fundatur super priuilegio particulari , vel consuetudine , aut hoc est notorium quod tergiuersari non potest, & idem est dicendum cap.ex parte il primo, de

ver.

Digitized by Google

verbor.ſignific.cap. cum contingat de foro compet. Aut non negatur iuriſdictio,ſed qualitas tribuens iuriſdictionē, & tunc de ea cognoſci prius debet, vt ſupra dixi, & idem Iudex poteſt ſe declarare competentem,Bart.l.2.num.8. ff. ſi quis in ius voc. Barboſa d.l.ſi quis ex aliena, Nec obſtat tit. C.ne quis in ſua cauſa iudicet, nam intelligitur ne poſſit cognoſcere de pertinentibus ad
75 ſuam priuatam vtilitatem rei,vel perſonæ,vti de iniuria ſibi illata, de ſuſpitione,de infamia, & ſimilibus, ſed non ſuper cœteris, vt doctiſſimè Seſe de inhibit.cap.5.§.6.ex num.18.vſque ad finem.

Et redeundo ad digreſſa, ratione rerum,laici multotiès ſortiuntur forum eccleſiaſticum.& è contra ex cauſa bonorum temporalium, clerici quandoq;
76 ſortiuntur forum ſeculare, pro bonis feudalibus,vt ex cap.Regni 99. Farin. quæſt.8.nu.12. Pro feudo quod à Rege tenetur cap. ex tranſmiſſa de foro compet.Gayll.obſeru.37.par.1.& latè Menoch.tract. retinendæ poſſeſſ.rem.3
77 num.379.Dom. Rou.tit.de cler.prag. 2.diſputat articulum, quid in poſſeſſorio,& quid in petitorio,Guttier.pract. quæſt.par.1.cap.48.Et quid ſi clericus negotietur,& ſecularibus negotijs ſe
78 immiſceat, an forum ſeculare declinare poſſit,latè Maſtr.dec.159. & Dom. Tapp.in tit.de Epiſc.notat 32.caſus,in quibus clerici priuantur exemptione. Vnum pro complemento notes, quod in caſibus in quibus ſecularis Iudex de
79 iure,ratione rerum,& cauſarum,poterit cognoſcere contra clericos, exequi non poterit,ſed bracchium eccleſiaſticum requirere debet, Viuius deciſ.49. Vrſill.dec.49.& latius Barboſ. leg. qui prior ff.de iudic.num.90.Verum an eccleſiaſticus teneatur ſtare ijs caſibus, proceſſibus factis à ſeculari Salyc. l.Epiſcopale C.de epiſco. & cleric.Franch. dec.512.

Edicta vero generalia, an noceant eccleſiaſticis,ſi non compareant,velu-
80 ti in edictis, quæ fiunt in inuentarijs faciendis, vbi per edictum citantur creditores, an clericus teneatur comparere pro eius credito, & ſic in dilatio-
81 ne quinquennali,prætenſa per debitores,vel in apertura teſtamenti, & ſimilibus, vide Viu.dec.38. Guttier.q.49. lib.2. & quæſt.canon.34. Maſtrill.dec. 79.& ſi clericus erit tutor,procurator, adminiſtrator, an tunc ſpecialiter poſ-
82 ſit citari,vide Gayll.obſeru.37. par.1. Stracc.de mercat.fol.262. Farin.quæſtio.8.num.46.Eſcobar.tract de ratiocin.cap 7.latè,& quid in iudicio diffa-
83 mationis, quis Iudex ſit adeundus, vide Franch. dec.657. quod eccleſiaſticus erit competens, & quid in ratione computorum adminiſtrationis factæ per clericos de rebus laicorum, vide Eſcoba. ibi.

Si verò eccleſiaſticæ perſonæ velint
84 conuenire laicos pro quocumque poſſeſſorio, an debeant ſecularem Iudicē adire, fuit antiqua controuerſia ſuper ſolutione decimarum,quis erit competens,cum enim decimæ ſint de iure diuino, videtur quod cognitio ſolum ad eccleſiaſticos pertineat,Vaſq;controu.
85 illuſt.89.latè diſputat, & Barboſ.l.Titia num.39.cum ſeq. ff ſolut.matrimo. Reg.Tapp.tit.de dec.ſuper iure Regni, concluditur tamen, quod quando eſt quæſtio facti circa cogendos debitores iuriſdictionis ſecularis ſit poteſtas;quoad titulum, & ea quæ iuris ſpiritualis ſunt eccleſiaſticæ poteſtatis, cauſa ſit
86 Gayll.obſeru.38.lib.1. Et in interdicto adipiſcendæ,retinendæ,recuperandæ,quis ſit competens, latè Farin.q.8. num.23.D.Ricc.collect.270.Theſſ.deciſio.28.Couarr.pract. quæſt.cap. 35. Ozaſch.deciſi.116.nam hæc ampla eſt materia,& Seſe de inhibit. fol.564. ad quos recurrere poteris in occurrenti.

Quod ſi laicus in fraudem onerum,
87 ſimulatè donet clerico, vt quotidiè fieri ſolet,Iudex ſecularis cognoſcit de ſimulatione contra laicum leg. qui ſub prætextu C.de ſacroſa.Eccleſ.& punitur ille,Vrſill.dec.71. Anna conſil.82. Campan,loco citato num.108. tex.eſt

in-

Digitized by Google

insignis l.adire §. in fraudem ff.ad mu nic.latè Guttie.pract.quæst.li.2.c.132 præsumptiones autem simulationis sũt multæ, veluti si donans remanserit in
88 possessione, si donans, & donatarius sint coniuncti, & alia quæ ponunt Doctor. l.imaginaria ff.de regul. iur. Menoch.casu 247.Carol.de Grass.tractat. de except. cap.12. Neq; sub prætestu comunionis frater clericus poterit fa-
89 cere immune totum patrimonium,Lucas de Penn.l.fin. C.de annon. & trib. lib.10.

Dixi aliqua supra qualiter clerici,& ecclesiastici sunt exempti ratione personæ, & bonorum, & non subijciuntur foro Baronum; Restat tertiò (vti promisi) videndum, ratione causæ, qualiter, & quando sint exempti litigantes à foro ecclesiastico, vel temporali sint recognoscendi,dic, aut causæ sunt merè spirituales,& tunc sine dubio ab ordinario Episcopo sunt recognoscendæ ciuiliter, & criminaliter, licet personæ sint laicæ,quas enumerat Clar. q. 36. nu.48.& ibi Addent. etiam si inciden-
90 tia,vel emergentia sint,Doct.l.Titia, ff.solut.matrim.& ibi nouissimè Barbo. latè Franch. dec.551. qualiter in tota causa supersedendum, super spiritualibus enim auertere debent omninò manus seculares, maximè super quæstionibus iuris, vt bene Doct.distinguũt d. l.Titia; & qualiter bracchium possit Episcopus petere à seculari in prædictis,dixi supra, & Clar.quæst.37.nu.8. Franc.Marc.dec.449. par.1.Couarru. pract.quæst.cap.10.& executio in personam tunc,vel in bonis laicorum,qualiter fieri debeat contra laicos,Couar.
91 ibi benè,Guttier.pract.obseru.45. Et quando Ecclesiasticus puniuit per censuras, an secularis possit ordinariè punire de eodem delicto,Couarr.practic. quæst.cap.34.Boer.dec.289.Clar.quæstio.57.Gomes.cap.1. tit.de delict.nu. 27. quando pœna non est sufficienter illata,si poterit alia irrogari;Aut causæ non sunt merè spirituales,sed misti fori,
92 quæ multæ sunt,vt Farin. quæst.8.nu. 126. & quæst.159. & patiuntur aliqui casus multam difficultatem, quando sint merè spirituales, vel misti fori; vt præcitati aduertunt, nam blasfemiæ
93 esse misti fori fatentur, sed si sint hæreticales,erunt merè spirituales,sic sacrilegia possunt esse merè spiritualia,& mista, Frãch.dec.240.Viu.dec.497.Ozasc.dec.103.Inde strigariæ,fortilegia,
94 sunt spiritualia,vt distinguunt Caball. casu 209.D de Ponte decisi.14.Farin. quæst.131.Barbos.d.l. Titia,Mastri.decisio.113.Couarr.pract. quæst.cap.33. Regula super ijs erit, vt quæ sunt delicta declarata spiritualia,ad spiritualem iurisdictionem pertinebunt, quæ vero sunt misti fori,de iure datur præuentio, Doct.d.l.Titia, Affl.dec. 219. Franch. decisio. 147. (licet sit controuersia, cum quoad punitionem delicti ordina-
95 riam prætendant laici Iudices,ipsi cognoscere, Baiard.ad Clar.quæst.36.cũ remaneat coercitio spiritualis ecclesiasti co,Couarr.var.res.c.3. lib.3.super quo articulo non est meum sententiam aliquam proferre.)

Item ratione causæ,si clericus falsũ
96 deponat coram seculari,vel falsum instrumentum,vel testes adducat, posse puniri in bonis, aliqui opinati sunt ex l.nullum C.de test.Guid.Pap.dec.178. Crau.cons.232. sed contrarium est receptum Affl.dec.230. Ann.sing. 135. Capy.decisio.142.Farin q.8. num.26. sed dubium subtile est,si non potest punire clericum,an detecta falsitate,possit secularis actorem clericum condemnare ad iacturam causæ, prout de iure
97 concluditur,quod committens falsitatem,perdit causam l.in fraudem §.quoties de iure fisci,Surd.dec.382.Anna, alleg.2. & videtur quod Iudex secularis possit,nam non est mulctare clericũ, sed absoluere reum ab impetitis, quod licitum est Iudici seculari,quando clericus coram eo agit, & succumbit, & maximè,quia perditio causæ est ciuilis cognitionis, super quo relinquo cogitandum,sed ad propositum, aliqua similia adducit Guttier.quæst.241.lib.1.

Ca-

Digitized by Google

Caball.casu 261. Item ratione causæ,
98 est magna controuersia si defunctus laicus moriatur, lite contestata, relicto hærede clerico, si clericus possit forum declinare, & lis de nouo sit instauranda coram Episcopo, & Boer. decisi. 60. num. 32. tenet quod sic, & Marant. in sua praxi vers. & omnia fiant durante instantia num. 13. cum multis, Couarr. pract. quæst. cap. 8. contrarium sentit, Gayll. obseru. 37. Ann. sing. 132. Surd. dec. 110. nouissimè Molses. super consuet. Neapol. par. 2. quæst. 8. coaceruando omnes Doctor. dissidentes conatur
99 concordare, quod instantia passiua nõ transeat in clericum, solum actiua, tam si sit hæres particularis, quam vniuersalis, nisi sententia esset lata, & idem dicit consil. 19. Barbos. l. hæres absens ff. de iudic. ex nu. 104. aliter sentit, vndè esset necessaria decisio Cæsarea, ad tantas varietates, sed quid è contrà si instantia fuerit cæpta coram Ecclesiastico, vide ibi Molses. alleg. cons. 19. Guttier. q. 49. li. 2.

Quid si clericus nominatur in au-
100 ctorem, ex facto suo, vel sui defuncti, cuius est hæres, an possit declinare forum, Marant. in praxi ibi iud. eccles. tenet quod non potest declinare forũ, cum potius voluntarius quam necessarius defensor dici possit, Gramm. decis. 21. Gayll. obseru. 37. Anna sing 45. sed contrarium est receptum, quod si clericus opponat fori exceptionem, ibi sit remittendus, ad exemplum de Neapolitano vocato in auctorem, pro quo fuit decisum, vt Capy. dec. 197. Vrsil. dec. 380. nu. 8. Anna sing. 45. Franch. dec. 416. Add ad Capell. Tholos. dec. 360. Si vero clericus vellet auocare totam causam vti auctor laudatus ad Episcopum, an sit audiendus, Muscat. in praxi vers. nominet, tangit quæst. & non resoluit, Barbosa nouissimè l. venditor ff. de iudic. ex num. 143. dicit non reperiri in hoc ecclesiasticos priuilegiatos, solum fiscum tenere hanc prærogatiuam, quando nominatur Auctor l.
101 3. C. de iure fisci, sed tale priuilegium procedit, quia non mutatur iurisdictio, sed mutantur Iudices destinati ad causas fiscales, videndus, vt C. vbi causæ fiscales, sed quando est diuersa iurisdictio, Actor non tenetur mutare reum, nam si clericus voluerit defendere cõuentum, erit in sua libertate, sed trahere, vt ipse conueniatur, prætermisso cõuento laico, de iure non videtur subsistere; Reus vero si erit condemnatus in iudicio seculari, licet acta ista non
102 probent coram ecclesiastico, cap. at si clerici de iudicijs, tamen si clericus fuerit nominatus ad defendendum, vel fuerit certioratus de lite, pro qua ipse est Auctor, reassumptis actis poterit adire ecclesiasticum, qui poterit terminare causam contra auctorem clericũ, ad instar quando secularis cognoscit contra clericum reconuentum, nam adiri poterit ecclesiasticus, & præsentato processu, ex eisdem actis cogere debet clericum, Franch. dec. 512. Quid si res litigiosa transferatur in clericum,
103 an recta via contra eum possit exequi, vti possessorem, iuxta l. fin. C. de litig & cap Regni cõuentus, fuit magna altercatio, vt Vrsil. decisio 331. sed per Franch. dec. 545. fuit decisum esse adeundum ecclesiasticum, qui reassumptis actis, poterit cogere clericum, ne detur via fraudibus, vt Viu. dec. 49. & Franch. in alia dec. 512. & an Iudex ecclesiasticus teneatur condemnare hoc casu clericum in expensis, Gutt. q 20. li. 1 & quid si lata esset sententia, vide Mastrill. dec. 79. Gutt lib. 2. q. 132. Cæuall. com. opi. 820. nu 29.

Finaliter, ratione loci, continua est
104 controuersia, quis debeat cognoscere, si laicus ratione delicti, vel debiti confugiat ad Ecclesiam si gaudere debeat immunitate, iuxta titulum C. de ijs qui ad eccles. confug. Clar. q. 30. & Add. tractant quando quis debeat gaudere, Farin. quæst. 28. Reg. Tapp. latè super cap. Regni 95. tit. de imm. eccles.
105 Hodie vero seruatur dispositio Bullæ Gregorij XIV. quæ derogauit omnibus alijs, & constituit casus, quibus personan pri-

Digitized by Google

priuari debeat tali immunitate, si erit latro publicus, ac aggressor viarum, depopulator agrorum homicidiarij, vel vulnerantes in ecclesijs, & cęmiterijs earum, occidentes proditorie, vel per assassinium, hæretici, læsæ maiestatis rei, ijs casibus, mandat constitutio, vt ad requisitionem secularis iurisdictionis, Episcopi debeant extrahere tales personas, super qua Bulla multi scripseruut, vti Marius Italia, Ambros. & alij, ad quos recurras in occurrenti.

106 Qualiter ecclesiastici cognoscere debeant de opposito crimine contra refugientem, summarie, vel plenarie vide sollemnem discept. Grat. 596. li. 3. An vero clerici gaudeant hac immunitate, vide Cæuall. commun. opinion. 689. An delinquẽtes in ecclesia, vel pę-

107 pe sub spe refugiendi gaudeant, vel si coniurationem fecerint in ecclesia, vide Guttier. lib. 3. cap. 1. & qui debito-

108 res gaudeant, idem lib. 1. cap. primo, Couarr. variar. resolutio. lib. 2. cap. 20. num. 14. quid in decocto, Cæuall. commun. opin. 683. Et an extendatur

109 Bulla ad fabricatores falsæ monetæ, vel raptores, Guttier. cap. 4. lib. 3. cum sequent. & an sacrilegi, & furantes in ecclesijs, Reg. de Ponte dec. 14. quid si extractus sit contentus esse eiectum

110 ab ecclesia, an possit in præiudicium ecclesiæ, quod non Mastril. dec. 169.

Hæcq; principalia dogmata, & quæstiones magis controuersas, & decisas in medium attuli, reliquas antiquas, apud veteres Doctor. multos, qui de potestate ecclesiastica, & seculari tractarunt reperies, in omnibus credo locutũ fuisse cũ auctoritate grauissimorum Doctorum, ab vtraque schola approbatorum, & protestor, vt dixi meæ intentionis non esse scribere quicquam quod aduersetur libertati Catholicæ Sacræ Romanæ Ecclesiæ, pro qua sanguinem effundere sum paratus, & remitto me determinationi Patrum, & idem dico pro Regia iurisdictione, nã si quid minus caute, vel imperite dixerim subijcio me correctioni superiorũ.

Ampliata iã conclusione posita ex textu huius nostræ octauæ Pragmaticæ, tam in prima, quam in hac secunda parte; vt Barones non exerceant merum, vel mixtum imperium, aliamue iurisdictionem, nisi quatenus iure, vel priuilegiorum virtute licebit, vel legitima præscriptione. Diximus qualiter de iure, & priuilegijs Regijs, debeant constare iurisdictiones, & Baronum prærogatiuæ; restat videre, & declarare verba vltima pragmaticæ (qualiter, & præscriptione) talia, etiam acquiri poterint in damnum vasallorum, & regij fisci, & è contra, qualiter vniuersitates præscribere valeant contra Barones; quæ materia intricatissima est, tũ attenta dispositione iuris, quam Regni breuiter, & conclusiuè omnia perstringemus, quæ ad nostrum pertinent.

Barones igitur, aut prætendent in suis terris prescripsisse aliqua reseruata in signum coronæ, & directi dominij, & quia super istis fundatur potestas, & obedientia l. g. bene à Zenone C. quadr. præscr. hæc sunt imprescriptibilia, & etiam tempore immemorabili quæri non possunt, Iason l. Imperium ff. de iurisdiction. omnium iudic. Bellug. rub. 12. Franc. Balb. in tractat. de præscript. prima parte quintæ partis, & est communis; licet Vasq. contro uers. illustr. cap. 82. aliter distinguat, & qui prætendet non solum præscripsisse reseruata, & ob eam causam non præstare obedientiam, & non recognoscere coronam, de facto à terris, etiam coniurato bello expelli debet, Cyn. & alij l. 2. C. de cond. ob causam ex inde tot bella, conquistationes, non enim licet membra disgregari à corpore cap. cui non decet de præscript & vti facto occupantur, de facto licet expoliare, Luc. de Penna lege viros C. de diuers. offic. lib. 10. Aut verò tractatur de præ-

112 scriptione alicuius feudi integri, & tunc tempus immemorabile requiritur probando seruitium, vel si fuerit franchum, vel conditionatum probando qualitatem possidendi, nam eatenus cẽ

Digitized by Google

ſetur pręſcriptum,quatenus fuit poſſeſſum,ex regula legis primæ §. ſi quis ff. de itine.actuq.priu. Felyn. cap.auditis de præſcript. & in dubio iudicatur ſecundum naturam feudalem Doct. cap. 1. §.ſciendum de feudi cognitione, Afflict.dec.226. licet conſideranda ſit natura Regionis,& eius conſuetudo,vt Affl.ibi,ſi vero tractetur de præſcribẽdis aliquibus Principi reſeruatis non
113 in ſignum coronæ,ſed in titulum particularem reſeruatum,vti ſunt exactiones vectigalium, creatio tabellionum, legitimatio naturalium,& alia, de quibus in cap.1. tit.quæ ſint regalia, hæc enim prædicto tempore immemorabili ſimiliter Baro in ſuis terris quærere poterit, nam omnia quæſibilia priuilegio,quæri poſſunt, & præſcriptione, vt Guid.Pap.dec.514.Iacobin.in tractat. de feud. verſ. confiſcationes, verb. fluminibus, & proinde merum imperium & iuriſdictiones aliæ præſcribuntur, Doct.omnes l.imperium ff.de iuriſdict. omn.iud.& tantò temporis effluxu,præſumetur ſuperioris ſcientia, patientia,
114 & conſenſus,vt Gramm.dec.40.Afflict.dec. 107. licet regulariter factum miniſtrorum non præiudicet Domino, Frecc.quæſt.28. Anna rubr. de vaſall. decrep.ætat.nu.453. Dom.Roui.prag-
115 ma.9.num.38.de feud.attamen curſus antiquiſſimus hæc omnia pręſumit, vt bene Guttier.lib.1.quæſt.85. cum ſequent. Sed ſi daretur vera ſcientia Principis,tunc ſcientia cũ præſcriptio-
116 ne quadragenaria ſufficeret,Guttier. quæſt.86.vel ſi tractaretur de præſcribendo contra alium Baronem,vt quæſtio.87.ſeq. Auend.cap.1. prætorum lib.1.Couarr.regula peccatum 2.part. relect.S.3.num.5. vbi latè hanc materiam exorditur; & quomodo proban-
117 dum ſit initium,& quaſi poſſeſſio ſequuta,benè Maſcard. de probat.incip. merum imperium,& Boff. tit. de Principe nu.279. Idem tempus legitimum erit, ſi Barones quæſierint aliqua iura contra vaſallos,& vniuerſitates,nam
118 licet ſint extra inueſtituras,& præter ius,vel contra ius,tamen immemorabili conſuetudine quæri poterint,vt abũdè dixi pragm.1.ſupra,vbi cætera quæ ad materiam huius articuli ſunt neceſſaria,explicauimus, quæ concluſio habet parilitatem, nam & vaſalli, & vniuerſitates, licet de iure nullam poſſint habere iuriſdictionẽ ſine legitimo priuilegio,vt in conſt. Regni cum ſatis,tũ immemorabili conſuetudine,& præſcriptione,poſſunt iuriſdictionalia aliqua
119 quærere contra ſuos Barones, vt videmus in multis terris,q̃ habent diuerſas prærogatiuas creandi aliquos officiales,vel gratiandi delinquentes, ſeu tranſigendi,quæ immemorabili tempore quæſierunt,vt Affl.d.conſt.& nouiſ-
120 ſimè ibi D.Tap.Bal.l.1.C.de emanc. liber.Conſuetudo enim poteſt dare ordinariam iuriſdictionem,& tempus prę ſumit regium aſſenſum, & cæteras ſollemnitates,& abſtergit omnem maculam,vt diximus pragm.1.par.3.& benè Regens Tapp.d.conſt.cum ſatis nu. 6.in terminis, Guttier.obſeru.84. Maſtrill.lib.1.cap.7. Hinc Ciuitates Lombardiæ habent multa regalia,Crauett. conſ.117.volum.4. Montan.pragm.2. de admin.vniuerſ.num.180.cum ſequ. Auend.de exequend.mand.cap.1. Ci-
121 uitates autem quæ per Rempublicã gubernantur,habent omnia regalia, Bar. l.1.§.de qua re ff.de poſtul.Gayl. obſeru.57.num.7.Roland.conſ.29.vol. primo, qui loquuntur de Ciuitatibus Ianuæ,Senarum,Venetiæ, Lucanæ,Florentiæ,Peregr.de iure fiſci tit.2.cap.2. num.44. ſed oritur difficultas ex text. cap.primi §.ſi quis per triginta annos, titulo ſi de feudo defuncti fuerit controu.& ex conſtit. Regni quadragenalem, quæ ſæpius à Feudiſtis allegatur, conſtat vaſallum præſcribere poſſe feudum contra Dominum,ſpatio annorum triginta, & licet non habeat inueſtituram, tñ iſto tempore dicetur quæſiſſe
122 feudum informe, quæ præſcriptio nõ ſolum contra Dominum, ſed contra alium priuatum feudum habentem ab alio præſcribi poterit tricenaria poſ-

Digitized by Google

possessione cum præstatione seruitij cum sola temporis probatio, sine ser-
123 uitio non concluderet rem feudalem, sed possessam pro suo liberam Doctor. dicto §. si quis, & Afflict. dicta constitutio. & in decisio. 324. & procedit non solum in feudo integro, sed etiam in parte quotatiua, vel augmento, nam si pro illa parte constet seruitium præstitum, tanquam de re feudali, idem iudicandum de toto, quo ad totum, quod de parte, quo ad partem, l. quæ de tota ff. de rei vendicatio. nouissimè Præses de Curte in suo tracta. feudo. fol. 75. num. 119. & procedit ta-
124 lis præscriptio, si aduersarius est in Regno, secus si absens, vt Afflict. in citata constitut. norab. secundo, sed refragatur huic conclusioni cap. imperialem de prohibit. feud. aliena. & constitutio. Regni diuæ memoriæ, vbi statuitur, alienationes omnes feudales nullas esse, quauis præscriptione non obstante, sed de Curte loco citato, nu. 135. cum alijs Feudistis, dicit verum esse, si possessor sola præscriptione se vellet tueri, sed si cum præscriptione adducatur probatio seruitij, causa rei feudalis, erit tunc legitima præsumptio inuestituræ, Anna vero in rubric. de vasallo decrepit. ætat. num. 451. dicit procedere istam præscriptionem, dummodo sit præsens in Regno Dominus, vel Rex, & non alias, vt supra dixi, alias immemorabilis requiritur, & sic si Ba-
125 ro concesserit aliquod feudum, etiã si non interuenit assensus Regius, si vasallus præstiterit per annos triginta seruitium, & non sit infirmata, vti præsumpta sollemnis inuestitura reputabitur, & tantò fortiùs si bis vniformiter Baro concessisset eandem rem, nam
126 induceretur solitum dandi, & sola sua auctoritas, & consensus requireretur in alienando, Regens de Ponte in suo tractat. §. secundo, titu. de assens. Sed si res vellet teneri, vt burgensatica, & non feudalis, tunc tale tempus nõ
127 opitularetur, sed saltim centenaria requireretur, Anna constitutio. Regni diuæ memoriæ num. 185. Limitatur etiam supradicta conclusio, non procedere contra fiscum, contra quem hæc præsumpta inuestitura, & præscriptio non admittitur, vt Camerar. cap. imperialem.

Hinc solent consultò Barones, dum est controuersia inter ipsos, & vasallos in Sacro Consilio procurare, vt pro interesse suo, fiscus compareat, vt is audiatur, & suo nomine cumulatiuè cum Barone sua iura coadiuuat pro suo interesse secundariò, & cum in omnibus causis, vbi fisci interesse potest, fiscus habet suum Iudicem particularem, qui est Regia Camera, trahit causas cœptas, & incipiendas ibi, vt aduertit Anna in repetitio. constituti. diuæ memo-
128 riæ num. 12. Sed aduertè quod hæc doctrina non procedit hodie, nam cũ ista via omnes causæ latenter occuparentur à Sacro Consilio, & præcipuè
129 istæ feudales, quæ propriè ad Sacrũ Consilium pertinent, edita fuit pragmatica, quod vbi non agitur de interesse præsentaneo fisci, & vbi non est reus, vel actor, vel auctor, quod non possit auocare causas cœptas à Sacro Consilio pragmat. 62. sub titu. de offic. Sacri Consilij, & confirmatum per Pragmaticam Ducis Offunæ 15. & sic iudicantur hodie, vt refert Molfes. tit. de renunciat. quæstio. quarta num. 33. cum sequentibus. Limita etiam si quis
130 vellet præscribere quotam feudi, vt in constitutio. Regni consuetudinem prauam, nam non potest fieri disgregatio sine assensu, vel immemorabili, Viuius decision. 226. Vrsill. decision. 254. num. 3. Paris de reintegr. quæstio. 299. Inde Vniuersitas, & vasalli, dixi quod non potuerunt præscribere ius lignandi, pascendi in demanio Baronali minori tempore centenario, nam hic non tractatur de feudo, & feudi recognitione per naturam feudalem, sed de præscribendo ius contra feudum, & etiam si præstaretur seruitium, semper quod feudum dismembratur, vel diuiditur, præscriptio ea non proce-

Digitized by Google

dit,vt Vrſill.dec.254.ſic Lanar.conſil. 40. & conſ. 93. nam particulares con-
131 ceſſiones,& diuiſiones, multa parant incommoda,l.tutor §.Iutius ff.de vſur. & multa alia pertinentia vide in Præſ. de Curte loco citato benè, ſecus ſi eſſent aliquæ conceſſiones particulares.

Et pro complemento huius articuli, dum dixi quod vniuerſitates quærere
132 poterint aliqua iura contra Barones, præſcriptione, vidi dubitatum,quomodo vniuerſitas quæ non habet corpus poſſit præſcribere,nam ſi dicamus hoc fieri per Ciues, videtur quod illud ius particularibus ipſis poterit queri,& nõ vniuerſitati,pro qua ciues actiones nõ quærunt,pro vt dicimus,quod vniuerſitas non punitur, quia maior pars ci-
133 uium deliquerit,niſi congregato Cõcilio,tota deliberaſſet, vt fieret tale delictum, Afflict.dec.376. Maſcard.de probation.concluſ.1165.incipien.Vniuerſitas, ſed contrarium eſt verum, nam per actus publicos,ciues quærunt ius,& actionem vniuerſitati,vt communiter Doctor. Crauett. conſ. 192. Cæ-
134 poll.tit.de ſeruit.iuris paſcendi num. 25.Hieronym.de Monte in tracta. fin. regund.cap.70.Surd.dec.236.& actus priuati ciuium faciunt ius in communi, & publico, & non in particulari, incipitque quaſi poſſeſſio, & deinde actio. præſcribendi pro vniuerſitatibus.

Poſtremò reſtat tractandum. Iam quod qualiter inueſtituris,priuilegijſq; Barones poſſint,vel præſcriptione,dixerimus: Et quia etiam multa conceduntur Baronibus,& etiam vniuerſitatibus ex priuilegijs,& capitulis,quæ inuicem inter ſe pacíſcuntur,maximè in ingreſſu poſſeſſionis adipiſcendæ per Barones, de terris,de quibus fuerunt inueſtiti,& quotidianæ ſunt concertationes pro obſeruantia talium conuentionum gratiarum,vel priuilegiorum,vndè neceſſariò videndum eſt, ſi ſubſtineantur de iure,& valeant, & cum hucuſque locus opportunius nõ occurrerit,& vaI dè conferant ad noſtrum inſtitutum, ideo hic collocare materiam hanc ad propoſitum duxi, & de ea aliqua inueſtigare,vti quotidiana.

Et pro elucidatione,præmitto,quod iſta priuilegia, & conceſſiones ad inuicem ſolent fieri,vt dixi,præcipuè in ingreſſu noui Baronis ad capiendam poſſeſſionem,& vaſalli,& vniuerſitates nõ ſolent ipſos recipere, niſi priùs ſubſcribantur gratiæ & confirmentur antiqua
135 priuilegia,& populus ſolet vna cum Clero,cum proceſſionibus præire,cum multis apparatis, pro quibus licet erogare pro iucundo Domini aduentu,M. Anton.Surgens de Neapol.illuſtr.cap. 5.in fin.& mittuntur miſſilia,gloſ.§.pẽnult.inſtitut de rerum diuiſio. Franciſ. Marc.benè deciſion 36. & deciſione 108. ſecunda parte, quomodo licitum ſit tunc temporis donare nouo Domino,vias ſternere,& obuiam ire, tex.eſt in l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funerum Iſern. cap.1.§. ſi quis demanſo de prohib.feud.alienat.& vocantur dona honoraria, vt Surgen. ibi nu.31. intellige certa munuſcula,cum honoraria alicuius quantitatis non li-
136 ceat Vniuerſitatibus dare Baronibus ſine licentia Proregis. & refrenatione quantitatis,de Ponte in tit. de diuerſis prouiſio. tit.de donis, & expenſis Vniuerſ.num.12. Auendan.de exequend. mand.cap.10.num.15. lib.2.gloſ.ſing. l.id veſtimentum ff. de pecul. Sed ego aduerto,vt iſto tempore importunè,priuilegia noua non petantur, vel confir-
137 mentur antiqua,nam obtenta per importunitatem licitè reuocantur, Bar. l. priuilegia C.de ſacroſanct.Eccl.& in terminis Petra de poteſt.Princ. fol.18. latè num.268.Felyn.cap.1. de probat. nam conſultò oportet fieri omnia, & antiqua,ſi non legantur,& ruminentur eorum confirmatio inutilis eſt, Gram. dec.59.nu.21.Addent.ad Capyc.dec. 163. & adagium eſt, quod illud quod importunè petitur,conſultò reuocatur, Nec generalis confirmatio iuuat,vt iterum non reuideantur,Gramm.dec.66.
138 n.52.Affl.dec.128.in prin.Pereg.de iure fiſc.tit.3.num.15. Viu.deciſ.206.

Con-

Digitized by Google

Confirmatio enim aut est in forma
139 communi,vel speciali, vt Dec. & alij in rub. de confirm. in forma communi dicitur facta quando sine insertione priuilegiorum antiquorum in ea confirmentur,nam sine causæ cognitione, & de certa scientia concessa nullum
140 ius tribuunt, nec actum nullum conualidant,vt Doct.d.rubr.num.3. Socc. Iun.cons.32.& potiùs dat maiorem auctoritatem quam firmitatem,& semper subintelligitur sine præiudicio confirmantis, Bald. cap.venientes de iure iurand. Auend.de exeq. mand.cap.19. num.5. Roland.cons.29. 1.volum. nec
141 clausula tantum de certa scientia,ac quod habeantur omnia pro expressis sufficit,vti de stilo, Paris.cons.106.volum.3. quia non præsumitur superiorē velle approbare iniusta, vel nulla, Bar. & alij l.1.ff.de his qui sunt sui vel ali. Guttier.de iuram. confirm.par.1.c.38 Quod neque iuramentum obstat, cum non extēdatur ad iniusta, vel nulla,vel non cogitata,& discussa,sed potius per obreptionem,& importunitatem dicūtur confirmata priuilegia, simili modo obtenta, non obstante clausula de certa scientia,vt Gutt.ibi.Cōfirmatio specialis vero tribuit ius,ac si de nouo cō-
142 cessio fieret,& importat donationem & extensionem omnium iurium, Ruin. cons.84.latè Sese dec.15. Doct d.rub. de confirm. Sed quæ dicatur specialis, dic quando exprimuntur omnia sigillatim in confirmatione,Menoch.de arbitrar.lud.casu 202. Idem si ex verbis prægnantibus,& geminatis,& ex clausulis positis,appareat certitudinaliter, vel præsumptiuè, mentem concedentis esse,velle confirmare,& dare,& relaxare ad beneficium concedentis, tunc si non essent omnia sigillatim expressa, sed adiecta sit clausula, vt tenor habeatur pro expresso, cum fuerint visa, & recognita priuilegia,nam tunc relatum erit in referente, maximè, addito iuramento cuiusuis est,præsumi certiorationem, Guttier.d.cap.38.num.5.de
143 iuram. nam iuramentum habet vim specialis expressionis,Gabr.Roman.tit. de iure iur.conclus.4. & habet effectū specialis consensus gloss.l.cum pater §. filius matrem ff. de legat.2. Serafin.de priuil.iur.priuile.119. & licet istæ conclusiones habeant suos contradictores, tamen ista est approbata opinio, vt ad partes benè Ioseph Sese dec.93. & tanto magis priuilegia,isto secundo modo
144 confirmata valent si transierit longum tempus, vel fuerint in obseruantia post confirmationem, Alexan.l.qui aliena ff.de acquir.hæred.& cons.179. volum.7.Crauett.de antiquit.tempor. 3.par.num.6. Dec. cons.159. Roland. d.cons.99.volum.2. & diuturnitas decem annorum sufficiet,vt ibi Crauett. Castr.cons.202.& 375. libr.1.Sqccin. cons.28.lib.2. Gramm.dec.66.num.31 quæ omnia nota in confirmatione priuilegiorum, & pro coronide signa, vt Anna sing.586. quod si habes priuilegium, vel consuetudinem validam ex
145 alio iure, non erit rectum consilium petere confirmationem,& Dom.Roui. tit.de reuo.priuileg. & sic monitos duxi vassallos, vt præmaturè petant, & non inconsideratè, in actu possessionis adipiscendæ hæc pertractare habeant, Gratiæ verò particulares factę per Barones pro publica lætitia valent,dum indultus concedunt, & gratias carceratis,& delinquentibus,partium remissionem habentibus,Fran.Mar.dec.153 p.2.& generalem abolitionem,DD.nominant,vt dixi prag. 6.

Et ad rem redeundo, in hoc articulo Doctores hanc distinctionem fuerunt sequuti. Quod Ciuitates,vel Ter-
146 ræ, aut sunt demaniales ex antiquo in potestate Regia tentæ. Aut ipsæ,cū venditæ fuerunt,prouocauerunt ad demanium,vel sunt feuda solita alienari, & vassalli Domino ementi, liberè se subijcierunt. primo casu, terræ quæ semper,vel ex antiquo, fuerunt de demanio,& inter regalia, & hæ non possunt alienari in præiudicium coronæ, quia expropriare & minuere eam Princeps non potest,ex originaria Bar. do-

Digitized by Google

ārina l. prohibere §. planè ff.quod vi,
Belluga rubr.9.Vasq.contr.illustr. cap.
3. cum sequent. nam Princeps habet
bona duplicis generis, alia sunt patri-
147 monialia propria, de quibus vti qui-
libet priuatus disponere poterit, vt C.
de fund. rei priuileg. lib.12. & C.de
fun l. patrimon. Alia dicuntur dema-
nialia Regis,quæ in vsum,& vsūfructū,
Principi tribuuntur, pro defensione
148 Coronæ,& sui auctoritate, Luc. lege
quicunque C. de bonis vacant. lib.10.
Ann.alleg.69.& de istis nec alienando,
nec infeudando disponere potest, Iser.
cap. imperialem §. præterea vers. nec
Dominus de prohib.feud.alien. Capy.
decis.121. & tantò magis renuentibus
vasallis,quorum interest non discedere
à manu Regia ad subiectionem Baro-
nis,& esse obligatos tot grauaminibus,
vt dicit Andr. dict.§.præterea, & Ca-
py dec.173 Peregr.de iure fisci fol.29.
& est communis opinio licet contraria
opinio fundetur in consuetudine,quod
Principi liceat,etiam ea alienare, stan-
te necessitate,& maximè quando alie-
nanda non sunt,in magnam deteriora-
tionem Coronæ Reg.de Pont.cons.70
num.38. Dom.Tapp.de const.Princip.
cap.4.rubr Præses de Curte fol.8. in
suo tract.feud.nouissimè Mastrill.lib.3.
de magistr. cap. fin. quando feuda de-
manialia possint alienari, & quid si
149 Princeps promiserit non vendere,vi-
de eundem Mastrill.lib.2.dec.in fine,
D.de Pon.in suo tract.tit.de diuer.pro-
uis.§.1.

Secundo casu, quando vasalli pro-
uocauerunt ad demanium, & se redi-
merunt,& venerunt ad manus Regias,
150 nam licitum est,& vasalli habēt præ-
lationem, dum venduntur si offerant
pretium Domino directo, nam & si de
iure vasalli Dominum aliquem empto-
rem refutare poterunt,ex text.l.inuitis
ff.de fideicomm.libert. Vrsill.decision.
265.Capy.decisio.162.Crauet.consil.
224.Gabr.tit.de iure quæsito non toll.
concl. . . . tamen hæc opinio contraria
151 consuetudine fuit abrogata, Camer.
cap.imperialem,Dom.de Franch.deci.
17. vnde solum remanet prædictum
remedium prouocandi ad demanium
in Regia Camera, offerendo pretium
cum interesse emptori, intra annum,
cap.Titius si de feudo fuerit controu.
vbi Docto.Anna alleg.17.nam ratione
libertatis assequendæ, licet emptor ef-
fectus esset Dominus,tamen soluto pre
tio ei relaxare cogitur,argum.l.primæ,
C.de capita.ciuium eximenda,vbi Fa-
ber Inde dicunt, potiùs fauore liberta-
tis, quam prælationis demanium con-
cedi vasallis,vt latè de Curt.fol.8.n.4.
Franch.dec.17.Verum est quod non
152 debent permittere vasalli, vt Domi-
nus capiat liberam possessionem, sed
protestari debent, & dissentire, nam
aliàs non admitterentur ad demanium
postea,Anna alleg.69. num.13. Fran-
ch.dec.17. & quod dixi, vt intra annū
petatur adeo est necessarium ex recep-
ta Regni consuetudine,vt Franch.ibi,
quod licet de iure vniuersitatibus de-
153 tur quadriennium ex capite restitu-
tionis,vt Anna alleg.87. tamen hodie
per pragmaticam Comitis Mirand.63.
cap.6. constitutum est, restitutionem
amplius hoc casu non concedendā, &
restitutionis beneficium, lege tolli po-
test,Sforza de restitu. in integr.part.1.
154 quæst.55.& istud tempus Prorex mi-
nuere potest,Anna repet.constitu.diuę
memor.nu.126. Vnde aduertant vni-
uersitates intra annum petere, & of-
ferre pecuniam, pro qua exigenda li-
155 citum est vasallis collectas imponere
ob libertatem assequendam, Thessaur.
dec.257.Gramm.cons.ciu.69.dummo-
do vniuersitas non depauperetur,nam
hoc est vnum de requisitis ad obtinen-
dū,& quod interueniat consensus om-
nium ciuium, cum tale onus respiciat
singulos,vt singulos,vt Thess.ibi,vnde
156 omnes approbare debent,Franch.de
cis.2.licet rectiùs Doctores dicant, qđ
in hoc casu assequēdæ libertatis,sanius
consilium,& maior pars sufficiat,argu-
men. leg.1. C.de communi seruo ma-
numisso,Crau.consil.195.nu.10. quod

Re-

Digitized by Google

Regiæ Cameræ arbitrio remittitur, Franch.deciſio.517. Immò vnus ciuis
157 poterit demanium petere,ſi ſolus de ſuo pretium ſoluere poterit, de Curte ibi num. 7. quam materiam nouiſſimè latè tractat Dom.Rouit. pragmat. 64. tit.de officio procur. Cæſ. D.de Ponte in ſuo tract.tit.de diuerſ.prou.§.1.Seſe dec.36. ad quos recurras, cum ampla ſit hæc tractatio, & non pertineat ad noſtrum.

Aut tertiò venditur terra & emptor ſine contradictione recipitur, & ab eo priuilegia petuntur, & capitulationes inter Baronem,& vniuerſitatem conficiuntur. Prædicta omnia nunc reaſſumendo, habita generali cognitione terminorũ, dico, quoad Doctores quo ad primum, & ſecundum articulum, quando Princeps vendit, & vaſalli habent iuſtam contradicendi cauſam,vel quando Vniuerſitas ipſa contentatur vendi poſt demanium petitum, quod euenire ſolet,quia depauperate ob pretium exburſatum, non valens reſiſtere creditoribus,iterùm ſe vendit,cum aliquo Barone ſe conueniens,his caſibus, quia Vniuerſitates non coguntur habere Dominum inuitum, & quilibet in re ſua poteſt apponere legem quam vult,accipiendo ergo Dominum, cum
158 conditionibus,& capitulis conuentis, & non alias, quia ille in tantum dicitur Dominus,in quantum conditiones appoſitæ in re vendita ſeruantur, & illæ potius oneroſæ, quàm gratioſæ dicuntur,vnde omninò Barones ſeruare tenentur,Socc.l.ex toto in fi.ibi 7.concluſ.ff.de legat.primo, Crauett.conſil. 241.Gayll.obſerv.54.lib.2. & Ozaſch. dec.139.num.22. text. inſignis l.2. ff. de iure immun. cuius verba ſunt (Hi
159 qui certa conditione muneribus,vel honoribus ſe adſtrinxerunt, cum alias compelli non poſſent, fides ei ſeruanda eſt,conditio quoque qua ſe, ſiue ad honores applicari paſſi ſunt) maximè quia in non ſubditum priuilegia
160 conceſſa ſemper ſunt firma, Aſſ. deciſio.361.nu.9. Petra de poteſt. Principi.fol.182.num.171. vnde cum concedantur antequam recipiant in Dominum valida erint. Inde cautela eſt, vt ante poſſeſſionem recipiendam vniuerſitates ſe conueniant, & cum hac conditione,& non alias, poſtea Dominum recipiant, & fiant mediantibus contractibus, nam quando gratiæ, vel
161 priuilegia tranſeunt in contractum, firmiora ſunt,Bald.leg.qui ſe patris colum.7.C.vnde lib.Fely. & alij cap.nouit de iudic.Ozaſch.dec præcit.nu.26. & maximè ſtante iuramento,quod etiã à Principe peti debet, dixit Belluga rub.de iuramen.à Principe facie. & ſacramentum dicitur fides regia promiſ-
162 ſa,Theſſ.dec.47. Gayll.obſeruat.56. Surd.dec.234. & Petra fol.89. qui diſtinguit ſi verè dicatur iurare quo ad periurium,vel obligat quo ad obſeruãtiam, in tantum quod dum Vniuerſitas Terræ Solofræ, quæ erat de demanio, ſe ſubijciſſet vendi Baroni cum certis pactis reſolutiuis in caſu inobſeruantiæ iuxta terminos Couarr.var. reſol.lib.3.cap.7. Anna conſ.39. D.de
163 Ponte conſ.67.ita quod conditio dicitur anima venditionis, ſine qua non in obſeruantiam iterum petijt ad demanium reduci, & lis pendet.

Tertiò verò caſu,cum venditio fiat ab vno feudatario alteri,& vaſalli conſentiunt,ſed conueniunt inter ſe, de priuilegijs ad inuicem,& tunc aut me-
164 diante pecunia data à vaſallis conceduntur, & tunc licet conceſſio ſonet in priuilegium, quod eſt mera gratia, Boſſ.tit.de Principe num.100.Gramm. dec.24. tamen quia attenditur magis cauſa, quam cauſatum, præſumit contractum oneroſum venditionis, vel innominati contractus,ex Bald.doctrina, d.l.qui ſe patris, & Ozaſch.ibi, Viuius dec.103.Tiraq.de reuoc.donat.f.140. num.32. & eſt communis, niſi Priuilegium ſatis præponderaret pecuniæ datæ, Tiraqu. ibi verſ.donatione largitus num.9.Ozaſch.dec.139.nu.10. Pereg. de iure fiſci tit.3. num.28. ſecus ſi pecunia præponderat, l.cum quæritur ff. de

Digitized by Google

de ſtatu hom. idem quando eſſet conceſſio in remunerationem, iuxta terminos notatos Pragm.3. nam ijs caſibus, neque Princeps contrauenire poterit, licet quando eſſet mera donatio, poſſe reuocari aliqui dixerint, Gabr.concluſio.7.de iure quæſito, Peregri.ibi Domin.Tapp.de conſtit.Princ.l.fin.cap.9.
165 par.2.vbi latè hoc examinatur. Tamen in inferioribus denegatur hæc facultas reuocandi, vt Doct.citati, & Felyn.cap.nouit de iudic.num 11.Ripa reſp.3.de diuerſ.reſcr.nã donatio poſtquam perfecta eſt ſine cauſa reuocari non poterit l.perfecta C.de donat.quę ſub modo, Bertazz. in terminis conſil. crim.420.Petra fol.188. per totum illũ articulum, & tantò magis ſi ſunt empta, vt dixi, pecunia mediante, nam contractus oneroſi difficilius diſſoluũtur l.ab emptione ff. de pact. & licet vniuerſitates non poſſint donare in Regno maximè §.pen.pragm.5.de adminiſtr.vniuerſ.Franch.deciſi.17.num.13. tamen in remunerationẽ, quæ emptio-
166 ni comparatur l.aquilius ff. de dona. donatio valet Tiraq.de reuoc.donatio. fol.14.num.32. verbo omnia, vel partem, Montan.d.Pragm. Petra fol.197. num. 49. nam potiùs permutatio dicitur, Franch. dec.428. Gramm.dec.45. dummodo æquiualens attingat ſaltim
167 medium valoris rei conceſſæ, Clar.§. donatio quæſt.8.latius Tiraq.de reuo. donat.verſ.donat largitus, Pinell. de reſcin.vend.1.par.cap.4. ſin ſecus vniuerſitates Baronibus quicquam donare prohibentur, Reg.de Pont.tit.de diuerſ.prouiſ. cap.de donis. Inde ſi gratiæ, vel conceſſiones factæ eſſent ſecundũ ius, vel eſſent promiſſiones, ad quas de iure Baro tenetur, & vniuerſitas pro ijs pretium dediſſet, propter quod Baro acciperet, ad reſtitutionem tenetur,
168 nam ea quæ non præſtant actionem, neque ſalarium merentur, & quod gratis quis exequi debet iniquè accipit l. fin.ff.de cond.ob turpem cauſam, Capyc dec.180.num.17.& dixi pragm.3. in princ.

Hinc multoties fuit dubitatum, an
169 licuerit vniuerſitati donare Baroni pro facienda ea terra Camerã reſeruatam, & pro elucidatione quæſtionis, prę mitto, ne terminos ignores, cum à paucis hoc ſit pertractatum, quod iſtud ius Cameræ reſeruatæ conſuetudine Regni potius, quam iure fundatum fuit, licet ad iuris exempla ſit extenſa. Camera ergo dicitur, locus de domo di-
170 ſtinctus, & ſeparatus, pro habitatione diei, & noctis, Luc.de Penn. C.de præpoſitis ſacri Cubiculi, & nominatur reſeruata, ad diſtinctionem, quod pro perſona Domini parata eſt, non pro alijs, licet familiaribus, Cumque munus hoſpitandi milites patrimoniale ſit, ita vt nullus regulariter excuſetur, nam ſicut filijs educandis patres attendere debẽt ita, & Patriæ, ſeu vniuerſitates educa-
171 re debent milites, qui filij Reipublicę ſunt, quia eam ab hoſtibus tuentur, vnde ab eis ſunt alẽdi l.militibus ff.loca. Inde, & milites cæleſtis militiæ, vti clerici, & monaci, qui pro nobis orant, &
172 ſuis orationibus nos tuentur, à nobis etiam ſunt alendi, Doct.l.id quod pauperibus C.de Epiſc.& cler.& Aduocatis publicis ſtipendia aſſignantur pro defenſione quã ſuſcipiunt pro ciuibus l.Aduocati C.de aduoc. diu. iudic. Hi omnes milites debent ali, & hoſpitari, ſed ob particulare priuilegium ipſi ſunt exempti ab hoc munere hoſpitandi alios l.fin.§.penul.ff.de mun.& honor.&
173 non ſolum ipſi, ſed tota familia eorũ, Boer.dec.300.& proinde dicunt, qđ ſi vnus ex fratribus ab hoc onere eſt immunis, facit etiam alios in communione ſtantes ſecundum vnam opinionem, Surd.dec.301.Menoch.de arb.iud.ca-
174 ſu 379. licet non à contributione, vt Addentes ad cap.Regni 69. ad propoſitum deueniendo noſtrum, Barones milites eſſe, & ſic vocari in iure non
175 ambigitur, cum pro Rege ſint accincti pugnare in neceſſitatibus Regni, & ſeruitium præſtare cap. imperialem §. firmiter de prohib.feud.alien.& ſic nominat eos tex.cap.ſi quis miles, tit.de feud.

Digitized by Google

feud.ſine culpa non ammict.& rubr.de milite vaſall. Ita vt mutus, ſurdus, & impotentes,quia militare non poſſunt, feuda retinere non poſſunt regulariter toto titulo,An mutus,ſurdus,& imperfectus,de quo articulo dixi in rubric.ſi ergo priuati milites ſunt immunes ab onere hoſpitandi, & tota eius domus, tanto fortius immunes debent eſſe milites illuſtres,vt ſunt Barones Regni,& dum reſeruant ſibi locum,vbi intendũt degere cũ ſua familia,conueniẽs eſt ex pluribus iuſtis rationibus, vt non contriſtetur ea terra ab hoſpitio aliorum militum,ex quibus ſupplicante Regno, fuit conceſſum per Maieſtatem Catholicam Baronibus,vt eligant vnam terram in Cameram reſeruatam, excepto
276 iure tranſitus, qui nunquam videtur limitatus gl.l.ſi quis poſt hanc C.de ædif.priu. Comitibus,& Marchionibus ſunt in eodem priuilegio non tenendo pluſquam vnam Cameram, Ducibus verò,& Principibus conceſſum fuit auctoritas tenendi duas terras in Came-
277 ram reſeruatam,ratione maioris prærogatiuæ,& præſumptionis maioris ſtatus,& pluritatis terrarum,in quibus diuerſo tempore licet habitationem ducere,& viſitare,argum.l.pen C.de metat.& epid lib.12.& licet poſtea non ſemper ibi habitationem ducant,deſti-
278 natio loci aſſumpti ſufficit,vt ea terra gaudeat immunitate Cameræ reſeruatæ, & ſic ſæpiùs fuit iudicatum in Reg.Cam.argum.l.pen.ff.de iure mili. Bart.l cœtera §.ſed ſi ſeparauit ff. de legat.primo. Hæ igitur Cameræ reſeruatæ in conſequentiam eximunt vaſallos ab onere hoſpitandi ob fauorem dominorum,& iuſtum videtur etiam, nam dum hoſpitantur quotidiè Barones,non paucas recipiunt incommoditates,& onera,vt eſt notorium,vnde Rex videtur reſpectum habuiſſe non ſolum ad Barones,ſed ad vaſſallos, dũ iſtas prærogatiuas eis conceſſit, inde orta eſt dubitatio, quam in principio propoſuimus,dum iſto articulo mentionem fecimus, quod cum gratia vtiuſque, priuilegium hoc videatur indultũ Barones gratis concedere debent iſtas Cameras, argum.l. hoc iure §.labeo ff. de donat.Bar.l.ſed ſi plures §. in arrogat.ff.ſolut.matrim. & cum ſine pretio Barones obtineant à Principe, gratis & ipſi concedere deberent, & in hanc opinionẽ videtur inclinare Add. Mut. Surg.ad fratrem fol.409.de Neapol.illuſtr.tamen quicquid ſit,quia contemplatione Baronũ,talia priuilegia fuerũt conceſſa,& attenditur quod principa-
279 liter fit, & non quod in conſequentiam venit l. non quæ admodum ff. ſi certum pet.Tiraquel.de retr. §.fi.gl.2. ideo fuit pronunciatum licere Baronibus de pretio conueniri cum vaſallis pro facienda Camera, Vrſill. dec.101. nouiſſimè ſic refert Præſ.de Curte fol. 36 in tracta.feud. & facta deſtinatione Cameræ,non poſſe fieri variationem, nec poſſe terram priuari ea prærogati-
280 ua.notat ibi Surg cum ſolius Principis ſit gratiam perfectam reuocare, verum vniuerſitates conſultò debent procedere,dum pro tali cauſa pretium ſoluere intendunt,nam & ſi Baro deſtinet terram in Cameram, & promittat eam immunem ab onere hoſpitandi, tamen multoties quia non ſuo facto, ſed Regis,vel Proregis ex vrgenti cauſa milites mittuntur, non obſtante qua uis Camera reſeruata, ſic enim extat
281 conditionata gratia; Barones ſe excuſant,& vaſalli miſeri ſub hac credulitate reperiuntur deluſi,cum ſoluerint magnas quantitates pecuniarum,& in facto Vniuerſitas Solofræ prætendit maximum intereſſe à Domino,qui pro miſerat eam immunem ab hoſpitio, & contra eam fuit iudicatum,nam factum Principis dicitur caſus fortuitus,Crau. conſ.294.bene,cumque non facto Ba-
282 ronis, ſed Principis ſic iubentis fuit hoſpitium miſſum,non obſtante Camera,ideo Baro fuit abſolutus, limitatem tamen ſi eſſet conuentum de caſibus fortuitis, vt Baro teneretur ad intereſ-
283 ſe,nam ea conuentio valet, vt Crau. ibi,& conſ.95, Gamma deciſ.349. &

pro-

Digitized by Google

proinde dum consulis, rectiùs erit pro Vniuersitate, vt in casu hospitij Vniuersitas sibi caueat, vt restituatur saltim interesse capitalis exbursati pro eo anno,& sic in casu quo Terra illa alienaretur,nam quia nouus successor non
184 teneretur facere Cameram ad alterius voluntatem, ne pretium ammittatur,Vniuersitas benè aduertere debet, sibi prospiciendo,licet Dom.Rouit.nouissimè sub tit.de milit. pragm.3.num. 15.dicat hoc procedere, si vendens habeat aliam terram in qua possit tenere Cameram, sed si non habet aliam terram vendendo eam,Vniuersitas illa semel electa in Cameram, retineat eã facultatem,ex cap.gratiæ, quod cum non habeam,non possum in hoc verba facere,sed durum videtur,quod successor obligatus sit tenere illam in Cameram,ad votum alterius,posset procedere, si noui emptori non computaretur ei ad numerum sibi tributum facultatis tenendi tot cameras, iuxta titulum suæ personæ, vt dixi, & videnda sunt quæ dicit Dom.Rouit. tit.de priuil.nu. 16.qui similem quæst. disputat, & val-
185 dè confert ad istum punctum,si mutata persona priuilegium concessum terræ expiret. Reliqua pertinentia ad hoc negotium,ponit nouissimè Regens de Ponte posthæc tit.de prouis fier. solitis §.6.num.17.cum sequent. Sed ad primum institutum redeundo vnde digressi sumus. Priuilegia ergo,& concessiones per Barones,vt supra dixi,vasallis tributa valent, dummodo non
186 sint contra iuris dispositionem, vel vltra iurisdictionem, & disponendi voluntatem, nam aliàs ipsemet posset reuocare,Bar.l. post mortem ff.de adopt. l.quem admodum C.de agric.li.10.Pinell.l.1.3.p.num.73.de bonis matern.
187 Sese decisi.79.sed secundum ius,vel præter ius, vel contra ius priuatum disponere poterit, prout in gratijs, quæ communiter conceduntur,ne Baro possit constituere Officialem in terra, qui
188 non sit Doctor,nam & si de iure etiã illiterati possint esse officiales leg.certi C.de iud.& dixi supra pragmat.3.talis concessio diceretur præter ius,& erit seruanda, sicque ne locetur actuaria nisi illi qui sit Notarius,nam hæc concessio erit præter ius,cum secundum iuris
189 dispositionem duo scriptores sufficiant vulg.cap.quoniam contra de probat.& ideo valere iudicauit Sacrum Consil. inter Vniuersitatem Theani cũ Principe Hostiliani, nec fuit recepta fraus,dum affictus constituebatur cum Notario sub colore, & ille postea sub affictabat non Notario, & sic fraudabatur intentio concessionis, & fuit decisum non posse fieri subaffictum, nisi alij Notario,argum. eorum quæ notãt Doctor.l.non dubium C.de legibus, & licet Actuarius posset per substitutum seruire,vt D.Tapp.titu.de actuarijs,tamen ęquè idoneum ponere debet.
190 Idemque procedit,ne possint officiales constitui de aliqua terra conuicina, vel forsan inimica, nam valere dixit Marant cons. 103. & sic de similibus, nam quia hæc priuilegia non sunt feudo nociua, nec contra ius, valere fuit decisum,dubium tamen super quo fundatur tota præsens machina est elucidandum; Quomodo Baro in præiudicium infeudatæ iurisdictionis, vel bonorum feudalium,quicquam concedere valeat,cum omnibus constet regula
191 vulgata,quod feudatarij non possunt disponere super feudalibus sine assensu Regio, in hoc sunt plures opiniones, prima quod Baro non possit in diminutionem feudi,& eius detrimentũ quicquam concedere, nam ideo vtilis Dominus nominatur, qui in damnum directi Domini nullam seruitutem imponere potest;Frecc.auctor.2,quæst.3.de subfeud.tex.est in l.fin.C.de reb.alien. non alienandis; vbi prohibita alienatione,intelligitur prohibita quæuis seruitutis,& oneris impositio.Secunda opinio est,secundum Affl.in prælud.feud. Vasq.controu.illustr.cap.4.Dom.Tap. de const.princ.l fin,par.2.num.34.c.9. qui post longam discussionem tenent quod si concessa priuilegia non sint in ma-

Digitized by Google

gnam diminutionem feudi,quod valeant,licet feuda essent ex pacto,& pro-
192 uidentia,& quod successores etiam ad obseruationem teneantur,& conciliant,quod præcedens opinio substinetur data feudi magna deterioratione, alias seruanda sit,Bertazzol.cons.420. Peregr.de iure fisci tit.3. Petra fol.69. num.7.tanto magis si feudum esset hereditarium,vt sunt omnia feuda in Regno, Affl.dec.195. nam tunc successores tenentur habere rata facta prædecessorum; Anna cons. 27. in terminis; Kircou.com. concl. 96.1. centur.to.2. Bertazz.cons.418.in crim.& nouissimè ad partes hunc articulum disputat D. Rouit.sub tit.de priuileg.Vniuers. an priuilegia concessa per Barones cum assensu teneantur seruare successores tam vniuersales, quam particulares, vel finita causa illius,qui concessit, sint extincta priuilegia,& concludit, quod ea sint perpetua, vt doctissimè more solito ibi poterint videre, verum antiquas consuetudines tenentur obseruare Barones, vt idem docet. Tertia fuit sententia, quod aut alienatio fit alicuius rei, vel iuris feudalis transferendo dominium in alium,vti vniuersitatem, vel vasallum, & tunc priuilegia non subsistunt, cum sine assensu fieri non possint vulgatis terminis, & procedit prima opinio.

Aut Baro seruitutem aliquam impo nit suæ commoditati,vel voluntati,circa feudalia,ea tamen non dismembrãdo,& hoc facere poterit,Vrsil.dec.380
193 Affl.constit. diuæ memoriæ,dicentes verum esse quod feudo, & eius iurisdictioni præiudicari non possit alienando secus seruitutem imponendo non quod ea seruitus possit nocere directo Domino,sed ipsi tantum Baroni, & suis, sed feudo deuoluto tales seruitutes, euanescunt; Affl.dec.101.& quod valeant in præiudicium concedentis,est tex.singularis in c.1. §.quid ergo tit.de inue-
194 stit.de re aliena facta, cuius verba sunt (Quid ergo si pretio,vel dolo,aut incuria seruitutem rei beneficiariæ imponi patiatur,responsum est, vt vasallo quidem donec feudum tenet possit obesse,domino autem, & si per longa tẽpora perseuerauerit seruitus minimè noceat) & ad litteram sic intelligunt ibi Andreas,Aluar.Afflict. & Gramm. dec.67.num.8.Clar. § feudum quæsti. 47.& est communis, secundum Pinell. qui articulum defendit in leg.1.par.3. num.70.C.de bon.matern.Affl. decisi. 380. Boer.dec.181. Anna cons.27.& sing.565.Capyc.in inuest.verb.feudorum deuolutiones, vers.seruitutes,Mastrill. dec. 83. nam non potest dici impositam esse seruitutem feudo, ita vt alienetur, sed commoditati ipsius detrahitur, inde dicunt,quod licet feudũ non possit alienari, & obligari sine assensu, fructus eius tamen possunt obli-
195 gari,& alienari,& in causam iudicati capi,Affl.dec.140.Tiraq.de retract. §.1.glo.7.nu.47. & benè Franch.deci. 704.Nec potest dici fieri præiudicium directo Domino, nam cum sit feudum in manu vtilis Domini, de quo Princeps curam non gerit,præscriptio contra vtilem non nocet directo, & resoluto iure datoris, resoluitur ius accep-
196 toris,ex text. l.lex vectigali ff.de pignor. Boer. dec.181. Nec refragatur dispositio cap.imperialem,& const.Regni diuæ memor. nam non extenditur ad seruitutes prædictas, vt Affl. ibi; & Vrsill.dec.380.nec l.fin.C.de rebus alienis aduersatur, quod prohibita alienatione,intelligatur prohibita seruitutis impositio,nam sequitur ibi tex.(nisi legis auctoritas aliud permittat) & cũ habeamus legem permictentem, vt in d.§.qd ergo, & alias auctoritates,ergo non videtur hæsitandum,vt Peregr.de fideicomm.art.40.difficultate 4.n.115. & nouissimè Barbosa l.vsufructu ff. sol. matrim. num.16. vbi firmat hanc conclusionem,quod prohibita alienatione
197 ad vitam fructus possunt concedi,nã & ius decimarum vllo modo alienari potest,tamen ad vitam licere dixerunt; & in facto sic fuit rescriptum per Collaterale Consilium Regiæ Audientiæ

Ca-

Digitized by Google

Calabriæ ſuper controuerſia capitulorum exiſtente inter Ducem Nucaræ,& Vniuerſitatem, vt non moleſtaretur Vniuerſitas, licet aſſenſu careret ſuper capitulatione,dum viuit ipſe concedés;
198 Aduertas tamen, quod non omnis promiſſio, vbi quis patitur quid fieri, vel non fieri,dicetur ſeruitus, ſed diſtingue,vt benè Cæpoll.cap.2.de ſeruit.in ſuo tract.ſed cautius agetur,ſi ſuper talibus conceſſionibus, & capitulis Vniuerſitas procuret aſſenſum Regium, ad euitandas tot altercationes,& idem dico Baronibus contra Vniuerſitates, nam quia illę non poſſunt neque vendere,neque remittere, vel donare ſine
199 ſollemnitatibus,& aſſenſu,vt Capyc. dec.93.Franch.deciſ.17.in fine;rectius erit, vt Princeps conſulatur, vt aſſentiat, tantò magis quod ſemper præſumuntur per vim extortę, Cæuall.com. opin.781.& dixi ſupra pragm.1.& antequam abſoluam hanc materiam, ſæpiùs vidi hæſitatum, an priuilegia quæ paſſim per Barones vidi conceſſa, ſint contra ius, & reuocari poſſint,dum tri-
200 buitur Vniuerſitati, quod ſtante partis remiſſione,infra triduum Curia Baronalis non poſſit procedere in delictis à relegatione infra,& videtur poſſe reſponderi, conceſſiones nullas, quia offenditur publica vtilitas, dum delicta remanent impunita, & conceditur occaſio iterum flagitia committendi, qđ non eſt permittendum l. conuenire ff. de pact.dotal. ſed de iure fuit recepta opinio,talia priuilegia valere in leuibus delictis,vt Carr. §.circa lo ſexto num. 379.Foller.in prag. de compoſ. §.pen. quia de leuibus non eſt facienda tanta conſideratio, Tiraquell.tract.de rebus exiguis in princ.& ex conſtitut. Regni priuſquam citatæ partes probatur,dum diſponit, quod deſiſtẽte parte, cõquieſcere debet Iudicis officium in delictis priuatis,Foller.in praxi crim.in fragm. tit.de iniur.Carau.ritu 203. & ſic iudicatum pro Vniuerſitate Terræ Solofræ,& ita D.Rouit. tit.de priu.vniuerſ. num.1. & per Sacrum Conſilium vidi declaratum tale priuilegium, quod ſi factum ſit atrox ex qualitate perſonarum,licet pœna eſſet minor relegatione,quod Curia Baronalis procedat, ne offendatur publicum intereſſe, vt in iniuria graui, vel quando quis pulſatur,vel acriter verberatur,& quod tale priuilegium fuerit cognitum, & in vſu eſt videnda pragm.38.tit.de offic.Magnæ Curiæ ibi. *Item ſi ſe fa querela infra la relegatione,& ſi fa reuocatione tra tre giorni, la quale hà luogo come fuſſe caſſatura,paghi al Maſtrodatti grana diece*, & ſic obſeruari in Hiſpania, refert Gomes tit.de homic.nu.56.cum ſeq; in fortiori caſu.

Iſta vero priuilegia, ſiue Principis, ſiue Baronum, ſcias,quod ex pluribus
201 caſibus Baro non tenetur ſeruare, Primo ſi non ſint in vſu,& obſeruantia per multum temporis ſpatium, nam amittuntur l.1.ff.de nundin. Capy.deciſio.134.Bellug rubr.47. quod non vtendo per decennium abolita dicuntur,D.de Ponte conſ.72. Idem ſi probentur actus contrarij,Gabr.præc.concluſ.tit.de iure immun. Anna alleg.11 & differt hæc propoſitio à priuilegio, per legem conceſſo; lex per non vſum
202 non tollitur,ſolum per contrarium vſum Fely.cap.lex noua tit.de tregua, & pace,niſi eſſet antiquiſſima inobſeruantia,vt Ioſeph Ludou. dec.98. Veruntamen aduerte,quod ſi priuilegium conceſſum eſſet per verba perpetua, vti,quod vti poſſis ſemper,& in perpetuum,tunc priuilegium per non vſum, non tollitur ſpatio prædicto,decem an-
203 norum,ſic Garſia de nobil.glo.1.nu. 79.Dom.de Ponte in ſuo tract.tit.de diuerſ.prouiſ.cap. de mercatis in fine, & tunc quæ præſcriptio requiratur, vide Tiraq.de retr.conuent.§.1.glo.2.
204 Surd.dec.2. cum alijs ab eis coaceruatis,vel ſi priuilegium fuiſſet perſonale ex perſona tam concedentis,quàm recipientis cap.priuilegium de reg.iur. in ſexto,Reg.de Ponte conſ.1.Idem ſi eſſet ad tempus,vel opus certum,Surd. dec.75. Affl.dec.335. nam ceſſante cau-

Digitized by Google

causa,cessat causatum Gramm.dec.59 num.32. Item abutendo quis sit indignus cap.suarum de priuil.sed requiri-
206 tur declaratoria Bened.cap.Raynut. verbo in eodem lo secondo de testam. Finitur loco destructo, etiam si posteà reædificetur Gayll. obseru. 16. par.2. Reg.de Pon conf.51.Indè consolidato
207 vel reuerso feudo ob aliquam causã ad Regem, omnia priuilegia Baronum expirant, vt Reg. de Ponte ibi, Afflict.
208.const.Regni post mortem: Reuocantur ingratitudine, & delicto commisso in personam concedentis,Gayll obser.
209 60.lib.2.Osasch.dec.139.& in facto, mota lite per Vniuersitatem contra quendam Dominum, ipse reuocauit omnia priuilegia indulta ex causa ingratitudinis, sed fuit decretum, vt expectaretur exitus causæ,vt potuisset videri,si iusta, vel iniusta fuisset illa criminalis vexatio,nam existente Vniuersitate in possessione per prætensiones Baronis,non potest illa possessio interuerti causa non cognita,& finita,vt D. Roui.tit. de priuil. nu.17. & Anna alleg 84. & quod ratione ingratitudinis possit beneficium reuocari, vide pul-
210 chrum dictum Dom.Rou.ti.de compos it. num. 8. quod remissio facta per accusatorem potest reuocari ex causa graui,& idem tit. de reuoc. gratia. sed cum temperamento esset hoc intelligendum.

In fine, Pragmatica nostra imposuit pœnam vsurpationis vtenti aliqua iurisdictione,vltrà inuestituram veram, vel præsumptam, de quibus omnibus
211 amplè diximus in hac,& præcedenti parte,esset videndum quæ nam sit pœna istius vsurpationis;ne quicquam omictamus,breuiter dicimus,pœnam esse arbitrariam secundum qualitatem personarum,accidentiam factorum, vt læsæ maiestatis, vt injciente manus in reseruatis in signum obedientiæ leg.3. §.qui re ff.ad leg.Iul. maiest. Alij pœnam mortis,vt in const. Regni ea quæ ad decus;& const.cum satis;& in c.Regni contra effrenatas, Vrsil.dec.265.n. 105.Capy.vero distinguit hoc arbitriũ secundũ terminos diuersos,vt dec.130. & Maran.cons.114.& cõs.121.& Affl. const.diram, ad quos in occurrenti recurras,cum satis hæc notasse sufficiat, & vide Mastr.li.4.c.17. de magistr.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium fuit primum sacramentum institutum & dicitur causa grauis.*

2 *Matrimonium est magna species seruitutis si coniuges inter se non conueniant.*

3 *Rescripta omnia impeditiua matrimonia sunt nulla.*

4 *Puellæ minoris voluntas plus attenditur,quam consilium matorum in matrimonio.*

5 *Puella poterit sequestrari,si adest suspitio metus,vel malæ suasionis,vel consanguinei discordent in ea maritãda.*

6 *Mater an possit allegari suspecta, in matrimonio filiæ.*

7 *Locus vbi sequestrari debeat puella,est per superiorem eligendus.*

8 *Domus Cõmissarij causæ solet eligi pro educatione,vel sequestratione puellæ, si non adest suspitio.*

9 *Sequestratio in monasterio non solet obseruari hodie.*

10 *Mandata superiorum,ne puella maritetur eis inconsultis sub pœna, an de iure subsistant.*

11 *Puella si ea sit maior poterit eligere ipsa locum educationis.*

12 *Puella non poterit sequestrari si habet patrem.*

13 *Parentum dissensus an attendatur in matrimonijs filiarum.*

14 *Metum, vel impedimentum præstans matrimonio,est excommunicatus.*

15 *Gratia si fiat condemnato dummodo contrahat matrimonium cum tali,an valeat,vel dicatur metu contractum.*

16 *Matrimonium an sit nullum,si vir deprehendatur cum puella,& coniuncti cogant eum ad contrahendum.*

17 *Moniales vi,vel metu professitentes nul-*

Digitized by Google

lam possunt facere declarare professionem, & maritari.

18 Voluntas coacta non obligat quem Deo ad votum.

19 Monialis debet protestari infra quinquennium de metu, alias non admittitur ad allegandum.

20 Metus purgatur ex ratihabitione actus quia nouus consensus dicitur.

21 Metus non dicitur purgatus ex consensu si durat causa metus.

22 L. interpositas C. de trãsact. interpretatur.

23 Statutum an valeat ne matrimonia fieri possint sine consensu proximorũ, & quod in Hispania seruatur.

24 Matrimonium an possit contrahi per procuratorem.

25 Filia contrahens matrimoniũ sine consensu parentum, grauiter peccat.

26 Legatum an valeat ne filij possint nubere ante certam ętatem.

27 Legatum ne contrahatur matrimoniũ cum tali familia, vel cum personis de aliqua terra an valeat, vide num. 46.

28 Assensus alicuius si requiritur an eo dissentiente possit explicari.

29 Matrimonium clandestinũ non valet, & quando dicatur clandestinum.

30 Pater an possit cogi ad dandam dotem filiæ, quæ nupsit sine eius consensu.

31 Filiam indotatam, maritus alere an teneatur.

32 Filia si nupserit inæquali, an possit exheredari.

33 Superior poterit adiri si puella matrimonium inæquale prætendat.

34 Pacta, & legata contra libertatem matrimonij sunt nulla.

35 Legatum vt nubat cum consensu talis penale, an valeat.

36 Consensus, auctoritas, consiliũ, conscientia, iussus, differunt.

37 Legatum factum viduę ne nubat valet sed non in virgine.

38 Legatum vt puella fiat monaca valet, & erit obseruandum.

39 Pia causa substituta, in casu contrarij in dictis casibus admittitur.

40 Pœna semper videtur adiecta in fraudem, in dispositione prohibita.

41 Pœna non committitur quando principalis dispositio est nulla.

42 Argumentum de causa pia ad dotem, et è contra valet.

43 Opinio communis non est amplectenda quando validiores rationes eam vincunt.

44 Prohibitio ad tẽpus in matrimonijs an valeat.

45 Legatum cum conditione adiecta fauore legatarij, potest à legatario reijci.

46 Legatum factum inuitatorium ad nuptias cum tali valet.

47 Const. Regni honorem, & const. fratribus dilectis, Barones non posse contrahere matrimonium sine assensu Regis improbantur.

48 Argumentum de pacto ad legẽ valet, & quod non licet ex vno, nec fieri potest per alium.

49 Const. Regni prohibens nè officiales sine licentia contrahant, interpretatur.

50 Dos incerta, relinqui potest, vt detur arbitrio talis.

51 Pactum de morando in domicilio vxoris sub pœna, an valeat.

52 Exceptio loci non tuti fortis est.

53 Legatum factum alicui, dummodo faciat incolatum in aliqua terra, valet.

54 Pactum pœnale, ne vir accedat ad amasiam valet.

55 Preces superiorum, metui equiparantur.

56 Metus quis dicatur sufficiens ad impediendum, vel dirimendum matrimonium.

57 Metus qualis esse debeat, & considerãdus, nobilibus, vel vilibus arbitrio Iudicis relinquitur.

58 Metus reuerẽtialis an posse annullare matrimonium.

59 Metus reuerentialis an detur in matre, fratre, & qualiter probetur.

60 Metus superioris quandó rescindat actum.

Me-

Digitized by Google

61 *Metus dicitur illatus, indirectè, per cruciatus filiorum.*
62 *Pœna Principi reseruata quousq; extendi possit.*
63 *Pœna indignationis Regia quanta sit.*

PRAGMATICA NONA.

Carolus Quintus, in anno 1536.

ITem ex quo diuino, & humano iure matrimonia libera esse debent, mandamus, vt nullus Baro, aut alius quacunque præditus potestate possit, & valeat matrimonia impedire directè, vel indirectè, nec vasallos prohibere, nè ad eorum libitum filias, sorores, nepotes, aut alias mulieres maritent, sub pœna nostro, aut nostri Vice Regis arbitrio reseruata.

COMM. PRAGM. IX.

CAusam matrimonij fauorabilissimam esse dicit textus cap. sicut S. his ita
1 32. quæst. 2. idque procedit tam à dignitate personæ instituentis, quam loci, & temporis, Ab ipso enim Deo, in statu innocentiæ, ac terrestri Paradiso, in Mundi initio institutum fuit, & est primum Sacramentum, namque alia, post lapsum Adæ, & peccata introducta fuere cap. literæ de frigidis, & malefic. cap. 1. de voto in sexto, Dicitur etiam grauis causa, eo quia tractatus de individua vitæ societate, quæ si infeliciter communicetur, magna seruitutis
2 species reputatur glo. cap. mulieris de iure iurando.

Et proindè, iustè statuitur hic, quod Barones, & alij quacunque præditi potestate matrimonia non impediant, sed quod liberè contrahantur; nam per vis, & voto ex vnanimi consensu fieri debent l. nuptias, non concubitus, sed cõsensus facit ff. de regul. iuris, & omnia rescripta in contrarium sunt nulla l. 1.
3 C. si nuptiæ ex rescripto petant. nec quilibet quacunque præditus, potestate, impedimento potest esse matrimonijs C. si quacunque præditus potestate. Hinc est, quod plus attenditur voluntas puellæ, quæ plenum iudicium habere non poterit in 12. anno, quod
4 tempus aptum est ad nuptias, tamen, eius votum plus prævalet, quam consilium propinquorum: Quæ omnia constituta sunt, vt libera sit libertas istius coniunctionis, quod est mirabile, Crau. cons. 190. Indè est etiam, quod licet maritatio puellæ (deficientibus parentibus) spectet ad proximos coniunctos l. 1. C. de nuptijs, existente tamen aliquali suspitione metus, persuasionis, & blanditiarum coniunctorum, vt aliquè
5 in maritum suscipiat puella, poterit peti, quod sequestretur in loco tuto, & nõ suspecto, vbi per superiorem explorari pluriès debet eius enixa voluntas, ex l. 3. S. hoc interdicto, & l. si quis nolente ff. de libero homine exhiben. cap. locum de sponsal. multa notauit Vrsillus dec. 113. Franc. Marc. dec. 306. 2. par.
6 Crau. præallegato consil. 190. vbi excutitur an mater poterit allegari suspecta, Quæ omnia discretioni Iudicũ relinquuntur, argum. l. 1. C. vbi pupill. educ. deb. D. de Franch. decisi. 350. vbi fuit iudicatum, filias posse educari pœnès matrem, licet transitum fecerit ad secunda vota, adenta qualitate personarum, quæ faciunt alterare leges, Adde Annam cons. 33. Hoc tamen totum arbitrio Iudicis relinquitur, vt dicit tex. l. 1. C. de nupn quod ad Præsidem est recurrendum, vbi aliqua iusta causa suspitionis emergat, vel discordia inter
7 consanguineos in maritanda puella, cuius erit eligere locum tutum, vbi re-

resideat puella, vt possit explorari voluntas,& Anna singul. 395. dicit apud Commissariũ causæ posse educari, seù explorari voluntatem puellæ, Ioa. Baptist. Thorus conclus. incip. puella,& ita
8 fuit decretum in Regia Audientia, vt pœnes me educaretur quędam puella Ioannella, Maria, Planarum, dùm dissentio esset inter coniunctos,& licet vna ex partibus habuisset recursum apud Sac. Cons. & petijsset sequestrari apud alium, Sacr. Cons. iussit non esse remouendam,& dum tacitis ijs, apud Suam Excellentiã habuisset recursum,& per litteras particulares fuisset Præsidi aliter iniunctum, S. Consilium data relatione Proregi, obtinuit reuocationem; Solent etiam poni in sequestro apud
9 monasterium, vt innuit ibi Anna, sed raro hodiè obseruatur; quia seculares postea Iudices non habent auctoritatẽ reuocandi eam,& alios actus faciendi, dum illa stat in loco religioso; Qualiter autem substineantur ista præcepta pœnalia facta, ne puella maritetur in con-
10 sulto Prorege, vel superiore, dum matrimonia debeant esse libera; & cum respiciat talis cognitio ius canonicum; vide D. de Ponte in suo tract. tit. de assens. num. 48. cum seq. nam dicit, quod cum occurrere violentijs, & euitare scandala superioris sit, hoc potiùs coadiuuat libertatem matrimonij, quam tollat,& propterea licita esse, pro absoluto habetur, vt ibi. Verum sine maxima causa vera,& non velata, vt assolet fieri debent talia præcepta, & nota id quod nouissimè dicit super hac prag.
11 Dom. Rouit. quod electio loci si puella sit maior pertinet ad eam, secus si minor, sed hoc regulariter, secus si dubitatur de puella, si vulnerata sit amore personæ indignæ, tunc locus, arbitrio Iudicis erit eligendus, si verò puella
12 habeat patrem, locus sequestrationi non est, vt Dom. Roui. hic nu. 2. Aduertitur fortiùs, quod nec dissensus, nec cõsensus parentum poterint impedire matrimonia filiorum secundum ius canonicum, quod attenditur in hac Sa-
13 cramenti materia, cap. cum causa de raptor. glos. §. 1. institut. de nuptijs, & impedientes, vim, metumue inferentes, vt matrimonium fiat, vel non fiat, ipso iure excommunicationis vinculo innodantur, ex Concilio Tridentino sess. 25 cap. 18 tit. de regular. & monialibus,
14 de qua materiã abundè scripsit Sanchez de matrimon. lib. 4. quæst. 11. cum pluribus seq. Et an matrimonium contractum à persona condemnata, vel cõdemnanda, cui est facta gratia, dum-
15 modo se coniugat cum tali, valeat, ratione metus, & quid si vir reperiatur cum stuprata, & consanguinei cogant ad desponsandam eam, an valeat; vide hunc punctum per Molfes. cons. 31. & qualis debeat esse metus,& quando ir-
16 ritet, & faciat nullum matrimonium non puto transcribenda, quæ dicto loco plenissimè per plura capita notat ibi Sanchez. Quod idem procedere scias in matrimonio spirituali, validum enim est argumentum de vno ad aliud Marsil. hoc exemplum confirmat sing. 215.
17 Non enim licet cogere mulieres ingredi monasteria,& si vi, vel metu efficiantur moniales, professionemq; fecerunt, adhuc sine præuaricationis pœna, licitè egredi poterint sing. tex. cap. cum virum de regular. & transeunt. ad relig. Marsil. sing. 347. Iaso. §. quadrupli num. 62. Instit. de action. Vasq. controu. illust. cap. 31. num. 17. & non sunt multi dies, vt audio, quod quædam monialis professa vi, & metu parentum coacta ad intrandum monasterium, & ad professionem faciendã, post eorũ mortẽ petijt declarari professionem nullã, quę
18 probando terribilitatem parentũ, minas,& cruciatus, obtinuit egrediendi à monasterio licentiam,& iã est maritata, & benè,& protestatio facta coram monialibus sufficit, vt Molfes. 2. p. tit. de contract. inter vir. & vx. q. 5. n. 8. & nouiss. D. de Pon. cõs. 10. vol. 2. Sãch. li. 4. disp. 6. cũ seq. ad quos recurras in occurrẽti, sed in hoc pũcto ita decidit ibi de Pon. Deus namq; vult solum vota gratuita, & seruitia non coacta, cap. illud 20. q. 1.

&

Digitized by Google

& voluntas coacta non facit quem li-
gatum voto, & iuramento, cum metus
satis dicatur iusta causa dissolutionis
19 omnium factorum cap. 1. de his quæ
vi metuuè fiunt. Adde, quod Concilij
Tridentinum sess. 25. cap. 19. ne in in-
finitum possit metus allegari, circum-
scribit tempus, vt monialis intra quin-
quennium coram suo superiore con-
queratur à die professionis, sed propria
auctoritate non liceat monasterium
egredi, & dimittere habitum, alias non
admittitur ad metum allegandum in-
tra tempus, etiam si causa legitima in-
stantis metus subsisteret: Crederem suf
ficere protestationem intra tempus ad
interruptionem, vsque quo metus ces-
saret; cum S. Concil. nil dicat si præce-
dit protestatio.

Limitantur tamen hæc dicta, nisi
metus esset purgatus per voluntariam
20 copulam, & cohabitationem subsequu
tam, & alia quæ transitum demonstrãt
ex l. 2. in verum consensum C. de his
quæ metu, vbi solutio spontanea soluit
metum præcedentem, sicque in pro-
fessione per metum facta, nam si rata
habeatur postea, transibit in nouum
consensum, Sylvestr. verbo matrimo-
nium, sic Panorm. cap. consultationi de
sponsal. nam nouus consensus purgat
præcedens vitium, Molfes. consil. 31.
Sublimitatur tamen, nisi iste consen-
sus, vel copula subsequuta, fiat simili-
ter ob metum instantis, vel futuri peri-
culi, quæ adducunt iustum metum, vt
21 dicam infrà, nam quemadmodum ces-
sante causa, cessat effectus cap. cum
cessante de appellat. sic è diuerso, du-
rãte causa metus, durat effectus l. si cui
§. tamdiù ff. ex quibus causis maiores,
l. si vt proponis C. de nuptijs, sicque
scias procedere l. 2. C. de his qui metũ,
nam spontanea solutio tollit metum,
nisi adhuc duret illa qualitas prima il-
lati metus, Dec. cons. 209. num. 7. Alex.
cons. 98. 3. volu. Marsil. singular. 325.
Bald. d. l. 2. sic Cæuall. commun. opinio.
604. ex num. 6. Nec præsentia propin-
quorum tollit metum, iuxta terminos
l. interpositas C. de transact. nam me-
22 tus præsumptus tollitur ex præsentia
superioris, vel propinquorum; Sed quã-
do metus fuit illatus semper præsumi-
tur durare concurrentibus qualitati-
bus inferentis, & recipientis, Mascard.
concl. 1055. num. 34. & Anna allegat.
104. Gamma dec. 346. quæ nota, quia
singularia sunt ad limitationem prædi-
ctorum iurium.

Sed num valeat statutum, ne mulie-
res contrahant matrimonia sine con-
23 sensu parentum, per prædicta videtur
dicendum quod non, sed Plot. l. si quan
do §. 7. de in litem iurando firmat va-
lere, nè matrimonia fiant inæqualia, &
videnda sunt, quæ adducit Guttier. lib.
1. q. 1. dum declarat legem Hispaniæ,
& defendit iustam esse, quæ prohi-
bet matrimonia fieri sine consensu pa-
rentum, & propinquorum, non enim
standum est voluntati simplicis puellæ,
quæ se ipsas decipiunt, & postea pœni-
tent, sed in Regno seruatur dispositio
iuris, iuxta not. per Sanchez de matri.
24 li. 1. q. 11. cum seq. nam grauis est quæ
stio, si potest explicari actus obligati-
uus matrimonij per procuratorem;
Dico, quod patre inscio, & contradicẽ-
te fuit matrimonium executum, licet
Cæuall. comm. opin. 604. nu. 33. dicat
quod licet consensus non sit necessa-
rius ad impediendum, quod de hone-
state, & conuenientia est requirendus,
25 & sine peccato ommitti non potest;
Adde quod idem Plot. in §. sequ. latiùs
declarat, quando consensus parentum
sit necessarius ad matrimonia, & quæ
damna substinere de iure poterit filius
non obediens patri, & hinc valdè in
facto fuit dubitatum, an præceptum
pœnale factum à patre testante, nè filij
26 ducant vxores ante certam ætatem
valeat, dum respexerit vtilitatem ipso-
rum, Ias. leg. turpia ff. de leg. primo di-
xit valere, cùm non impediatur libertas
matrimonij, sed modificetur tempus:
Et valere præceptum, dixerunt alij, ne
27 filij ducant vxores de aliqua familia,
vel loco, si respiciat iustam causam, &

Digitized by Google

communem opinionem dicit Surd.decisio.30.num.27. Alij contra, vt infra dicam, licet pro prima opinione Crauett.consil.1.num.7.idem teneat, prout etiam de viduitate, quæ ad tempus indici potest, Crass. §.legatum quæst.50. num.3. vbi multa ad materiam hanc, cumquè præsumatur consilium parentum esse expediens pro filijs, cum nullus amor vincat paternum, l.fin. C.de curat.furios. Et quod stari non debeat voluntati puellarum, quæ de facili solent amore accendi,& multa indignapatrare, Clar.quæst.82.num.10.distinguit rectiùs, valere statutum, vt inter-
28 ueniat assensus, non quod dissentiente puella parentes possint aliquem in maritū ei dare; Hæc illatio esset contra citata supra, in principio. Sed quod interueniat assensus, hoc non contrariatur libertati matrimonij, nam & si pater nollet assentire, adhuc matrimonium filij contrahere possent, sufficiet enim consensum petere, vt singulariter notat Crauett.d.consil.1.Franc.Marc.dec. 306.2.part. & si valet statutum, valet etiam, & pactum; sed an possit impu-
29 gnari matrimonium si fieret clandestinè, & quando dicatur clandestinum, vide Guttier.lib.2.quæst.1. & sequ. latissimè.

Sed circumscripto statuto videtur, quod de iure si mulier nubat sine assensu parentum, quod pater non tenea-
30 tur ad dotem, vt in facto fui consultus mensibus elapsis; dicebat enim pater, matrimonium constare ex affectu, & consensu, & posse stare sine dote l.fina. C. de repud. filia dotem promittere non potuit, cum nullum ius habeat in bonis viuentis patris; lege in suis ff. de liberis, & posthum. ergo cogi non poterat pater.

Sed contrariū respondi, Pater enim tenetur maritare, & dotare filiam, & vtrumque adimplere tenetur, sine enim dote vxor malè cohabitat in domo viri ita vt maritus non obligetur ei subue-
31 nire in infirmitatibus, & alijs necessarijs, Surd.de alim.tit.7. quæst.18. Doctores l.quod in vxorem C. de negot. gest. vnde sufficit filiam dotem promittere, quia tunc Iudex arbitrabitur quāta ea esse debeat, ad quam præstandam coget postea parentes, Bartol.l.obligamur ff.de pact. glos.fing.cap. final.32. quæst.2. verbo parentum, Alex. consil.7. volu.1.Capell.Tholos.dec.389. Gayll. obser.95.lib.2. Sed dubium erit maius si filia nupserit inæquali, vel indigno,
32 tunc dicunt patrem posse filiam exhæredare, & cogi non posse ad dotandum §.aliud authent.vt cum de appellationibus cognosc.Clar.quæst.82.num.12 Castrens.l.si filiam C.de inofficioso testam.Paris.consil.29. & sic pertranseunt Doctores, Difficultas tamen stat in intuendo, quis dicatur indignus, dispar conditionis, & si paupertas dicatur iusta causa? post alios vide Gayll. præcitato loco, pleniùs hunc punctum attingentem, Adde Cæuall. commu. opin.5. tenentem patrem teneri dotare, etiam si indigno nubat, sed Mastrill.dec.163. confirmat sed quod pater possit minorem dotem dare, Barbos.leg.1.part. 4.num.31.Surd.de alim.tit.1.quæst.6. pleniùs. Notandumquè scias, quod li-
33 cet liber debeat esse consensus puellæ, non tamen tollitur iustum arbitrium iudicandi, quod si puella forsan vulnerata amoris lasciuia ambiat quenquam indignum, quod ei assensus non erit præstandus, & superior ad hoc requisitus non tenebitur sequi voluntatem ipsius. Consultò enim in matrimonijs est procedendum, cum sit actus irretractabilis deturpans familias, vnde præmeditata prouisio fieri debet, inde capitulationes, & pacta à tertijs fieri videmus, cum mulieres de facili consentiunt, & postea pœniterent, vt quotidiana docet experientia, Campan. & Adden.c.Regni 262. benè.

Vlterius circa libertatem matrimonij scias, quod adeo fauorabilis est, vt non solum substantialia, sed etiam pacta libera esse debeant, & pœnales stipulationes reijciantur Docto. omnes l.
34 titia ff.de verb.oblig.l.2.C.de inut.stipu-

Digitized by Google

pulat.Capella Tholoſ.dec.291. Neque vltimæ voluntates quæ pro lege ſeruari debent §.diſponant, authent.de hæredibus & Falcid.quicquam operantur contra hanc libertatem, immò dicentur diſpoſitiones contra bonos mores, & exindè adiecta conditio,ne quis nubat,vel quod arbitratu talis faciat non
35 valebit,ſed legatum purum erit, Bal. l.fin.C.de ſponſal.nec in conſcientia mulier tenetur parere iſtis,ſimilibuſque diſpoſitionibus,Couarr.variar.reſoluti. lib.1. cap. 19. Sed vt iſte paſſus clarè tibi liqueat, cum adhuc non viderim ipſum benè diſtinctum, aduertas,quod ſi legatum erit collatum in arbitrium, vel conſenſum alicuius,vt cum eius aſſenſu,& arbitratu fiat,& tunc procedũt
36 ſupra citata,Craſſ.allegata quæſt. 50. vbi multa ad totam materiam, ſi vero teſtator legatum reliquerit cum conditione,quod matrimonium fiat cum auctoritate,conſilio, vel conſcientia alicuius legatum,ſubſtinebitur, & conditio non dicetur turpis,conſiliumque, vel auctoritas eſt requirenda, non tamen neceſſitati ſubijcitur legatarius ad ſequendum conſilium,ita eſt intelligendus tex.l.Titio centum §.1.de conditionibus,& demonſtrat.& benè Crauett.conſ.1. Conſenſus, etenim, conſcientia,auctoritas,iuſſus, conſilium,licentia, & voluntas, multum differunt Doct.l.qui aliena §.iuſſu ff.de acq.hęr. nouiſs.Bertazz.in tract.clauſ. 6.clauſu. glo.7.

Aut verò legatũ relinquitur, vt vir, vel mulier nubant arbitratu alicuius, ita vt matrimonium dependeat ab alieno arbitrio, & vt dixi in iure eſt expeditum,quod conditio reijcitur, legatũ verò debetur purum l.cum tale §.ſi arbitratur ff.de condition & demonſtrat.
37 idq; procedit in virgine, viduæ enim relinqui poteſt legatũ ne nubat iuxta terminos auth.cui relictum C.de indicta viduitate toll.& in hoc omnes conſentiunt,quod idem procedit ſi fiat legatum,& inuitetur quis ad nuptias cæleſtis ſponſi,vt fiat monacus,vel monaca,nam conditio ſeruanda, vt legatum valeat,Peregr.de fideicommiſſ.art.28. num.72.Couarr.variar.reſolut. cap.21
38 lib.1.Sed aduertas,quod nouiſſimè intelligunt pœnam eſſe reijciendam in caſibus prædictis,niſi in defectum conditionis non obſeruatæ eſſet ſubſtituta pia cauſa, ex Caſtrenſi l.Titio vſusfructus §.fin.ff.de condition. & demonſtr. per eum tex.& pro priuilegio piæ cauſæ adnotauit Tiraquell.priuil. 18. in
39 tract.piæ cauſæ,Soccin.reg.21.Illuſtr. Card.Mantica de conject.vltimarum voluntatum titu.18. qui hanc communem recenſet, ac receptiſſimam eſſe firmat Viuius deciſi.480.2.par.cum alijs coaceruatis,quæ ſententia mihi arridere non poteſt,ex infraſcriptis. Pœna
40 enim adiecta cuicunque diſpoſitioni de iure,vel de facto impoſſibili,vel prohibitæ, legibuſque interdictæ reijcitur tanquam nulla l.1.ff. & C.de his quæ pœnæ nomine Gayll.lib.2.obſeru.145. num.5. vbi multa, nam non obtemperans præcepto reprobato non delinquit,Menoch.lib.4.præſumptio.98.vbi ſicut pater non poterit ſpurio relinquere,ſicque pœna adiecta ne ab eo bona relicta auferantur eſt nulla,ex propoſitione communi, quod cum cauſa principalis non ſubſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent l.cum principalis ff.de regul. iuris gloſ. in terminis l.ſi patronum ff.ſi quid in fraudem pa-
41 troni,pœna enim non cõmittitur quãdo diſpoſitio principalis eſt nulla,Alexand.conſ.92.volum.2. Socc.conſ.18. Vnde cum ſubſtitutio in hoc caſu fiat in pœnam diſpoſitionis,omni iure prohibitæ,videtur dicendum,eam non ſubſiſtere, pœnalis dicitur diſpoſitio cum quid coercendi hæredis, vel legatarij cauſa fit,vt ille aliquid faciat, vel non faciat §.fin.vbi omnes notant inſtit. de legatis,& in ſimili caſu de pœnali ſubſtitutione in fraudem appoſita pro noſtra opinione decidit Senat.Mantua.vt Surd.dec.7.neque fauor piæ cauſæ debet ſuffragari,nam plura reſiſtunt,ne per indirectum præiudicetur libertati

ma-

Digitized by Google

matrimonij, cuius causa pariter est pri-
42 uilegiata, vt causa pia; ita vt valeat ar
gumentum de vna ad aliam, vt Euerard. loco topico 62. Esseque hoc nutritiuum iniustitiæ; nam vt dixi, hæ dispositiones sunt contra bonos mores, & vt faueatur piæ causæ, non est permittendum quid iniustum l. conuenire ff. de pactis dotal. l. 2. C. de indi. viduit. toll. & cum quid vna via prohibetur, ex alia admitti non debet; cap. cum quid de reg. iur. in sexto; Vnde quando
43 casus accideret poterit rectiùs intueri cum suspecta mihi videatur supracitata communis opinio quæ non est attenda, quando validiores rationes eã vincunt D. de Franch. dec. 30. Adde Gamma dec. 314.

Item limitant aliqui supradictos casus, quod matrimonia arctari non possint, ac quod legata debeantur pura reiectis conditionibus consensus, & arbitratus, non procedere si prohibitiones fierent ad tempus, veluti quod quis
44 quam non ducat vxorem ante talem ætatem, veluti 18. vel 20. annorum sine consensu Titij, tunc istam conditionem temporaneam vti præsumptam in utilitatem legatarij esse obseruandam, quamplurimi opinantur Iason l. turpia ff. de legat. primo. Et consequeter valere prohibitionem dicunt, ne quis vxorem ducat ex terra nimis distanti, vel festosa, in qua legatarius multum impenderet, ex quibus, quia elicitur voluntas testatoris in vtilitatem legatarij, eam seruandam respondit Aretin. in terminis cons. 67. 1. vol. Surd. dec. 30. Quæ limitatio secundum veriorem opinionem confutatur, nam tolli, nec restringi potest fauor, & libertas matrimonij, liceat contineat vtilitatem legatarij; publica enim vtilitas potius, quam priuata est attendenda leg. vnica §. sin autem C. de caduc. toll. vltrà quod cum istæ conditiones adiectę contineant vtilitatem legatarij, si illi
45 vtilitati renunciet legatarius, non dicetur contraueniisse testatori, ex textu l. cum pater §. mando ff. de legat. secũdo; & nè desit auctoritas ex recentioribus, ita sequitur Vasqu. controu. illustr. cap. 94. & nouissimè posthæc vidi Sanchez tract. de matrim. libr. 1. quæst. 24. qui laxis finibus, hunc articulum cum multis quæstionibus exornauit, cũ seq. cap.

Secundus offertur principalis casus, si legatum sit factum non prohibitorium, vel restrictorium matrimonialis libertatis, sed inuitatorium ad nuptias
46 veluti relinquo mille, si nupseris Titio; tunc quia legatum non solum respicit commoditatem mulieris legatariæ, sed videtur factum etiam contemplatione Titij, legatum valet, & adimpleri debet eius conditio, tex. est l. 1. C. de institut. & ratio differentiæ est, nam quando testator designat cui viro, vel mulieri sit nubendum, eis prodesse voluit, quod non potest præsumi si nullum designauerit, vt in suprascriptis casibus; tunc enim quia legatum respicit solum vtilitatem legatarij, cui renunciare potuerit, vt dixi, propterea legatũ non adimpletur, nouissimè sic Sanchez tracta. de matrim. lib. 1. quæst. 33. latè, vbi totam istam materiam ad partes disputat, quando pœna possit imponi, & multas ponit quæstiones, quas non puto esse transcribendas. Nec potest esse in consideratione, si relinquatur pro arbitratu alicuius, vt quis ducat vxorem; nam nullum potest assignari interesse, vel vtilitas illius tertij arbitratoris electi, q conditio sit adimplenda, vt Crau. cons. 1. num. 5. Vasq. contr. illustr. c. 94. n. 14. quod procedit dummodo vir, vel mulier nominata, non sit impar conditionis alterius coniugum, vt ibi Crau. sic què signa hoc pro cautela, & designes personas, cum quibus matrimonium sit faciendum, vt relictum legatum postea habeat effectum, alias dispositio non poterit committi in arbitrium iustum, nec voluntatem alicuius, nec restringi, quod matrimonium non fiat extrà Ciuitatem, vel cum tali familia, & similibus alijs, de quibus Viuius decis. 480. vide nouissimè Molfes. consil. 12.

qui

Digitized by Google

qui refert id quod in facti contingentia fuit iudicatum in Collaterali Consilio in hoc punto, Guttier. consil. 18. Conferunt Capyc. Aluaro. in cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatio; qui refellunt id quod dispositum erat
47 ex const. Regni honorem, & const. fratribus; quæ prohibuerant ne Barones possint contrahere matrimonium sine assensu Regis, nec feuda in dotem dare; & dicunt quod dicta iura legitimè fuerunt reuocata per Capitulũ Regni Item statuimus, vbi datur licentia contrahendi matrimonia ad libitum, Lex enim debet esse iusta, & honesta, vt liget cap. erit autem lex 4. distin. Vasq. in præfat. controu. illustr. num. 102. vndè cum prohibuerant id quod diuino, & naturali iure erat statutum, satis dicebatur iniustè quod enim non licet per pactum, neque per legem, parificã-
48 tur enim legis, & pacti potentiæ l. non solum §. fin. de noui oper. nunc. Restringi enim rectè potuit circa feuda non danda sine assensu, non circa matrimonia, Adde etiam quod ex ijs improbata fuit Regni const. incipien. Communiter, quæ prohibet posse sponsalitia
49 contrahi in officio, sub pœna ibi statuta, quæ nunquam fuit obseruata, solum licentia fuit superioris necessaria, non ad arctandam libertatem matrimonij, sed potius ad implendam, ne sub officij velamine aliqua impressio metus inferretur ex potentia iurisdictionis, vt Affl. ibi & nouissimè Domin. Tapp. ibi, Adde D. de Ponte in suo tract. fol. 238 super hoc punto. Dos namque, & bona dotalia arbitrio tertij danda relin-
50 qui possunt, & arctari l. eum pater §. gener ff. de iure dotium. Quem punctũ excutit Olasch. dec. 107. Rota Perusi. dec. 99. 2. par. Adde Affl. decis. 337. & dec. 371. Menoch. de arbi. Iud. cas. 149 Hæc enim attingentia ad dotem, possunt conditionibus, & pactis alterari,
51 prout dicunt de pacto de morando in domicilio vxoris, & non discedendo, & pœna in casu contrarij exigi possit Capel. Thol. dec. 87. Viu. dec. 307. Capy. dec. 135. dixi ad Arno. in additio. epit. 32. Vrsill. dec. 307. licet multi contrarium dixerint, fatendo, quod sit pactũ; non contra libertatem matrimonij, sed contra libertatem personarũ; sed quia libertas etiam potest vendi non solum arctari §. fin. instit. de iure personarum; vbi quis potest se ipsum vendere, ideo videtur standum cum prima opinione, quam videtur etiam sectari Vasq. controu. illustr. cap. 28. nu. 17. Fran. Marc. dec. Delphin. 740. Marc. Cala de modo prob. num. 1460. Bar. l. Titio centum §. 2. ff. de condit. vbi idem firmant: limita nisi ex noua causa, maritus, vel mulier non posset ibi commodè commorari, ob aeris incolumitatem, inimicitias superuentas, Menoch. de arb. iudic. casu 469. & sic Tiraq. de reuocan. donat. fol. 367. in fin. tract. num. 3. in terminis quæstionis; Quod ex causa
52 maritus sine pœna, alio poterit migrare, nam exceptio loci non tuti legitima de iure reputatur, Vrsill. dec. 280. sub num. 30. Silua nupt. memorab. 18. Addent. ad Capy. decis. 135. sic Azeued. lib. 7. recopil. tit. 6. l. 11. vbi virum non seruantem, teneri ad pœnam, & interesse dicit, nisi subsistant causæ supradictæ, & sic Sanchez de matrimo. lib. 1. cap. 40. vbi extendit hanc conclusionẽ procedere in legato facto ab aliquo,
53 dummodò moretur in loco defuncti, vel aliò, & Azeue. ibi, & Mierez de maioratu pat. 1. quæst. 57. sed aduertit, vt legatum non fiat sub conditione, nam esset species seruitutis, secus si inuitaretur ad legatum sub spe lucri modo adiecto, nam valet, prout dixi supra in legato inuitatorio ad contrahendum matrimonium cum persona designata.
54 Sicque pœnalia pacta iuri consona valent, prout etiam nè maritus accedat ad amasiam sub tali pœna, vt dixi in facto ex Bal. l. fin. C. de sponsal. Menoch. de arbit. Iud. casu 260. Bar. & cæteri lege ex parte §. 1. ff. de verborum oblig.

Quæ omnia ex abundanti diximus, ad comprobandam libertatem in matri-

Digitized by Google

trimonijs,& circa matrimonia ; cumq; mihi visa sint vtilia , & non passim declarata, volui in medium ea afferre ; & redeundo ad textum pragmaticæ, iustè statuit, vt Barones abstineant, nec partes suas interponant ad impedienda matrimonia ; Ego autem consulo , vt omninò caueant, nam & si directè non prohibeant, tamen indirectè eorum preces,& monitiones, metui æquiparantur
55 & sunt causæ ad agendum contra voluntatem, quæ diuino, & humano iure merè libera esse debeat.

Est etenim rogare ducum , species violenta iubendi. Hinc est, quod officiales durante officio matrimonium contrahere non poterant l. 1. C. si rector prouinciæ,& in constitut. Regni, communiter, licet non procedat de iure canonico, vt Afflict. ibi num. . . Mastrill. de magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 122. & dixi supra .

Quis verò in foro fori dicatur iustus
56 metus, ad dirimendum matrimonium? dic , quod metus dupliciter consideratur ex parte subiecti , & primo cognoscitur, cuiusnam rei sit timor,& quæ afflictio inde euenire possit; nam talis esse debet, vt cadat in constantem virũ , licèt in hoc sit attendenda personarum
57 conditio, metus namque vilibus, dicetur maior, quam nobilibus, Gamma dec. 246. Gramm. dec. 18. num. 12. Metus erit timor ammissionis bonorum, mortis, cruciatus corporis, carceris, & similium Doctor. l interpositas C. de transact. latissimè Mascar. in tract. de prob. conclus. incipien. metus: Respectu subiecti, fit consideratio, quod licèt minæ sint factæ , quod hæ tales sint quæ probabilem suspitionem metus inferãt, ex personarum qualitate, hoc arguendo, non enim quis tenetur expectare mortem, vel cruciatus corporis, Isern. cap. 1. quo tempore miles. Gram. cons. 13. nu. 24. & cons. 32. Sed dubitatum
58 fuit summoperè, an metus reuerentialis annullet matrimonium, sitque aptus ipsum dirimere, quamplurimi dixerunt quod sic , sequendo opinionem , quod matrimonium spirituale metu parentũ contractum sit nullum , vt supradixi. Marsil. singu. 497. glos. Panorm. cap. 1. quod metus causa, Doctor. l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non datur, vbi obligationes factæ per filios, metu reuerentiali , sunt inefficaces , & Menoch. de arb. Iudic. casu 136. de materia metus reuerentialis , quando sufficiens sit ad rescissionem actus , & an detur in matre, vide Ann. sing. 430.
59 & an in fratre, Anna cons. 41. & an probetur per testes singulares, Anna sing. 520. Gram. dec. 5.

Attamen in puncto principali est dicendum, quod contrarium est verum , quia procedunt supra allegata in matrimonio spirituali ; non tamen in carnali, facilius enim tollitur spirituale , quam carnale, in primo non est necessarium, quod accedat tanta, & tam libera voluntas, prout in monachali vita tu uide Vasqu. cap. 35. controu. illustr. vbi multa pro , & contra adducuntur Boer. cons. 20. benè, quando matrimonium contractum possit dirimi. Hæc q
60 inter priuatos: Metus verò superioris satis diceur probatus, probando auctoritatem, terribilitatem in non obedientes, quia magnos quis expectat cruciatus & adiunctis minis, ac qualitate personarum in impotente ad resistendum, satis præsumitur , ita vt vultus terribilis sufficiat, probando à communiter accidentibus executionem cruciatũ Crau. cons. 49. Affl. dec. 69. Anna allega. 16. Mascard. loco supra c. Qui metus illatus, dicetur nõ solum si fiat personæ illi quæ contrahere debet matrimonium, sed etiam si parentibus, vel fratribus mulieri minæ fuerint illatæ.
61 nam satis dicetur,& illa metu concussa, probatur ex pragm. nostra , & ita Roland. consil. 2. num 66. Rota in nouis decisio. 7. Oliasch. decisio. 179. nam sufficit metus illatus iis, qui de hoc curam habent, Surd. decisio. 101. numer. 12.

Vltimò Pragmatica nostra pro istius obseruantia imponit poenam Viceregis, ar-

Digitized by Google

arbitrio reseruatam,quæritur, quousq; extendi poterit hæc pœna, dixerunt
61 multi extendi ad pœnam mortis,cuius pœna plectuntur contemptores mandati Regij,Lucas l.1. C.vt debitus ordo seruetur Gloss.in proœmio constitu. vers.immortalitatem. Alij respondẽt hoc esse falsum, cum omnes leges sint mandata Principum, exindè omnes inobseruantes, & legi contrauenientes deberent mori; vide tu distinct.Felyn. cap.si quis de maioritate, & obedien. an præceptum sit vniuersale,vel particulare,vel certis personis iniunctum; & quæ in contrarium excusent, & Parid de syndicatu verbo præceptum, cũ in hoc non detur certa doctrina,sed secundum casus qualitatem pœna iniungi poterit,Gramm.dec.40.Capyc.dec. 132.Maranta disp.3.Affl.benè 1.constitu.Regni num.39.Menoch.latè casu 365.de arbitr. iud. Pœna autem arbitrio Preregis reseruata, vsquequò extendatur,vide D.Rou.prag.3.tit.de re-
63 ceptat. & pœna indignationis Regiæ quid importet,idem D.Rou.prag.5.de offi.M.Iusti.

SVMMARIVM.

1 *Barones iure non possunt cogere vasallos ad onera personalia, nec realia.*
2 *Argumentum à maioritate rationis est solidissimum.*
3 *Rex non potest nouas indicere impositiones.*
4 *Collectæ quo tempore cœperunt indici huic Regno.*
5 *Solutio gratuita multotiès in obligationem perpetuam tractu temporis transit.*
6 *Principijs iniustis resistì debet nam serò medicina paratur.*
7 *Nouitates semper sunt euitandæ.*
8 *Iniustum fit iustum antiquitate temporis.*
9 *Populi murmuratio interrumpit præscriptiones.*
10 *Collecta qualiter exigi de iure debeat, & imponi.*
11 *Solutio fiscalium à Rege Alphonso fuit transmutata de collectis in præstationes.*
12 *Onera per collectas, vel gabellas exigi debent ab Vniuersitate.*
13 *Caroleni decem pro quolibet fumante fisco debentur.*
14 *Sal est de regalibus, & Princeps cogere potest subditos, ad emendum ab eo.*
15 *Munus patrimoniale quando propriè dici poterit.*
16 *Munus patrimoniale ordinarium quod sit, & quale extraordinarium.*
17 *Immunitate concessa à Principe, vel à lege, quæ tributa videtur à munere ordinario, vel extraordinario.*
18 *Munera extraordinaria quæ sint.*
19 *Donari Regi non est de iure prohibitum.*
20 *Rex an possit nouæ onera imponere Regno.*
21 *Barones qualiter conuocandi sint in parlamento, & qui vocem habeant.*
22 *Numerationes focularierum fiunt singulis quindecim annis.*
23 *Epirotę, & Illirici singulis annis numerantur.*
24 *Numerationis focularierum obseruatio.*
25 *Focularia si diminuantur ex impotentia, an diminui debeat solutio Curiæ, benè explicatur.*
26 *Exequì non deberet pro debito vnius ciuis contra alios, & pro functionibus fiscalibus contrarium, cur obseruetur.*
27 *Vniuersitas si sit debitrix an contra ciues possit exequi.*
28 *Vniuersitas si defecerit an possint cogi ciues ad se obligandum.*
29 *Concilium Vniuersitatis an obliget successores de persona.*
30 *Ciues non obligati in defectum realiter tantum tenentur.*
31 *Sindicus an possit carcerari pro debito Vniuersitatis, discutitur.*
32 *Officium cuiquam non debet esse damnosum.*

Digitized by Google

33 *Sindicus, & Electi durante anno non debent inquietari.*
34 *Debitum Vniuersitatis dicitur licet partiatur per focularia, vel collectas.*
35 *Exequi an possit contra ciues fauore fisci.*
36 *Foculare dicitur vna familia simul habitans.*
37 *Filij familias licet negotientur si viuunt cum patre vnum constituunt foculare.*
38 *Immunitas patris transit ad filios etiã mortuo patre, si viuant simul.*
39 *Milites non debent numerari.*
40 *Viduæ pauperes non debent describi in focularibus.*
41 *Forenses si domicilium non constituerũt an debeant numerari.*
42 *Collectari an debeat quis in loco originis, vel domicilij.*
43 *Focum ex nouissima Pragmatica ibi quis constituit vbi fumat.*
44 *Collecta non potest imponi nisi subdito, cum persona pro rebus sit obligata.*
45 *Collectari non potest Regnum nisi in casibus expressis.*
46 *Adiutoria in quibus casibus debeantur Regi.*
47 *Donatiua quæ præstantur Regi, sunt licita ex causa.*
48 *Princeps qualiter dicatur Dominus personarum.*
49 *Baronibus non licet collectare, vel minimum onus vasallis indicere.*
50 *Collecta quid sit, quid gabella, tributũ, notatur.*
51 *Collecta est munus mixtum, & differt à gabella.*
52 *Pedagium, vectigal, datium quid sit.*
53 *Bona collectata transeunt cum suo onere, secus bona in quibus indicitur gabella.*
54 *Clerici an teneãtur pro bonis allibratis in æstimo.*
55 *Angaria quid sit, & quid perangaria.*
56 *Argumentum de vasallo ad libertum valet.*
57 *Seruitia extra territorium sumptu Baronis sunt facienda.*
58 *Angaria cæperunt tempore Romanorum.*
59 *Angaria quid differat à seruitio.*
60 *Vasalli angarij non possunt recedere à terra Baronis.*
61 *Vasalli burgenses an possint se aliò trãsferri.*
62 *Nobilibus non possunt indici munera, vel seruitia sordida.*
63 *Angarias nouas Rex indicere non poterit.*
64 *Vasalli sine regio assensu non possunt se obligare Baronibus.*
65 *Vasalli non tenentur fideiubere pro Barone, etiam in necessitate constituto, nisi in casibus notatis.*
66 *Vasallus feudi, & vasallus burgensis, differunt.*
67 *Filius cogitur fideiubere pro patre in necessitatibus.*
68 *Fideiubere an teneatur pater pro munere filij.*
69 *Metus an noceat tertio non participãti de metu.*
70 *Simulatio non rescindit contractum si vterq; non participet.*
71 *Barones non debent in electionibus Officialium Vniuersitatis se ingerere.*
72 *Commissarius potest peti, vt assistat in faciendo regimine, si sunt lites inter vasallos, & Barones.*
73 *Electio Syndici, & decurionum qualiter sit iure facienda.*
74 *Baro habet ius oppugnandi electi omnes, sed non ius eligendi.*
75 *Consuetudo, vt prædecessores nominent successores, an sit contra ius.*
76 *Ciuitates Populosæ eligunt sibi certum numerum personarum qui habet auctoritatem creandi Regimen.*
77 *Ciuitas Neapolitana regitur per plateas.*
78 *Imperatoris electio, ad septem viros electores spectat.*
79 *Vniuersitas an possit diuidi per quarteria.*
80 *Baro si habet ius eligendi, an possit oppugnare contra nominationem, vt iterum fiat.*
81 *Electionis Regiminis Vniuersitatis ius an*

Digitized by Google

an sit individuum.
82 Electio quæ pertinet ad Baronem cui spectabit, si erit absens.
83 Nominare, & eligere differunt.
84 Eligens, vel nominans tribuere ius electo, dicatur.
85 Iurisdictio si dependet ab Vniuersitate ad superiores, & non ad Barones, erit recurrendum.
86 Magistri iurati electio semper pertinet ad Barones.
87 Magistri iurati officium, declaratur.
88 Custodia nocturna an pertineat ad Vniuersitates, vel Barones.
89 Vniuersitates non possunt conferre iurisdictiones.
90 Vniuersitas etiam si habeat iurisdictionem eligendi, tamen semper confirmatio est petenda à Barone.
91 Parlamenta sine licentia Officialis, cõgregari non possunt.
92 Parlamentum factum sine licentia, an sit nullum.
93 Licentiam an sufficiat petere ab officiali, etiam si non concedatur.
94 Decuriones pro negotijs priuatis, possunt ipsi congregari.
95 Decuriones sine parlamento negotia ardua non possunt explere.
96 Plateæ non possunt congregari sine licẽtia Proregis.
97 Legati non possunt mitti ad Regem sine licentia Proregis.
98 Iudex ciuilis, vel criminalis debet dare licentiam pro parlamentis.
99 Regimina sunt distincta, vnum ad iustitiam, aliud ad Vniuersitatem.
100 Vniuersitates an possint pœnas indicere, latè disputatur.
101 Barones non possunt conducere gabellas suæ Terræ sub pœna.
102 Electio Grasseriorum, custodum Vniuersitatis, & portarum.
103 Catapanorum electio de iure, vel consuetudine ad quem spectat.
104 Custodia noctis, & territorij ad quem spectat, ponitur.
105 Electio Medicorum, & Magistrorum artium ad Vniuersitates spectat.
106 Barones habent potestatem priuandi ministros electos ab Vniuersitatibus ex causa.
107 Custodia castri, & fortalitiorũ ad Barones spectat.
108 Hospitaliorum, & Rectorum confraternitatum, electio spectat ad Vniuersitatem, si ipsa fundauerit.
109 Vniuersitates ex antiquo iurisdictiones aliquas habent.
110 Regimen malum, & inordinata administratio, Vniuersitatem deprimit.
111 Officia non sunt conferenda desiderantibus.
112 Sindici electio qualis esse debeat.
113 Pauper aliquando est magis idoneus, quam diues, ob mores, & virtutes.
114 Nobiles an præferantur plebeis in administratione Vniuersitatis.
115 Debitores Vniuersitatis nõ possunt eligi ad administrationem, limitatur pluribus modis.
116 Litem habentes cum Vniuersitate nõ semper repelluntur ab officijs.
117 Officia limitatis potiùs ciuibus, quam exteris sunt concedenda.
118 Ciues si aliò se transtulerint, an possint euocari ad munera subeunda.
119 Vacatio quanta esse debeat ad honores, & an sit inducta fauore publico.
120 Suspendi an possit ab officio quis pendente aliqua oppositione, declaratur.
121 Vacatio ad diuersa non procedit.
122 Syndicus poterit esse sequenti anno Catapanus, vel Iudex Baiulorum, sed infirmi, senes excusantur à muneribus.
123 Officium publicum habens, excusatur à munere.
124 Gabellarum conductores, excusantur.
125 Pauperes, inquisiti, filifamilias excusantur.
126 Cogi qualiter debeant vocati ad munera.
127 Litigantes seu caporales litium cum Barone an prohibeantur esse de regimine.
128 Debitores Vniuersitatis non possunt

Digitized by Google

eligere, nec eligi.

129 *Confiderati Baronis, an possit opponi ne eligantur.*

130 *Lites cœptæ cum Barone non possunt remitti sine auctoritate, & decret. Sac. Conf.*

131 *Vocem activam, vel passivam, qui non habeant in parlamentis, narratur.*

132 *Coniunctus an prohibeatur eligere coniunctum.*

133 *Eligens minus dignum prætermisso digniore peccat, & an teneatur ad dãna.*

134 *Dignior quis dicatur alio discutitur.*

135 *Eligens minus dignum an faciat electionem nullam, vel iniustam.*

PRAGMATICA DECIMA.

Carolus Quintus, in anno 1536.

AVdiuimus etiam, quod complures ex huius Regni Baronibus, & vtilibus Dominis in dies nouas exactiones, & varias impositiones, angarias, & alia diuersa grauamina subditis, & vasallis imponunt; qui & multoties ipsos subditos, & vasallos, & aliquos ex eis, ad fideiubendum pro ipsis Baronibus cogunt; & vt facilius prædicta consequi possint, Syndicos, & Electos, aut alios Vniuersitatum officiales ad eorum libitũ eligunt, aut eligi procurant, quod malo quidem procedit exemplo, & satis iniquum esse cognoscimus, vnde volentes etiam istis oppressionibus vasallorum prouidere, mandamus, quod dicti Barones, aut vtiles Domini, ex nunc in antea nullas imponant, aut imponi faciant nouas exactiones, aut gabellas, nec noua seruitia, nouasue angarias, aut alia noua onera inducant, aut induci faciant, directè, vel indirectè sine expressa licentia nostra, aut Viceregis nostri Generalis, si casus talis occurrerit, quod fieri debeat; Nec cogi possint vasalli pro Dominis fideiubere exceptis casibus per Regni nostri Constitutiones declaratis, alias fideiussio taliter præstita sit nullius roboris, & momenti.

COMM. PRAGM. X.

QVia habet plures partes hæc nostra Pragmatica, eam diuido, in prima tractatur, ne Barones nouas exactiones, impositiones, gabellas, angarias, vel alia onera vasallis imponant. In secunda parte sancitur, quod non cogant vasallos ad pro se fideiubendum; Tertio loco dicit, quod pro consequendo id quod ambiunt, non se immisceant in procurando electionem Syndicorum, Electorum, & aliorum Officialium, ad sui nutum, & voluntatem.

Ad primam, vt dixi notatur Barones

1 vasallos cogere non posse ad impositiones, & onera realia, nec personalia, seruitia, & angarias. Ad fundandam hanc positam conclusionem, arguam à maioritate rationis, quæ argumenti species est in iure solidissima, si enim id de quo magis videtur inesse, & non inest,

2 nec etiam id de quo minus, glo. l. 2. C. quib. caus. in integr. rest. Doct. authen. multò magis C. de sacros Eccl. Euerar. suo loc. Top. 65 Dico, q nec Regi licet nouas collectas, impositiones, aliaue onera Regno, & subditis imponere, nisi solita, & q̃ de iurè sibi denegari nõ possũt Luc. l. j. C. de supindict. vbi est sedes sua

3 nam

Digitized by Google

nam ſuperindictum dicitur noua impoſitio, ad differentiam indicti, quod interpretatur ordinaria exactio, ſicque Iacobinus, in tract. feudorum verſ. qui quidem inueſtiti, & in titulo de homagijs, Capyc. in inueſtitur. verbo collectæ, & vt pleniùs loquar: ſcias ſecun-
4 dum Iſern in cap. 1. verſ. extra ordin. coll. tit. quæ ſint regal. quod ab exordio Imperij, vſque ad Regem Gulielmum vaſallis non erant aliqua onera collectarum, & impoſitionum indicta; quod probatur etiam ex cap. Regni ijs: ſequenti tempore Federici Imperatoris, cæptum fuit introduci, vt ratione adiutorij, certum quid ei præſtaretur, pro ipſiuſque adiutorij cauſa, erant impoſitæ certæ collectæ ſubditis; & exactæ fuerunt per multum temporis ſpa-
5 tium. Poſt Federicum alij Imperatores, & Reges continuarunt iſtud adiutorium petere, poſtea ex debito pro ordinaria, & annua indictione; & ſic extraordinaria munera ad tempus indicta tractu temporis in ordinaria tranſeunt, vt aduertit Niger in clement. de vita, & honeſt. cler. nu. 72. Non poſſum in hoc ſilere, & poſteros non monere
6 quod principijs obſtari, ac contrariari debet, vt nouitates non admittantur, ex quibus omnia mala, & onera eueniunt, cum colore enim incipiunt nouitates pro aliqua neceſſitate, & ſubditorum vtilitate, pro vna vice tantum præſtetur hoc Dominis, & poſtea onus perpetuo infigitur, vt quotidiana experiẽtia notorie demonſtrat. Non eſt enim poſtea, qui reuocet, nec qui ſuperiori reſiſtat; Quis contra Cæſarem? tranſierunt qui pro patria pugnarunt. Hodiè enim, vel metu pœnæ, ſeu premij ſpe, omnes alliciuntur, & allucinantur, vt benè reſpondit in ſimili Crau. conſi. 238. num. 10. Indè eſt, vt annotauit D.
8 de Franch. dec. 56. num. 17. quod mulcta dona gratuitò facta à vaſallis ſuis Baronibus, reperiuntur in introitibus ſolitæ præſtationis, & ſic exactæ fuerũt continuatis dominijs, licet ſecundum Iſern. prædicto, ipſum principium fuit iniuſtiſſimum, nec opitulari potuit cur-
9 ſus centenarius, ſatis enim fuit interruptus ex murmuratione populi, quæ impedit curſum vlteriorem. Soluunt nãq; ratione ſubiectionis, non iure conſenſus, ijſque non licet de facto reſiſtere, ſecundum Luc. l. 1. C. vt ruſtici ad nullum obſequium lib. 10. Ioſ. Seſe cap. 4. §. 3. num. 3. & ſic dictæ collectæ ſemper ſolutæ fuere, & iam factæ ſunt licitæ, ex tot centenariorum curriculis effluxis, quæ iniuſtum iuſtum efficiunt, Affl. dec. 13. Et ſoluebantur attenta facul-
10 tate perſonarum, fiebant enim appretia bonorum, æſtimabanturque perſonarum induſtriæ, & lucra, pro vt fit in omnibus æſtimis, & appretijs, vt in cap. Regni porrecta, vbi Niger abundè; Qd onus collectarum patrimoniale, perſonale, vel mixtum dicebatur, cum etiam perſona ſit obligata pro rebus, Bar. l. 1. C. de mulieribus li. 10. ac Bal. in tract. de collect. Durarunt tamen dictæ col-
11 lectæ, vſque ad Regem Alphonſum I. qui dum Neapoli moram per aliquod tempus traxiſſet, in generali parlamento, in Eccleſia Sancti Laurentij Anno 1442. vt eſt in Regiſtro R. Cam. mutatus fuit ordo iſtius ſolutionis, & vti ſoluebatur per collectas, iuſſit vt quid certum per focularia exigeretur, onera enim, & per collectas, & gabellas, & per
12 capita, aut fumantes indici poſſunt, Bellug. rub. 46. §. reſtat, quod Principi vel conſuetudini relinquitur obſeruandum, & ſic fuit facta taxa, vt pro quolibet foculari ſoluerentur R. Cur. decem
13 caroleni, & pro ſale, qui per fiſcum diſtribuitur in omnibus Regni Prouincijs eiuſq; terris, nam ius Salinarum eſt de
14 regalibus, Petra fol. 97. & cogere põt Princeps ad emendum, Petra fol. 22. ſol uuntur enim alij quinque caroleni, & duo grana, quod, & hodie ſeruatur, & meminit etiam D. Tapp. cap. 1. rubr. de conſt. Princ. & dicitur hoc munus ordinarium patrimoniale, & licet vt dixi onus non ſit indictum rei, & patrimonio, tamen quando quid ſoluitur de re, vel
15 propter rem, patrimoniale munus dici-

Digitized by Google

tur, Antibol. in tract. de muner. §. multiplex Iurisconſ. l. fi. §. patrimoniorum ff. de muner. nam patrimonialia munera ſunt in multiplici differentia, & diſtinctione, vt in citatis locis videre pote-
16 ris. Iſta tamen ſolutio dicitur munus ordinarium in Regno præter q̃ omnia alia computantur inter munera extraordinaria, quæ ſuperindicta in principio diximus appellari: Vtilitaſq; huius inueſtigationis, eò pertinet: Priuilegia enim, ac ſtatuta Regni multos faciunt immunes à muneribus ordinarijs, vel
17 extraordinarijs, vnde hoc ſcire eſt per neceſſe de iure, conceſſa immunitate ab omnibus muneribus patrimonialibus, id priuilegium non extenditur ad ordinaria, Iuriſcõſ. l in honoribus §. qui muneris ff. de vaca. mun. Luc. l. 1. C. de excuſ. muner. li. 12. Quamquam in Regno contrarium ſit receptum, ex regijs litteris, ex quibus conſtitutũ eſt, q̃ conceſſa immunitate largiſſima, nunquam extraordinaria veniant, vti excepta, ſecus ordinaria, de qua obſeruantia, ne auctoritas deſit, meminit D. Tap. præc. loco, nu. 104. Extraordinaria munera
18 ſunt, quæ non habent certam formam determinatam, nec à Principe ſunt inducta, ſed à communitate, quæque accidentaliter, ob aliquam cauſam indicuntur, & non habent perpetuam præſtationem, Bar. l. 1. C. de muner. nu. 37. Luc. l. eam C. de exactor. Boſſ. benè tit. de Principe, latè Petra dé poteſt. Princ. fol. 24. Hæcque fuit magna æquitas, quod immunitas extendatur ad ſua potius quam aliena, vt diximus de functionibus, quæ ſoluuntur ex refectione viarum, pro conſtructione turriũ, & earum cuſtodia, pro ſtipendio Hiſpanorũ, & aliorum militum grauis, leuis, ac pedeſtris armaturæ, pro ſalario Barricellorum, pro donatiuis quę fiunt Regi, cui prohibitum non eſt donari, vt dixi ſu-
19 pra prag. 3. Quæ omnia extraordinaria munera dicuntur, & videnda ſunt quę ſcripſit Mazzella, qui refert omnes introitus Regni, & introitus Regij fiſci, referq; quo tempore cæperunt donati ua, quantum hucuſq; donatum ſit noſtris Regibus, ex deuota largitate Regni erga ſuos Reges, nam vt dicã, Rex de iure, & ex capitulatione inita cũ Papa Honorio, nullã collectam nec vllum
20 onus in Regno imponere poteſt, Verũ Barones Regni, Ciuitates demaniales congregantur in generali parlamento, & donatiua in neceſſitatibus faciunt, Frec. li. 1. de ſubfeu. fo. 14. qui ẽt narrat modum congregationis, & ſeſſionis, & prælationis Baronũ, aliorumq; Titulatorũ in iſtis conſilijs, & qui debeant con-
21 uocari, & an minores Barones habeãt vocem, vide D. de Pont. conſ. 30. & nouiſs. multa conſcripſit M. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. c. 8.

Quæ oĩa à prædicto Rege Alfonſo, vſq; hodiè, ſoluta fuerunt per focularia, & in Regno factæ fuerunt numeratio-nes, omnibuſq; & ſingulis 15. annis ſo-
22 lent fieri nouæ numerationes, omneſq; deſcribuntur, exceptis Epirotis, & Illiricis, qui ſoluũt vndecim carolenos pro
23 foculari, & nõ habent ſal, & omni anno renumerantur, Tapp. ibi nu. 57. & anno præterito. 1595. fuit facta numeratio, q̃ adhuc durat cũ maximo diſpendio miſerarum vniuerſitatum, culpa miniſtrorum (pace ſemper bonorum) qui credẽtes Regi applaudere, & inſeruire, gerũt ſe tã fiſcales, parũ audiẽdo grauamina & iura terrarum, q̃ longè alienum eſt à voluntate Principis, cuius mens præſumitur clemẽs, & benigna, vt proprium eſſe debet l. imperialis, C. de nupt. Numerãtur ergo per Cõmiſſarios deſtinatos ſingula focularia terrarum, & deſcribuntur ſigillatim, per nomina, co-
24 gnomina, & ſecundum quantitates, & numerum ſit taxa ſolutionum fiſcaliũ, quam ſoluere tenentur Vniuerſitates: Sed magna eſt quæſtio, dum diſtributio fit per focularia, & non imponitur hoc onus ſuper Vniuerſitate, cur defi-
25 cientibus focularibus, ex impotentia, non deficit exactio, ad damnum fiſci, ſed fit executio in bonis Vniuer-
26 ſitatis, & ciuium, & cur exequitur contra alios ciues, cenſeanturque obli-

Digitized by Google

obligati pro debito alterius, & Bald. l. 1 §. quod si nemo ff. quod cuiusque Vniuersitatis, videtur innuere, quod iniustum sit exequi, concordatque tex. l. 1. C. vt nullus ex vicar. pro alien. deb. teneatur libr. 11. & glos. idem firmat, vt iniquum sit, vnum ciuem pro alio teneri, & Dom. de Ponte in suo tract. tit. de regal. impos. §. 1. dicit hoc obseruari per fiscum facta magna diminutione foculariorum, vt damno sui fiat refalcatio; sed circa aliud an ciues teneãtur iure pro debito aliorum, vel Vniuersitatis, & dicantur obligati personaliter, & realiter, Dominus de Ponte nil dicit, & est quæstio. si ciues, & illi de regimine teneantur, quæ deseruit omnibus casibus, in quibus Vniuersitates de iure aliquid debent Baronibus, vel alijs priuatis creditoribus: Dic si onus est affixum non in particulari, sed super corpore vniuersali, regulariter nec personæ, nec bona sunt obligata particularium ciuium l. sicut §. 1. vbi Castr. & Angel. ff. quod cuiusque vniuers. Ripa l. 4. §. actor ff. de re iudic. plenè, sed potest cogi Vniuersitas ad faciendam collectam, Gabr. Rom. concluf. 1. tit. quod cuiusque vniuers. l. 3. cum seq. C. de annon. & trib. lib. 10. vel potest exequi contra bona ipsius Vniuersitatis si extant, & suos Affictatores, Si vero Vniuersitas est inops, & deficerit, tunc singuli cogi possunt ad soluendum debita, iuxta Doctor. d. l. 1. §. quibus ff. quod cuiusq; vniuers. & causa cognita fiet hoc per officiales, cum debitum Vniuersitatis in subsidium sit singulorum; Inde, dum Baro Auiliani, magnum creditum haberet super Vniuersitate Castrouillari, & illa esset deficiens, & mortui essent omnes obligati in instrumento, habito recursu per creditorem ad Collaterale, vt denuò obligarentur in locum mortuorum, assentijt vt cogerentur, & causa mihi cõmissa, vt eos constringerem, omnes aufugerunt, & in ecclesijs se celauerunt, & data relatione superiori ciuium ditiorum, decreuerunt, quod illi haberẽtur pro obligatis, dum onus prædecessorum teneantur omnes successores ciues portare, nam Concilium, & contractus Vniuersitatis obligat successores ad onera subeunda, non dico personas, cum solum Vniuersitatibus liberis de iure sit talis concessa facultas, & non priuatis, vt possint obligare personas ad arrestа. latè Gayll. tract. de arrest. quæst. 9. l. si is qui bona ff. de pignor. Sed Collaterale Consilium decreuit illo modo vt subrogentur alij, quia antea erat cõtracta obligatio personalis cum ciuibus, & Princeps potest cogere ad faciendam talem subrogationem in alios vt ibi benè Gaill. non quod regulariter pro debito vniuersali ciues nõ obligati teneantur, nisi in defectum realiter tãtum, facta decretatione, causa cognita per superiorem, in casu extremæ inopię Vniuersitatis, & non alias, sed an de persona executio fiet contra Syndicũ, & alios de regimine personaliter pro debito Vniuersitatis, sic longo apparatu concludit Bouadill. nouissimè in sua polit. lib. 2. cap. 8. num. 72. cum sequen. qui pro hac opinione adducit infinitos graues authores, rationem dicit, nã sicuti ipsi exequi poterint contra suos debitores Vniuersitatis, sic ad imparia non debent iudicari, vt contra ipsos exequi non possit, vt soluant pro Vniuersitate, & repetant l. penult. C. de solut. Marsi. sing. 389. pecunia enim præsumitur esse in posse eorum, qui vel habent & tenentur soluere, vel in culpa sunt, non tenere introitus æquiualentes exitu, collectas imponendo (Hæc ille) Quorum sententia dura mihi fuit visa, & nouissimè post eum vidi Felician. tract. de censibus 2. par cap. 3. num. 8. qui proponendo hanc quæstionem, & mentionem faciendo de Bouad. & alijs tenet contra eos, & rectè, cum iniquũ sit, vt administrator, & tutor teneantur de persona pro debito pupillorum, ad tex. l. si non scripsisti C. de admin. tuto. nisi quando ipse proprio nomine esset obligatus l. ciuitas ff. si cert. pet. esset enim officium damnosum, & ferendum

Digitized by Google

non est, contra regulam l.si seruus cõmunis §. quod vero ff. de furt. Inde videmus continuò expediri prouisiones per superiores, vt pro eo anno Syndicus, & Electi non molestentur de per
33 sona, pro quauis causa, vt aduertit ibi Felic. & hæc vera sunt, limita tamen, vt dixi, si conspici possit quod Syndicus, & Electi habeant vnde soluere, vel fuerint in mora exigendi, vt Felic. ibi in fine, Guid. Pap. dec. 87. fallit in debito fiscali, nã & ipsi de regimine, & bona etiam particularium exequuntur de consuetudine potiùs, quam de facto, vt innuit Bouadill. ibi, & Felic. & licet onus sit impositum per focularia, vnde videtur quod quilibet teneatur pro suo fumante, tamen quia repartitio computatio dicitur l. edictum ff. de iudic. l. si quis dixerit cum l. seq. ff. de verb. sign.
34 hæc quidem computatio fit per modũ vniuersi, & attenditur quod principaliter fit, nam citantur solum Syndici, & non singuli l. susceptores C. de suscept. lib. 11. quæ ad hoc allegatur Clapper. caus. fisc. 27. quæstio. 1. & licet fiat numeratio sigillatim, fit ratione impositionis postea faciendæ Vniuersitati, ideo conficitur, & propterea onus respicit Vniuersitatem, & omnes ciues, cumque Vniuersitas non mutetur mutatione personarum l. grege §. 1. ff. de legat. primo l. sicut §. fin. ff. quod cuiusque vniuers. & in vno potest residere, & ideo cum onus nõ exigatur à singulis, sed à toto, debitum non singulorum, sed Vniuersitatis dicitur, & in defectum ciues pro Vniuersitate tenen-
35 tur, & fauore fisci realiter contra eos exigi potest, sic nouissimè Ioseph Sese cap. 4. §. 5. num. 20 cum sequ. & cum magna circumspitione Exactores debent paupertatem Vniuersitatum considerare, tanto magis quod ipsi de iure non tenentur quando facta diligentia exigi facilitèr non poterint l. 3. verbo compelletur C. de annon. & tribut. Reliqua vero pertinentia ad modum, & ordinem numerationis uide D. de Pon. in suo tract. tit. de regal. §. 2. Et redeundo ad institutum. Hæcque iura fiscalia, ab Aerarijs fisci exiguntur, nisi reperiantur vendita, vt in Regno, vbi Rex pro suis necessitatibus bonam summam ipsorum alienauit, & priuatis personis, & Baronibus ipsarum terrarum, vt adnotauit nouissimè D. Scipio Roui. super pragm. de iuribus fiscalibus, vbi multa.

Foculare tamen, vt terminos non
36 ignores, dicitur vna familia, quæ simul viuit, licètque plures sint personæ, vnum tamen constituunt foculare, veluti si pater habeat plures filios, & nepotes ex eis, sub vno tecto viuentes, &
37 non separatè, vnum constituunt foculare, Bald. l. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Ripa l. 4. §. actor ff. de re iudicata licet omnes lucrentur, habeantque peculia castrensia, vel quasi, vt Bald. l. etiam C. de exequutione rei iudicatæ, secus si seorsum habitant, tunc enim licet viuant de paterna substantia, faciunt separatum foculare, Bald. d. l. 1. & l. si cui dulcia ff. de vino, & oleo leg. vers. amplias, & latius hoc excutit Boerius dec. 212. num. 4. quando filiorum separatio constituat singularem focũ, & quomodo procedat, Capyc. in inuestit. verbo collect. & vnio fratrum adeo
38 est priuilegiata, quod patre immune mortuo, ea immunitas continuatur ad filios degentes in cõmunione, vt Surd. dec. 123. Focum tamen non constituũt milites ordinarij, nam Princeps qui exi
39 mit à solutionibus debet sibi excomputare l. actores vbi Luc. C. de exactoribus Alex. conf. 130. volu. 2. Boer. decis. 213. Item deduci debent immunes propter numerum duodecim liberorũ,
40 Viduæ quæ solæ sunt, nam si filios habent focum constituunt, personæ inhabiles, & pauperes miserrimi, Capy. prẽcit. loco. Forenses si habeant domum, & bona, non enim per hoc ibi debent aggregari, sed vbi domicilium habent
41 leg. libertus ff. ad municipal. nam persona pro rebus est in munere, & magna fuit controuersia, an quis, possit collectari pro suo foculari in loco origi-

Digitized by Google

ginis, vel domicilij, vel vbi possideat bona, de quo articulo Bald. cons. 139.
42 vol. 3. dicit quod munera patrimonialia debent solui, vbi quis domicilium tenet l. assumptio, vbi glos. ff. ad munic. nisi habeat bona in loco originis, tunc ibi soluet ratione æstimi, & in alio loco soluet bona tenentia, sed idem Bald. cons. 226. eod. volum. distinguit quod focum, & collectam non patitur, nisi quis efficiatur ciuis, vel incola, tunc eo constituto ibi tenetur soluere, etiam de bonis alibi sitis glos. l. rescripto §. fin. ff.
43 de muner. Hodie constituta est prag. quod vbi fumat ibi soluat per Comitem de Lemos sub tit. de admin. vniu. cap. 4. & vide Sese tract. de inhibit. c. 4 §. 1. & latius dec. 7. vbi si pro rebus alibi sitis incola, vel ciuis possit collectari, vbi firmat quod sic, si ibi non soluatur bona tenentia, nam si ibi soluit, non debet duplici onere grauari, glos. & Bar. l. 1. C. de mulier. in quo loco lib. 10 Socc. cons. 74. volum. 1. & solutio quæ fit extra locum non subditum non po-
44 test dici collecta; cum ea imponatur personæ pro rebus, sed persona non subiecta non potest cogi, ideo solũ onus rebus indici solet, quod bona tenentem nominant, vt Sese d. dec. Aliaque multa essent dicenda, sed vltra susceptam prouinciã nolo progredi, sufficit enim terminos adnotasse, & vide ad hanc materiam quæ notat Affl. quæ sint regal. vers. plaustrorum. Vnde hodie Princeps hæc ordinaria onera exigit, extraordinaria imponit de cõsensu populi, vt Tapp. ibi, & Capy. sicque & donatiua, pro quibus fiunt repartitiones
45 solutionum per focularia, nam de iure non potest onerare collectis Regnum nisi in casibus à Papa Honorio declaratis, & in Reg. Cam. registratis, Isern. & Affl. constit. quamplurimum; nam Romana Ecclesia Domina proprietatis huius Regni, potuit declarare, & capitulare pro Regno, Andr. §. nec Dominus num. 45. de prohib. feud. aliena.
46 numerat casus adiutorij constitutione pactos, Capyc. verbo collecta pro redimenda persona Domini, pro defensione Regni, pro militia filij, & fratris, ac pro maritanda filia, vel sorore, his casibus licet collectare Regnum, vsque ad summam 15000. vnciarum, vt ibi Capyc. in alijs necessitatibus debet vti suis introitibus, & marsupio suo manus imponere, Lucas l. agros C. de fund. limitro. lib. 10. Isern. tit. quæ sint regalia, vers. extraordinariæ collectæ, & extra eos casus non licet Principi impositiones, exactiones, gabellas, & alia onera imponere; licet Regnum nostrum, vt dixi in necessitate Regis ob tot bella quæ substinet, quia vix suppetunt red-
47 ditus, ob tot impensas, pro conseruatione Regiæ Coronæ, semper noua donatiua ei præstat, repartiendo per focularia quæ voluntariè præstat, Regi enim succurrere, & donare licet Frec. auctor. 3. num. 26. de subfeud. Thessau. dec. 257. de quibus omnibus regalibus impositionibus quæ Regno fieri possint post hæc latè Reg. de Ponte in suo tracta. tit. de regal. impositionibus per plura capita.

Et redeundo ad nostram pragmaticam, coniungendo vltima primis, nam satis textus nostri conclusionem, firmauimus ex probatione prædictorum à maioritate rationis, quod si non licet Regi, qui dicitur Dominus personarum
48 secundum Isern. in procemio feudor. multo minus hoc potest licere, & eius Baronibus inferioribus, & ab eo inuestitis, authen. multò magis C. de sacrosan. Eccl. & quod nullo modo liceat Baronibus collectare, onera imponere, & adiutoria petere, nisi in casibus à iure destinatis, dixi supra 1. pragm. 2. p. vbi
49 hoc latè excussi, Crau. cons. 132. num. 10. Nacta cons. 406. Ioseph Sese nouissimè de inhibitio. cap. quarto, §. 3. benè.

Quid verò significent ista nomina posita in textu nostro, de gabella, col-
50 lecta, datijs, tributis, & impositionibus; vide singulare cõs. Gram in ciu. 69. vbi nouissimè omnia nomina onerum realium adnotat, Bertazz. in tract. clausu-

la.

Digitized by Google

larum, & post eum Petra de potestate Princ. fol. 24 qui omnia significata recenset, ad quem recurras; Adde tamē pro terminorum cognitione, quod collecta minus mixtum dicitur, quia persona obligatur pro rebus Bar. l. 1. C. de mulier. Bertazz. clauſ. 21. gloſ. 9. differt
51 à gabellis, ſeu datijs, quæ idem important, ſolùm gabella, ſeu datium eſt quod imponitur pro rebus mobilibus, ſeu fructibus, & induſtrijs, & idem etiā importat quod vectigal Bertach. tract. de gabellis, & Gram. conſ. ciu. 69. quæ nomina non ſunt cognita de iure, ſed
52 ſub nomine vectigalis veniunt, quod pro rebus inuectis, vel euectis competit. Pedagium quoque nominari ſolet, Bertazz. clauſ. 30. glo. 11. cum ſequen. Boſſ. tit. de vectigal. & licet hoc collectæ munus mixtum dici debeat, quia persona obligatur pro rebus, tamen quando res non allibrantur, nec in æſtimo ponuntur, nec gabellæ habent perpetuam determinationem, extraordinarium munus dicitur, ideo bona non ſunt obligata pro gabella, & datio, Inde ad quemcunque immunem tranſe-
53 ant, ea immunia tractari debent, & proindè ad gabellas vini, frumenti, & ſimilium non tenentur, quod contrariū eſſet, ſi bona eſſent allibrata, & cataſtata, quia tunc tranſeunt ad quemcunq; etiam immunem cum onere ſuo, & pro
54 Inde clericos pro bonis ad eos peruentis, cum oneribus realibus collectarum ſubmiſſis, ipſos eſſe obligatos conſtitutum eſt, Doct. in conſt. Regni prædeceſſorum, & ibi Dom. Tapp. num. 4. Idem in tributis, & cenſibus, alijſque oneribus rebus impoſitis, nam quia res ſunt affectæ, tranſeunt cum ſuo onere c. Regni 99. Carau. ritu 229. Marant. conſ. 99. Camp. de vita, & honeſt. cler. n. 47. cum ſeq. quæ omnia nota. In Regno verò, in aliquibus Terris viuitur per collectas, in alijs per gabellas, & an ordo poſſit mutari contra ſolitum, vide Campan. cap. Regni 167. In cap. in Kalendis. Et ſi onera realia imponere non poſſunt Barones, tanto minus, & ſeruitia perſonalia, & angarias, cum perſonæ ſint digniores rebus l. iuſtiſſimè ff.
55 de ædilitio edicto. Angaria ſecundum Lucam l. cum te C. de munerib. patrimon. eſt munus præſtandorum operum de perſona, expenſis Domini, dicit de perſona; nam alias diceretur munus leg. modios C. de ſuſceptoribus libr. 11. Perangaria dicitur, quando quis tenetur ſubire munus ſuis, & non Domini expenſis l. 1. C. de curſu publico, & angari. Affl. conſt. proſequentes; intellige ſi vaſallus habeat modum ſe alēdi, & ſuis ſumptibus vacare ſeruitio iniungendo, alias ſi nimis pauper, expēſis Domini tenetur ſeruire, & non alias l. ſuo victu ff de operis libertorum cum
56 lege ſequ. nam à liberto ad vaſallum validum eſt argumentum; Idem procedit ſi ſeruitia iniungerentur extra territorium, nam expenſis Domini vacare debet, argum. l. quod niſi fiat cum l. ſequen. ff. de operis libert. Specul. tit. de
57 feud. §. quoniam verſ. 26. Iacobin. de feud. verſ. & promiſerunt, Ardizz. cap. 5. & 6. & Maſtril. de magiſtr. lib. 3. c. 10 num. 336. Quæ munera ſecundum Capyc. dec. 168. fuerunt in vſu, etiam tē-
58 pore, quo Romani imperabant, & etiā poſt translatum Imperium, & poſt Imperatores, etiam Baronibus fuit conceſſum habere vaſallos angarios, vel perangarios, qui vaſalli vltrà ſubiectionē, opera vilia, & ſordida præſtabant; nam vt dicantur munera angaria, aduertas,
59 oportere munera eſſe vilia, & ſordida, alias enim dicerentur munera perſonalia, quod ſigna, leg. munera ff. de muner. & ſingula declarat Gramm. conſi. ciuil. 12. & 13. Quando vaſalli dicantur angarij, vel obligati ad aliqua ſeruitia, & onera, nam magnum onus eſt angarij, nō enim poſſunt reddere à ter-
60 ra, nec clericari ſine Domini licentia, in conſtitutione Regni, proſequentes, Inde tales vaſalli ſi recedant, poterit mandari per ſuperiorem, vt recedāt, & ſic obſeruauimus in Regia Audientia Calabriæ, vbi Barones ſucceſſores à Biſiniano, habent has prærogatiuas, &

Baro

Digitized by Google

Baro Rotæ, mediantibus prouisionibus Collateralis, nobis commissis, petebat Commissarium pro reuocandis, & capiendis suis vasallis, & concessimus; tanto magis quod ea terra est nimis exhausta,& vacua omni fructu,& personis,& sic Dom. de Ponte in tract.de potesta.Proreg. fol.57. & melins Paris tract.de sina.tit. de excess. Baronum fol.13. vbi multa notabilia ad hæc, & limitat, nisi vasallus nollet redire ob mala tractamenta, quam auctoritatem adduxi contra dictum Baronem, dum reuocabat vnum qui degebat in terra Sancti Iacobi,& allegabat & probabat multa ad excusationem, vt non deberet redire, & sic fuit decisum ob hanc limita. Aduerte tamen,quod Baronibus videtur hoc licere non solum aduer
61 sus vasallos angarios,sed competat ius reuocandi quemlibet vasallum qui se transtulit à sua terra, argum.l fin.ff.de decr.ab ordine l priuilegio C.de incol, lib.10.l.vn. C.si curialis relicta ciuitate,alias Baronum terræ diminutionem parerentur, nam, & Vniuersitatesmet possunt statuere sub pœna ne quis relinquat territorium Andr.const. Regni quisquis Affl cap.1.verbo angariæ tit. quæ sint regalia Mastrill. de magistra. lib.4.cap.18.num.83.sed quicquid sit, non vidi hoc obseruatum,nec puto obtineri posse nisi ex magna causa,si terra esset depopulata,nam esset contra libertatem talis restrictio,& posset substineri in casu præcedenti in angarijs, & non in alijs. Et proinde non dicuntur vasalli angarij, quia tenentur dare
62 Aerarium,Camberlingum,& Exactorem Baroni,vt Capyc. & Gramma. ibi nam dicuntur munera, quæ secundum qualitatem personarum,& consuetudinem loci sunt iniungenda, nobiles au-
63 tem ab istis eximuntur l. munerum §. patrimoniorum, & §. sordidorum ff. de muneribus, aliquando aduenæ, Iacob.de feud.in fine tract. tit de Roidis Affl.in constitutio. quisquis, istas vero angarias Rex de nouo personis indicere non potest, Luc. de Penna l.1.C.de cap.ciuium Capyc.loco præc.num.10. Affl cuius nullus eorum meminit, in const. Regni adscriptitios; licet namq; dicatur Dominus personarum, non tamen eos poterit facere seruos, vide rationes per Vasq.cap 50.num.3. benè, Angaria enim species seruitutis est,Lucas l.ne diutius C. de agricolis Afflict. ibi, licetque concessio fiat à Principe, cum angarijs,& perangarijs, intelligitur clausula hæc si hæ insunt,vt declarabimus infra pragm.16.Barones verò
64 ex pacto etiam consentientibus vasallis non possunt quærere hæc iura, sine regio assensu,vbi de constitu.quia frequenter; Et in Regno Rex relaxauit has seruitutes, ita vt sufficiat solum solutio munerum ordinariorum,& extraordinariorum,sic Gramm. voto 33 nu. 25.Vrsill.dec.388. nam si diximus supra 1. pragm. quod Princeps non potest disponere super iure gentiũ,quanto minus poterit super iure naturali; seruitutem inducendo,vt Gramm.dec. 65. vnde vt absoluam hanc primam partem,non est dubitandum quod Barones onera indicere non possint, nisi legitima præscriptione essent muniti, vel legitimo priuilegio; Diximus supra 1.pragm.& Iacob.tit.de homagijs,qui refert,vnde ortum habuerint hæ seruitutes,dicens principium habuisse à cõdemnatis ad mortem naturalem, qui vt ipsam euitarent, supplicabant, vt transmutaretur pœna in has seruitutes & meminit Capyc. dicta dec.& adhæc satis.

In secunda parte adnotatur, quod
65 Barones non debent cogere vasallos, vt pro ipsis fideiubeant, nisi in casibus à const. Regni positis. Ratio est quia contractus debent esse liberi l.sicut C. de actionibus, & obligationibus, dixi abundè 1.pragm.3.parte,ibi quod Barones cogere non possint vasallos ad sibi vendendum. Constitutio verò Regni quæ incipit si vasallus cogit fideiubere in ciuili, vel criminali, quando ab eo beneficium feudi acceperit,tunc enim tenetur correspondere, nisi fideiussio

Digitized by Google

iussio esset magna,& suspecta, tunc vasallus licitè posset contradicere,cum esset perdere, quod lex non permittit l.cum de indebito ff.de probat,& Affl. dicta constit. præter hoc Baro nullum ius habet petendi fideiussiones à vasallis licet in magna esset necessitate, vel carceribus positus, Boer.dec.128.Proceditque in vasallo feudi,non in vasallo ciue,qui multum differunt cap.in causis §.vasalli de pace cõstantiæ Capyc.dec.162. nu.14. solum enim filius cogitur pro patre fideiubere in necessitatibus,Boer.decision.128. alias licitè potest exhæredari,Vrsil.decisi.308. num.25.nam & è contra pater cogitur fideiubere pro filio l.si quis §.1.ff.de excusation.tutor. quem textum singularissimum dicunt,quod pater pro munere filij cogatur fideiubere,sic textus in l.fin.ff.de suspectis tutor.sed tex.l.3. §. si filius & l. æstimationem ff. de muner.& hon.sunt de directo contrarij,vide conciliationem Add.ad Bar.d.l.fin. ff de susp. tutor. Alias si Baro cogeret vasallum, nulla esset fideiussio, nota consi.Gramm.91 & 95. in ciuilib. in terminis huius quæstionis, quod in dubio præsumitur metu extorta,tanto magis si præcederent minæ, vel si expectarent corporis cruciatum,si non obedirent, vt dixi in præcedenti pragma. quamquam non ommittam vnum notabile,quod certa die mihi fecit honorem,quod metus illatus fideiussori non nocet tertio creditori ignoranti, quia alias non contraxisset, si ille qui passus est metum non interueniisset,Vrsil.dec. 246.Crau.cons. 121. ad instar simulationis; nam si de ea simulatione non participat alter cõtrahens,non est apta rescindere contractum,Reg.de Ponte cons.2.nu.85. Affl.dec. 263. in fine,& ibi Vrsil.qui dicit hanc opinionem non esse in Sac.Consil.receptam, de Ponte consi.17.parte 2.Gaspar Thesaur.de cis.51.

Tertiò principaliter notatur, quod res pessimi exempli est, quod Barones eligant,vel eligi procurent Syndicum, & Electos, vel alios Officiales Vniuersitatis ad eorum votum, & sint personæ, quæ ex eorum arbitrio dependeant, quod maximi detrimenti solet esse miseris vniuersitatibus, & ex indè magnæ solent oriri controuersiæ inter Barones,& Vniuersitates,vbi sunt lites,in electionibus prædictorum officialium, sæpè enim sæpiùs accedit Consiliarius, vt vidi Solofræ, & Grauinæ singulis annis,abstineat Baro, ac permittat ciues liberè eligere fuit pluriès decretũ; ac ita inter Vniuersitatem Biccari, & Baronem. Actuario Figliola, & quod licito iure possit peti Commissarius, si sunt lites inter Baronem, & vasallos notat Amendola ad Franchis decisio. 210.

Sed ex verbis nostræ pragmaticæ oritur dubitatio, dum dicit (quod Barones non eligant, vel eligi procurent, vt officiales ad eorum libitum creentur) & sic videtur quod hæsitetur, cui competat electio dictorum officialium; Scias quod de iure nominatio, & electio ipsorum officialium est ipsius Vniuersitatis,suorumque ciuium l.2.C.de decurioni lib.10.vbi omnes hanc electionis materiam notant. Concordat Regia pragm.2.tit.de admini.Vniuers. quod electiones Decurionũ fiant liberè per ciues, & confirmatio exequatur per eos,ad quos de iure, & legitima consuetudine spectat,per prædicta formalia verba. Multi Barones sibi usurparunt electionem,& confirmationem, & ex consuetudine antiqua prætenderunt hanc iurisdictionem,sed dum in consilio mota fuisset hæc lis inter Baronem,& Vniuersitatem Balneuoli,vbi Baro prætendebat quod ciues deberẽt nominare duos Syndicos, duasque partitas Decurionum, de quibus ipse prætendebat eligere aliquos, ad sui libitũ, stante longa possessione, etiam ante pragmaticam, fuit iudicatum contra eum,& similiter cum Barone Mottæ,ut per D. de Franch. dec.210. quod electio fieret liberè per ipsos ciues,& non per Baronem,qui habet uocem pro ut

unus

Digitized by Google

vnus ex ciuibus in opponendo, & no-
74 minando, Anna alleg. 15. non vero ha bet electionem, cum electio debeat fieri per ciues, & per maiora suffragia, D. de Franch. dec. 264. & licet Pragmatica dicat, quod electio fiat secundum ordinem consuetum, intelligitur, ita vt non refragetur dispositioni iuris, vt benè Franch. d. dec. 210. sed contra hanc dec. insurgit Rouit. super pragm. 1. de
75 admin. vniuer. dicens ius non refragari, vt ciues liberè nominent duas partitas, ex quibus Baro vnam eligere habeat, si erit in tali consuetudine legitima præscripta. Sed contra eum D. de Ponte in suo tract. tit. de abundantia §. 1. num. 5. qui defendit dec. Sac. Consil. Sed D. Rou. in hac secunda impressione iterum tuetur suam opinionem, aduersus de Ponte.

Verum multæ populosæ Ciuitates
76 eligunt certum numerũ quinquaginta plus, vel minus, quibus dant auctoritatem faciendi consilia, & electiones, & non tota Ciuitas congregatur, cum esset impossibile onmes congregare, & audire tot sententias, prout seruatur Tarenti, Melfiæ, & in alijs multis Ciuitatibus, nam de iure Vniuersitas potest dare auctoritatem certis personis in omnibus pertinentibus ad ipsam, & etiam si speciale requirerent mandatũ, Mascard. de prob. conclus. incip. Electi, Franch. dec. 609. Quod idem obseruari
77 videmus in Regno, in quo per optimates destinatos ad regimen omnia gubernantur, cum esset difficillimum omnium Regni ciuium suffragia conuocare, ex textu notabili, l. item eorum §. parui enim refert ff. quod cuiusq; vniuersitatis nom. Mascar. de prob. concl. incipien. electi, & Franchis dec. nouissima 609. Itidem obseruatur in electione
78 Imperatoris, nam septem Germaniæ Principibus tributa est eligendi facultas, vt benè Couar. pract. quæst. cap. 1. num. 4. Solet etiam Ciuitas diuidi per quarteria, & omne quarterium solet habere certas personas, quæ pro eo compareant in consilijs, licet vt inquit Mar. Anton. Surg. de Neapo. illustr. cap. 12.
79 num. 59. Vniuersitates non possint diuidi, nisi ex antiquissimo hoc esset repartitum, sine licentia Proregis: Istis casibus non requiruntur omnium ciuium suffragia, sed deputatorum tantum, sed data pro vera opinione D. Roui. quam in quamplurimis partibus seruatur, si Vniuersitas nominet, nouum regimen data facultate eligendi, an possit Baro impugnare, vt iterum fiat nominatio, si
80 nominati sunt contra formam Regiæ Pragmaticæ, quia debitores, vel non vacauerunt tempore à iure præfixo, & similibus causis, & an nominatio debeat fieri de inhabilibus, vel ex integro, dùm casus acciderit in Regia Audientia, dicebant Aduocati Baronis, qđ electio erat nulla, quia indiuiduus est talis actus, & vtile vitiatur per inutile, ad tex. in cap. messana, & cap. quia pro
81 pter de elect. & sic ibi Cardin. Imol. & Alciat. l. 1. §. si mihi pamphilum num. 4 ff. de verbor. oblig. Contrarij replicabant dictam opinionem procedere, quando statutum esset, vt electio fieret de habilibus, tunc forma esset præscripta, qua non seruata totus actus esset nullus, secus si non adest prouisio iuris, vt talis congregatio, & electio fiat de personis habilibus, nam tunc esset facienda iterum electio de illis reprobatis, data oppositione, & sic Cabed. dec. 84. num. 15. par. 2. & ita fuit decisum. Quid si Baro non sit in loco, & non reli querit Vicarium pro electione facien-
82 da, an possit ipsa Vniuersitas eligere quod sic D. Rouit. pragm. 2. de admin. Vniuers vbi multa alia adnotat. Sed ali quando, nec electio, nec nominatio fit per Barones, qui termini sunt diuersi, Bald. l. si adscribatum C. de appellatio. àliud enim est nominare, aliud eligere,
83 sed solet spectare ad eos confirmatio, hoc non est contra ius, sed quandam obedientiam ciuium, & prærogatiuam Baronis designat. vndè existente consuetudine, ea seruanda est, Franch. ibi dec. 210. num. 3. Dico de mera confirmatione simplici, secus si confirmaret,

&

Digitized by Google

& eligeret, tunc enim licet populus verè eligeret, tamen quia iurisdictionem caperent ab ipso Barone, ab ipso esse
84 creatos multi opinantur, Didac. pract. quæst. cap. 4. vers. 2. concl. quæ si esset substantialis, esset insignis, actus enim à confirmante, non à nominante vires accipit l. testamenta ff. de testam. tutela Marc. Anton. Surg. fol. 163. nu. 41. benè Mont. in terminis pragm. 2. de administr. vniuers. num. 106. nam confirmatio fit de electo, sed electio dat ius Bertazz. de claus. fol. 33. Sese dec. 15. Quod conduceret etiam ad hoc, nam
85 si dependerent ab ipso Barone in affectibus emergentibus, esset ad suos officiales appellandum, quæ dubitatio non procedit, quando ab ipsamet Vniuersitate creantur, vt in materia appellationis factæ à Catapanis, discutit D. de Franch. dec. 511. Vlteriùs limitantur prædicta, non proredere in electio-
86 ne Magistri iurati, qui ratione iurisdictionis quam habet denunciandi crimina, capiendi malefactores, vt Gram. consti. intentionis, Camp. latè cap. Regni, Ad quietem & cap. etiam statuimus, cap. subditorum, vbi multa de pertinentibus ad hoc officium, & eorum punitione, si ipsum negligenter, & dolosè exercuerint, & Menoch. de arb. iudic. casu 323. nu. 15. Habetque etiam
87 officium annexum Præfecti vigilum circa excubias nocturnas, vt in mea patria, & multæ Ciuitates habēt in hoc officio multas prærogatiuas, vt Potentia, Ferrandina, Venusia, & aliæ, quamquam de iure, circumscripto hoc priui-
88 legio creatio Capitanei ad guerram pro custodia Ciuitatis nocturna, vel diurna spectare ad Baronem, dicant Docto. Guid. Pap. dec. 631. num. 10. Boer. dec. 214. Dom. Tapp. in cap. Regni ad quietem, Anna singular. 63. & ideo vbi adest officium M. Iurati, ipsi competit talis cura, & creatio custodum, nisi contraria adesset consuetudo, Quæ tamen vniuersitates non possunt conferre iurisdictiones, vt in constitutione Regni cum satis, & proinde istorum electio ad
89 Barones pertinet cap. Regni Robertus, & nota pro regula, quod in omnibus vbi iurisdictio est conferenda, licet Vniuersitates habeant ius eligendi, tamen
90 confirmatio est facienda per Baronē, vt D. Rouit. loco cit. nu. 54. Vniuersitatibus tamen demanialibus est concessum, vt ipsæ possint sibi eligere D. de Franch. dec. 43. In consilijs verò, vltra quod Baro, vt ciuis habet vocem, tamen habet auctoritatem, vt sine sua licentia consilia non possint conuoca-
91 ri, alias posset congregantes punire, Bart. d. l. 2. C. de decurion. l conuentila C. de Episc. licet Crau. cons. 4. quem sequitur Vrsil. dec. 376. n. 5. substineat opinionem, quod si congregatio sit facta pro vtilitate, vel publica necessitate, non oporteat requirere licentiam
92 Baronis, vel officialis; Tamen nouissimè per Franch. dec. 446. est decisum non posse congregari vniuersitates, sine licentia, & ad Crau. potest responderi, quod ille actus substentatur, vt non sit punibilis, cessante dolo, propter illā necessitatem, non quod fuerit verè licitus, adeò quod in tantum est verum, quod si esset tractandum aliquid contra Baronem, vel eius officialem, adhuc eorum licentia est impetranda, licet nō concederetur, Ann. sing. 367. vel à superioribus requirenda, qui solent concedere determinatas vices ad se congregandum pro dictis causis, vt Franch. d. dec. Item quando fit congregatio pro necessitatibus priuatis inter illos de regimine fuit prouisum, quod non sit necesse licentiam petere; ita inter
94 Vniuersitatem Pisticij cum Barone, Actu. de Felic. & inter Vniuersitatem Vegiani, & Iacobum Dentice, ratio est quia decuriones ardua non possunt explicare sine publico parlamento, sed solum negotia parua, ideo in talibus
95 non requiritur tanta sollemnitas, Maran. cons. 28. num. 10. Ozzasch. dec. 95 num. 13. Doct. l. ambitiosa ff. de decret. ab ordine facie. Et similiter nec Baro-
96 nes, & plateæ possunt Neapolim congregari, sine licentia Proregis, Minad.

con-

Digitized by Google

97 constit. Regni in aliquibus, sicque nec possint congregari pro mittendo legatos ad Regem sine Proregis licentia, siue pro causis contra ipsum, siue pro negotijs Vniuersitatis, vt latè Marcus Anton. Surg. de Neapol. illustr. cap. 25. num. 23. Licentiam verò an teneatur præstare ciuibus, Iudex ciuilis, vel cri-
98 minalis, vide nouissimam decisionem de Franch. 388. & Annam sing. 368. & Vrsill. decisio. 365. quibus casibus non sit necessaria ista petitio licentiæ, notatur à prædictis.

Vlterius textus noster postquam expressit quod non licet Baroni procurare, vt ad sui arbitrium eligantur Syndici, & Electi, subiungit (nec alij officiales) dixi alias pragm. 8. quod regimen Vniuersitatum in duas partes diuiditur, vnum ad Regem pertinet, vel suos
99 inuestitos quo ad iurisdictionem, aliud ad Vniuersitates quo ad administrationem, quæ habent suos officiales pro regimine, & conseruatione earum l. 1. ff. de decretis ab ordine fac. Bal. l. nulli ff. quod cuiusque Vniuersitatis num. 3. Bart. in tract. de regimine vniuers. & in pertinentibus ad eius statum potest statuere l. omnes populi ff. de iust. & iure latè Aret §. sed ius ciuile instit. de iure natur. Afflict. quæst. 3. in prælud. const. Auend. de exequen. mand. lib. 1. cap. 8. Guttier. de iuramen. confir. par. 1. c. 38. nu. 4. sic enim possunt consuetudinem inducere l. de quibus ff. de legibus sic, & ordinationes, vt Ias. d. l. num. 8. cum
100 seq. Sed dubium est an possint pœnam imponere, varij varia dixere, nam alij quod non, quia est iurisdictionis pœnam imponere, Alij quod possunt Vniuersitates ponere pœnam, & illa substinentur in vim pacti, dum congregatur, vt pro tali contrauentione tanta pœna soluatur, nam valet, dummodo pars applicari dicatur Curiæ, & alia Vniuersitati, sic Roland. à Valle cons. parte secunda 99. Qui hanc communem opinionem dicit, Bartol. l. ambitiosa ff. de decr. ab ordine faci. Auenda. d. cap. 19. lib. 1. Io. de Plat. asserit sic obseruari l. 1. C. de vsur. fisc. li. 10. & quod non indiget approbatione Baronis, Rolan. cons. 3. vol. 2. Guttier. de iuram. confir. cap. 38. nu. 4. vbi latè hoc excutit, nisi essent statuta concernentia aliquod cõtra ius tertij, vel alterans ius commune, tunc superioris concessio requiritur vt ibi Guttier & Affl. d. quæst. 3. in prohem. const. & nouissimè Ioseph Sese dec. 91. latè, qui cæteros coaceruat. Et in his quæ pertinẽt ad vnum, alter non debet se intromittere, vt pragm. 1. de iurisdictionibus non turbandis, & dicã infra pragm. fin. de iuribus pertinentibus ad vniuers. quæ non possunt pertinere ad Barones, & è contra. In tantum q̃ non possunt se intromittere Barones in administrandis bonis Vniuersitatũ, nec possunt directè, vel indirectè cõdu cere gabellas vel alios introitus suę Vniuersitatis sub graui pęna, vt ex prag.
101 Comitis de Lemos in p̃termissis sub tit. de adm. Vniuer. c. 8. f. 396. Nec põt interuenire in parlamento Amendolæ sic decisum refert ad dec. Franch. 210 n. 78. Hinc quò ad electiones Officialiũ similiter dico, quod nominatio, & electio, tam Syndicorum, quam Electorũ
102 q̃ Catapanorum, seu Grasseriorũ ad Vniuersitates spectat, sic electio Custodum portarum, & territorij, Rip. in tracta. de remed. ad conseru. vbert. n. 184. Et electio Catapanorum, seu Grasserio rum de generali consuetudine spectat ad Vniuersitates, sed de iure contrariũ vr̃, vt Anna sing. 60. l. 1. §. cura carnis ff. de offi. præf. vrb. vbi ad Præsidẽ dicit
103 tex. pertinere tale munus, & Baro stat loco Præsidis, vnde ipse præferendus, quàm Vniuersitatis regimen, & ex l. fi. ad l. Iul. de annona, est prohibitum cõmunitati assisias imponere, & ita Decian. tract. crim. to. 2. lib. 3. tit. de fraud. ann. vnde vbi non est consuetudo legitimè præscripta, Barones de iure habẽt fundatam intentionem, vt innuit etiam Franch. dec. 511. nouiss. D. Tap. super iure Regni fol. 431. And. c. 1. §. post natale de pace tenen. & dixi latè prag. 1. Item creare custodes pro excubijs faci-

Digitized by Google

104 ciendis de nocte, vel die, ad Vniuersitates spectare, dixit Ripa tract. de remedijs ad conseru. vber. nu. 184. Item pro custodiendo territorio, Ripa ibi, licet contrarium teneat Guid. Pap. dec. 631. nu. 10. tamen prior opinio est recepta, vt d. const. Regni si damna clandestina, vbi pro damnis datis in territorio, Vniuersitas tenetur de mala custodia, Item ius eligendi Medicos, alioq;
105 Magistros artium liberalium, nam quia tractatur de vita ciuium, & bona educatione filiorum, ad Vniuersitates spectat l. 1. ff. de decur. Antibo. tract. de mun. vlt par. Verùm Barones habent auctoritatem, & iurisdictionem cogen-
106 di, priuandi negligentes, puniendi contrauenientes, vt Guid. Pap. præcit. decis. Hinc videmus similes ordinationes à superioribus dirigi Vniuersitatibus pragm. 1. tit. de perseq. malefact. & licet custodia Ciuitatis, & murorum spectet ad Vniuersitates l. sacra §. muros ff. de rerum diuis. Vbald. tract. de collec. num. 39. tamen custodia castro-
107 rum, & fortalitiorum ad Barones spectat, quia eorum est dominium, Franch. dec. 78. sed creatio Barricelli, vt dixi ad Baronem spectat.

Item Vniuersitates creant Oecono-
108 mos, Procuratores, Rectores cõfraternitatum, & hospitalium, & licet in hoc potius Episcopi, quam Barones prætendant ius, tamen diximus 8. pragm. 2. p. quod si loca fuerint erecta ab ipsa Vniuersitate, ipsa creat officiales, Reg. de Pon. const. 18. latè. Adde Montan. prag. 2. nu. 104. de admin. vniu. sed in hoc est attendenda fundatio, vel consuetudo; & Episcopus vti pastor poterit visitare, Crau. cons. 238. nu. 13. & Mont. ibi n. 207. de quo articulo dixi supra prag. 8. p. 3. Multoties verò Vniuersitates ẽt habent iurisdictionem ex antiquissima memoria eligendi baiulos, quorum electio spectat ad feudatarios, & non ad Vniuersitates, quibus statuta est pœna magna, ne iurisdictiones sibi vsurpent l. 3. in fin. ff. ad l. Iul. maiest. & in const.
109 Regni, cum satis ibiq; Affl. n. 9. Capy, dec. 130. nu. 17. qui declarat hanc Reg. const. In mea patria Vniuersitas nominat quatuor; quorũ duos eligere, & firmare tenetur ipse Baro, nam in multis terris Vniuersitates habent certas iurisdictiones ex antiquis, licet iure ordinario exercere non possint.

Vltimũ quicquid sit, cũ in multis terris video istas electiones decurionũ, & aliorum officialiũ ex antiquissima forsan memoria, quæ titulũ inducit, vel ex alio legitimo titulo, vel vsurpatione, nõ omittendum duxi pro bono officio Baronum, ad q̃ tendit scopus noster, quod aduertant in his electionibus officialiũ quas videmus sic desiderari, non sine iactura, & depauperatione miserarum Vniuersitatum, ex malo enim regimine
110 & inordinata administratione Ciuitates depauperantur l. 1. C. de frumen. vrb. Constantin. lib. 10. prout *facultates* priuatorum ex imprudenti regimine dilabuntur l. ius alimentorum ff. vbi pupill. edu. & proindè, desiderantibus nõ sunt concedendæ, qui namq; cupit non
111 sine causa saltem ambitionis, huic non est indulgendum ff. & C. ad. l. Iul. ambitus, & obseruãda sunt aurea verba tex. l. scire §. fi. ff. de tutor. dat ibi, obseruent Magistratus non creare, qui volunt se ingerere, vel inijcere, quique pecuniã dant, hos enim pœnę obnoxios promulgatum est, sicq; animaduertere debent eligere idoneos, & præcipuè in electione Syndici, in quo versatur maius periculũ introituũ Vniuersitatis, & debent eligi diuites; vt exclamat Affl. cõst. ma-
112 gistri Camerarij, hi enim cogũtur benè administrare, vt soluãt de suis rebus, si malè versentur, quia saltem põt ab eis exigi, & sic pauperes eligi in Syndicos non debent, paupertas tũ remittitur arbitrio Iudicis, multoties .n. licet persona sit pauper, dicetur idonea, nec põt
113 refutari, attenta qualitate morum, ex singulari doctr. Castrẽ. ff. dever. sig Leũ, Quã perpetuo notes, & aurea appellari põt, si adsunt alij magis idonei, & ditiores l. 1. C. de potiorib. ad mun. vacand. Num præferri debeant nobiles, quo ad

con-

Digitized by Google

114 cõsiliũ in regendo hi præferuntur nõ quoad negotiorum administrationem, Iser. cap. 1. de pace iuram. firman. Capyc. in inuest. vers. Ciuitatem, Rouit. super pragm. 1. de admin. vniuer. & vide Franch. decis. 253. quando nobiles debeant præferri in honoribus, vel muneribus, Marc. Anton. Surg. fol. 154. Capyc. dec. 26. & quid in beneficijs, Cass. 3. par. consid. 36. latè Mastrill. tract. de magistr. lib. 2. cap. 8. ad quem recurre Dom. de Ponte fol. 18. in suo tract. Nec creari debent quos lex prohibet, & re-
115 fellit, vti debitores vniuersitatis qui præsumuntur sua occupare C. de debitoribus ciuitatum lib 10. nisi esset modica summa, Franch. dec. 404. num. 6. argum. authen. minoris debitor C. qui dare tutores possunt, limita etiam si Vniuersitas approbaret, eligendo in publico parlamento, vt Bar. d. loco nu. 11. Montan super pragm. 5. §. 17. de adm. vniuers. Prout litem habentes, nam re-
116 pelluntur, vt Bar. ibi, secùs si approbarentur, sic vacatio dari debet ab honoribus ad honores, vt dicam, fallit si Vniuersitas approbat, & eligat, communi consensu, vt Montan loc. citato, Franch. dec. 609. sic que, & participes gabellarum & aliorum introituum leg. penul. §. conductores ff. de iure immunitatis; Nec sunt eligendi forẽses, & exte-
117 ri, de quibus lex non confidit habere tantam curam, prout in proprijs ciuibus l. 2. de offic. prætor. latè Marc. Ant. Surg. fol. 154. Boer. dec. 153. & proinde ad Reg. Cur. munus datur ciui Neapolitano, vt pro Regente accedat ad audienda negotia Regni, vt Mar. Ant.
117 ibi num. 19. Officia enim & beneficia Ciuitatis potius naturalibus ciuibus quam alijs sunt iniungenda, tex. est in cap. nomine vers. eligatur 23. dist. tex. l. 3. C. de defens. ciuitatum, & latissimè Mastrill. de magist lib. 2. cap. 7. Et propriè ciuibus sunt indicenda munera, qui etiam si sint absentes, & alibi habeant constitutam habitationem retra-
118 hi possunt ad subeunda munera in loco originis, Vrsil. dec. 384. Et si eodẽ tempore ad vtrumque locum erit euocatus, ad locum originis accedere tenetur, vti forum potentius l. assumptio ff. ad municipalem, Montan. super pragmat. de admin. vniuers. fol. 19. num. 336. pragm. 2. vbi limitat, si ibi sunt personæ idoneæ, nam non teneretur, & ita Vbal. tract. de collect. num. 33. Mastril. lib. 1. cap 30. nu. 109. Item qui mune-
119 ra, & honores subijt vno anno debet vacare quinquennio ad eosdem, ad diuersos triennio l. 1. de muneribus non continuãd. nisi quando alij non essent idonei l. honor §. fin. ff. ad municipa. De Franch. dec. 210 num. 3. Sæpius tamen vidi agitatum, an hoc vacationis tempus detur in fauorem, vel etiam, vt volens admitti possit, dubitatio orta est ex l. sponte ff. de munerib. vbi videtur, quod hæc vocatio sit in vtilitatem inducta, tamen quod nec volens admitti possit, vide D. de Franch. dec. 264. Et quod pendente discussione super inhabilitatione, vel aliqua ex prædictis exceptionibus contra electum, debet suspendi ab administratione electus, interim, vide D. de Franch. dec. 419. ante
120 officij susceptionem, nõ post, Franch. dec. 609 Procedit tamen id quod dixi in munere cum honore, sed si quis vno anno præstitit operam suam in ferendo onere Aerariatus, vel quid simile, non prohibetur sequenti anno esse Syndicus, vel Electus, D. de Franch. dec. 210
121 Et similiter idem fuit. iudicatum in Consilio, quod si quis vno anno fuerit Catapanus, non prohibetur anno sequenti esse Syndicus, vel Electus, quia Catapani non sunt de regimine, & separatum habent officium. Idemque si essent Iudices Baiulorum, nam non debent stare sub regula vacationis, & ita decisum pro Vniuersitate Oliueti, cum Barone, licet dispositio l. 2. C. de mun. non continu. generaliter loqui videatur, vt vacatio etiam ad alios debeatur sed potest dici, quod illud relatiuum (alia) similitudinem importet, & non diuersitatem. Item non debent nominari,
122 vel eligi personæ inhabiles, & proin-

Digitized by Google

de infirmi morbo longo excusantur,& malè eliguntur l. 2, §. quem ita ff. de vacat. mun. & l. pen. Auend. cap. 19. nu. 16. de exequ. mand. similiter senes decrepiti glo. l. 2. §. fin. ff. de decur. Fontanell. de pactis claus. 4. glos. 10. p. 1. nu. 127. non excusantur à Consilio, Bal. l. decernimus num. 2. C. de sacros. eccel. 123 Idem si alijs officijs vacent glos. l. 1. C. quemadm. ciuilia mun. Antibo. de muner. p. 3. nu. 60. Cabed. dec. 84. n. 21 Bal. l. si vt proponas C. quando prouo- 124 care, Inde conductores gabellarum fisci, & Vniuersitatis excusari possunt Lyn. C. quib. muner. excus. libr. 10. Cabed. d. dec. num. 26. & sic pauperes qui tota die elaborare est necesse pro victu, nam sic intelligitur tex. l. fi. C. de his qui filios, vel pauper. lib. 10. Anti- 125 bol. ibi num. 46. Montan. prag. 2. nu. 233. de admi. vniu. Inquisiti, vel filijfamil. an possint eligi, vide D. Rou. prag. 2. nu. 26. cum seq. vbi cætera ad hanc materiam tit. de admi. vniu. Amendol. refert quamplurimos alios casus decis. 210. Sicque idonei, & non prohibiti, sunt ad munera euocandi, & ita debēt cogi omnibus remedijs opportunis, iuxta l. Imperatores in fin. ff. de appellat. l. si ad magistratuum C. de decurionib. 126 lib. 10. notat D. Rou. prag. 2. de adm. vniuer. qualiter sunt cogendi, Mastrill. lib. 1. cap. 10. Nec pretio Baro redimere poterit cap. Regni 35. l. æstimationē ff. de mun. & hon. Pulchra fuit quæstio, 127 an isti Caporales litium cum Barone prohibeantur esse de regimine, prouisum fuit inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem; Actuario Cioffo, quod sic, secus si litigarent cum Vniuersitate, tunc possent eligere, & non eligi: sed si essent debitores non poterunt eligi, 128 nec eligere, quod nota benè, sic Mastrill. post hæc editus lib. 1. cap. 30. nu. 111. Adde quod ratio est, quia isti tales possent confederatos eligere, & per indirectum electi ab eis, colludere præsumuntur in litibus, vnde stat mala præsumptio pro nominantibus, Menoc. de arb. iud. casu 459. eademque præsum- 129 ptio militāt, vt non habeāt vocem actiuam cōsiderati, amici, & familiares Baronum si adsunt lites, Addent. ad Franc. dec. 220. nam possent inuoluere lites cæptas, non dico remittere, nam nota, q̄ litibus introductis non possunt 130 illi de regimine illis renunciare, & vno reluctāte remissio esset nulla, Ann. alleg. 13. Qui vero non habeant actiuā 131 vocem, vel passiuam multa cumulat Amend. ad Franch. dec. 210. An nominare possit quis in officium sibi coniunctum, vide prouisum inter Vniuersitatē Balbani, & Ducem Siciniani vtilē Dominum illius terræ non licere, & non potui penetrare rationem, cum de iure 132 non prohibeatur quis eligere cōsanguineum ad officium, immò quis potest eligere, & dare vocem sibi, DD. l. 2. ff. quod cuiusq; vniu.

Hæcq; in foro fori considerasse sufficiat, in animæ tamen iudicio, videant superiores quantum errent, eligentes minus idoneos, eos præferendo aptioribus, nam communis Canonistarum, & Theologorū opinio est, eos mortaliter 133 peccare, DD. c. hi quoscumq; 1. q. 1. Cou. reg. peccatū §. 7. nouissimè Vasq. contr. illustr. c. 27. Caiet. 2. 2. q. 18. art. 3. Scot & Richard. 4. dist. c. 15. & si ob istam exceptionem personarum damnum Reipublicæ inferatur, ex electi ad ministratione teneri eligentem ad omnia damna, & eorum restitutionem, firmauit Fel. c. si quando n. 7. de rescr. Io. Lup. c. p vestras §. 28. n. 11. Cou. ibi n. 2. cū innumeris ibi coaceruatis, nā damni dans causam, dānū dedisse videtur, c. fi. de iniur, Si verò nullū damnum fuerit illatum, quippè quia indignum præposuit, adhuc mortale crimen contraxisse affirmatur, vt Doctores supracitati, nam qui meliore posthabito, beneficiū confert minùs digno, hic gratis non dat, quia de alieno largitur, quod furto annumeratur l. si pignore ff. de furtis, & iniquitas consistit non solum in eo quod præmio, & emolumento dignior illo defraudatur, sed etiam in eo impietas est, quod illius honor lædit-

nam

Digitized by Google

nam vulgò magis,aut minus dignus iudicatur,iuxta modum,aut mensuram dignitatum,quæ omnia procedunt, tã in profanis secularibus officijs, & dignitatibus, quam in ecclesiasticis, Vasqu.controu.illustr.c.43.nu.15. Viu. in dec.455.D.de Ponte in suo tract.titu. de elect.offic.§.5.nu.6. Num vero eligens teneatur etiam ad restitutionem emolumentorum quę posset lucrari dignior,in hoc articulo infiniti Doctores sunt qui distinguunt, vide quæ refert Didac.præcit.loco 6.conclus. Sed dif-
134 ficultas stat in videndo quis dicatur dignior,aduertas quod dignior circa officia non dicitur simpliciter ille, qui est doctior,vel in maiore dignitate,nobilitate,vel prærogatiua positus, sed is qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est aptior eius ministerio appareat. nam vir doctus quo ad philosophiam, medicinam,cœteraſque scientias, vel artes, erit dignior quo ad illam scientiam,sed non dicetur aptior altero,qui in proposito officio maiorem experientiam,aptitudinem,& diligentiam habebit,Couar.d.§ 7.num.5.Viu.nouissimè dec.455.Vasq.d controu.28. in princ. & Cæuall.comm.opin. 659. Quæ om-
135 nia sunt notanda.In foro autem fori eligens minus dignum non facit electionem nullam secundum communem opinionem, inde patronus eligens minus dignum,non per hoc facit præsentationem nullam, sed sat erit dignum præsentasse, vt scribit abundè Cæsar Lambert.de iure patr.lib.2. 1.p. q.10. num.17. textus est in cap. monasteriũ 16.quæst.7.vide Franc. Marc.dec.48. & ibi etiam deducitur, an præsentans indignum ptiuetur facultate præsentãdi pro illa vice.

SVMMARIVM.

1 *Barones prohibentur facere nouas defensas in bonis vasallorum,sine ciuiũ consensu, & assensu Regio.*

2 *Maior pars non sufficit in ijs quæ pertinent singulis, vt singulis.*

3 *Testes idonei an sint ciues,pro sua Vniuersitate.*

4 *Vniuersitas an possit pascua,glandes,& similia vendere, non consentientibus omnibus.*

5 *Decuriones in arduis negotijs non possunt decernere sine parlamento.*

6 *Consensus ciuium an noceat successoribus in pascuis,& similibus.*

7 *Pascua à principio superiorum fuerunt assignata, & donata Vniuersitatibus.*

8 *Vniuersitas non potest sibi præiudicare circa destinata pro eorum viuere.*

9 *Terminorum assignatio, & bona Vniuersitatis, Principis fuit ea assignare.*

10 *Dominium initio fuit Reipublicæ,& postea fuit translatum in Reges.*

11 *Dotes fuerunt à Principe assignatæ cuilibet Vniuersitati quæ alienari non possunt.*

12 *Principis interest habere subiectos locupletes.*

13 *Princeps potest prouidere ne quis malè vtatur sua substantia.*

14 *Princeps potest prouidere contra Patremauarum malè tractantem familiam.*

15 *Princeps potest moderare vestes superfluas,& pomposas, &c.*

16 *Princeps præfertur in locatione pascuorum pro Dohana menæpecudum.*

17 *Cauallarij officium, & Ethimologia declaratur.*

18 *Bona Vniuersitatis quædam auctoritate, alia honore, alia commodo ipsius sunt.*

19 *Vniuersitates debent habere introitus in communi pro oneribus publicis.*

20 *Destinatio dat nomen rebus*

21 *Defensæ Dominus dicitur habere plenum dominium sine seruitute.*

22 *Ius pascendi herbas, & spicas,in dubio cuius sit, Baronis,vel Vniuersitatis.*

23 *Ius fidæ præsumitur Baronis,& alia multa in quibus fundatam dicitur ba-*

Digitized by Google

bere intentionem.

24 Publica stant sub protectione Baronum.

25 Vsum habent Barones de iure insitum in bonis demanialibus Vniuersitatis.

26 Fidare cogitur qui est solitus.

27 Bona obuēta titulo particulari Vniuersitati, sunt libera sine seruitute vsus Baronibus.

28 Bona priuatorum subditorum, sunt in eorum dominio libero sine seruitute vsus Baronibus.

29 Barones an habeant ius fidandi in fundis priuatorum, discutitur.

30 Herbæ sunt Domini territorij.

31 Locus clausus, vel ad pratum reseruatus non subest seruituti vsus Baronalis.

32 Defensam magnam in suo quis facere non potest in præiudicium pascuorum aliorum ciuium.

33 Vtilitas publica præfertur priuatę, sed non cum interesse totali tertij.

34 Ciues possunt claudere locum pro commoditate animalium.

35 Territoria destinata pro pascuis non possunt reduci ad culturam.

36 Legata ad vnum vsum, an & quando possint conuerti in alium.

37 Ius pascendi quanto tempore præscribi possit, discutitur.

38 Quasi possessione data incipit præscriptio.

39 Vasalli possunt præscribere ius fidandi contra Barones.

40 Baro in demanialibus an possit vendere vsum, si non sufficiat vasallis.

41 Quicquid est infra fines feudi præsumitur de feudo, cum limitatione.

42 Titulum suæ possessionis quando quis ostendere cogatur.

43 Baro an possit propria auctoritate occupare bona quæ præsumuntur de feudo.

44 Exceptio spolij non obstat vbi apparet de vitio possessionis.

45 Assensus Regius scriptura, & non testibus probatur.

46 Feudalia possideri per alios, ius resilit.

47 Possessio non transfertur ex titulo nullo.

48 Regula quod fur, & predo manutenendus est in possessione, declaratur.

49 Possessionis coloratio, an iuuet, vt manuteneatur quis in possessione.

50 Titulum ostendere tenetur quis in iurisdictionalibus.

51 Subfeudatarius an propria auctoritate possit priuari.

52 Titulum an teneatur exhibere subfeudatarius.

53 Bona omnia præsumuntur libera à natura.

54 Limitationes ad regulam proponuntur quod quicquid est intra feudum sit de feudo.

55 Probatio quando à iure requiritur plena non sufficit præsumptiua.

56 Res non dicitur feudalis ex eo quod reddit aliquid feudo.

57 Redditus non facit rem feudalem, sed fidelitatis, & seruitij præstatio.

58 Liber reintegrationis feudorum recipit probationem in contrarium.

59 Feudi præsumptiones, quæ sint.

60 Contractus in dubio an præsumatur cē sualis, vel emphiteoticus.

61 Censum non soluens non perdit rem, secus in emphiteota.

62 Contractus censualis, an requirat scripturam vti emphiteoticarius.

63 Scriptura de consuetudine, non est necessaria in emphiteosi.

64 Baroni subinfeudati quale dominium transferat.

65 Loci consuetudo alterat legem.

66 Ius laudemij qualem contractum designet.

67 Bona redditicia feudo an possint collectari, vel sunt immunia.

68 Bona burgensatica si deueniant ad Baronem, non vniuntur feudo.

69 Territoria data ad coloniam, an possint vendi Domino irrequisito.

70 Quarta an debeatur de paleis, & sint in fructu.

71 Terragia quæ dicantur, ponitur.

72 Coloniæ ius quanto tempore præscribatur, territoria data ad coloniam, si non co-

Digitized by Google

colantur per triennium ammittuntur.

73 Bannum ne quis colligat frumenta, inaudito Barone pro sua parte.

74 Terragia an teneantur vasalli portare vsq; ad domum Baronis.

75 Territorium solitum concedi ad seminandum pro quota fructuum, si fuerit plantatum an eadem quota debeatur.

76 Mutari an, & quando possint formæ rerum sine assensu concedentis.

77 Interesse voluntatis est in consideratione.

78 Fraus nemini debet patrocinari.

79 Demanialia feudi, an concedi possint exactè declaratur.

80 Baro an possit subinfeudare rustica sine assensu.

81 Feuda inhabitata an possint restaurari sine assensu.

82 Infeudari non licet in Regno, licet de iure sit concessum.

83 Bona feudalia, an possint concedi in pecunia, declaratur.

84 Baro tenetur concedere quæ solita sũt dari.

85 Bona deuoluta ad Baronem tenetur ea concedere agnatis illius.

86 Excadentialia concessa, non possunt reuocari vllo tempore.

87 Solita concedi possunt sine assensu per Barones dari.

88 Feudalia concessa cum assensu, primo loco poterint ex solito recõcedi per solum Baronem.

89 Res solita concedi per duas vices, dato cursu triginta annorum dari potest sine assensu regio.

90 Assensus Regius semel præstitus an quaternet rem feudalem, vt semper requiratur assensus Regis.

91 Solitum dicitur ex bino actu.

92 Initium vitiosum, inficit reliqua.

93 Assensus Pontificius, vel Regius præsumptus quanto tempore inducatur.

94 Bona quando dicantur effecta de mensa per reincidentiam.

95 Excadentialia non possunt pecunia concedi.

96 Redditus etiam vnius oboli non potest remitti sine assensu.

97 Territorium industria coloni, & labore melioratum non potest auferri.

98 Feudalia, aut sunt demanialia feudi, vel demanialia Curiæ.

99 Patrimonialia differunt à fiscalibus.

100 Vsum habent vasalli in demanialibus feudorum.

101 Vsus non debetur, si non suppetat Domino.

102 Animalia ad socidam an possint capere vasalli in præiudicium Baronis.

103 Contractus ad socidam, vel vlla gabella an faciat transire dominium in accipientem.

104 Vsus debitus Baroni, vel vasallis qualiter interpretetur.

105 Lignari vltra vsum non licebit.

106 Lignandi vsus non importat facultatẽ cedendi arbores fructiferos.

107 Habitantes in terris an habeant vsũ in demanialibus, declaratur.

108 Incola an gaudeat vt ciuis, declaratur.

109 Ciues allecti, an gaudeant, vt veri ciues.

110 Fida, & diffida à quo ortum fuerit, & quanta sit.

111 Animalia de longinquo transeundo si faciant damnum, an possint pro pœna diffidę retineri.

112 Animalia an possint retineri pro diffida, & fida.

113 Personæ priuatæ non habent ius fidæ.

114 Destinata pro pascuis non possunt reduci ad culturam.

115 Defensæ venationum non possunt fieri.

116 Defensa concessa pro venatione an fructus etiam concessi videantur.

117 Consensus habentium communionem etiam requiritur pro concedenda defensa.

118 Communio inter Vniuersitates sine assensu regio non potest contrahi.

119 Cõmunio an dissolui possit, populo vniuersæ auctore.

120 Communio differt à seruitute quæsita iuris pascendi, & similium.

Præ

121 *Præscriptio est stricti iuris, & non extenditur de casu ad casum.*

122 *Pascendi ius non extenditur ad glandes, sed ad herbas tantum.*

123 *Præscripto iure cum aliquibus an hæc extendat ad cæteros, latè explicatur.*

124 *Possessorium an possit dari contra Vniuersitatem ex præscriptione quæsita ex particularibus actibus.*

125 *Vniuersitas de suis territorijs potest facere defensam.*

126 *Clerici an dicantur ciues, & possint oppugnare parlamentis.*

127 *Consensus ciuium an præiudicet successoribus.*

128 *Sententia lata an præiudicet successoribus.*

129 *Absentes qui non interuenerunt parlamento, an possint petere audiri.*

130 *Ciues sufficit esse vocatos ad parlamẽmenta, licet non veniant.*

131 *Concilium qualiter debeat conuocari, & quæ sollemnitates sint necessariæ.*

132 *Ecclesiæ an possint facere defensas sine assensu, & cum præiudicio ciuium.*

133 *Assensus regius an requirat subscriptionem Regis, & latius nu. 162.*

134 *Nihil, & nullum æquiparantur.*

135 *Rex Carolus quanto tempore regnauit in hoc Regno, & an benè, & iustè illud inuaserit.*

136 *Præscriptio immemorabilis deficit quãdo constat de tituli nullitate.*

137 *Assensus præsumptus in Regno non sufficit.*

138 *Confirmationem petentes à Barone de suis priuilegijs an sibi præiudicet, & illã innuere videatur.*

139 *Priuilegio abutens, & fines concessionis egrediens potest priuari.*

140 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

141 *Tyrannidem exercere dicitur superior quando non permittit publicum cum libertate defendi.*

142 *Quæ sunt grauis ponderis, & difficilia altiori stilo sunt explicanda.*

143 *Præscriptio immemorabilis, & centenaria confunduntur à Doctoribus.*

144 *Immemorabilis præsumit Regium assensum, & omnes sollemnitates de iure debitas, & innumeros producit effectus.*

145 *Præscriptio est impium refugium, nisi esset immemorabilis, nam hæc est priuilegiata.*

146 *Titulus vitiosus, erroneus, vel nullus, tunc obstat ne operetur immemorabilis quando non potest recipere conualiditatem, & non alias.*

147 *Nullitas tituli, & validitas illius ex immemorabili non sunt contraria.*

148 *L. vn. C. de rei ux. act. singulariter expenditur.*

149 *Assensus Regius potest præcedere, & subsequi alienationem feudalium.*

150 *Assensus Regius de iure communi præsumitur spatio 30. annorum.*

151 *Scripturam habens pœnès se non præsumitur ex hoc eam approbare.*

152 *Possidere in dubio quis dicitur ex titulo quem habet, sed limitatur.*

153 *Possidere quis potest ex pluribus titulis.*

154 *Possessor potest variare, & inniti titulo qui magis ei prodest.*

155 *Sollemnitas si potuit de iure obtineri præsumitur obtenta, data immemorabili.*

156 *Clausula si & in quantum, valde prodest, nam non approbat, nec actum improbat.*

157 *Assensus ante Pragmaticam ex sola signatura per verbum, fiat, erat perfectus.*

158 *Assensus testibus poterat probari sine scriptura, sed non hodie.*

159 *Registratio antiquitus non erat necessaria de assensibus.*

160 *Priuilegia præsumuntur expedita ritè, & rectè iuxta stilum currentem.*

161 *Pragmatica prima de fide memor. interpretatur circa sollẽnitatem assensuum.*

162 *Principis subscriptio non est necessaria in priuilegio.*

163 *Registratio assensus quando est necessaria, proponitur.*

Sol-

Digitized by Google

164 Sollemnitas requisita sufficit adimpleri in ipso actu, licet postea non constet.
165 Sigillum est de forma priuilegij.
166 Signa quando signatum arguant;
167 Priuilegium non solet tradi partibus nisi eo in totum completo.
168 Inspiciendum est quod euenire solet.
169 Ammissio praesumitur ex coniecturis.
170 Sigillum praesumitur positum, & ammissum ex antiquitate temporis.
171 Praesumptiones duae legitimae, faciunt perfectam probationem.
172 Declarare quem fuisse Regem tyrannũ spectat ad Principem.
173 Administratores non possunt praeiudicare iuribus Vniuersitatis.
174 Confirmatio in forma communi nil tribuit, secus in forma speciali.
175 Praescriptio longa non interrumpitur nisi per actus iudiciales, & non per subauditos.
176 Denominatio fit à parte potiori.
177 Boolare vocatur defensa in Hispania.
178 Verba in dubio potiùs causa demonstrationis, quàm dispositionis, posita censentur.
179 Priuilegium contra concedentem debet interpretari.
180 Priuilegium dubium recipit interpretationem ex obseruantia sequuta.
181 Obseruantia priuilegij longo tempore praescribitur.
182 Seruitutem feudo remittere, & imponere Barones possunt in eorum praeiudicium.
183 Remittere aliquod ius non dicitur pro priè alienare.
184 Redimens rem suam alienatam non dicitur nouum dominium quarere.
185 Successor particularis tenetur seruare concessa per praedecessorem.
186 Verbum concedere, vel donare important iuris translationem quam concedens habet, & non dominij translationem.
187 Legatum, vel donatio totius rei, restringitur ad minimum ius quod dans habet.
188 Bona praesumuntur eiusdem conditionis burgensatica, vel feudalia, secundum qualitatem aliorum.
189 Transitus est facilis in habentibus simbolum.
190 Territorium potiùs allodiale quam feudale praesumitur.
191 Bona licet redditicia sint feudo non per hoc dicuntur feudalia.
192 Assertio concedentis, de dominio, non probat dominium.
193 Fida est praesumptio dominij super eo territorio in quo Baro fidat.
194 Fida tunc dicitur esse demanialis Baronis quando is habet demanialia feudalia, secus super demanialibus vasallorum.
195 Fida, & seruitus fidę differunt, & bene explicatur.
196 Seruitus fida pretensa per Barones habet iuris resistentiam, & allegans probare debet.
197 Ius pascendi quando sit Baronum, vel Vniuersitatis, discutitur.
198 Fidare an possint Barones in fundis vasallorum apertis.
199 Fida quaesita seruitutis titulo strictè interpretari debet, nouè declaratur.
200 Praescriptio odiosa est, & non patitur extensionem etiam ex indemnitatis rationis.
201 Destinatio limitum, & bonorum, arguitur ex possessione, & obseruantia.
202 Princeps tenebatur post translatum in eum imperium assignare cuilibet Vniuersitati viuere, quae bona reputantur dotes illius, & sine eius consẽsu non possunt alienari.
203 Fructuum perceptio facit praesumere rem illam esse demanialem.
204 Custodum appositio dominium arguit.
205 Demanialia Vniuersitatis, vel Baronis ex quibus praesumptionibus probẽtur, ponitur.
206 Differmitas solutionum, & recognitionis arguit rem cuius naturae sit.
207 Terragia non faciunt rem feudalem sed solum illum redditum.
208 Baro est audiendus pro suo interesse super lite contra Vniuersitatem mota

super

super territorio, sic & è contra.

209 *Demanialium feudi natura ponitur & substantialia eius.*

210 *Liber reintegrationis feudi, & sententiæ Delegati ad illum faciendum, an probent, & quando valeant.*

211 *Iurisdictio facientium inuentarium feudi, quæ sit, & circa quæ versetur.*

212 *Sententia lata in iudicio summario nũ nocet in plenario.*

213 *Ius exequendi sententiam præscribitur spatio 30. annorum.*

214 *Error an possit opponi aduersus confessionem factam in libro reintegrationis.*

215 *Principijs obstari debet, in nouitatibus & oneribus imponendis.*

216 *Vsum quem habent Barones in bonis demanialibus Vniuersitatum vendere non possunt.*

217 *Vsus an debeatur Baroni si non habitet in ea terra.*

218 *Patientia non præiudicat, nisi actus fiant iure suo, parte contradicente.*

219 *Actus in dubio potius causa gratitudinis præstitus videtur.*

220 *Murmuratio populi impedit præscriptionem, & quasi possessionem.*

221 *Præscriptio immemorabilis requiritur in actibus discontinuis.*

222 *Vasalli non possunt obligari ad seruitia, vel onera Baroni sine assensu Regio.*

223 *Introitus feudales si non reperiuntur destinati in priuilegio, neque in reliquijs precedentibus, præsumuntur vsurpati tractu temporis.*

224 *Violentus actus non inducit quasi possessionem.*

225 *Fida quando Baroni debetur de iure vsus largus vasallis est relinquendus, quando competit via seruitutis largissimus illis debetur.*

226 *Alimenta hominibus, & animalibus arbitrio Iudicis sunt taxanda.*

227 *Immemorabilis quandoque non operatur quando primordialis causa deficit.*

228 *Immemorabilis neque operatur quando concessio operaretur contra concedentem.*

229 *Territorium quid sit ponitur.*

230 *Territorium non potest dici locus arboratus, sed alio nomine erit nuncupandus.*

231 *Meliorationes quando excedunt rei valorem, locus non potest auocari à possessore qui sua industria meliorauit.*

232 *Maius trahit minus.*

233 *Aedificatum in publico, quando sit diruendum, vel census imponendus pro solo, declaratur.*

234 *Auocari non potest tota res ob minimũ interesse, & leuem causam.*

235 *Præferendi sunt in re, qui habent maiores partes.*

236 *Minor pars præiudicat maiori in concernentibus publicam vtilitatem.*

237 *Nullitas reducit negotiũ ad sua principia.*

238 *Baro quale ius habeat in bonis Vniuersitatis demanialibus.*

239 *Pœnæ contrauentionum in defensis Vniuersitatis debetur ipsi, & non Baroni, secus in alijs bonis, nam fit diuisio.*

240 *Alienatio feudalium an sit nulla si nõ fit præiudicialis.*

241 *Baro, & vasalli sunt correlatiui, & vicissitudinarium ius inter eos est seruandum.*

242 *Pertinentia ad iustitiam, expensis Baronum fieri debent.*

243 *Præscriptio immemorabilis non præstat ius, si origo incipiat à gratitudine.*

244 *Præscriptio probatur per testes, & per scripturas.*

245 *Possessio de præsenti præsumitur continuata in præteritum, dato initio ex titulo.*

246 *In dubio contra potentes est decernendum in possessorio.*

247 *Possessio etiam armata manu potest defendi.*

248 *Conseruatoria in possessorijs quando sunt concedenda.*

249 *Ciuis cuilibet an possit comparere pro sua Vniuersitate, & iudicium contra*

Digitized by Google

Baronem mouere.

250 *Defensor patriæ valde est honorandus.*

251 *Infidelis contra suam patriam, ipse, & sui descendentes arceri possunt ab honoribus.*

252 *Vniuersitas cogi potest ad subministrandas expensas litis mota per Ciuem si iusta sint petita.*

PRAGMATICA VNDECIMA.

Carolus Quintus.

AVdiuimus insuper, quamplures Barones, & vtiles Dominos in dies territorijs iplarum Vniuersitatum, vel communibus, nouas defensas, forestas, aut clausuras facere, per Regni capitula, & Pragmaticas prohibitas. Alios etiam percepimus in territorijs vasallorum, vel communibus culturam agrorum ita occupare, & pro suis gregibus, armentis, pascuis, spicis, glandibus, adeo immoderatè vti, vt à cultura, à pascuis, & nemoribus proprijs, aut communibus pauperes vasalli prohibeantur, in graue vasallorum, & vicinorum communionem forsan, vel ius aliquod habentium detrimentum. Salubriter prouidere volentes, mandamus, vt in terris cultis, siue incultis, aut nemoribus ipsarum Vniuersitatum, aut communibus, Barones ipsi, aut alij vtiles Domini, nullas defensas, forestas, seu clausuras facere possint sine expresso consensu Vasallorum, & vicinorum communionē fortè, aut ius aliquod in territorijs, seù nemoribus ipsis habentium, & diligentia nostra, aut nostri Generalis Viceregis, & si quæ fortè factæ sunt, volumus per officiales nostros summariè partibus auditis, prouideri de iustitia.

COMM. PRAGM. XI.

HAec est vna de notabilioribus pragmaticis huius tituli, ex qua multa
1 singularia eliciemus; Barones prohibentur facere nouas defensas in territorijs Vniuersitatum, vel communibus seu particularibus, pro eorum gregibus & armentis ratione pascuorum, spicarum, glandium, vel aliarum commoditatum sine expresso consensu vasallorum & communitatem habentium, ac sine Regio assensu, vt obuietur omnibus fraudibus, quas committere solebant Domini, contra miseros subditos, & ita etiam est confirmatum infra pragmat. 1. tit. de salario eorum §. & cum nec Comitibus; Requiritur namque
2 primo, consensus vasallorum omnium, adeò quod vno dissentiente concessio rueret, cum ius pascendi, spicandi, & similium pertineat ad singulos ciues, & non vt Vniuersitatis, ita vt maior pars sufficeret, iuxta terminos l. quod maior ff. ad municip. Sed attenditur dispositio l. per fundum ff. de seru. rustic. prædiorum, quod in his quæ singulos tangunt omnium approbatio requiritur, cap. quod omnes de regul. i. 6. in sexto benè Ripa resp. 93. ita vt testes esse nō
3 possunt super hac materia ciues, quando commodum pertinet ad singulos, vt singulos, Cœpoll. tit. de seruitute iuris pascen. Affl. decis. 409. & distinguit Anna sing. 585. & sing. 81. cum seq. & Capy. dec. 4. & latiùs dec. 152. disputat

tat, an Vniuersitas possit vendere, seu
4 locare pascua, & alia destinata pro ci-
tibus, aliquo dissentiente? & licet ni-
hil decidat, nouissimè tamen per Sa-
crum Consilium, vt Dom. de Franch.
dec. 197. fuit conclusum, quod Vniuer-
sitas dissentiente vno ciue, hoc non
posset, nisi hoc faceret ex magna neces
sitate æris alieni, vt se subleuaret, tunc
enim ei liceret etiam aliquibus dissen-
tientibus, cum attendatur sanius, & vti
lius consilium, argum. l. 1. C. de comm.
seru. manu. nisi. Et proinde Barones, vt
dicit pragm. nostra sine consensu ciuiũ
nouas defensas facere non possunt.
Nec sufficeret consensus Decurionum
5 quibus (vt dixi præcedent Pragmati-
ca) data est facultas tractandi de rebus
Vniuersitatis, nã in præiudicialibus ni-
hil possunt agere sinè Concilio gene-
rali, sed solum parua negotia possunt
explicare, D. de Ponte in suo tract. fol.
76. nu n. 9. Maran. cons. 28. num. 10.
Bar. l. ambitiosa ff. de decr. ab ordine
faciend. Oslasch. dec. 95. nu. 13 sed om-
nium consensus requiritur, & Regis:
Cõsensus verò ciuium prædictus, adeo
6 est necessarius, & formalis quod neque
ille nocebit non consentientibus om-
nibus, neque successoribus non hære-
dibus, sic Auend. de exequend. mand.
Regum Hisp. cap. 12. nu. 30. cum sequ.
lib. 1. Burgos l. 3. nu. 498. Menoch. casu
345. namque vsus pascuorum à princi-
pio destinatus Vniuersitati, est quodã
dominium quæsitum mediante dona-
tione tacita, vel expressa Principis à pri
mo tempore, pro omnibus ciuibus in
7 perpetuum, vnde effectus est irreuo-
cabilis pro præsentibus, & futuris om-
nibus, & tot donationes censentur quot
erunt personæ comprehensæ, Castr. l. si
pecuniam nu. 11. ff. si certum pet. Dec.
cons. 498. nu. 19. Tiraq. de primogeni.
num. 108. Couar. lib. 1. cap. 14. num. 7.
vnde quilibet capit iure suo, & Conci-
lium non potest præiudicare illis, vt idẽ
Couarr. lib. 2. cap 18. num. 2. var. resol.
Indè oritur, quod infra dicam, vt etiam
assentientibus ciuibus, & accedente
Regis assensu, si communio inter Vni-
uersitates fiat, si partus postea deficiat
Vniuersitati, poterit eam dissoluere,
nam non potest sibi præiudicare circa 8
ea quæ spectant ad viuere hominum, &
8 suorum animalium, nec pacta quælibet
valebunt, nam vltra vsum, ea commu-
nio, vel seruitus poterit subsistere, &
non infra, Couarr var. resol. lib. 1. cap.
17. num. 11. Auend. cap. 4. num. 27. lib. 1.
Plot de in litem iur. §. 49. num. 27 Hinc
est, quod tam stricte proceditur, quod
Regis assensus requiritur, nam cũ con-
cessiones pascuorum, & aliorum introi
tuum Vniuersalium fuerint à primæua
origine Principis, Duæ enim species
bonorum inter alia fuerunt Regis, ter-
9 minorum assignatio, & bonorum Vni-
uersitatibus concessio, Initio enim na-
scentis Regni, regimen erat Reipubli-
cæ, quæ transtulit postea omne suum
dominium in Reges, iuxta l. 2. ff de off.
prætor. & Princeps consequutus fuit
vniuersale dominium omnium, & iuris-
dictionem, quæ antea pœnes Rempu-
10 blicam existebat, Bald. cap. 1. de feud.
marchiæ, Auend. de exeq. mand. lib. 1.
cap. 1. & sic nullus poterat prætendere
dominium, neque possessionem sine sua
concessione, vel immemorabili præscri
ptione, vt latè Ioseph Sele tract. de in-
hibit. cap. 5. §. 10. nu. 58. cum sequen.
Couarr pract. quæst. cap. 1. & 4. l. depre
catio ff. ad l. Rhodiã iactus. trãslato hoc
dominio, Princeps terris omnibus assi-
gnauit particularia, pro viuere vniuer-
sali, prout etiam & statuit terminos vni
cuique Vniuersitati, pro suo arbitrio,
qui cognoscuntur hodie ex antiqua
destinatione, & præsumptionibus, vt in-
fra dicam; .stæ fuerunt dotes assigna-
11 tæ communitatibus, vt viuant subdi-
ti, nam cum Princeps pater sit suorum
subiectorum, Bal. cons. 460. lib. 1. Crau.
cons. 241. num. 8. Iason l. si quis filium
C. de inoff. testam. alimenta tenebatur
illis statuere, vt mediãtibus alijs etiam
laboribus, & commoditatibus assigna-
tis substineri potuissent, Suarez allega.
7. num. 13. Doct. l. in tantum §. vniuer-
sita.

Digitized by Google

sitatis ff.de rerum diuisio. l. omne territorium C. de censibus libr.10. & sic in specie de pascuis loquuti fuerunt, Bertran.cons.51.volum.2. Auend.lib.1 cap.12.Couarr.pract.quæstio. cap.37. Socc.cons.125.volum.2. Cumque dos data non potest alienari inscio dotante, cuius interest filiam dotem habere, ideo consensus Principis requiritur, vt Vniuersitas possit concedere sua bona demanialia ad gaudendum, ad beneficium cuiuslibet personæ, Interest e-
12 nim Principis subiectos habere locupletes,& commodos,& quod moderatè,& iustè suis bonis vtantur, Hinc saluantur banna,quæ solent fieri per Principem,ne quis vtatur vestibus aureis,& argenteis magni dispendij ad tex.leg. 1.cum sequent. C. de vestibus olobra: & auri, occurri potest ne quis malè vtatur sua substantia l. 2. ff.de his qui sunt
13 sui,vel alien.iuris.Ideo prodigo interdicitur bonorum suorum administratio l.is cui bonis ff.de verb.obl.sic & luxuriosè viuenti l.sed & mulieri ff.de cur. furiosi. Prout è contra succurritur contra auarum suam familiam iniquè tra-
14 ctantem,Doct d.l.sed & mulieri.Bal l. fi.C.de sent.passis, & circa paramenta superflua congesta auro,& gemmis,nõ nè prouidit tex.l. vnica C.non licere in pœnis,& æquis libr.12.& sic circa
15 currus, & carrotias, vt non omnibus licitum esset eas retinere l.vnica C.de honorat. vehiculis lib. 10. Hæc omnia emanarunt quia Princeps, vti pater se gerere debet circa suos subiectos, & prospicere eorum commoda.

Hinc,quando pascua sunt solita locari, quia Baro,vel Vniuersitas habet defensam vltra vsum,& vendit;poterit Princeps præferri, & pro tanto pretio
16 recipit eas, & dispensat pro animalibus quæ fidantur in Regia Dohana, & Curia percipit tot introitus, quia Dominus concedens præferri debet. Hinc iure dictas distributiones fieri,est sciendum,Doctor.l.1.C.de pascuis publicis lib.10.cum omnibus legibus, & custodiuntur, & pœna à damnificantibus exigitur,iuxta d.leg. primam, pro quibus Cauallarij destinantur, qui vi-
17 sitant dicta pascua dispensanda per ipsam Regiam Dohanam l. 1. C. de fund. & salu. rerum domin. libr. 11. & pœnas contrauenientium exigunt, & dicuntur Cauallarij idest milites equitantes, & circumientes dicta loca D. de Pon.in suo tract.tit.de reg.imp.§.8. nu.46.cum seq.

Sed sumpta hac occasione, necessariò est videndum,quæ dicantur bona Vniuersitatis & è contra, quæ bona in territorio habeat Baro in feudo; & qđ ius habeat alter in alterius dominio, qui termini valdè necessarij sunt,ac nõ omnibus benè constant, vidique graues iuris peritos cespitare, & in ijs ambulare,ad instar illorum qui sine lumine de nocte exeunt, & cum pertineat ad Pragmaticam nostram,nostrumquè institutum,dico,quod bona vniuersalia sunt quædam publica,alia priuata,pu-
18 blica Vniuersitatis sunt, quædam auctoritate tm̃,vt theatra,plateæ, viæ, & alia quæ honoris & pulchritudinis Ciuitatis causa sunt parata l.in tantum §.Vniuersitatis ff. de rer.diuis.Alia dicuntur bona Ciuitatis,honore,& commodo & dicuntur priuata, nam bona q̃ sunt auctoritate,propriè publica appellantur,& licèt solum bona Reipublicæ, dicantur publica l bona Ciuitatis,ff.de verb.signif.attamen omnia bona Ciuitatum licèt improriè, vocantur hodie publica;Bona verò honore,& commodo, vel commoditate dicuntur bona priuata Vniuersitatum,& multum differunt, nam prima omninò vendibilia non sunt,alia possunt vendi,& vsucapi Luc.benè l.nulli C.de fundis patrimo. Suntquè multæ aliæ differentiæ, quæ non pertinent ad nostrum institutum, notat tamen singulariter Cœpoll.l.inter publica ff.de verb.signifi. Ista bona quæ sunt honore,& commodo,sunt ea,
19 ex quibus percipiuntur redditus,& introitus pro oneribus ferendis erogationum pertinentium ad ipsas Vniuersi-

Digitized by Google

tates, qui introitus applicantur burſæ dictæ Vniuerſitatis, cum qualibet Terra debeat habere proprium in communi l. Ciuitatibus ff. de legat. primo leg. omnibus ff. ad Trebellian. nam ſine ijs non poſſunt ſubſtineri, & proinde omnes habent ſuos introitus, gabellas, datia, & alia onera, quæ ciuibus imponũt, ex quibus pecuniam exquirunt pro ſoluendis iuribus fiſcalibus, ſalarijs Medicorum, & pro alijs artibus liberalibus pro refectione viarum, pontium, & multarum aliarum neceſſitatum ordinariarum, & extraordinariarum, de quibus Doctor. l. ambitioſa ff. de decretis l. 1. C. de prębendo ſalario lib. 10 Quædam alia bona dicuntur Vniuerſitatis, quo ad nomen, ſed vtilitate ſunt communia omnium ſingulorum ciuium, & pertinent ad ſingulos, vt ſingulos, & non ad vniuerſos, vt paſcua glandes, ſpicæ, & aliæ commoditates territorij, vt in Pragmatica noſtra, vſu ciuium parata, quæ bona propriè nominantur demania ia Vniuerſitatis; & ita ea nomina Frecc. de ſubfeud. auctor. 46. num. 4. in fine, & ita ſolita ſunt teneri, nam ſoli-
20 tum, & vſus dat nomen rebus, Boerius dec. 125. Afflict. conſt. 11. dignum in fine, & ibi multa notantur de natura iſtorum demanialium. Habentque Vniuerſitates defenſas appropriatas, quibus diuerſimodè vtuntur, ſed in his habent verum dominium, quod propriè eſt, alios arcere ab ingreſſu l. diuus ff.
21 de ſeru. ruſtico præd. Habet alia bona obuenta titulo particulari, vt ex legato, donatione, & ſimilibus, & ſecundum quod ab Vniuerſitate diſtribuuntur ſic tenentur pro vſu omnium, vel pro burſa communi, & differunt ab alijs, vt infra dicemus D. de Franc. dec. 197 in fi.

In bonis iſtis demanialibus vtilitate
22 communibus, vt dixi aduertas, quod in dubio ius paſcendi herbas, glandes, & ſpicas. Vniuerſitatis præſumuntur, & non Baronis, & pro ea eſt reſcribendũ, cum pro ea ſtet iuris præſumptio, iuxta capitulum, cum perſonæ de priuilegijs in ſexto, de quo diximus prima pragm. tertia parte; Et ita in terminis Cauet. conſ. 154. latiùs doctiſſimus Couarru. practicar. quæſtion. cap. 37. Vrſill. dec. 190. num. 12. quod paſcua præſumuntur Vniuerſitatis, licèt aliqui contra dixerint, vt refert Dom. Rouit. tit. de paſcuis num. 8. Nemora verò eorum-
23 que commiſſi pœnæ, quam fidam nominant, ſcias quod de iure, & conſuetudine antiqua iſta corpora in dubio præſumuntur eſſe Baronum, & non Vniuerſitatis, adeo quod habent fundatam intentionem, ea eſſe de feudo, niſi contrarium appareat de centenaria, quæ titulum tribuerit, vel de conceſſione, Regio aſſenſu munita, Luc. leg. quicumque C. de fundis limitroph. Capy. in inueſt. verſic. & cum planis, Franch. dec. 183. Reg. de Ponte conſ. 67. iſta præſumuntur enim demanialia feudi ſicq; fida, & diffida Capy. *in inueſt. ver.* fida. Ann. alleg. 108. Hæc *dixi ad ſciendum*, q iſta bona quæ tenet Vniuerſitas ſunt ex priuilegio, non de regula, quod præmiſi ad euidentiam dicendorum.

Et redeũdo eò vnde digreſſi ſumus, q ius habet Baro in prædictis bonis Vniuerſitatis? Dic, quod in primis caſibus de bonis auctoritate, vel honore, & cõmodo ad ipſos pertinentibus, nullum ius habet Dominus, prout nec alij ſui ciues, ſolũ protectionis, publica n. licet ſint vniuerſalia ſtant ſub iuriſdictione,
24 & protectione Baronum, And. tit. quæ ſint reg. verſ. viæ. In bonis verò demanialibus vti paſcuis, ſpicis, & *ſimilibus* cõmoditatibus ipſorũ ciuium, *Baro ipſe* habet vſum vti alij ciues, vt latius dicã in ſeq. Prag. & bona p̃dicta ſemper in-
25 telliguntur cũ hac ſeruitute, immo vti primo ciui, maior cõmoditas ei debetur vt ibi dicam, & ita eum nominãt DD. Franch. deciſ. 197. vbi excutitur, an vt primus ciuis poſſit contradicere venditioni paſcuorũ Vniuerſitatis, q̃ pertinẽt ad ſingulos, vt ſingulos. In defenſis verò ꝑprijs Vniuerſitatis, Baro nullũ ius habet, niſi fidari, vt alij ciues admittuntur, nec poſſet cogere Vniuerſitates ad fidandum, niſi ab antiquo eſſet ſolitum.

Franch.

Digitized by Google

Franch, dec. 301. num. 4. Vrsill. decisio. 290. & in casu contrauentionis tenetur
26 soluere pœnam, prout alij, cum hoc sit verè signum dominij, alios sub pœna arcere ab ingressu, vt in cap. Regni Magistri forestarum, Regens de Ponte cons. 97. Sic obseruatur in hac mea patria, vbi Domini fidam soluunt, pro pascendis eorum animalibus in nostra defensa. Sunt & alia bona Vniuersitatis obuenta titulo particulari, vti dona-
27 ta, vel legata, in quibus nullum ius potest prætendere Baro, cum originariè non sint Vniuersitatis, super quibus habeat ius fundatum, Franch. dec. 197. in fine, quod ego intelligo, nisi Vniuersitas ea parasset ad vsum ciuiũ, tunc Baro vti ciuis, & ipse quoq; vsum haberet, vt dixi in præced. artic.

Secunda species principalis bonorũ, vt dixi sunt, & illa priuatorum, & singu-
28 lorum ciuium Vniuersitatis, quæ burgensatica nominantur, Luc. l. quicumq; C. de omni agro deserto, Paris de reintegr feud. quæst. 95. in his nec Barones nec Rex ipse vllum ius habent, nisi iurisdictionis, protectionis, & ipsa territoria, & bona vllam de iure debent seruitutem Baronibus, ita vt sine vasallorum voluntate ingredi non possint, nec debent iure in his pasci, spicari, aquari, & similibus frui, etiam si nullum damnum dederint: nam in fundum alienũ ingredi quis non debet, Domino non permittente, Inst. de rerum diuis. §. feræ bestiæ; in Consilio fuit lis sopita cum
29 Marchione del Zirò prætendente post segetes posse facere depasci eius animalia, ac facultatem habendi fidandi exteros, eò quia habebat ius fidandi, vt Addentes ad Franch. dec. 301 sed D. Rouit. nouissimè distinguit, tit. de officio baiuli pragm. 1. num. 13. cum sequent. Sed hoc concesso, quid commune habet posse depasci in fundo meo particulari, herba enim est Domini soli, l. pratum ff. de verbor. significat. & omne quod ex solo nascitur, & solo cohæret, cedit solo, vulgatis terminis & cum in suo solo Instit. de rerum diuis.
30 nam nec Rex potest dominiũ rei meæ mihi auferre, etiam pretio soluto, vt latè dixi supra 1. pragm. & ita in terminis Antib. de muner. §. 4. & ex nouissimis Frecc. auct. 46. concordantes vnanimiter, Barones nullum ius fouere; limitatur; nisi Baro contrariam consuetudinem, vel seruitutem legitimo tempore, vel priuilegio munitam haberet, vt ibi Frecc. eo casu conseruandus est, iuxta terminos declaratos super hoc puncto 1. pragma. & ego vidi post segetes multos Barones fidare; Ac non solum Barones, sed etiam ciues posse pasci tua territoria, & spicari, testatur etiam Couarr. pract. quæstion. cap. 37. benè, nisi esset locus clausus, vel ad pratum reseruatus, vt aduertit Cœpoll. in tract. rustic. seruit. tit. de seruitute iuris
31 pascen. & ita fuit iudicatum in S. C. inter Vniuersitatem Pisticij, & Baronem, sed quod liceat Massarijs claudere locum pro faciendis mezanis ex text: l per prouincias C. de ædific. priua. vbi quilibet suum claudere potest, nisi illa territoria debeant vsum pascendi Vniuersitati, & ciuibus ex antiquo, Rouit. Pragmatica de salario eorum in fine num. 32. qui allegat hunc locum in nouissima impressione, sed pro vsu suo li-
32 ceat facere mezanas, dummodo non sint species defensarum, etiam si vsus pastus animalium ibi fuisset prius, nam vsus particularis, intrinsecè à iure videtur concessus Dominis, vt liberè in suo possit facere quod voluerit, dummodo non ad emulationem, & malignitatem, vel negotiandum faciat clausuram, arbitrio boni viri, Vasq. contr. illust. c. 47. Ludou. concl. 38. Socc. cons. 211. nu. 6. nam licèt vtilitas publica præferatur
33 priuatæ, non tñ cum totali interesse tertij, sed semper intelligitur saluo iure tertij, Doct. l. vn. § fin. C. de caduc. toll. Crau. cons. 120. inde Sese dec. 74. n. 2. dicit, consuetudinẽ Hispaniæ esse, vt q. libet possit facere, Boalare, qm̃ attinet ad vnam balistatam, quod Boalare, idẽ sonat, q Massarij nominant, mezanam, & num. 29. declarat, qualitèr talis vsus

Digitized by Google

non dicitur præiudicialis alijs habentibus vsum pascendi in territorijs, Ex eadem inspectione dixi licere ciuibus habentibus Mandras baccarum, facere parcum clausum pro vitulis arcendis à lupis, dum esset contradictio Baronis, vt is locus non posset restringi; Inde dicam infra, quod territoria destinata pro pascuis, nec Vniuersitas, nec Baro poterit reducere ad culturam regulariter, nisi concurrentibus oĩbus solléni-bus, consensu ciuium, & quod illis non noceat, & assensu Principis, cum destinata ad vnum vsum conuerti in alium non possint, sine vrgentissima causa, & assensu superioris, Crau. cons. 296. Gui. Pap. dec. 556. ad instar legatorũ piorũ quæ non potest hæres, nec cum consensu Episcopi ad alium vsum conuertere quam destinatũ ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 6. & dicam in seq. Intellige nisi territorium esset seminatum ad pratum, vel adduceret hunc fructum, tunc non posset depasci ab alijs, D. Rou. tit. de pasc. num. 13. Sed aduerte ad id quod dixi, quod Barones possunt istas scilicet seruitutes quærere. Nam valdè ardua est quæstio, quantum tempus in hoc requiratur, & secũdum allegata in prima pragm. videtur quod Barones nullum ius possint quærere cõtra subditos, vel Vniuersitates minori spatio centum annorum, Alij in materia istius iuris pascendi, aliter responderunt, quod quæratur prout in priuatis, iuxta l. 2. C. de seruitut. l. seruitutes ff. eod. nam licet Couar. intrepidè firmet suam communem opinionem dicens 1. libr. variar. resolut. cap. 17. quod cum ista seruitus non sit continua, sed discontinua, immemorabile tempus requirat, vt ante eum affirmauit Guid. Pap. decisi. 273. Cœpoll. de seru. rust. præd. cap. titu. de seruitio iuris pasc. nu. 14. Magis tamen recepta videtur opinio, vt præscribatur, vti aliæ seruitutes, de quibus in d. l. 2. Nam licèt ista seruitus perpetuò nõ possideatur, tamen istud ius, data prima quasi possessione, præscribitur continuato animo, vt Vasq. c. 83. contr. illus. nu. 41. sed latè post hæc Mastr. dec. 114 Et proindè semper cautela est, vt interuertatur possessio per oppositionem nè causetur præscriptio, iuxta tradita per Affl. & Vrsill. dec. 388. Anna sing. 294 quod ius pascendi longissimo tempore præscribatur, & Affl. dec. 290. decidit vasallos longissimo tempore quæsiuisse ius fidandi in pascuis Baronis, vt is cogi possit ad seruitutem præstandam, nisi vsus ille fidandi ob multitudinem ciuium auctam destrueret commoditatem Baronis, nam eo casu seruitus, & communio licet præscripta deberet remoueri, & reduci ad æquitatem, Surd. dec. 236. per totam, & Franch. dec. 201 Quod idem parilitatis seruari debet, ne Baro possit fidare in demanialibus Vniuersitatis, si vsus ille non suppeteret ciuibus, & proindè videtur, Barones posse quærere ius pascendi longissimo tempore, sed allegata oppressione, & qualitate Baronis, aliud suadẽte tenenda erit prima opinio, iuxta tradita in prag. 1. supra vbi hunc punctum præscriptionis explicauimus.

Sed vtiliter ex his quæritur, non nè Baro habet intentionem fundatam quod territoria quæ possidentur per vasallos sint de feudo, super quibus ipse poterit ponere legem, quam velit. Articulus est subtilis, proficuus, & malè declaratus, ob varias opiniones, & distinctiones. In dubio de iure videtur, quod quicquid sit intra fines feudi sit de feudo cap omnes Basilicæ, 16. quæstio. septima, Ifern. cap. primo de controuers feudi inter masculum, & fœminam, ita vt possidens bona in feudo, de iure tenetur ostendere titulum quomodo possideat, iuxta approbatam limitationem ad text. l. cogi C. de petit. hæred. vbi DD. & Socc. reg. 430. Masc. concl. 217. de prob. Nam in contrariũ est regula, q nemo teneatur ostendere suum titulum, & quilibet præsumatur possidere pro suo. Adeoq; solidũ videtur fundamentum Baronum, q licitum videtur eis propria auctoritate occupare bona contenta intra districtum feudi.

nam

Digitized by Google

43 nam si vasallus non obstenderit legiti-
mum titulum possessionis, quem exhi-
bere tenetur, obijci posset notorius de-
fectus iuris; quæ exceptio obstat agẽti
remedio restitutorio spolij, Crauetta
cons. 302. benè, Vrsill. decision. 216.
Vasq. in præfat. num. 25. controu. illust.
44 vel si vasallus demonstret titulum non
legitimum, veluti possessionem ei con-
cessam sine assensu Regio, notum est,
eum esse nullum, vulgata constitutione
Regni diuæ memoriæ, quę vitia, cum
legantur oculo corporeo, cumq; assen-
sus non præsumatur, nec testibus probe
tur, sed scriptura tantum, Viu. dec. 240.
cum Regia Pragmatica hoc expressè
requirat, sicque, vel titulus non appa-
ret, & res de iure præsumitur feudalis,
eaque de facto potest occupari, Capy.
dec. 87. num. 9. Reg. de Ponte cons. 96.
45 Vel apparet titulus non legitimus, seu
non sollemnis, & similiter licita est oc-
cupatio cum vt dixi non obstat excep-
tio spolij, Anchar. cons. 310. Capyc.
d. decis. quod non sufficit sola possessio-
46 nis probatio sine tituli exhibitione,
Couarr. practic. quæst. cap. 18. Accedat
subtilis ratio: nam cũ ius resistat alie
nationi bonorum feudalium, licet pos-
sessio reperiatur translata, cum ex titu-
47 lo nullo non transferatur possessio, nec
dominium, sed solum nuda tenuta, ideo
licitum videtur de facto occupare, &
non admittitur spolij exceptio, Docto-
res l. 3. §. si vir vxori ff. de acquir. poss.
Reg. de Ponte cons. 9. & 93. & nouissi-
mè idem de Ponte decis. 40. firmat, &
D. Rouit. tit. de iurisdict. non turbandis
pragm. 2. num. 31. & pragm. 9. tit. de
feud. num. 42. Sese tractat. de inhibit.
§. 10. cap. 2. fol 296. ex num. 5. cum se-
48 quen. licetque prædo, & fur manute-
nendi sint in possessione, iuxta vulga-
tam propositionem, ea procedit, quan-
do possessio coloratur, secus vbi appa-
ret euidens tituli iniustitia, sic etiam
D. de Franch. dec. 163. disputat Vasq.
cap. 8. illust. controu. & latè dixi prag-
mat. 1.

Alij æquius agendo responderunt
49 vasallos ad obtinendum in possessorio
deberè colorare possessionem antiquã,
eam asserendo, & titulum allegando,
licet eum non demonstrent; nam data
possessione sufficit allegare titulum,
Doct. l. cum de in rem verso ff. de vsur.
Canonistæ cap. in litteris de restit. spol.
estque communis opinio, vt Rota dec.
16. tit. de rest. spol. Cassador. eodem tit.
dec. 4. notant Doctor. d. cap. in litteris
modos colorandi possessionem, Sese
tract. de inhibit. fol. 479. Ex quibus ra-
tionibus, & auctoritatibus vidi meo tẽ-
pore quendam Baronem de facto oc-
cupasse territoria miserorum vasallorũ
qui non ostendebant titulum cum as-
sensu. Et iuxta meum morem, breuitati
studendo, necessaria tantum per stringendo, dico, quod hæc quæstio multos
iuris prudentes fecit insudare, sed hu-
ius distinctionis concordia omnia pos-
sunt conciliari.

Aut tractamus de iurisdictionalibus
50 quæ conferuntur à Principe, vel sua
immediata persona, tunc procedit li-
mitatio l. cogi, quod quilibet teneatur
ostendere titulum, vt Luc. de Penna l. 2
C. de fund. limitroph. Gramm. cons. 9.
Affl. cap. 1. num. 10. Aluar. de contro-
uersia inuestit. qui tradit 20. limitatio-
nes ad dict. leg. cogi, & latiùs in const.
Regni ab Officialibus, in his fundata
est intentio Principis, cum omnes iuris-
dictiones ab eo solo dependeant, & ab
ipso solo possint communicari, & pro-
indè dicere potest exercentibus iuris-
dictionem, quod ostendant titulum,
cap. nimis de iure iurand. l. 1. §. cum
vrbem ff. de offic. præsid. Pereg. de iur.
fisci lib. 7. tit. 3. num. 14. Affl. constitu. si
dubitatio, licet data longa possessione,
neque fiscus cogere poterit, etiam in
iurisdictionalibus ex constit. Regni ab
Officialibus, quod idem procedit in ha
bentibus iurisdictionem in officium,
Capycius decisio. 77. Franch. dec. 165
nu. quarto, & de hoc extat cap. Regni
66.

Aut tractatur de re feudali spectan-
te ad feudum, non tamen iurisdictiona-

Digitized by Google

51 li,& hoc casu si constat rem esse feudalem ex inuestitura,vel ex demonstratione seruitij præstitj, & similium Baro non poterit de facto spoliare feuda, namq; non amittuntur, nisi certis culpis à iure designatis,toto titulo de feudo sine culpa non amittendo,& culpæ non præsumuntur, nisi probentur c. 1. §.si verò de milite vasallo,hoc casu nõ erit expoliandus vasallus,nisi de culpa conuictus, alias erit restituendus, Menoch.de recuperanda possess. rem.15. nu.461. Nec feudatarius cogitur semper ostendere titulum, interest enim vasalli conseruari in possessione,in qua
52 reperitur sine tituli demonstratione Paris de reintegr. quæst. 22. vbi dicit, quod vasallus non debet negare feudum,sed poterit negare ostensionem tituli,dicendo eum in promptu non habere, solum in petitorio tenebitur sua iura demonstrare in iudicio,Frecc. auct. 17. Capyc.in inuesti.vers.feudor. editiones,& est constitutum in Regno, vt in præcit.constitu.ab officialibus ex quibus constat spolium de facto in feudis non posse legitimè fieri, nisi per liquidissimas probationes appareret de notorio defectu excipientis, ex tituli demonstratione,culpa visibili, generatione finita,Crau.cons.5.num.3. Peregrin.in tract.de fideicomm. art.52.nu. 138.& latiùs de iure fisci libr.7. art.3. quando sit obtinendum in possessorio, notat Anna alleg. 84. & dixi supra 3. par.pragm.8.Præs.de Cur.fol.73.num. 101.cum seq.Tapp.fol.182.super cap. Regni 66.

Vel tertio tractatur non de iurisdictione,vel feudo,sed de rebus particularibus possessis intra feudum, Hucque pertinet prima quæstio proposita, &
53 ista bona præsumũtur libera in dubio, & allodialia,& sufficit possidere in possessorio, & petitorio, cum iuris præsumptio præstet titulum, quemlibet possidere pro suo l.prima, ff pro suo,ac quælibet res præsumitur libera l. altius C.de seruitutibus, & Baro non poterit de iure ista bona occupare, vti feudalia,nam aliud in iurisdictionalibus est aliud in priuatis, vt dixi; nec isto casu requiritur, quod possessor coleret possessionem, vt in secunda distinctione diximus,nec titulum tenetur ostendere, cum ius non refragetur, sed suffragetur iuris præsumptione, cũ res à primæua libertate præsumantur liberæ, Docto.d.cap. 1.§. si verè de milite vasallo, & cap. 1.§. callidis de prohib.feu. alienat. hocque pro regula traditur, quamlibet rem præsumi allodialem, & liberam,Mascard.quæst.79.de probat. Nec obstat illa propositio, quod quicquid est intra fines feudi præsumatur de feudo; nam hoc habet plures intellectus, Affl.decisio.167. dicit hoc esse
54 intelligendum, quod quicquid est intra fines feudi maneat sub iurisdictione feudali, non quod bona *præsumantur de feudo,vel ei redditicia,& in dec.* 277. decisum reliquit,Baroni asserenti rem pertinere ad feudũ, vel esse ei redditiciam debere ex probationibus plenissimis hoc demonstrare, cum ius resistat,& præsumat pro libertate; vnde licet plusquam semiplenè esset proba-
55 tum,hoc ei non proficeret. nam cum à lege requiratur plena, vel perfecta probatio,non sufficiunt præsumptiones & probationum coniunctiones,Marsil. de probat. num.6. Respondet etiam Reg.de Ponte cons.11.quod quicquid est intra fines feudi,præsumitur de feudo, Barone possidente, secus si tertius possideat,tunc allodialia præsumentur, & ita conciliantur omnia prædicta, & ita nouissimè Dom. Rou in rub.de feu. ex num.1. cum sequ. qui allegat hunc locum,& adducit præsumptiones rerũ, quando sint burgensaticæ, vel feudales,& Sese §.10.cap.5.fol.481. in tracta.de inhib.Immò quod fortius,& notabilius est,quod licet territorium, vel res aliqua reddat feudo aliquid in pe-
56 cunia,vel specie pro censu,nõ per hoc ista bona dicentur subiecta dispositioni, seu naturæ, legibusque feudalibus ita vt sint obnoxia culpis feudorum requirantque assensum, & alia,quæ le-

ges

Digitized by Google

ges feudorum dictant, nam pensio non facit rem feudalem, sed substantia, fide-
57 litas, & seruitium, vt dixi supra prag. 8 & ita Vrsill. decisi. 129. Vnde errant hi qui ex eo quod reddunt par caponum, vel gallinarum, vel spatulam porci, aliquodue simile in signum subiectionis alicuius territorij, quod possident, per hæc dicetur res feudalis? aliud enim est redditum esse feudalem, aliud rem esse feudalem, Dom. de Ponte cons 95. Adeoque pro libertate rerum præ umi tur, quod licitè in inuentario, & in reintegratione feudi appareant bona reintegrata vti redditicia feudi, si Dominus, seù possessor contrarium probauerit per alia instrumenta anteriora, enũciantia ipsam rem esse francam, & libe ram & tentam pro francha, debet admitti ad exemptionem oneris, & redditus, Paris de reinteg. feudo. quæst. 74. Crau. cons. 293. secundo dubio, & etiã
58 si partes se supposuerint libro reintegrationis, asserendo contra se suum territorium esse censuarium, vel emphyteoticarium, ad huc erint audiendi, si de errore dixerint, Guid. Pap. dec. 282. notabiliter Affl. dec. 164. Mascar de probationib concluf. 280. Interim liber probationem facit Franch. decisi. 103. nam liber inuentarij reintegrationis vrget, prout & designationes releuiorum, Mascard. concluf. 280. Grammat. dec. 76. Affl. dec. 314. Anna alleg. 144.
59 Quæ verò sint præsumptiones rei feudalis, si quis reperiatur possidere aliquod intra tenimentum & corpus particulare feudi an habeat præsumptionem in contrarium, cum reperiatur intra latitudinem & longitudinem corporis feudalis, vide eundem Parid. q. 12. & 13. cum seq. alijs, D. Rou. in rub. de feud.

Sed dubium magis quotidie controuersum est ex istis præstationibus census, redditus, vel alterius speciei, quis contractus nascatur, censualis ne, an emphyteuticarius? Aliqui dixerunt es-
60 se emphyteuticarium, cum censuarius stare non possit, cum natura census sit, quod ex eo transferatur vtile, & directum dominium, cap. constitutus de religiosis domibus. Barones non habent nisi vtile dominium, cum remanserit directum pœnes Regem, & sic quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet l nemo plus iuris ff. de reg. iuris; meritò cum contractus censualis stare non posset, mutatur in emphyteuticarium, argum l. vbi ita ff. de donatio. causa mortis, In hanc opinionem videtur inclinare Affl. dec. 119. Anton. Gamma dec. 38. Sed Paris de reintegr. quæst. 291. dicit potiùs præsumi censualem, vt sequamur quod minus noceat l. semper in obscuris, de regulis iuris, nam ex non præstatione cen-
61 sus, non caditur in commissum, nec requiritur assensus in alienatione, quod secus est in emphyteuta, Capyc. decisi. 103. Non obstat quod Baro non potest transferre plenum dominium; nam põt responderi cum Vrsill. dec 80. nam aliud est cõtractus cẽsus, ex quo transfertur plenũ dominiũ, aliud constituere redditum super re, tunc enim transfertur solum vtile dominium, ita, vt non requiratur scriptura prout est de essentia in vero censu glo. cap. 1. de censib. in sexto, prout videmus seruari has cõcessiones sine publicis cautelis fieri, &
62 si esset emphyteuticarius, requireretur omnino scriptura in eius concessione; Licet huic obiecto respõdeant Authores primæ opinionis, quod licet in emphyteusi requiratur scriptura de iure l. 1. C. de iure emph de consuetudi-
63 ne non curatur hodie quod est memoria tenendum, vt Vrsill. dec. 365. nu. 6. Paris quæst. 139. Vel rectius potest dici, vt Capyc. in inuest. vers. feudor. dominia, quod licet Baro non habeat directum dominium in feudis, tamen sub infeudando, vel censuando, remanet
64 apud eum quasi directum dominium, Adde Gamma dec 329. nam respectu totius corporis feudalis dicitur Baro habere vtile dominium, sed circa res particulares videtur habere plenum dominium, Petra de potest. Princi. fol.

104.

Digitized by Google

104. D. de Curte fol. 16. nu. 4. in tract. feud.

Alij dixerunt seruandam esse loci
65 consuetudinem, quis contractus inibi obseruetur, vt Affl. d. dec. Mascar. concluſ. incipien. censualis, & ego vidi sub eodem dominio mei Illustris. Domini Solofræ reputari contractus emphyteuticarios, & solui laudemium ratione assensus, vt Frecc. fol. 119. nu 80. & in mea patria præsumuntur censuales, cũ sine assensu liberæ fiant alienationes, quod in multis locis ex omnibus alienationibus feudo redditiijs solet solui ius laudemij, quod diuersimodè nomi-
66 nãt, nam alij ius de gradatis, alij quartariam nuncupant, & Poller. in praxi censu. in noua impress. vers huiusmodi censualia num. 50. licet re vera, ex tex. l. fin. C. de iure emph. laudemium in re cognitionem assensus ortum habuerit, tamen loci consuetudo attenditur, & vbi non requireretur assensus in alienatione, vt dicam, neque laudemium Franch. dec. 437. Clar. §. emphyteosis quæst. 30. vbi multa ad materiam. Nouissimi dixerunt, nec esse contractus censuales, nec emphyteoticarios, sed habere distinctam, & separatam naturam ab alijs, solum obligantes possessores ad redditum, & pensionem; in reliquis res, vel territoria præsumi libera, & allodialia, nec requiri assensum in eorum alienatione, nec admitti ob pensiones non solutas, Capyc. dec. 103. Reg. de Ponte cons. 11. num. 6. Ita quod licet
67 collectæ non soluantur de feudo, nec particula eius, Capyc. in inuestitura verbo collecta, & verba feudatariorum immunitas vbi hoc tractatur, prædicta tamen bona quia reputantur burgensatica tenentur ad collectas, Reg. de Ponte d. cons. 51. Camer. cap. Imperialem. Napodan. in consuetud. in bonis, Campan. de vita, & honest. cleric. num. 126. adeo quod si Baro emerit prædicta bona à vasallis finito feudo, vel de-
68 uoluto, hæc non accedent feudo, sed vti bona burgensatica separatim ab hęredibus teneri poterint, D. de Ponte ibi latè Viu. 2. par. dec. impress. 515. & post hæc benè Sese decisi. 33. disputat articulum an præsumatur contractus censualis, vel emphyteoticus, & probat multis auctoritatibus, vt dixi in principio, de iure præsumi censualem, & conciliat alios contrariæ opinionis, vt procedant, quando ex verbis, coniecturis, & vsu Regionis aliud suaderi poterit, iuxta ea quæ diximus, Regens de Pon. postea etiam impressus in tract. de potest. Proreg. tit. de elect. offi. cap. 4. non discedit à nostra suppositione, licet distinguendo conciliet omnes opiniones, dicens quod & si Baroni denegetur, in feudare posse, & concedere bona ad libellum, tamen excadentialia, vt dicam poterit dare, vel ad partem fructuum, vel ad censum, seu pensionem, iuxta qualitates rerum, Franch. dec. 561. & dicuntur bona feudo reddititia, & vel conceduntur expresse annuo censui, cum facultate disponendi, & tunc censualis dicetur contractus, si vero non sit facta expressio, nisi in genere de reddendo pensionem annuã, sine expressione facultatis alienandi erunt bona allodialia, sed sine Domini consensu alienari non poterint, & dicentur emphyteotica, iuxta dec. Affl. 129. Tertio casu, si concessio non reperiatur, solum habeatur cognitio solutionis, & non tituli, tunc hæc bona, vt dixi habebunt separatam naturam reddititiciam, potius censuali contractui adhærens, quã alij, Grammat. decisio. 77. & sic vt supra nos antea diximus distinguit, & ipse.

Et consequenter eiusdem naturę so-
69 lent esse bona, seu territoria, quæ ad perpetuam coloniam traduntur, namque, & alienantur de generali consuetudine, solum possessori restat onus rei infixum de soluenda parte, & quota fructuum, iuxta solitum, vel morem Regionis; nam alij septimam partem, alij octauam fructuum, alij capacitatem se-
70 minis territorij reddunt, & an debeatur quarta de paleis, ita quod dicantur in fructu, vide Ann. sing. 192. & alleg.

94.

Digitized by Google

94.& Franch.dec.103. Regionis enim consuetudo est attendenda, & si malis moribus regatur,dicit Frecc.aucto.46. num.11.dummodo non inducat peccatum,& vulgariter, dictos redditus,terragia nominant,Paris de reintegr. tit. de verbor. signif.in verbo terragia, licet ibi dicat,quod ista territoria ad coloniam non possunt concedi in perpetuum per Regni constitutionem, tamē
71 per Vniuersitates,istæ coloniæ possunt prescribi,vt sufficiat Domino habere pensionem,Ann.rub.de vasal.decr.æt. n.65.& in reliqs sint liberæ,Vrsill.dec. 280.& dec.365.discutit quod tempus requiratur, Adde Crau.de antiq. tempor.fol.218.num.100.& Gamma dec. 297. quanto tempore præscribatur ius
72 coloniæ,Magon.dec. Floren.2. & Ludou.dec.Perus.106.num.22. Verum licet auferri non possint de iure,vel facto res datæ ad coloniam,vt dixi,ex negligentia tamen possunt amitti, veluti si possessor per triennium continuum defecerit à cultura territorij, propter quod Baro priuatur parte quæ ei debetur ob coloniam,ita est decisum in Senatu inter Vniuersitatem Biccari,& Marcellum Caracciolum,Actuario Figliola. Hæcque obseruantia in multis locis reperitur ,& orta est ex singulari textu l.8. C.de omni agro deserto lib. 12,cuius ratione respondi, iusta esse banna, quæ promulgant Barones, vt sua territoria colantur,alias liceret vni cuique vltra triennium ea occupare,& colere,Gamma dec.235.Menoch.tractat.recuperandæ remed.13.num.76. Ac iusta sunt banna,ne coloni triturent
73 frumenta sine licentia Baronis, ne fraudetur iure suo,vt benè Franch.decisio.117.Couarr.variar.resol.cap.17. lib.1.vers.8. vbi ait, quod non debent amoueri non certiorato Domino, Caball.resol.crim.casu 168.Cabed.decis. 54.Cancer.variar. resolut. cap.13.nu. 172. Verum facta denunciatione per fructuarium in tempore, vel dicendo, vt mittat hominem suum, pro exactionē ne messis, & fruges corrumpantur licebit vasallis colligere messem,& mēsurare in præsentia duorum, vt innuit etiam Franch.Et partem coloniæ anteneatur quis portare vsque ad domū,
74 vel sufficiat assignare in arca, vide Franch.dec.124.& ante eum Paridem de reinteg.quæst.34.Cœpolla tit.de messe,& vindemia,quorum non memi nit Franch.Dubium tamen est,quod in facto mihi euenit,& est vtile,& subtile, si vasallus possederit territorium solitū reddere Baroni de seminatis quotam fructuum, vt dixi, an possessor possit id
75 territorium mutare,ipsum plantando ; & an Baro possit petere quotam fructuum de plantatis,prout de seminatis percipiebat. Ad primum,videtur quod rei forma mutari nō potest,emphyteuta namque, vel feudatarius , licet habeat vtile dominium, poterint mutare formam rei,ipsis assignatam l.3.§.reficere ff de itiner. actuq; priuat.Tiraqu. de retract.conuention.§ 3. glo.1.num. 23.Cœpolla cap.9.in tract.seru.rustic. concludentes Dominū prædij seruien-
76 tis non posse pascua,syluamue mutare reducendo ad culturam,vel è contra sine consensu eius,cui seruitus debetur & si factum fuerit, poterit agi actione, vt res reducatur ad pristinum,licet fundus fuerit melioratus, satis enim dicitur effectus deterior respectu Domini,
77 cum sine consensu eius hoc sit factum ex singulari tex.l.fin.ff.de vsu, & habitat.Gayll.obserua.67. lib.2. & Valasc. cons.50. sustinet ex commutatione rei præfatos possessores posse priuari,sequitur Cœpoll.titu.de montibus num.10. distinguendo an redditus sit in pecunia,vel in fructibus. Sed dato quod tacitè Dominus consentiret,an debeatur ei quota fructuum de plantatis, prout de seminatis , quæstio videtur nouiter pertractata, & arguendo ex illa celebri glos. l.certo generi ff.de seruit.rust.prædior.verbo actum est,videtur probare quod qui debet quotam de vinea debeat etiam de omnibus arboribus ibi plantatis, quam glosam sequuntur Bart. & alij,ibi eam commendat

dat Iaſo.leg.ſi fundum §.qui fundum ff.de lega.primo; licèt que dicant multi eam gloſſam loqui in loco dato ad partem fructuum plantatorum, & differre à caſu noſtro, tamen oculatè intuendo, idem procedere, eſt dicendum, imò fortiùs, nam eſt fraus coloni & non
78 debet ſibi patrocinari l. ita domum §. ſi quis doli ſui præmium ferat ff. de arbitris, non debet defraudari enim Dominus, vnde ſatis erit colono, quod remaneat contentus, Dominum recipere quotam plantatorum, imò, & quouſque creuerint arbores poſſe petere quotam ſolitam percipi, prout quando ſeminabatur, dicit Alberic. d. l. certè, Paris quæſt. 48. de reintegr. feud. & ne deſit particularis doctrina, ſic Valaſc. poſtea viſus conſult. 58. quod dubium multotiès vidi controuerſum, & non facilè reperies, Adde Dom. Tapp. poſt hæc ſcripta editum in titu. de decim. in cap. Regni 92. num. 18. Anna conſ. 61. Barboſ. l. diuortio §. ſi vir nu. 31. ff. ſolu. matr.

Vlteriùs non te pigeat audire ad materiam, & cognitionem terminorum
79 quomodo feudalia prædicta poſſint ſubmitti annuo cenſui, canoni, vel redditui, perpetuæque colonię, cum per iura feudalia, & Regni prohibita ſit quęlibet alienatio, & locatio ad longum tempus cap. Imperialem, & conſtitutio. diuæ memoriæ, obiter tranſcurrendo, ſcias quod aut Baro vult concedere demanialia feudi, vel corpora feudalia, & nullo modo poterit dari ad cenſum, vel canonem, vel ad colendum ſine Regis aſſenſu, neque ſubinfeudare, nec ru
80 ſtica, licet de iure permittebatur D. de Curte fol. 16. Capyc. in inueſtit. fol. 150. Paris quæſt. 35. de reintegrat. niſi eſſent bona nullius fructus, quæ conceduntur in euidentiſſimam vtilitatem, ad meliorandum, ſic Paris quæſt. 7. de reintegr. feud. latè Maſtrill. deciſ. 105. Neque feuda inhabitata tractu tempo ris poſſunt concedi ad habitandum ſine aſſenſu Principis, vt in conſt. Regni
81 Caſtra, & quando impartitur aſſenſus ſit cum conditione dummodo veniant ad habitandum exteri de Regno, vel Albanenſes, in quibus Regia Curia potius augetur in functionibus fiſcalibus, quæ ratio non eſt, ſi veniant alij de vno loco ad alium, Domin. de Ponte in ſuo tract. tit. de diuerſ. prouiſ. cap. de feudis inhabitatis, feuda verò ruſtica ſolita concedi in feudum dari poſſunt ſi excadentialia ſunt, & non alias per conſt.
82 Regni, cum prohibitum ſit feuda erigi poſſe ſine aſſenſu, nam bona feudalia non poſſunt infeudari, prout de iure communi conceſſum erat, Andr. cap. 1. § ille num. 10. tit. de controu. feu. apud pares term. Anna in rubr. de vaſall. decrep. æt. n. 247. D. de Curte in ſuo diuerſ. fol. 17. 4. column. num. 18. D. de Ponte in ſuo tract. tit. de elect. offic. §. 3 & hoc non habet dubium, Frecc. tit. de differ. feudor. quatern. & de tabula, niſi eſſent ſolita à Barone concedi, vt mox dicam, & ſic, Aut tractatur de bonis ex cadentialibus feudi, & hæc poſſunt cõcedi per Barones ſub ſolito, & conſueto canone Regionis, cum d. conſtitut. in fine det licentiam concedendi excadentialia; quod de generali conſuetudine ſeruatur, vt teſtatur Clar. §. feudi quæſt. 33. Maran. conſ. 105. Frecc. auct. 19. Anna conſ. 51. latè, & nouiſſimè
83 Franch. dec. 561. imò iſta bona ſolita concedi in penſiones, vel ſeruitia, non poteſt Baro ea retinere deteriorando feudum, & communis clauſula inueſtiturarũ eſt. concedimus demania *lia in*
84 demanium, & quæ in ſeruitio, *in ſeruitium*, & hoc non ſolum ratione præiudicij feudalis, ſed ne vaſalli inermem vitam ducerent, Andr. de contentione feudi apud pares terminanda num. 10. adeò tamen quod ſi redirent ad Baronem ob conuentionem generationis finitæ, vel ratione contractus libelli ad renouandum, vt Vrſil. dec. 280. tenebitur Baro res deuolutas agnatis illius
85 concedere, & non in demanium retinere, Luc. de Penn. l. fin. C. de locatione prædior. ciuil. Bald. cap. 1. §. ſi verò qualiter olim feuda poterant alienari

ſer-

Digitized by Google

seruari enim debet natura,& solitum dandi,alias iniuria fieret l.1.§.permittatur ff.de aqua quotidi. sic latè D.de Ponte postea in suo tract. titu.de elect. offic.cap.3.vbi cætera:hæc autem procedunt, & seruari debent,licèt feudum
86 sit ex pacto,& prouidentia,successores tamen dictas concessiones infirmare non p terunt Paris quæst. 20. Affl. & Ilern.constitu.Regni mulier,vbi mulier non potest reuocare similes concessiones factas à marito, Adde, quod non solum solita de iure concedi sunt danda,sed etiam quæ de iure concedi non poterant, si tamen solita sint ab anti-
87 quo concedi vasallis, dari debent, & possunt sine alia assensus Regij sollemnitate,Maran.cons.105.Gamma decis. 342. & sic antiqua fuit controuersia an feuda plana,& rustica possint à principio dari sine assensu,Anna in constit. diuæ memoriæ nu.196.limitando constit.dicit quod non procedat ea constit. in istis feudis, sed postea se declarat, dummodo sint excadentia parui fructus,sed si sint membra feudi non possunt sine assensu Regio subinfeudari, vel quoquo modo concedi, Postea ve-
88 rò quod prima vice fuerint concessa mediante assensu Regio posse Barones iterum quando reuertuntur ad eos cõcedere sine alio assensu, dixerunt sic Affl.d.constit.num.62.notab.22. vel si res esset solita concedi per duas vices, nam accedente cursu triginta annorum,sine alio assensu feudum illud pla-
89 num,reconcedi posset.vt ibi Afflict & antea Andreas cap.1.de his qui feuda dare possunt. Immò quod vnica concessio cum cursu 30. annorum sufficeret,notat D. de Ponte in suo tract. de potest.Proreg.tit.de assens.§.2.num.2. Addent ad Affl.dec.282.

Difficultas magna est si à principio
90 assensus Regius interuenerit,an assensus Regius quaternet feudum planum, ita quod semper requiratur vti necessarius, Reg. de Ponte ibi latè hoc tractat,sed latius Dom.Rouit. postea titu. de feudis in rubr. ex num.49.cum seq. qui ad partes hoc excutiunt, vndè vanum esset vltra in hoc me extendere, videre poteris,in occurrenti eorum distinctiones,& dissentiones,si semper sit necessarius assensus vtriusque, & an dato assensu Regio,dicatur esse de qua ternionibus concessio,si vero non constaret de assensu, dato solito concedẽdi,datio valeret si concurrat cum istis cursus longus.Et solitum dicitur ex bi-
91 na concessione retrofacta, Gabr. Rom. 1.concluf.tit.de locato, Capy.in inuestitur.latè fol.140.cum seq.

Nisi constaret primam concessionẽ fuisse nullam, nam tunc sequentes es-
92 sent etiam infectæ, cum ex primitiua deuenitur ad deriuatiuam, si vero essemus in antiquis, esset legitima præsumptio de sollemnibus,Bald.Aluar.c. 1.de his qui feud.dar.poss.num.8.Canon.cap.1.tit.de feud. & benè Molfes. super consuet.Neap.par.1.cap.5.num. 23.cum sequ.sed difficultas erit,quanta debeat esse ista temporis antiquitas, & variæ fuerunt sententiæ,alij centenariam,quæ facit omnia præsumi,vt dixi-
93 mus pragmat.prima. Alij quadraginta annorum, vt Andr.d.cap.1. & hanc opinionem sequuntur Canon.vt assensus Pontificis tanto tempore præsumatur,Stefan.Quaran:verb.alienatio.Rota decisi.379.par.2. Doctores iuilistæ dicunt sufficere spatium annorum 30. & vnicum actum sufficere, ad talem consuetudinem inducendam, & præscribendam postea dicto tempore,Affl. dec.305. Sed D.de Curte in suo diuer. fol.13.num.36.cum sequ.considerauit istud solitum, intuendo tempus actus, consensum,& consuetudinem,& disputat primo, si principium constat fuisse nullum sine sollemnitate,tunc longissima requireretur præscriptio,aut non constat,& procedunt modo dicta,quod vnica concessio cum spatio 30. annorum sufficiat. Verum si illa res esset feudalis,& reuersa ad Baronem,& effecta de mensa ob lineam finitam vasalli,vel culpam,& sic esset incorporata, & iterum facta de demanio,non posset sine

sol-

Digitized by Google

94 ſollemnitatibus concedi,& effectam eſſe de menſa dicunt, ſi Baro per annum ea bona retinuerit pro tali deſtinatione,vt Capyc.loco præcit. D.de Curte in ſuo tract.fol.25. vbi cætera multa ad hanc materiam inuenies,Verumtamen debent aduertere Barones, concedere talia territoria potiùs ad quantitatem redditus fructuum,quam ad pecuniam, cum fructus poſſint augeri meliorato fundo, vel ex tempore
95 non tamen pecunia, Frecc.auctor.19. niſi eſſent omnino ſterilia, quæ ſolent concedi ad ædificia conſtruenda, tunc ſatis ſufficiet cēſus in pecunia,vt Frecia ibi,& Paris d quæſt.21.Franch.deciſio.561. an Barones poſſunt concedere terras ad cenſum pecuniarum,vel ad quotam fructuum.& vide Ann.conſil.51.quod poſſit,ſi eſt in vtilitatem feudi,ſiue ſint excadentialia, ſiue alia, vt ibi,& iſti redditus licet ſint burgenſatici,& minimi,aduerte tamen,& no-
96 ta,quod faciunt feudum perfectum, vnde vnum granum,vel redditus vnius gallinæ,ceræ,fabarum,& ſimilium non poterit Baro remittere ſine aſſenſu Regio Frecc. auct.5. cum ex pluribus, & ſingulis fiat feudum perfectum.

Hæcque ſufficiant ad ſciendum,quo modo dicta bona Baro concedere poterit; Notes tamen vnum, quod ſi induſtria coloni, & eius maximis expen-
97 ſis,territorium ſit expurgatum, & melioratum, quod nullo modo poterit ab eo auferri,vt notat Vrſill.deciſio.129. Anna ſingul.461.Gamma deciſione 297.tex.ſing.leg. fin.C.de aſſu. & palu.

Et ex his omnibus habes cognitionem terminorum,qui paſſim in Regionibus ignorantur,circa bona, quæ habent Vniuerſitates,& priuati, & quod ius in eis habeant Barones, & quæ ſit natura talium bonorum. Reſtat videndum è contra, vt præmiſi, quæ bona habere dicatur Baro in feudo,& quod ius in eis habeant Vniuerſitates,& ſinguli ciues, Baro habet bona in feudo,
98 quorum alia dicuntur demanialia curiæ, & ſunt introitus deſtinati pro victu ipſius,& baiulationes,actuariæ,ſtaſiæ, & alia tenta,& ſolita teneri in demanium pro demanio feudi, hæc præcipuè ſunt ipſius,& vaſalli in eis non habent aliquam ſeruitutem, vel ius aliquod, & iſta propriè dicuntur de demanio,quaſi de vero dominio, vel dependentia a manibus,licet non conuertatur hæc deſignatio, quod quicquid ſit in dominio,ſit de demanio, ſed attenditur natura,& ſolitum, in quam ſpeciem teneantur,Iſern. cap.Imperialem §.nec Dominus de prohibit.feudi alienat.Affl.conſt.dignum, ſuntque, & bona demanialia feudi, vt nemora, montes, paſcua, & alia,quæ inhærent territorio feudi, quæ bona cognoſcuntur ſecundum conſuetudinem loci, & Regionis,vt Andr.ibi num.48. & indubio præſumuntur demanialia Curiç, & non feudi Lucas l. quicunque C. de fundis limitroph.lib.10.& differunt iſta
99 bona ſicut patrimonialia à fiſcalibus, vt Lucas ibi, & Paris quæſt.6. & 229. habent etiam prout,& Vniuerſitates, vt dixi defenſas, quæ nullam ſeruitutē debent vaſallis, quilibet enim poteſt ſua territoria claudere cum temperamento,vt ſupra dixi,ac illa defendere, ſi non debeant ſeruitutem l. per prouincias C.de ædifi.priu.Solum poſſunt petere prælationem Barones fidandi,ſi Vniuerſitas ipſas velit locare alijs, Paris quæſt.227.Anna ſing.80. & è con-
100 tra,in demanialibus Curiæ nullum ius habent, In demanialibus verò feudi,habent vſum tantum vaſalli pro eorum commoditatibus,& animalibus,ne inermen vitam ducant homines locorum, cum ſi plenum dominium haberent Barones,vix poſſent viuere vaſalli.Frecc.auctor.46.Reg.de Ponte conſil.97.Anna alleg.46.2.par.ſic poſſunt facere depaſci eorum animalia in montibus,& nemoribus ſpicari, lignari, aquari, non tamen vltra vſum, ne fraudetur hoc colore Baro,nam vltra vſum ciuium ipſe poterit exteros fidare,benè Lucas l.vſum aquæ C. de aquæductu

du Frecc.ibi, Capyc.dec.188.solum possent petere prælationem subditi hoc casu Dec cons.283. & Anna sing.81. Dom.Rouit.tit. de pascu.num 4.& iste
101 vsus insitus dicitur naturaliter feudo,etiam si concessio esset facta liberissima ab omni onere, & seruitute; nam non intelligitur de isto vsu ciuibus debito, cum sine ipso vasalli inermem vitam agerent,Anna allegat.48. Rouit.pragm.tit de salario, & exindè debitæ commoditates debentur à baronibus subditis, inde vsus iste nō strictè pro seruitute,sed pro commoditate ponitur,& propterea dicebam in facto Baronem quemdam non potuisse reducere ad culturam loca destinata pro vsu aquandi, pascendi, & iacendi animalia,quæ vulgo dicuntur *li iazzi*,Frāch.dec.301. Heronym.in tract finium regund fol.6.nouissimè Reg. de Ponte in suo tract fol 97. nu. . Verum si aliquod ex istis corporibus feudi, vix sufficeret vsui ipsius Baronis, non tenetur præstare seruitutem subditis, Vrsill. dec.290.Sed procedunt supradicta vl-
102 tra vsum Baronis, & tunc ciues non possunt animalia ad socidam capere; nam tunc excederetur vsus.& consului non sunt multi dies quendam ciuem esse obligatum ad fidam,& diffidam, qui acceperat certa animalia à quodā extero *alla gabella*, nam tunc quia vltra vsum;tum etiam quia animalia nō erant ipsius,cum ex eo contractu non
103 transferatur dominium, vt excutit Viuius nouissimè decis. 142. Doctores l.si pascendi C.de pactis,& proindè nō habebat vsum vti ciuis in demanialibus feudi illius Baronis dixi, & sic firmauit Reg. de Ponte posthæc tract. de potest.Proreg tit.de elect. offic.§.2.

Sed considerandū est,an hæc propositio sit intelligenda, vt pro parte quæ ad exterum deberetur ex inita societate,quod fidam habere debeat Baro pro illa rata, sed pro portione tangente ad vasallum. credo vsum sibi deberi; vsus
104 enim iste non est sic strictè intelligēdus,vt tanta animalia habeat,vt vsum domus ex illis habeat,sed quod ex illis possit viuere,mercari,& industriari, vt Franch.dec.489. nón tamen in excessu,& sic si vasallus capiet animalia,aut in eum transit dominium, & ea erunt sua & vsus ibi debetur, aut non trāsit dominium,sed dantur animalia ad locationem,vel societatem, & tunc portio ciuis esset deducenda francha pro suo vsu,cum liceat mercari,& industriari vasallis pro quærendo suo vsu.Quando vero ex cōtractibus istorum animalium,quæ solent dari ad soccidam, vel gabellam; vel collaticum transeat dominium,longa est discussio,videas pro explicatione istius articuli,Carrot.tractat.locati tit.de collaticis,Crau.cons. 145.Molin. de contract.disp.420. Borgni dec.44 benè,& dec.49.par.2. qui plures casus distinguūt,super ijs cōtractibus,quod procedit,& in lignis cædēdis,& extrahendis, nā vltra vsum hæc
105 non possunt facere ciues,nam vsus est seruitus indiuisibilis, & debetur à re personæ,nec cedi potest, Aretin.§.1.de vsu, & dato vsu lignandi non possent arbores fructiferas cædere,D.de Ponti
106 cons.97.in fine,exemplo fructuarij l. diuortio §.si fundum ff sol. matrimon. Franc.Marc.dec. Delphin.552. par.2. Clar.§.feudum quæst.47.& 56. Debetur prædictæ seruitutis vsus vasalis,& non exteris, sed dubium est, si venerit quis ad habitandum in terra Baronis,
107 an gaudeat istis priuilegijs? videtur quod donec domicilium non constituerit per decennium cum familia, iuxta l.ciues C.de incolis quod non dicetur ciuis,& sic tenetur ad fidam,& diffidā si sine licentia pascua sumpserit, hæc enim seruitus debetur vasallis,à quibus multas alias commoditates recipit Baro cap.1. in fine de forma fidelitat. secus ab extero,qui ad libitum potest recedere,& si deliquerit Baro non poterit prætendere fundatū ius iurisdictio-
108 nis,alij dicunt quod domicilium animi destinatione expressa constituitur; etiam si decennio quis non habitauerit,Gramm.cons.23. benè Carau. ritu

Digitized by Google

301. Vrsill. dec. 384. dicit, quod anceps est punctus, tu vide Gayll. obserua. 25. lib. 2. vbi distinguitur hæc materia, Marantam cons. 103. Rouit. tit de immun. Neap. prag. 1. & in terminis q incolæ si constituerunt domicilium destinatione, iuxta ea quæ late dixi in parte 2. octauæ pragmaticæ in fine, quod gaudeãt commoditate pascendi, lignandi, & cæterum vti ciues, in indiuiduo Sur. cons. 59. volum. 1. Sicque, & ciues recepti, de quibus etiam dixi d. pragm. 8.
109 nam gaudent vti ciues naturales, Baldus cons. 409. volum. 5. & Surd. consil. 437. volum. 3 & Molfes. super consuet. Neap. tomo 2. tit. de personis q. 1. p. 2. num. 4.

Sed tam pro subditis, quam alijs ex
110 teris, qui extra deuetum in demanialibus Curiæ, vel defensis introierint, erit pœna fidæ, & diffidæ, quæ propriè est Baronum, & tam hyemalis quam æstiua fida, & pro auctoritate Baronali notauit Frecc. auctor. 46. de subfeu. licet diuersimodè exigatur, nam in demanialibus solent Baiuli pœnam damni exigere pro qualibet vice carolenorum quindecim, Gramm. dec. 67. nu. 3. In defensis solitis fi lari, solet exigi diffida solita, & an possit alterari, vide Burs. cons 330 Franch. dec. 301. Et in hoc versari debet arbitrium Iudicis de damno dato, & si ille remaneat ibi, postea pro fidato, nam in diffida est habenda consideratio fidæ, quæ remanet pro exigenda totali pœna, nam licet Baro possit statuere sub pœna, & bannire suum territorium nam ideo iurisdictio datur ad territorium, ad terrendum l. pupillus §. territorij ff de verbo. signif. tamen arbitrio boni Iudicis est exigenda l eos C. de modo mulctarum Capyc. vers. fidis in inuestit. scias quod ista pœna ortum habuit à bannis Magnæ Curiæ & aliarum emanatis, vt nemo pascua sumat in talibus territoris, vt Vrsill. dec. 290. & ratione contrauentionis, & contemptus pœna indicta exigebatur, etiam si non concurrebat tantum interesse passum, vt dicit Gramm. dec. 63. num. 30. hodie tamen attenditur solita pœna, quæ exigi solet in Regione, Marant. disputa. 3. in fine, & non pœna banni, quæ poterat alterari ad libitum Baronis, vt dicit Lucas l. insignis C. de pascuis publicis lib. 10. attendi enim debet solitum, Antibola de muneribus vltim. articu. num. 196. Gramm. decisio. 50. num. 3. & seruatur in multis locis, quod pœna diffidæ, quę exigitur nõ est aliud nisi duplum, idest fida, & aliud simplum pro pœna, vt meminit etiam Frecc. auctor. 46. num. 3. nec allegatio ignorantię excusat exteros, Vrsill. dec. 290 num. 5, sufficit eis scire esse prohibitum depasci aliena, sed vbi non est solitum fidari, quia forsan sunt foresta tentæ pro vsu proprio tunc posset exigi pœna iuxta solitum, vel moderatè iuxta bannum; Verumtamem aduerte ad constitutionem Regni cum per partes Apuleæ, quæ seruanda est in toto Regno, nec est localis in Apulia, vt multi dixerunt, quod
111 est falsum, Affl. dict. constit. & Vrsill. d. dec. 290. Dico, quod si animalia trãseant per loca prohibita, si erunt intercepta pro diffidatis non iure hoc fieret; nam si venerint de longa contrata per vnum diem, & noctem poterint stare in territorio cuiusuis Baronis soluendo ratam fidæ per vnum diem, & noctem, secus si erunt de contrata vicina, tunc posset præsumi dolus, Affl. d. const. Dom. Rouit. titul. de officio baiuli num. 3. & tunc existente controuersia inter Baronem, & diffidatos an animalia possint retineri, donec non sit soluta diffida, quæ est liquida, & certa,
112 vel an habeat locum cautio de soluendo quicquid fuerit iudicatum, & animalia debeant relaxari, vide Capyc. in decisio. 45. qui reliquit decisum, quod existente controuersia præstita cautione debeant relaxari; sed aduerte, quia eo casu interceptio non erat facta in locis demanialibus Baronum, sed in fundis appatronatis priuatorum, in quibus Baro non habet fidam, vt dixi supra cum Frecc. auct. 46.

So-

Digitized by Google

Solum enim Domino fundi ad damnū tenentur,& proinde fuit deciſum ſufficere cautionem, ſed exiſtente fida, & diffida certa, credo animalia poſſe retineri,donec non fiat reale depoſitum;
113 priuati verò non habent ius exigēdi fidā in ſuis fūdis,niſi pęna per bāna,& edicta,ſtatuta, & tunc pœna non ſolet tota ſibi applicari,Viu.deciſio.59 Sed pars ſibi,& pars Curiæ,vt notant DD. l.agraria ff.de termino moto, Adde quod Vniuerſitates, & priuati regulariter non habent ius exigendi fidam,& diffidā,ſed agere debēt ad pęnā banni pro damno dato, & paſcuis ſumptis in eorum locis clauſis, vel reſeruatis, niſi eſſent defenſæ,vel loca conceſſa cum tali priuilegio,vel eſſet conſuetum,tūc de ea non debetur pars pœnæ Baroni loci, & pœna poterit tota applicari parti,vt dixi, alias potius ad pœnam banni, quam ad diffidam agi poſſe mihi ſuadeo,Frecc. auctorit.46. num.11. Capycius in inueſt. verſ.cum fidis propè finem Doctor. cap. Regni Magiſtri foreſtarum, vide nouiſſimè Ioſeph Seſe dec. 75.

Et poſtremò his ſic cognitis regre-
114 diendo ad textum Pragmaticæ, iam notauimus verba ipſius Pragmaticæ, quæ ſint bona Vniuerſitatis, & priuatorum, & quod ius habeat alter in alterius dominio, & quod defenſæ fieri non poſſint in pręiudicium vaſallorum. Amplio quod nec deſtinata ad vnum vſum, Baro poterit conuertere in aliū; vnde paſcua ſolita non poſſunt concēdi ad culturam in præiudicium aliorū, Hieronym. de Monte in tract. finium regundor. fol.6.num.14. & latiùs Couarr practic. quæſtion cap.37. num.6. vbi multa,Auendan.de exequen.manda.Reg.Hiſp.lib.1.cap.4 num.25.Amplia etiam, quod non ſolum non poteſt Baro facere defenſas pro animalibus, & defenſis ſuis, paſcuis, & ſpicis, nec etiam foreſtas venationū; foreſta enim
115 propriè dicitur locus reſeruatus pro animalibus ſylueſtribus, Capyc. in inueſt.verbo foreſta,nam in præiudicium ſubditorum venatio prohiberi non poteſt,cum ea ſit de iure gentium; ita quod nec Princeps hoc poterit; nec generaliter,nec particulariter,Doctor. l.vnic.C.de venatione ferarum lib.12. Boſſ. tit. de regal. ſolum enim fieri poterunt accedente conſenſu Ciuium, & aſſenſu Regio, vt dictat noſtra Pragm. & alia ſita in tit.de ſala. §. & cum infra.

Et ſi erit conceſſus locus pro vena-
116 tione Baroni,an etiam fructus ipſius loci videantur concēſſi, ſi tractu temporis ille locus ſit factus fructuoſior propter cuſtodiam venationis, vide Gayll.obſeru 68.lib.2.& obſeruat.66. nam eſt pulchra quæſtio, & non ſunt multi dies quod in facto euenit. Nec etiam defenſas piſcationum facere poterint Barones; Boſſ in tit.de aquis,per ſupradictas rationes in materia venationis, ſolum in proprijs defenſis hoc facere poterint,Nig.in cap.Regni Magiſtri foreſtarum n. 16. vt dicemus infra prag. 14.

Amplia etiam ſecundum Pragmaticam noſtram,quod in concedendo ali-
117 quo loco pro defenſa Baroni, non ſolum conſenſus vaſallorum, & aſſenſus Regius requiritur,ſed exterorum communionem habentium in ipſo territorio,Ioſeph Seſe dec.74 Scias quod Vniuerſitates conuicinæ ſolent communicare eorum territoria viciſſim pro paſcendis animalibus ad vberiorē commoditatem ambarum partium,vnde audiendi ſunt illi,qui territorij communionem paſcendi, ſpicandi, lignandi,& ſimilium habent,dummodo communio ſit legitimè facta, nam in feudi præiudicium Vniuerſitates nō poſſunt communionem facere, ſine Baronis, & Regis aſſenſu,Affl dec. 254. ita quod
118 non ſufficiat poſſeſſio longa, niſi centenaria; quo caſu ſi Baro non conſenſerit communioni, non requireretur conſenſus prædictorum. Dico ad obtinendum in petitorio; nam circa poſſeſſorium longa poſſeſſio iuuat ad manutenendum,iuxta notata per Capyc.

Digitized by Google

in terminis decisio. 189. & de materia Communitatis vide Campa. in cap. Regni pondus æquùm, & cõmunio quan-
119 do dissolui possit, si Vniuersitas sit aucta, quod pascua vix sibi suppetant, vide Franch. decis. 301. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 17 Surd. decis. 290. Thess. dec. 72. Boss. tit. de pascuis, ac nota terminos, quod aliud est habere commnionem in Terra conuicina, aliud
120 habere seruitutem lignandi, pascendi, & similium, nam diuersimodè inducuntur, & præscribuntur, Surd d. decis. 236. Couarr pract. quæst. cap. 37. num. 6. Cœpoll. tit. de iure pascendi, & aduerte antequam istum punctum absoluam, quod communio dicitur, quando vtraque Vniuersitas conferunt ad inuicem alter alteri commoditatem, vicissim aquandi, pascendi, lignandi, & similium, alias si vna tantum pateretur ius pascendi, lignandi, non communio, sed seruitus poterit dici inducta, & non constito de titulo seruitutẽ oportet dici impositam, Cœpoll. tract. de seruit. tit. de pariete num. 17. & notanda est hæc terminorum differentia, quia aliud est habere communionem in Terra conuicina, aliud seruitutem, sic Vrsill. dec. 290. nu. 8. nam vno modo præscribitur ius seruitutis, alio tempore ius communitatis, vt Surd. decis. 236. Couarr. practic. quæstion. cap. 37. num. 6. Cœpoll. tit. de iure pascendi, & in materia seruitutis, strictiùs proceditur; inde fuit in facto dubitatum, si prę scripto iure pascendi in conuicinio, sit
121 etiam præscriptum ius, ne Vniuersitas illa pascua posset reducere ad culturam non solitam, & fuit dictum quod non, quia ius seruitutis est strictum, & sic etiam, & præscriptio, & negatiuè non extenditur, Crauett. cons. 292. & præscriptio non extenditur de casu ad casum, Gabr. concluf. 2. tit. de præscr. quod procedit tam in præscriptione quam in consuetudine, nam stricto iure interpretatio fit, Molfes. par. 1. cap. 5. multa notat, & Dom. Reuit. titu. de pascuis ponit, quod data concessione, vel communione, seu seruitute pascendi, obtinuit non veniss ius aquandi, cum alia sit de iure seruitus pascendi, alia aquandi, & sic vna præscripta non includitur alia, nec dato iure pascendi, istud ius extenditur ad pascendas glã-
122 des, quæ sunt in fructu ciuium, vel pascendi prata particularium, vt ibi, quia præscriptio non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam Crau. cons. 292. Sed hæc conclusio patitur aliquas notabiles limitationes, & declarationes magni momenti, de quibus DD. perfuntoriè loquuntur, & ideo extenditur ad casus, & personas contentas in eadem specie, si enim quis vsus fuerit iurisdictione ciuili, vel criminali contra vasallos in aliquibus casibus longissimo tempore, licet vsus fuerit contra aliquos, non tamen non extendetur præscriptio contra alios, & in
123 alijs causis similibus, nam dum vsus fuerit in eos tanquam in corpus mysticum publicè, extenditur præscriptio de casu ad casum similem, & de personis cum quibus vsus fuit contra alias, Couar. pract. qq. cap. 37. Capy. dec. 152. Ripa resp. 22. Ozasch. decis. 17. & dantur ex hoc remedia possessoria contra eos, cum quibus nõ fuit actum aliquod
124 ius possessorium, vt ibi Doct. & Auẽdan. de exequend. mand. Reg. Hispan. lib. 1. cap. 12. Vnde si Baro sit solitus indicere seruitia modo vni, modo alteri tempore debito præscripto, non poterit tueri aliæ personæ, & familiæ, qđ nunquam illi præstarunt, nisi fuissent iniuncta talia seruitia semper personis aliquibus designatis ex illis, non posset fieri transitus ad alios, & ad publicum, secus si indeterminatè, benè Garsia tract. expens. cap. 9. num. 41. Boer. dec. 271. Crau. cons 55. quod procedit in omnibus casibus vbi præscribitur quid in genere, vt prædicti dicunt, dummodo actus fiant iure suo, vt dixi 1. prag. & ibi quot actus requirantur ad hoc demonstrandum, Garsia d. cap. 9. ex num. 47. cum sequ. Molina de primog. lib. 2. cap. 6. ex nu. 25. & sic solitus indicere collectam pro vna causa, poterit ex alijs etiam imponere, nam sufficit

Digitized by Google

cit quod quæsierit in publico ius collectandi vniuersali, vt vti possit postea suis speciebus, nam dicetur potius cõprehensio, & non extensio Oldr. cons. 267. limitatur in concessionibus Principis, nam cum eius priuilegia latissimam habeant interpretationem l. fin. ff. de const. Principum, vt nouissimè Ioseph Sese tracta. de inhibit. cap. 6. §. 2. num. 57. qui benè de his articulis loquitur. In omnem verò casum, siue iure seruitutis, siue communionis ex causa mutationis Status, Vniuersitas, quæ substinet, potest discedere, Vrsill. & cæteri loco supra citato. Limita positam conclusionem, quod defensæ non poterunt fieri sine assensu, secus si Vniuersitas vnita concluderet, vt fieret aliqua
125 defensa, dando eorum territoria pro maiori commoditate eorum, nam hic posse adducit D. Rou. tit. de salario nume. 29.

Vltimò restat notandum, ad id quod dicit nostra Pragmatica, quod requiratur consensus vasallorum si volunt Barones facere defensas, quid si subditi consentiunt, clerici tamen, & alij Religiosi dissentiant in parlamento, an obstet?
126 dic quod licet clerici non habeant vocem in concilijs, cum secularibus negotijs non debeant immiscери. toto tit. Ne clerici, vel Monaci, tamen in prejudicium eorum commoditatum possunt contradicere, ipsi enim separati sunt à foro laicali, quoad iurisdictionem, tamen ciues sunt, & vti tales gaudent omnibus prærogatiuis, & commoditatibus ciuium, Bertran. cons. 92. volum. 3. Frecc. auctor. 46. in fi. latius Valasch. consult. 100. Adde Annam sing. 136. Surd. dec. 129. ita quod veniunt appellatione ciuium, Surd. dec. 139. & ex inde solent Ciues laici curare, quod compareant clerici, vt se opponant istis Concilijs, ne ipsi inimicentur cum Dominis, vt vidi in facto, sic Petra ad dec. Gramm. 100. An verò consensus Ciuium præiudicet successoribus, vide
127 Affl. in const. auctoritatum, Adde Pinell. de bonis mater. l. 1. par. 3. n. 49. quod actus voluntarij non nocent, secus necessarij, vt iudiciales, Peregr. de fideicomm. fol. 527. num. 60. regula enim est, quod mutatis partibus, ma-
128 nente eadem forma, res dicatur semper eadem, & non diuersa, & ideo mutatis, vel mortuis omnibus ciuibus Vniuersitas est semper eadem Milan. dec. 2. num 27. tex. est l. si prætor §. marcellus ff. de iudi. vnde idem dicitur populus hinc ad centum annos licet nullus superstit, & priuilegia durant in eorum beneficium, sic videtur, & obligationes contra eam, Azeue. l. 5. tit. 15. in 2. verbo sin viuos, nam sunt corpora ficta, quæ comprehendunt subiecta l. mortuo ff. de fideiuss. Roman. cons. 436. nu. 8. Guid. Pap. dec. 279. quod sententia contra ciues ligat alios etiam cum hæredes; latè Cæuall. commun. opin. 657 licet vt dixi supra in princip. concessio si respiceret omnes in perpetuum, tunc prædecessores non posse præiudicare successoribus comprobauimus, nisi obligatio fieret ex necessitate, nam obligati semper erunt successores, vt firmauimus supra pragm. 10. An absentes re-
129 uersi possint contradicere, vel an hi qui non interuenerunt propter negligentiam in parlamentis, possint petere audiri, & dissentire, vide pulchrè per Capyc. dec. 152. Franch. dec. 2. Montan. super 1. pragm. num. 290. & pragmat. 2. num. 290. regula enim est sufficere omnes esse vocatos ad parlamenta, nam licet non veniant omnes, non per hoc desinit esse parlamentum, Deci. cons. 151. Ripa cap. 1. de iudic. nam
130 minor pars sufficit data contumacia, & negligentia vocatorum, Bellug. rub. 45. dummodo interueniat maior pars præsentium, Mastrill. de magistr. lib. 5. cap. 15. num. 40. & latius Franc. Marc. dec. 1336. cum sequ. & 1341. & Neapodan. in prohæm. num. 14. Qualiter vero Concilium debeat conuocari in similibus actibus præiudicialibus, vide
131 tex. l. nominatorum C. de decur. Capy. dec. 4. num. 5. & Montan. loco præcitato num. 359. nam modica sollem-

Digitized by Google

nitas in præiudicialibus est momenti ad irritandum actum, Bart. l. nulli ff. qd cuiusq; vniuersitatis.

An verò Ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ possint in præiudicium Baro-
132 nis, vel ciuium facere defensas in suis Terris, & nemoribus, in quibus habe bant vsum, vide ad hanc quæstionem Scipio. Rou. post hæc scripta visum in pragmatica de salario eorum, qui mittuntur, & cap. Regni 99. & Thesl. decis. 234. quid si ciues habent vsum in dictis territorijs, vide Petr. ad dec. Gram. 100. num. 13.

Cumque ad hanc Pragmaticam pertineant sequētes allegationes quas mihi in causa graui occurrerunt, volui sic eas inserere, cum non sint spernendæ, vti vtiles, & illustratæ multis subtilibus considerationibus, quæ totum tractatum, non solum hanc Pragmaticam respiciunt.

Diuini Numinis adiutorio implorato.

Quædam Vniuersitas, cuius nomen ex legitima causa prætermitto, possedit sine onere, vel aliquo redditu, pacificè, & quietè, quandam defensam, in ea, crues lignando, pascendo, fructusque ad libitum vendendo, vltrà centum viginti annos, Ad præsens Baro illius terræ, prætendit quod dicta defensa nulliter, & iniustè detineatur, & feudo debeat reintegrari, ex infrascriptis causis.

Dicit enim, constare, illam fuisse à principio concessam ab vtili Domino Prædecessore, qui tam de iure feudorum, quam Regni, non poterat alienare, & diminuere feudalia, sine Regio assensu Immò data est facultas reuocādi alienata tam ipsi, quam successoribus, vulgata const. Regni, diuæ memoriæ, Cumq; in ea concessione, non appareat de legitimo assensu, ergo reipsa titulus est nullus.

Et si Vniuersitas prædicta vellet se fundare in certo assensu, quem conseruat in suo Archiuio, concesso per Regem Carolum in anno 1495. Is similiter est nullius momenti, & probationis,
133 tum quia non habet Regis subscriptionem, nec sigillum, quæ sunt de substantia priuilegij assensus, vnde nihil, & nullum æquiparantur l. non putauit §.
134 non quæuis ff. de bonor. possess. contra tab. Tiraquell. de retract. §. 1. glo. 2. Tum quia dominium illius Regis fuit momentaneum, per annum in circa, &
135 postea fuit expulsus, secundum Historias, vnde videtur tyrannicè possedisse, & exindè acta tempore suo, fuisse nulla l decernimus C. de sacros. eccles. cum alijs similibus iuribus.

Neque ei obstare prætendit, lapsum immemorabilis temporis, ex quo de iure posset allegari assensus Regius
136 præsumptus, nam talis regula posset habere locum, quando non constat de titulo, sed quando titulus extat, sed nō sollemnis, tunc præsumptio cedit veritati, Ozasch. dec. 102. num. 27. quare monendi sunt Aduocati, vt non ostendant titulum quando habent intentionem fundatam ex immemorabili, quia titulus vitiosus destrueret legitimam præsumptionem, quæ de iure oritur ex tanto tempore.

Et tanto fortiùs, dico prædicta procedere, quod in Regno assensus præsumptus non sufficit, cum constit. Regni
137 supracitata requirat illum expressū, vt aduertit Frecc. de subfeud. quæstio. 28. Item, talis præscriptio immemorabilis, neque allegari potest, quia dum Vniuersitas à sequentibus successoribus Baronibus petierit confirmationē
138 dictæ concessionis, videtur recedere à prima, & interrumpisse suam possessionem ceptam, vt videtur innuere, Anna sing. 586.

Insuper prætendit, competere sibi ius reuocandi, etiam, quia Vniuersitas
139 excessit fines concessionis, nam ea defensa fuit data pro vsu bouum, ciuiū, & ipsa abusa fuit gratia, destinando postea eam, ad vsum omnium animalium, fructusque illius vendendo, cumque li-

Digitized by Google

limitatum priuilegium, limitatè obſeruari debeat l. in agris ff. de acquir. rer.
140 dom. & excedens poteſt priuari, cap. vt priuilegia de priuilegijs. Ergo ex prædictis omnibus, Baro ſupponit reuocationem ſibi competere, & nullam eſſe prædictam conceſſionem.

At, cum præfata Vniuerſitas, inſtantiſſimè rogaſſet me, vt ſuam iuſtitiam defenderem, & in iure allegarem, cum eius Illuſtriſſimus Dominus, exhibendo ſe, vti humaniſſimum Principem, (& non vt tyrannum, qui is dicitur, qui non permittit publicum cum libertate
141 defendi, vt ait Dom. de Ponte in ſuo tract. tit. de abundan. §. 7. num. 17.) Sit contentus, vt ſine ſtrepitu iudicijs, veritas huius controuerſiæ cognoſcatur.

Et facta matura conſideratione eorum quæ proponuntur, (vt videbitur) Iuſtitiã vndique conſpici pro Vniuerſitate, dico; Vt ea, legitimo iure manuteneri debeat in poſſeſſione, & dominio defenſæ, oppoſitionibus ſupra allegatis non obſtantibus, quas primo loco reſoluemus, deindè alias conſiderationes ſupponemus, pro fundamentis iurium ipſius Vniuerſitatis: Quæ omnia,
142 cum ſint grauis ponderis, altius duxi explicanda, vt Iuriſconſ. docet l. legaui ff. de liberat. legata.

Primò, pro ſolutione dictarum obiectionum, ſuppono concluſionem, de iure receptiſſimam præſcriptionem immemorabilem, ſeu centenariam, (vt Docto. confundunt) haberi loco tituli
143 munitiſſimi, ex qua præſumitur aſſenſus Regius, vt Affl. dec. 254. ac cæteræ ſollemnitates, Doct. cap. 1. de præſcrip. in ſexto; Et ſtat præſumptio iuris & de iure ſuper præſumptis, ea ergo ſupponit bonam fidem, priuilegium, ſcientiam ſuperiorum, & innumeros producit effectus, vt Gabr. concluſ. 1.
144 tit. de præſcri. Balb. tract. de præſcri. 2. par. 3. partis, Crau. de antiqui. temp. part. 2. fol. 213. Auend. benè cap. 1. ex num. 19. par. 1. de exequen. mand. Regum, nam non eſt hęc, impium refugiũ vti aliæ, nec odioſa, vt Vrſill. dec. 329.
145 Reg. de Ponte conſ. 48. ſed fauorabilis, quia non ſunt mutanda ea, quę tandiù, ſic permanſerunt in pace, Gutt. lib. 3. q. 14.

Non obſtat modò limitatio ex aduerſo oppoſita, aduerſus dictam conclu
146 ſionem, vt non procedat ſi conſtaret de nullitate tituli; nam vltrà quod hæc opinio communiter impugnatur, vt etiam ſi titulus ſit nullus, vitioſus, erroneus, hæc non aduerſentur; data immemorabili; quia ex ea datur nouus titulus, transfertur dominium; & cętera oĩa inutilia excludũtur, & purgantur; Balb. l. celſus notab. 2. & 4. ff. de vſucapion. Ideo non obſtat nullitas quæuis opponenda, latè Vaſq. controu. illuſtr. cap. 81. qui cœteros Doctores coaceruat; nam cuius ſollemnitas non deſideratur, eius inutilis interuentus non nocet.

Secundo diſtinguo, qua diſtinctione poſita omnes Doct. conciliantur, quod aut titulus deficit reſpectu ſollemnitatis non exiſtentis, & tunc data immemorabili ius ſtatuit, vt omnia debeant præſumi conceſſa, & obtenta, quæ erãt neceſſaria, & ideo Auenda. cap. 1. de exequend. mandat. Reg. Hiſp. num. 11.
147 verſ. & non ſunt aduerſantia; dicit nõ eſſe contraria, titulum apparere nullũ, & allegare validitatem ex curſu centenario effluxu, quia iſta ſupplet defectus, & ſanat omnes tituli nullitates, ad tex. l. vn. C. de rei vxor. act. qui ſtatuit
148 fauore dotis præſumi ſtipulationem, ſed quid ſi interuenerit, ſed nulliter, dicit tex. eodem modo ſi inutiliter facta ſit, adiuuari eam oportet; rationem aſſignant ibi Doct. quia donec ius ſtatuit pro ſollemnitate, nullitas non poteſt opponi, idem probat tex. l. fin. C. de fund. patrimo. lib. 12. vbi ſi fundus patrimonialis Principis, cum ſuo conſenſu fuerit alienatus, ſed non cum debitis ſollemnitatibus, ſubhaſtationum, & reliquis neceſſarijs ſi poſſeſſor tueatur longiſſima præſcriptione, tutus erit quia tanta poſſeſſio fingit cæteras ſollemni-

tã-

Digitized by Google

tates, Dec. conſ. 341. Maſc. de prob. cõclus. 1322. num. 22.

Aut titulus eſt vitioſus, & nullus erroneus ex ſui facie, & ſubſtantia vti vſurarius, vel conceſſus à non habente dominium, & facultatem, & ſic deficit non reſpectu ſollemnitatis & formæ, vti ſi laicus conferret ſpiritualia, vel ſimilia, & tunc poſſet ſubſtineri limitatio poſita, vt Balb. in dicto tract. par. 2. 3. partis num. 22. Crau. de antiq. tempor. p. 4. num. 12. Auend. locò cita. num. 12. nam quando conceſſio non poſſet recipere conualidationem ex aliqua via obſtat titulus nullus.

At cum titulus huius conceſſionis
149 potuerit recipere validitatem, quia Regius aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi alienationem feudalium, Andr. cap. 1. de prohib. feu. alien. per Fed. Dom. de Ponte conſ. 86. ergo ſi in ea conceſſione non appareat de aſſenſu, non ex hoc dici poteſt, quod ea ſit nulla, dato curſu immemorabili, ſic Andr. Aluar. Bald. cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. Reg. de Pon. conſ. 81. qui dicit ſollemnitatem aſſenſus non eſſe formalẽ, dum ea præcedere, & ſubſequi poterit, ſed effectualis, & ſic reſoluta fuit hæc prima oppoſitio.

Nec refert alia obiectio, quod in Regno non ſufficit aſſenſus præſumptus, nam procedit hoc in præſcriptione longiſſima, nam de iure ſpatio triginta
150 annorũ aſſenſus præſumitur, vt Frec. ex aduerſo citatus, ſed idem num. 4. ibi dicit ſecus eſſe in immemorabili, nam ea, loco expreſſi priuilegij habetur, D. de Ponte conſ. 95. Item procedit conſt. Regni in feudis nobilibus, & quaternatis, ſed non in alijs feudalibus, Anna in ea conſt. diuæ memoriæ nu. 118. & latiùs nu. 143.

Minuſque obſtat, id quod opponitur quod aſſenſus Regius hoc caſu non poteſt ex immemorabili præſumi, cum conſtet illum fuiſſe expeditum, ſed nulliter, & quando conſtat ſollemnitatem non eſſe adhibitam, non poteſt dari præſumptio legitima ex tempore, Aff. deciſio. 107. Cumq; Baro habeat copiam dicti aſſenſus Regis Caroli, ſine ſollemnibus requiſitis, vt ex pragmat. prima, de fide memorial. ergo ceſſat reſponſio Vniuerſitatis.

Nam replicatur pluribus modis; Primo, quod licet aſſenſus conſeruaretur
151 in arca communitatis, in qua detinẽtur omnes ſcripturæ eius, non per hoc Vniuerſitas dicit, & eligit poſſidere ex eo titulo, nã licet in dubio quis videatur poſſidere ex titulo præcedenti, iux. gloſſ. notabilem l. quædam mulier ff. de
152 reiuend. Bal. conſ. 190. libr. 1. Verum tamen hoc procedit, quando expreſsè poſtea quis illo vtitur, præſentando in iudicio, nam tunc dicitur ſcripturam approbari l. publia §. fin. ff. depoſ. Doct. oẽs c. venerabilis de except. Cũq; quis poſſit tenere rẽ, ex pluribus titulis l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poſſ. Crau. cõſ. 16.
153 n. 6. Anna conſ. 53. n. 52. Et electio eſt poſſeſſoris dicendi, ex qua cauſa poſſidere intendat, vt benè Crau conſ. 171 Immò poteſt variare, quouſque in iudicio non declarauerit ſuam cauſam, nã
154 ſi titulo inhabili innitatur, poteſt efficaciori adhærere, Crauet. ibi num. 17. Doctor. l. 3. ff. de acquirend. poſſeſſion. Burſ. conſ. 8. & ſingulariter Ioſeph Seſe dec. 25.

Cumque Vniuerſitas habeat titulũ à lege mediante immemorabili, qui eſt vallatus omni ſollẽnitate, ergo nil poſſet obeſſe nullitas prætenſa, aſſenſus minus ſollemnis; nec refert quod ex hoc infertur ſollemnitatem non eſſe adhibitam, & ceſſat iuris præſumptio; Nam
155 cum interceſſerit ſpatium vltra centum annos poſt dictum aſſenſum, ergo ex tanto tempore ſtat regula ſupra firmata, quod poſtea ſollemniter is fuerit impetratus, & obtentus, dato quod primus eſſet informis (quod omninò negamus) nam licet Vniuerſitas eligat poſſidere, vi ſuæ centenariæ, non per hoc impugnare intendit dictum priuilegiũ; nam quis poteſt ſe iuuare ex pluribus
156 titulis, vt dixi, & vtendo (ſi & quatenus) hæc clauſula ſaluat, vt impugnata

Digitized by Google

dicatur ſcriptura ſi nocet,& approbata ſi iuuat,ſecundum communem opinionem,vt Fely.cap.cum venerabilis de excep.Grat.conſ.101.vol.1.cum mille: & exindè.

Secundariò, principaliter ſupponimus,iure ſubſtinendo,dictum aſſenſum eſſe validiſſimum : fuit enim expeditus
157 ante pragmaticam primam, de fide memor. promulgatam in anno 1510. quæ ſtatuit ſollemnitatem in hac materia aſſenſuum, & antea nulla ſollemnitas erat neceſſaria,ſed qualitercunque conſtabat de aſſenſu, & beneplacito Principis id ſufficiebat,vndè ſola ſignatura Secretarij ſuper memoriali ſuppli
158 cationis per verbum fiat,ſat erat,Afflict.dec.257. Immo ſolo verbo ſine ſcriptura,facta probatione per duos teſtes de Principis voluntate legitima erat conceſſio, Afflict in alia dec.398. Anna in conſtit. diuæ memor.num.66. Et propterea neq; regiſtratio erat ne-
159 ceſſaria in quinternionibus, Paris de reinteg.feud. quæſt.230. Cumque aſſenſus iſte redactus in carta pergamena,videatur ſignatus, & ſubſcriptus à Secretario,& Officialibus, ſignatura hæc,ſat eſt ad perfectam probationem aſſenſus,nam priuilegia ſemper præſumuntur, ritè & rectè expedita ad for-
160 mam,& ſtilum currentem,eo tempore,Andr.cap.quoniam de prohib.feud. alien.per Lothar Auend. de exequen. mand.Reg.cap.1.num.4. in fine par 2. Vnde ſtat ſollemnitas pro aſſenſu. Et ſi replices fuiſſe poſtea promulgatam
161 Pragmaticam eam, ſub citato tit. de fide memor.poſitam quę ſtatuit præterita memorialia aſſenſuum informium, eſſe inſinuanda, iuxta formam ibi traditam,ſub pœna nullitatis, Reſpondemus, quod dictæ Pragmaticæ nullam aliam ſollemnitatem indixerunt, niſi ſcripturæ,& ſigilli appoſitionis,& ratio finalis fuit ſigilli,ne Regia Curia fraudaretur illius emolumentis, vt conſtat ex narratione legis,& notat ibi D. Rouit.& in prag.9. tit.de feud.

Et proindè vanum eſt,aſſerere,quod
162 eſſet neceſſaria ſubſcriptio Regis, & regiſtratio,nam ſubſcriptio, vti de iure communi non eſt de eſſentia, Roman. conſ.308.& Franc.Marc.deciſio 992. par.2.ita nec Pragmatica hoc requirit Neque regiſtrationis ſollemnitatem ſolet nouiſſimè obſeruari, vbi poteſt eſſe intereſſe fiſci, poni clauſulam, vt aſ-
163 ſenſus regiſtretur,aliàs non habeatur pro conceſſo,& non aliter,Reg de Ponte conſ.2.num.32.Dom.Rouit.pragm. 1.ſupracitata num.12.& pragmatica 26.de feud num.8. ſed circumſcripta ea clauſula,regiſtratio non eſt de ſollẽnitate.

Cumque in hoc Priuilegio eſſent ſollemnitates per Pragmaticam,poſtea inductæ, ergo ceſſat omnis difficultas, nam adeſt in ſcriptura ſignatura officialium,ibi (Berthelot cum ſuo ſigno) alia dicit,viſa,&c. alia, per Regem, ad relationem Concilij; conſtat ex dicendis,fuiſſe ſigillum appoſitum,vnde omnis debita ſollemnitas etiam poſt pragmaticã inducta extat ad perfectam probationem, & ſolllemnitatem aſſenſus requiſitam.

Nec refragatur quod modò,non vi-
164 deatur ſigillum appenſum,nam ſi nõ extat nunc, conſtat fuiſſe appoſitum tunc, & ſufficit ſollemnitatem fuiſſe adimpletam tempore actus,latè laſ.l.4. C.de teſt.in prin. Bal.l.vnum §.ſi ommiſſa ff.de legat.1.

Et quod ſigillum fuerit traditum ſuadetur primò,quia aſſenſus hoc enũciat,ibi (& noſtro ſigillo magno munitum)& verba enunciatiua priuilegij ſignati,probant id quod enunciant,Do-
165 cto.l qui aliena ff.de acquir. hæred. Crau.de antiqu.temp. par.1.art.4. D. de Ponte conſ.96. Accedant ſigna foraminum in carta pergamena in loco ſolito,vbi ſolent appendi fila ſigilli,quę ſigna arguunt ſignatum, ex reg.l. ſtigmata C.de fabricenſ. libr.12. & benè
166 Auend.de exequend. mand.Regum cap.21.par.2.per tot. Adſtipulatur tertiò;nam lex,& conſuetudo diſtant,nũquam partibus tradi priuilegium, niſi

om-

Digitized by Google

omni ſollemnitate abſolutũ, vnde poſt-
167 quam reperitur traditum, ſtat legitima iuris præſũptio omnia fuiſſe adimpleta, tex. eſt l. 1. C. de donat. & l. labeo ff. de pact. l. clauibus ff. de contrahend. empt. Adnéctitur prædictis curſus vltra centum annos, ex quo antiquiſſimo tempore, iure poteſt dici fila, vbi ſigillũ erat appenſum, fuiſſe corroſa, vel illud fuiſſe deperditum quod euenire quotidiè ſolet ob diuerſos caſus, ac vt actus
168 ſubſtineatur, inſpiciendum eſt, & iure arguitur, quod ſuccedere ſolet l. 3. §. quod ſi nummi ff. ſi certum pet. maximè quod tale priuilegium fuit in manibus communitatis, & tot Adminiſtratorum, quos deſpicere quod commune eſt pro regula habetur, Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 98. Et ammiſſio exiſtentibus coniecturis præſumitur de iure, quando allegatur l. fi. C. de fide inſtrum. Maſcard. concluſ. inci.
169 ammiſſio. Et in terminis quod data antiquitate, ſi ſigillum debitum non reperiatur in ſcriptura, illud præſumatur perditum, eſt ſingularis doctr. Abba. cap. innotuit de elect. num. 16. Innoc. cap. inter dilectos de fide inſtrum. Paris de reintegrafeud. quæſt. 304. Eò magis quod non eſt veroſimile, quod tam ſupinus fuerit qui procurauit aſſenſum, quod non curauerit illum in forma ſollemni, ita Bald. l. generaliter quæſtio. 7. C non num. pecu. Nam qui vult conſequens præſumitur de iure,
170 voluiſſe omne id per quod deuenitur ad perfectam conſecutionem illius, argum. l oratio ff. de ſponſal. l. 2. ff. de iur. omn. iud.

Quibus tot legitimis præſumptionibus exiſtentibus, non eſt hæſitandum, quod ſigillum non fuerit appoſitum, nam etſi duæ præſumptiones faciunt
171 probationẽ, quanto fortius, vbi multæ exiſtunt, Crauett. conſ. 143. numer. 12. Maſcard. de prob in prohæm. q. 10. num 40. Quibus ſollemnitatibus ſtantibus, dictum aſſenſum ſiue conſideremus ante Pragmaticam, ſiue poſteà, validiſſimus dici debet.

Nec vim facit alia oppoſitio, quod tale priuilegium fuerit expeditum tempore Regis Caroli, qui non diù in Regno dominatus fuit, ſed expulſus; nam Hiſtorię non dicunt illum tyrannicè inuadiſſe Regnum, ſed ob ius ab eo præ-
172 tenſum, legitimè dominium tenuit, & dum Pragmaticæ ſequentes non declararunt eum tyrannum, non eſt noſtrũ, hoc diſputare, vt Affl. ac Gramm. conſtitut. Regni priuilegia, la ſeconda, & conſt. ſeq. vbi declarantur nulla priuilegia facta ab illis, particulariter à lege, & conſtitutionibus declaratis, niſi habeant confirmationem à legitimis ſucceſſoribus, cumque nón conſtet. dictum Regem Carolum fuiſſe talem declaratum, ceſſat obiectio; Vel ſi caſus eſſet dubius, cum priuatorum non ſit, hoc decernere: error iuris, vel facti dubij non refragatur præſcriptioni immemorabili. Vaſq. latè d. contr. illuſtr. cap. 81. Balb. l. celſus ff. de vſucap. ſecundo, & quarto notab. Et poſtremò pro coronide; dicimus quod etſi foret verum, quod Rex eſſet tyrannus, vel quod ſollemnitas aliqua deeſſet in aſſenſu, poſt promulgatam Pragmaticam (quę omnia negantur) Cum tamen Pragmatica, quam conſt. præcitatæ requirant nouam confirmationem priuilegiorum; Stante curſu vltra centum annos, poſt dictas promulgationes oritur regula in principio poſita, quod denuò aſſenſus ſit impetratus, & obtentus, nam hic eſt effectus immemorabilis, vt ſtet præſumptio iuris, & de iure, quod ſuperuenerit omnis ſollemnitas conualidationis, cuiuslibet tituli nulliter obtenti, vt dixi, ex Auendan & alijs, & Ripa reſp. 14. nu. 25. p j. cum mille ab eis coaceruatis, & ita in terminis notabiliter, D. de Ponte conſil. 155. volum. 2. ex n. 8. cum ſeq.

Nulliuſq, conſiderationis eſt alia obiectio ex aduerſo, quod immemorabilis non poteſt dari, cum à ſucceſſore fuerit petita confirmatio huius conceſſionis, & exindè Vniuerſitas videatur
173 ſibi præiudicaſſe, & interrumpiſſe ſuam

Digitized by Google

ſuam cæptam præſcriptionem,nam Anna & Docto. ab eo citati in ſing.586. hoc non dicunt,ſed contrarium, & D. Rouit.tit.de priuileg.num.22.in termi nis ait, quod tales confirmationes poſtea petitæ à Baronibus non infringũt eorum iura antea valida, & præſcrip-
174 tionẽ;neque Adminiſtratores potuerunt præiudicare Vniuerſitati,ſi ex tali petitione poſſet præiudicium illi afferri l.1.§.ſed nonnullos ff.de tutel.& ration. diſtrahe. cum vulgar. vltra quod confirmatio in forma cõmuni,nil præiudicat concedenti, nihilque iuuat recipienti,ſi prima eſſet conceſſio nulla, Dom.Rou.tit. de poſſeſſ. non turband.
175 Nec interrumpitur præſcriptio longa,vel longiſſima triginta annorum, niſi per citationem, & actus iudiciales, vt latè Surd.dec.5. nec per actus tacitos,& ſubauditos, Tiraq. de præſcript. gloſ.2.Boer.dec.333.Guid.Pap.deciſi. 46. cumque à tempore confirmationis ſucceſſeris elapſi erant vltra quadraginta annos,ergo omni via fruſtratoria eſt hæc oppoſitio interruptionis, & tranſuerſionis poſſeſſionis ipſius Vniuerſitatis,ad impugnationem ſuæ immemorabilis. Vndè ex prædictis manifeſtè liquet adeſſe aſſenſum legis, & Regis in hac conceſſione,& iurè non poſſe impugnari ex defectu ſollemnitatis.

Nec vrget vltima oppoſitio, quod conceſſio fuerit limitata ad vſum bouũ ciuium, & Vniuerſitas abuſa fuerit deſtinando defenſam pro omnibus animalibus,& eã locando; Replicatur enim, quod conceſſio prædicta in narratione & ſubſtantia apparet eam eſſe liberã, & ſic fit aſſertio (vt ſit francha, & immunis ab omni onere,& ad libitum vti & defendere liceat Vniuerſitati: & licet poſtea ſubiungat, ad vſum bouum; Iſta non fuit limitatio, nec cauſa finalis,ſed impulſiua demonſtrans facultatem potiorẽm, ob quam ipſa defenſa
176 conſtituebatur,nam denominatio fit à parte potiori l.3.§.hæc verba ff quod quiſque iuris, & vt plurimum defenſæ conſtituebantur pro commoditate talium animalium,vt conſeruarentur pingues pro cultura, & proindè in Hiſpa-
177 nia, boolare, nuncupatur defenſa, Auend.cap.1.num 13.par.1.& poſt eũ Seſe dec.74 Et ſic,verba prædicta,demonſtratiuè de iure poſita cenſentur, prout regulariter ſic interpretantur in dubio,& non taxatiuè,Franch.deciſio. 721.& latè Garſia tract.expenſ.cap.4
178 nu.34.& Surd.de aliment.tit.5.quæſtio.26.& tex.l quidam teſtam. ff.de legat.primo ibi, Veriſimile eſt teſtatorem voluiſſe demonſtrare, & l. firmio ff.quando dies legati cedat, & ibi Doctor.

Adſtipulatur,nam beneficia, & priuilegia largam recipere debent interpretationem,ex reg.l.fin. ff.de conſtit.
179 Princ. & verba ſemper contra concedentem præſumi debent l.veteribus ff. de pact.Franch.dec.116.nu.8.Et tanto magis in caſu noſtro, vbi conceſſio ſic dictat, vt verba illius dubia ad fauorem Vniuerſitatis ſemper declarari debeant. Vnde concurrit partis,& legis intentio,& proindè latiſſima eſt facienda interpretatio pro Vniuerſitate, quia duo vincula magis ligant Doctor, l.filiusfamilias § diui ff.de lega.primo. Confert ad prædicta alia iuris concluſio, quod dubium priuilegium recipit interpretationem ex obſeruantia
180 ſecuta l.cum fundus ff.de legat.2.cap. cum dilectus de conſuetud. vbi omnes DD communiter, adeo quod etiam ſi verba conceſſionis eſſent extranea à ſignificatione & proprietate,obſeruantia tamen erit attendenda,quæ ex longo tempore præſcribitur, Franch dec. 56.Dom.Reg.de Ponte conſ 57.num. 46. & ſingulariter Guttier. quæſt. 62.
181 lib.4. Cumque non longiſſimo tempore, ſed immemorabili Vniuerſitas vſa fuerit pro vſu bouum,hac defenſa, ac aliorum animalium,ac affectando ipſis ciuibus in neceſſitatibus; non ſunt mutanda ea,quæ antiquam habuerunt interpretationem l. minimè ff. de legibus,& ita in terminis Auendan.de

exeq.

Digitized by Google

exequ.mand. cap.12. quia hoc importat dominium, vti frui ad libitum. Et sic diluitur hæc postrema oppositio,

Quibus ejus oppositionibus sic resolutis inconcussæ remanent conclusiones positæ, vt concessio defensæ alleri debeat solleninis,& valida, & proindè legitimè molestari non debeat Vniuersitas in sua possessione,& dominio; Sed vt magis eluceſcat iustitia eius, vltra præallegata, alia iuris fundamenta supponemus, vt cuncta exarentur,& nil irresolutum relinquatur. Et sic

Tertio principaliter, adducoq; dato, sed non concesso, deficeret assensus legis,& Regis: Ad huc ex alijs rationibus vtiis non posse concessionem revocari subtinemus: Et sic, non posse Barones impugnare concessa vasallis, si aliquam seruitutem feudo debitam remiserint, vel imposuerint, nam in præ-
182 judicium eorum, & incommodum possunt sibi onus addicere; nam sicut fructus feudi possunt alienare, locare, & perdere in eorum vita,& seruitutem concedere, quæ sibi tantum, & non Domino directo nocebit, ad rex cap. 1. §.quid ergo de inuest. de re aliena. & ibi communiter Doct.& non repugnat const.Regni diuæ memoriæ quæ prohibet diminutionem, vt dicit bi Affli. & sic Gramm.dec.67. Clar.§.feudum, & Vrsill.dec.380. qui ad partes disputat hunc articulum confutando,Frece. opinionem,contrarium sentientis,& esse hanc communem opinionem refert Pinell.de bon. matern. l.1 par.3. n.70. Peregr.de fideicomm. art.40.difficult. 4 num.115.& Anna cons.51.num.21. & alios coaceruaui pragma.8.par.3.& licet idem videatur alienare, quod remittere, vt Affl.dec.232. attamen im-
183 propriè hoc dicitur l. Iulianus dit ff. de cond.& demonstr.Roman.sing.603 & talis impropria alienatio permittitur sine assensu Regio,ad præiudicium vtilis Domini,& successorum;Et proindè in casu nostro,vtilitatem quam habere poterat Baro ex eo territorio, concedendo illud vasallis, non posse reuocari ex prædictis liquet. Et si replicaretur, Baronem hodiernum non esse hæredem primi concedentis,& successorum,quia possidet feudum titulo
184 singulari,cum emerit ab auia, quæ pro suo credito sibi adiudicari fecerat; Respondetur quod dictum feudum de iure suæ vxori,vel sibi iure directo competebat,vti antiquum,& ipsi sunt de linea acquirentis,vnde cum incontinenti,vnico contestu,de concordia, ipse emerit ab ea,de iure non dicitur nouiter acquirere,sed ius eorum conseruare lex præsumit,ad tex.l.fin.§ quatuor ff.de leg.secundo Tiraqu.de retr.§.32. gloss 1 Franch.dec.39 & 450. Immò etsi esset particularis successor tenetur
185 stare factis, & concessis à suo Auctore,Dom. Rou.in terminis pragm. 1. de priuil.Capyc.dec.20.nu.29.& dec.21 Affl dec.101.

Sed si rursus opponeretur, non posse adaptari hanc conclusionem ad casum nostrum,quia concessio non videtur importare iuris, vel seruitutis remissionem,sed alienationem quantita-
186 tis territorij, vti verba concessionis demonstrant,& minimum quidem redditum vnius gallinæ,vel oboli,Baro nõ potest remittere,vt Affl.alleg.dec.232 Replicatur,& plenè hanc obiectionem resoluemus nõ tam pro solutione istius oppositionis, quam pro explicatione sequentium suppositorum: Et sic aduertatur, quod quando à Barone fuit facta concessio dicti territorij, *ille non* tribuit Vniuersitati dominium rei, quia ipse nõn habebat, & propterea, nemo
187 plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet l nemo plus ff de reg. iur. Nec verba concedere, & donare vim faciunt, quia sunt verba generalia, quæ plus, vel minùs transferunt in accipientem secundum potentiam cõcedentis, Doct.quis ergo ff.de pecul. & Paris de reintegr.feud tit de verbo signifie,verbo concedere, & singulariter Affl.dec.305.num.2. cum sequen. Indè licet quis donet, vel leget totam rem alicui,donatio,seu legatum restringitur

Digitized by Google

gitur ad ius quod dans habet, & non ad totum, ad tex. l. ſerui electione §. cũ fundus ff. de leg. primo, & Affl. loco cit. Cum ergo Baro in diſtrictu non habeat demaniale territorium feudi, cum cultum, vel arboratũ ſit Vniuerſitatis, & ciuium, vt infra demonſtrabimus, ergo idem ius, quod eſt in toto, vel minori parte, præſumitur de iure in reli-
188 quo, vulg. l. quæ de tota ff. de rei ven dic. & tex. eſt particularis in cap. 1. de controu. inter maſculum, & fœminam, ibi (vt magna eorum pars tenebatur) quem communiter ſic intelligunt Andr. Aluar. Beluiſ. ibi, & Ruyn. conſ. 107. volum. 1. Nacta conſ. 46. lib. 2. quia ex qualitate maioris partis, infertur ad naturam reliquorum, Anchar. conſ. 422.
189 nam in habentibus ſimbolum, idem iudicatur tranſitus l. in rem §. item ff. de rei vend. & benè explicat etiam Maſcard. de probat. concluſ. 79. num. 17. & num. 24.

Confert ad prædicta legis præſumptio, quæ arguit territoria potiùs eſſe
190 demanialia Vniuerſitatis, quam feudi, vnde vaſalli habent de iure fundatã intentionem, ea cenſeri libera, & allodialia, & non feudalia, vt decidit Affl. dec. 277. & poſt eum notat latè Capy. in inueſt. verbo feuda allodialia, Gabr.
191 titul. de feud. concluſ. 3. & Maſcard. loco antea citato, & quamquam bona eſſent reddititia feudo, non per hoc inferri poteſt, ea eſſe feudalia, ſed ſolum ille redditus, Frecc. de ſubfeud. autor. 5 Affl. dec. 129. Reg. de Ponte conſ. 95. Et propoſitio illa vulgi, quod quicquid eſt intra fines feudi, dicatur de feudo intelligitur quoad iuriſdictionem, & nõ circa bona, Affl. dec. 267. ſolum enim certa particularia feudi eſſe, dicit Lucas de Penn. l. quicumque C. de omni agro deſer. lib. 12. Nec conceſſio dominium concedentis probat inter par-
192 tes, vt non poſſit poſtea in contradictorio, impugnari illa dubia aſſertio, quod non ſit habita intentio, niſi de ſeruitutis conceſſione, vt Maſcard. concluſ. 546. num. 6. benè D. de Ponte conſ. 30. num. 16. & ſic ex prædictis conſtat ſuppoſitio poſita, quod hæc datio importauit remiſſionem ſeruitutis vſus, qui de iure competit cuilibet Baroni in demanialibus Vniuerſitatis, vt dixi prag. 12. quo attento, illa ſeruitus concedi potuit, & à ſucceſſoribus reuocari iure non poteſt.

Minuſque obſtaret ſi negaretur in facto, territoria, & nemora eſſe demanialia Vniuerſitatis, & aſſerat Baro, ea eſſe demanialia feudi: cum in maiori parte Barones fidauerit animalia exterorum paſcenda; nam vbi competit ius fidandi ſtat præſumptio dominij, quia
193 arcere ab ingreſſu, & permictere ingreſſum, Dominorum eſt, l. diuus ff. de ſeruit. ruſt. prædio. D. de Ponte conſ. 97 Eò magis quod ius paſcendi præſumitur eſſe Baronum, vt Frecc. auctor. 46. de ſubfeud. Item conſtat ex libro reintegrationis antiquo bona omnia communia, & particularia ſtabilia eſſe feudo reintegrata ex ſententia illius Delegati; Nam reſpondetur, terminos iuris diſtinguendo, ne æquiuocetur, Fida enim arguit dominium, & dicitur eſſe
194 de demanio Baronum, vt Capyc. in inueſt. verbo fidæ, & Frecc. auctor. 46. quando exercetur ſuper demanialibus feudi, ſed quando datur ſuper demanialibus ſubditorum, tunc ſeruitus fidæ dicetur, quæ potuit quæri immemorabili conſuetudine, Frecc. ibi num. 1. & magna eſt differentia inter prædicta, quia fida cohærens feudo, habet iuris aſſiſtentiam; Seruitus verò fidę, quę per
195 Barones poſſet prætendi ſuper bonis communitatis, vel ciuium, habet iuris reſiſtentiam, & qui in ea ſe fundat, probare eam debet, & interim pro libertate eſt iudicandum l. penul. ff. de aqua quotid. Dom. de Ponte conſ. 97. num. 15. & ſic Anna alleg. 48. Hinc conci-
196 liantur opiniones diſſidentes, dum alij Doct. teneant, ius paſcendi eſſe Baronum, Vrſil. dec. 296. in fin. & alij negant, vt firmat Couarru. practic. quæſt. cap. 37. & dixi pragm. 11. & notat D. Rou. tit. de paſcuis, & D. de Franch. de-

Digitized by Google

eis.301.& Adden.dicunt herbas esse Dominorum fundi,& Barones nō posse de iure fidare in locis apertis vasal-
197 lorum post segetes, vel ipsis non seminatis,nisi ius seruitutis legitimè quę sijssent, solum hoc licet eis in demanialibus feudi,etiam si essent locata, in quibus habent intentionem fundatam
198 & tunc procedit opinio affirmatiua, vt ius pascendi dicatur demaniale Baronum. Et redeundo vnde digressi sumus ius fidæ quæsitum, seruitutis via differt à fida debita iure feudi, nam iste habet iuris assistentiam, & largam habet interpretationem,ad tex.singularem l.primæ C. de mancip. & colon. quem non meminit Franch. dec.489. qui hunc vsum describit, sed quando debetur vt seruitus, strictam habet significationem, Anna alleg.48. quia seruitus est stricti iuris, & præscriptio eius est odiosa,& exorbitans,& ideo nō
199 extenditur etiam ex indemnitate rationis,de casu ad casum, nec de loco ad locum,Crau.cons.292. Gabr.Rom. concluſ.2. tit. de præscript. & propterea concludimus, quod etiam si in ca-
200 su nostro Baro quęsijsset ius fidandi, super bonis Vniuersitatis,nō ex hoc iure inferri poterit q Baro habeat dominiū super his,& possit dici,bona esse demanialia feudi, & non communitatis.

Et ad maiorem elucidationem huius articuli,cum vrgeat,vt benè explicetur; Asserimus etiam in facto hoc probari, quod nemora, montanæ,& territoria sint demanialia Vniuersitatis: Et quamquam nemora, & montanæ, in dubio ex solito præsumantur demanialia Baronum, Luc. de Penna l.quicumque C. de fund.limitr. lib.12,Frecc.auctor.46. Multotiès tamen hæc destinata fuerunt ad benefi-
201 cium Vniuersitatum, quæ destinatio colligitur ex possessione antiquissima, quæ arguit ticulorum determinationē, vt benè Auend.cap.4.par.1. de exeq. mand. Princeps enim, post translatum imperium in eum, & successores tene-
202 bantur assignare viuere subditis, & dotem in stabilibus dare Vniuersitatibus, qui diuersimodè terminos diuiserunt,vnde destinatio erit attendenda cum natura distingui non possint; qua sibi,vel suis concessit,vt Bald.cap.1.de capit.qui curiam vendi:Dec.cons.517 Cumque semper ab immemorabili ab origine, Vniuersitas fuerit Domina nemorum,& montanearum, percipiendo fructus,vendendo glandes,consequendo introitus magnos; Ergo hæc fru-
203 ctuum perceptio, dominiū designat Doct l.cum res C.de prob. Andr.cap. imperialem § nec Dominus,de prohib. feudi alien.Mascard. concluſ.549. Illa semper elegit,& tenet suo sumptu Custodes in dictis locis,quod similiter dominium probat, l.si ita §.1.ff.de fundo
204 instruc. Affl.dec.167. Ipsa accusat, & damnificantes intercipit, pœnarum partem consequitur, ac damni emendationem, quæ omnia spectant ad veros Dominos, vt latè Auend. cap.1.p. 1 de exequ.mand Reg.Hisp. Territorium verò non arboratum, similiter probatur,esse demaniale Vniuersitatis. Illud enim est appatronatum ipsorum Ciuium;tam pro cultura,quam pro vi-
205 neis,castanetis, & similibus, quæ arguunt dominium esse subditorum,Anna consil.59 num.36. Multæ possessiones sunt liberæ ab omni redditu, aliæ reddunt ius terragij mensæ. Episcopali,Monasterijs, Capitulo, ac multis beneficiatis, & aliæ feudo, quæ diuersitas demonstrat territorium esse demaniale Ciuium, & non feudi, dum non habeat discretam,& vniformem naturam,vti proprium est demanij feu-
206 dalis,Garsia tract. expens.cap.9.nu. 26. cū seq.vna res singulariter nō debet diuerso iure censeri leg. eum qui ff.de vsuc.Itē sine assensu Baronū possessiones semper ad libitū fuerunt alienata sine recognitione laudemij vnde arguitur territoriū esse demaniale Vniuersitatis,vt singulariter Affl.dec.305 n.12.cū seq. Nec solutio terragiorum,
207 quæ sic nominātur et à D.D.vt Paris de reinteg.feu.sub tit.de verb.signific.

ver.

Digitized by Google

verbo terragia, facit rem feudalem, sed ille redditus dicetur feudalis, & bona censentur libera, & allodialia, Affl. & Vrsill. dec. 129. Probatur etiam ex processibus litium, quas habuit Vniuersitas in Sacro Consilio cum conuicinis super controuersijs communitatis territorij, vbi docuit plenissimè de suo dominio, sciente, & coadiuuante Barone in ipsis causis, nam regulariter Baro, pro suo interesse secundario, siue
208 agat siue conueniatur sua Vniuersitas, est audiendus, alias sententia illi nõ noceret, & sic ille in litibus astitit, ad quod bene Auend. cap. 5. num. 9. de exequend. mand. Quæ omnia probant manifestè, territorium esse allodiale, tam iuris præsumptione, quam facti asseueratione: Eò magis, quod demanialia Baronum, diuersam tenent naturã,
209 ab assertis supra, nam ista nõ possunt concedi nisi ad tempus, nec alienari, sine Baronis, & Regis assensu, Affl. dec. 305. num. 8. & tunc solui debet laudemium, Paris de reinteg. feud. quæst. 28. quia semper ea stare debent sub posse, & mensa Domini; Et sic coniungenda vltima primis, probatum est ex his assumptum, quod solum vsum habebat Baro in territorio concesso, quẽ remittere potuit in beneficium vasallorum, in damnum vtilitatis, & commoditatis, suæ, & successorum, vt dixi.

Nec refert liber reintegrationis, & sententia Commissarij delegati ad dictum inuentarium faciendum, quod de
210 clarauerit, omnia bona communia, & particularia esse feudo reintegranda, nam isti non habent iurisdictionem decernendi, nisi facultatem describendi ea quæ sunt notoriè de feudo, vel inquirendi ea, & notandi confessiones subditorum asserentiũ redditus, & census pertinentes feudo, Paris de reinteg. feud. quæst. 28. num. 12. Et propterea
211 ex inquisitione formata à talibus, nõ potest nasci sententia, etiam si iurisdictionem haberent, partibus plenariè non auditis in suis iuribus, alias isti haberent maiorem auctoritatem, & facultatem, quàm Rex, qui non potest parte indefensa iudicare, ad tex. l. defensionis. facultas C. de iure fisci lib. 11. Item sententia incidenter, vel summario iudicio lata, negotio plenè non discusso. etiam si ab ordinario promulgata esset, non præiudicat, quin parte opponente
212 ex integro non possit audiri, Franch. dec. 289. Accedat, quod illa declaratio nunquam fuit obseruata, sed contrariũ. & si lex tollitur per contrarium vsum, Doctor. leg. de quibus ff. de leg. quanto fortius & talis prætensa sententia, ex qua non trãsfertur ius, nisi ea executa
213 gloss. §. fin. inst. de offic. Iud. Gramma. cons. ciu. 81. Adstipulatur etiam, quod ius executionis sententiæ præscribitur spatio triginta annorum, Io. Andr. ad Specul. tit. de exec. sent. §. fin. vers. vltra Affl. dec. 245. in fine, & latè Tiraqu. de retr. consang. §. fin. num. 31

Cumque dictum inuentarium sit factum, iam sunt plusquam triginta anni, ergo omni via diluitur hæc obiectio; nec præter eam, quod adeò debilis est iurisdictio delegata ad talia inuentaria conficienda, quod confessio facta per partes enunciantes bona sua
214 redditicia, potest ab eis reuocari, dicendo postea de errore, Paris quæst. 74 & Affl. notabiliter dec. 305. nu. 11. qđ tales sententiæ semper retractantur, parte opponente.

Vlterius ne ex superioribus dictis possit ex parte Baronis prætendi, & dubium oriri, nos asseruisse implicitè, ipsum habere saltim seruitutem fidandi in bonis demanialibus Vniuersitatis, & cum esset mihi instatum, vt hoc explicarem, dico verum esse, quod ille fidauerit exteros ad pascenda animalia, sed aduertatur in facto, quod hæc fida habuit principium, quia Barones prædecessores numquam animalium industrias tenuerunt, & ratione vsus de iure debiti in territorio Vniuersitatis prætenderunt hunc vsum vendere exteris, licet de iure sit seruitus personalis, & Vniuersitas grata, dum territorium esset capax non fuit conquesta,

Digitized by Google

sed simul extera animalia cum illis ciuium pascebantur, quo permisso, idē deindè prætenderunt pro vsu lignandi in nemore, quia ipsi non residebant, & dum aliqui de conuicinio tractassent fidari, ad lignandum cum duabus bestijs per triennium certa quantitate pecuniæ oblata, Vniuersitas ad redimendam vexationem, & expellendos exteros tantumdem pro tanto tempore soluere voluit, vt est notorium. & factum non est antiquum, inde notaui
215 pragm. 10. quod principijs debet obstari, quia postea non est qui onera imposita reuocet, Crau. cons. 238. nu. 10. Dico quod similiter idem postea prætenderunt, quando Vniuersitas vendebat pascua nemorum, & montanearū, nam quia Barones non tenebant animalia, suum vsum intendebant locare, sed Vniuersitas permisit, vt ex quantitate, afflictus percipere posset decem pro centenario: hec fuit initium istarū præstationum, vna post aliam; Et primò quoad seruitutem prætensam fidæ; nullum ius fuisse quæsitum Baronibus, nec vllam quasi possessionem dicimus,
216 tum quia dictum principium est iniustum, quia vsus ex resoluta opinione, non potest vendi à Baronibus, cum sit seruitus personalis, vt firmauimus iamdiu in pragm. 12. & sit postea Dom. de Ponte de potest. Proregis §. 2. tit. de elect. official. Immò Auendan. de exequend. mand. Reg. Hisp cap. 4. num. 29
217 parte 1. est opinionis, quod neque debetur ipsi Baroni, si non habitet in ea terra; ista ergo permissio, & patientia gratuita, etiam si mille annorum esset non tribuit ius, nec dat quasi pos-
218 sessionem Baroni, nam tunc patientia, & actus præiudicant, quando fiunt iure suo parte contradicente, & opponente, & sequuta patientia incipit quasi possessio postea ex vnico actu, Doct. cap. cum ecclesia, de causa possess. & propriet. Tiraquell. de primog. cap. 38. in incorporalibus, sed patiētia simplex
219 & scientia in dubio præsumuntur potiùs causa gratitudinis, & familiaritatis, vt quod minimum est sequatur, l. in obscuris ff. de regul. iur. & si tractetur cum persona potenti, Murmuratio sola, & contradictio, verbo, aut facto explicata conseruat sibi possessionem,
220 etiam quod parti non sit intimata, Dom. Rou. pragm. 1. titu. de iurisd. non turban. in fine, & ratione reuerentialis metus, patientia non inducit consensum, & murmuratio sufficit, Vrsill. dec. 282. num. 12. Capyc. in inuestit. verbo collectarum, latè Menoch. tract. retin. possess rem. 5. & proindè si non potest fundari quasi possessio, neque opponi posset præscriptio, quæ (dato, sed non concesso) posset habere principium, longa, vel longissima, maximè in actibus discontinuis, & contra Vniuersita-
221 tem minori tempore centum annorum non inducitur, Anchar. cons. 255. Dec. cons. 483. num. 26. Mysing. in terminis obser. 53. cent. 4. Vasqu. controuers illustr. cap. 83. num. 26. Docto l. 2. C. de seruit. Vltra quod, & per Regni constitut. quia frequenter constitutum est, vt vasalli nec tacitè, vel expressè contra publicam vtilitatem possint obligari sine assensu Principis, & Luc. l. 1. C. vt rust. ad vllum obsequium lib. 12.

Immemorabilis verò non potest allegari, cum de his sit memoria recēs
222 & vltra probationem testium, hoc pōt intueri ex releuijs pręcedētibus, & alijs scripturis antiquis, in quibus non reperiuntur positæ tales p̄stationes, & feudi
223 introitus, quæ est iusta p̄sumptio violentæ possessionis, vt benè Anna cons. 59. n. 56 Bar. l. 1. C. de exact. trib. li. 11. Gram. cons. ciu. 98. qui ait, q̄ existētibus istis legitimis præsumptionibus iniusti tituli, lex resistit Baronibus vnde etiam longissimū tēpus, non exhibito priuilegio est sufficiens ad excludendū à possessorio, & dixi latè pragm. 1. in vlt. impress & Guttie. benè q. 92. lib. 1. pract. quæst. Doct. cap quod latenter de reg.
224 iur. Ioseph Sese in prohem. de inhib. nu. 9. Borgn. dec. 28. quæ sunt notabilia; Eadem obseruatio procedit in iure lignandi, cū eadē fuerit origo, & causa:

Po-

Digitized by Google

Postremò, etsi spatio immemorabili essent hæ seruitutes præscriptæ (quod à vero prorsus est alienum) Huc refert distinctio supra posita, quod longa distantia est inter fidam de iure debitã, & acquisitam iure seruitutis, quando enim præter ius Baroni debetur, non potest extendi ad fidandam tantam quantitatem, vt largè vsus Ciuibus re-
225 linquatur, prout debetur eis de iure, etiam in demanialibus Baronis, Franch. dec. 489. & vidi sic postea decisum pro Vniuersitate Sanctæ Mennæ, cum Cardinali Iesualdo tunc vtili Domino illius Terræ, Actuario Figliola, sed quãdo Fida esset quæsita super bonis ipsiusmet Vniuersitatis, tunc alia repartitio, & diuisio de iure debet fieri, & sic Sacrum Cons. obseruat, ex rationibus supra positis, quia seruitus est exorbitans, & strictissimam patitur interpretationem, & nullam debet recipere extensionem, D. Rou. tit. de pascu. nu. 20. & eò magis si initium est iniustum, vt Frec. d. auct. 46. n. 10. Quo casu Iudicis, arbitrio erit taxare istam fidam, considerando capacitatem territorij, quantitatem animalium omnium, ciuium, & commoditatem non solum largam, sed pinguem dare, Auend. cap. 4. num. 25. par. 1. Non enim debet esse eius conditionis seruitus, quam est dominium, Castren. & Albe. l. sicut §. 1. ff. quod cuiusque vniu. nom.

Alimenta enim tam hominibus, quã
226 animalibus arbitrio Iudicis taxari debent, ad tex. insignem C. de pasc. publi. lib. 12. l. 2. Et ego vidi S. C. delegasse Reg. Dohanæ menepecudum, vt mitteret expertos in territorium controuersum, & relationem faceret de quantitate, cum in eo tribunali sit continua practica de similibus, & vide Menoch. de arbitr. Iud. casu 245. num. 14. Thess. dec. 71. cum seq. & Adden. & Auend. notabiliter loco supra citato num. 21. Capyc. dec. 45. in fine; Insuper etsi immemorabilis præscriptio adesset, nil suffragaretur Baroni, cessat enim eius effectus, quando cessat causa, si enim
227 fuit promissa fida, quia illi non vtebantur territorio, & ratione sui vsus, hoc vasalli passi sunt, cessante ergo causa primordiali præscriptio euanescit, quia resoluitur causa, Ioseph Sese de inhibi. cap. 4. §. 3. Fontan. de pact. nup. claus. 4. gloss. 1. num. 56. cum sequ. Borgn. dec. 28. num. 16. cum ergo Baro hodie non vtatur, sed abutatur territorio, vltra quadruplicatum vsum, cessat omnis prætensio, tantò magis quod concessa seruitute in forma validissima, si commoditas larga non remanet vasallis, sed illa deficeret, seruitus cessat, vel reduci debet ad æquitatem, quauis immemorabili non obstante, & est secun-
228 dus casus notabilis, vbi immemorabilis non operatur, Affl. dec. 290. Auẽdan. d. cap. 4. num. 21. ad tex. l. si quis diutinam C. de aquæductu lib. 12. qui est insignis; Ex quibus suppositis declaratis, elucidata sunt omnia obstacula, & inconcussum remanet assumptum hoc, tertio loco fundatum.

Quartò, & fortiùs, supposito quod concessio esset nulla, adhuc non esse locum reuocandi possessionem, ex alia ratione substinemus: Consideretur quæso, quod verba dictæ concessionis enunciant territorij dationem, & de iure territorij designatio est Vniuersi-
229 tas agrorum l. pupillus §. territorium ff. de verb. signific. Cumque tale territorium Vniuersitas post concessionem destinauerit ad arborandum, & sua cura, custodia, sumptu, & diligentia, nunc sit arboratum, & facta defensa non solum pascuorum, herbæ, sed glandium, ac lignorum, quod non erat tempore concessionis, si verbis concessionis sta-
230 mus, prout stare cogimur l. non aliter ff. de legat. 3. vbi à proprietate verborum dicit tex. non est recedendum. Nam si locus tunc fuisset arboratus, nemus, silua, vel per simile nomen proprium esset nuncupatum, & non territorium, Doct. l. si quis in fundi vocabulo ff. de leg. primo, sic in terminis Paris de reinteg. feud. quæst. 332. quia nomina distinguũt omnia l. si idem C. de

Digitized by Google

codic. Et constat in facto, aliquam partem territorij seminatoriam fuisse ciuium, aliam prætendit mensa Episcopalis fuisse ab ea concessam, pro cuius indebita prætensa concessione litem in S. Congregatione in Vrbe mouit, & sic locus iste, nunc ex tanto tẽpore melioratus in excessu, facto Vniuersitatis, & suorum ciuium, nullo iure ex quauis prætensa nullitate, & iniustitia posset à possessore auocari, sic probant tex. l. fi. C. de alluu. l. quicunq; C. de omni agr. deser. lib. 12. quod locus melioratus diligentia possessoris non debet auferri, Vrsill. dec. 128. Gamma dec. 297. Inde statutum est, quod quando meliorationes excedunt rei valorem, mutatur natura rei, ita quod si fundus esset dotalis, 231 desineret esse talis, si valdè per maritum esset auctus, ad text. l. si is §. quod dicitur ff. de iure dot. cuius verba sunt (Sed si tantum in fundum dotalẽ impensum sit, quanti fundus est, desine re cum dotalem) & ratio est, quia maius dignum trahit minus, l. cum quæritur ff. de statu hom. Et quando magna materia accedit ad speciem, ea cedit 232 materiæ, Connan. lib. 3. comm. cap. 6 & in terminis defensæ industria possessoris arboratæ, quod ex quauis prętensa legitima causa non possit auocari, est videndus Auẽd. de exeq. man. c. 12 ex n. 23. p. 1.

Conferunt prædictis text. leg. 1. §. si quis à nemine ff. ne quid in loco publ. & l. 1. C. de diuers præd. lib. 12. in quibus cauetur, quod si quisquam ędificauerit in publico sine licentia, ędificium quamquam solo cedere debeat, ex regula terminorum §. cum in suo solo inst. de rerum diui. Attamen ne vrbs 233 deformetur, & possessor suo labore priuetur, dictant iura allegata, vt potiùs census pro solo proportionabiliter imponatur, quàm ędificio priuetur, vnde si hoc procedit in mala fide ædificante, ac nulliter sine assensu Principis, qui omnino requiritur, Reg. de Ponte in suo tract. tit. de abund. §. 4. nu. 5. Et ne aspectus ciuium infestetur, ob locum dirutum, non est auferendus, quantò fortiùs in casu nostro, vbi adest bona fides concessionis, consensus immemorabilis, melioratio maxima, & nõ tractatur de publica deturpatione, sed de publica vtilitate, & necessitate; Quæ causæ satis superant voluptatem l. voluptariæ ff. de impens. dotal. Petra de potest. Princ cap. 4. par. 3. num. 48.

Erit ergò concludendum, assumptum nostrum non pati difficultate à maioritate rationis, Euerard. loco Topi. 81. 234 Quæ conclusio ampliatur à Doctor. etiam procedere in causis priuatis, vt ratione excessiuæ meliorationis, res nõ debeat de iure auocari, Franch. decis. 110. Insuper est aduertendum, in casu nostro tractari de melioratione facta in solo Vniuersitatis, & non alieno, cum probauerimus supra, territorium esse demaniale illius, & ob minimũ ius Baronis respectu tot ciuium non poterit 235 Baro pro seruitute sui vsus totam rem vendicare, Affl. dec. 80. sed præferendi sunt qui habent maiores partes in rei adiudicatione l. sancimus §. ne autem C. de donat. Capyc. dec. 36. & maximè pro publica vtilitate, ad text. 236 notab. l. 1. C. de commun. seruo, vbi minor pars præfertur ad prælationem, fauore publico, licet maior pars dissentiret. Vnde ex hoc tantum assumpto, deberet cessare omnis difficultas. Remanet satisfaciendum obiectioni, quæ posset ex hoc assumptu fieri, quod si res non potest auocari, saltim proportionabiliter vsus deberet in tanto censu Baroni correspondere, vt allegata iura innuere videntur, quę solutio, cum dependeat ex sequenti articulo, ne repetamus idem, eo loco, explicabimus talem oppositionem, & sic.

Quintò, arguendo semper à maiori, vt omnis dubitatio, & hæsitatio tollatur, continuando sermonem suppositũ, quod concessio esset nulla, pro coronide consideretur, quod hæc prætensa 237 nullitas, nil aliud posset importare, nisi reductionem ad pristinum cap. ab exordio 23. dist. l. quod si minor §. resti-

Digitized by Google

ſtitutio ff. de minor; Cum ergo ſupra plenè demonſtrauimus, territorium conceſſum eſſe demaniale Vniuerſitatis, vti ſunt & cætera, & præcipuè nemora; non poſſet aliud prętendi per Baronem, quàm vt defenſa hæc teneatur vt locus demanialis Vniuerſitatis vti ſunt, vt dixi, Montaneæ, & nemora arborata, quæ publico vſui ciuium, & cõ-
238 munitatis ſunt deſtinata, & hoc caſu vſus, vti primo ciui ei competit, quãdo Vniuerſitas vtitur, ſeu deſtinat ad commoditatem ciuium dicta nemora, ſed quando pro publicis neceſſitatibus fructus vellet vendere, tunc Baro nil poteſt prætendere, & arcetur ab vſu, & pecunia eſt conuertenda in burſam communem, vti ſemper ſic fuit ſeruatũ in iſta terra, quod Vniuerſitas ad libitum affictauit paſcua, & in ſuos vſus conuertit introitum, ſeruata forma iuris communis, & Regni, & ſic de iure reſpondet Frecc. auctor. 46. cuius verba vti neceſſaria ſunt hæc (In demanialibus Vniuerſitatis Baro habetur, vt Ciuis, & non vt Dominus, & vti talis poteſt commoditatibus vti, ſed ſi Vniuerſitas eligeret vendere glandes, herbam, aquam, & reliqua, non poterit Baro ſe intromittere, ſed pecunia conuertetur in oneribus Vniuerſitatis;) Hæc ille, & ita poſtea fuit deciſum, vt Franch. dec. 197. Cumque Baro vtatur hac defenſa vti cæteri ciues, quando paſcuntur eorum animalia certis temporibus, ac lignetur in ea, & ſolũ quando Vniuerſitas vendit illius fructus, pro ſuis oneribus pecunia in publicum conuertitur; Ergò conqueri Baro non poteſt, dum nullum damnum ex facta conceſſione ſentiat, & proindè nil remiſiſſe, & dediſſe Vniuerſitati dici poteſt, niſi prærogatiuam eam defendendi, & pœnas conſequendi contra dam-
239 nificantes, quorũ pœnæ integrè debent eſſe Vniuerſitatis in iſtis locis, Auen. cap. 13. par. 1. nu. 6. & cap. 1. n. 13. Sed in cæteris reſpectu Baronis, ea eſt demanialis, cum habeat in ea vſum, qui de iure non competit Baroni in defenſis, ſed in demanialibus tantum, D. de Pon. conſ. 97.

Quo aſſumpto ſic fundato, reſpondemus; ex prædictis obiectioni in præcedenti articulo oppoſitæ, vbi promiſimus, hic eam explicare; adduximus ibi, quod melioratione magna facta in loco, res non poteſt auocari, ſed potius cenſus proportionabilis ſuper ea infigi debet, & quod dum iſte locus controuerſus erat, facta defenſa arborata induſtria, & facto Vniuerſitatis, ex quo pretium fuit auctum in ſummo, nullo iure poterat tractari de loco auocando ex quauis prætenſa cauſa, potuiſſet obijci, quod ſaltim habito reſpectu ad tunc, quando conceſſio fuit facta, onus penſionis ſupponi deberet Vniuerſitati, vt annuatim quid ſolueret, ſed ex hoc quinto principali ſuppoſito, tollitur hæc tacita obiectio, nam in caſu noſtro ceſſat intereſſe Baronis, vt demonſtrauimus, quia nullum ſibi fuit illatum præiudicium ex hac commoditate territorij conceſſi Vniuerſitati, ergo ceſſat cauſa imponendi onus, vt dixit Aſflict. dec. 135. & conſequenter oppoſitio nullitatis non habet fundamentum
240 nam alienatio feudalium non permittitur ratione damni, & præiudicij, vt in conſtitut. diuæ memoriæ, ibi (minuendis) vt conſiderant ibi Doctor. ad tex. l. ſcio ff. de reſt. in integr. vbi minor non reſtituitur pro minimo damno, vbi gloſ. explicat, quantitatem damni remitti arbitrio Iudicis, & Affl. dec. 305. num. 6. declarat eſſe attendendum qualitates perſonarum in hoc; Et ſingulariter ad caſum noſtrum, Paris de reintegr. feud. quæſt. 5. num. 7. qui concludit poſſe Barones concedere aliquod de demaniale feudi, pro commoditate ſubditorum, maximè ſi vaſalli correſpondeant in alijs, allegat authoritatẽ Andr. in conſt. Regni dignum, ibi (& q Baro concedit de ſeruitio demanij, cõpenſet in alio) Hinc eſt quod de iure Baro, & vaſalli dicuntur correlatiui, &
241 viciſſitudinarium ius inter eos eſt diſpoſitum, vt latè Affl. dec. 265. vnde di-

Digitized by Google

dicunt, parilitas est inter præfatos semper obseruanda, & pro conclusione posuit Capyc. in inuest. verbo parilitas: Et ideo limitatur regula alienationis feudalium facta in vasallos, si ex alia via feudum recipiat correspondentiã vtilitatis, vt iurè subsistineatur, quia non minuitur feudum, si quid vasallis concedatur in recompensationem gratitudinis eorum, ad text. l. munerum §. præterea habent ff. de munerib. & honor. ibi (quod genus collationis, munus est.)

Referre gratitudines, donatiua continuò præstita præsenti, & Prædecessoribus Dominis ab Vniuersitate, longũ esset recitare dicunt, sicque, & vtilitates, & commoda, quæ quotannis percipiunt in donatiuis strenæ, in expensis quæ præstant circa pertinentia ad feudum, & ministeria iustitiæ, quæ ad Ba-
242 rones spectant, vt dixi pragm. 19. & refert Auend. cap. 10. par. 2. latè, seruitia personalia, & realia quæ præstant subditi, ad quæ de iure non essent obligati, sed gratitudo eos promptos exhibet, sufferre tot grauamina, & Affictatorum extorsiones, patientia hæc facit vt duplicatè introitus feudales vendãtur, quæ omnia bona correspondentia patitur, cum nec ius, nec immemorabile, vel mille annorum tempus obliga-
243 tionem pariat, nec ius Baronibus tribuat, Doct. concludunt, vt dixi prag. 1. parte 3. & Addo Auend. cap. 5. par. 2. benè, quia gratitudo non parit præiudicium.

Hæc omnia satis superant omnem prætensionem ex aduerso, in summo: Et redeundo ad propositum, ex istis benè constat, istud quintum suppositũ esse firmissimum, concessionem quę cõtrouertitur, nil officere feudo, & proinde vanam esse omnem prætendentiam ex aduerso, & si concessio esset nulla.

Quibus omnibus sic explicatis, lucidè constat qualiter omni via, iustitia stat pro Vniuersitate, & legitimè inquietari non potest in suo dominio hu ius defensæ, non dico in eius possessione, cum vanum mihi videatur de possessorio verba facere, tum quia constat de immemorabili, tam per concessionẽ prædictam, quam per assensum, & alias scripturas; nam non solum per testes,
244 sed fortior est probatio per scripturas in antiquitate probanda, Gabr. conclu. 1. num. 38. de præter. Gramm. cons. ciu. 135. & ex tituli initio, allegata possessione de præsenti præsumitur continua-
245 tio in præteritum, DD. l. siue possidetis C. de probat. Gabr. concluſ. 10. de præsumpt.

Vltrà quod sola præsumptio iuris suffragantis, cum allegatione possessionis est sufficiens ad decernendum contra Barones in possessorio, vt abundè dixi prag. 1. par. 3. & nunc addo, quod
246 semper in dubio contra eos est decernendum in possessorio, ob difficultatem postea auocandi possessionem à manibus eorum in plenario iudicio, nam auctoritas, potentia, subterfugia, qbus vtitur, vt communiter ex accidentibus videtur, impediũt, quod miseri vasalli, aut duriùs, vel ob difficultatem relinquãt multotiès eorum iura, vt in simili notat Boer. dec. 238. Bar. l. 2. ff. de appell. Auend. de exeq. mand. c. 4. nu. 14. par. 1.

Et propterea, omni via defendere debent vasalli possessionem suam, ad euitandum damnosum circuitum, quia meliùs est in tempus occurrere, quam postea remedium quærere l. 1. C. quando liceat sine iud. se vindic. & etiam
247 armata manu possunt resistere, quia armorum vsus in casibus istis est permissus, si vera sit possessio eorum, Bal. l. 1. C. vnde vi, Auend. loco præc. n. 25. in fine, & cap. 10. par. 2. nu. 2.

Vel si timent scandala, & potentiã, ne fiat eis præiudicium debent implorare officium superioris pro conseruatorio, ne turbentur, de qua materia dixi pragm. 1. & benè Valasc. consul. 69.
248 Ioseph Sese de inhibi. cap. 6. §. 1. latè & Doctor. l. si super possessione C. de transact. Et hæc satis; ac fui prolissus, contra meum solitum, vt morem gererem

rem ſupplicantibus qui petierunt, vt omnia ſupradicta, ſingula explicarem.

Poſtremò fui conſultus, vt reſponderem, an in caſibus turbationum, & vſurpationis iurium communitatis, non ſolum Vniuerſitas, ſed quilibet Ciuis poterit comparere apud ſuperiores pro conſeruatorio, & dico quod populares actiones per quemlibet Ciuem propo-
149 ni poſſunt, quia competunt ſingulis, vt ſingulis l. eum qui §. in popularibus ff. de iureiur toto tit. ff. de popular. act. Ancar. conſ. 26.

Immò qui talem protectionem ſuſcipit dignus eſt, vt pater patriæ vocetur, & honoretur, ad tex. ſingularem l. 3. C. de his qui ſponte publica mun. ſuſcipiunt, ibi (eum pro ſua liberalitate
150 Patrem vocari mereatur) & talia geſta perpetuæ memoriæ ciuium mandari debent, & iſti, ac poſteri eius, vti de fideli, & zelanti ſtirpe præferendi ſunt in honoribus, & prærogatiuis, prout è contra infideles ciues, qui contra publica commoda laborant, & machinãt debent perpetuò notari, & ab omnibus muneribus, & honoribus, ipſi & deſcendentes arceri debent, ad tex. inſignem
151 l. ſi cohortalis C. de cohor. lib. 12. ibi (cui maiorum ſuorum exempla præiudicant ita quod omnis honor, atq; militia, contagione huiuſmodi ſegregentur) & Ciuis qui aſſumpſerit hoc munus defendendi patriam, ne ſuo ſumptu laboret, conceditur de iure, vt cogere poſſit Vniuerſitatem ad ſubmini-
152 ſtrandas litis expenſas, nam quod commune, eſt iuſtum, ac congruum reputatur, vt ab omnibus approbetur, & communibus expenſis ſubſtineatur, Bal. l. ab omnibus §. ſi Titio ff. de lega. 1. & in indiuiduo Auend. cap. 10. num. 19. part. 2. qui ſubdit, quod ſuperiores ex officio cogere poterint cõmunitatẽ ſi iuſta ſint propoſita ceram eis, vt ſe defendat, quia Principis intereſt ſuos ſubditos non vexari, & dotem eis aſſignatam, vel eis auctam non minui, vel ad alios transferri, Suar. alleg. 7. Coua. pract. qq. c. 37.

Credo, ni fallor, veritatem negotij huius demonſtraſſe, & pro certo mihi perſuadeo, quod eorum Illuſtriſſimus Dominus his perpenſis, dum nil aliud prætendat, quam iuſtitię cauſam inueſtigare, vti ſui prædeceſſores generoſi fuerunt in concedendo, ipſe vti humaniſſimus & omni virtute præditus, facilior erit in obſeruando, & ſingularẽ deuotionem vaſallorum in ipſum non deſpiciet, ac vinculum pacis numquam violatum non rumpet, ſed maiores gratias conferet, vti tantum virum decet, cum magnificentia Principum, circa hæc verſetur in liberalitatibus, & beneficijs ſubditis conferendis, vt dixi in rubr. comm de Baron. & ita indubitati iuris eſſe cenſeo.

Io. Franc. Capibl.

SVMMARIVM.

1 *Barones ſunt primi Ciues, & vti poſſunt omnibus commoditatibus ciuitãtis, ſed moderatè in omnibus terris eorum.*

2 *Barones dicuntur Ciues Neapolitani.*

3 *Barones ſortiuntur forum Præſidis illius Prouinciæ ſi delinquant, vel contrahant.*

4 *Ciuis aſſumptus, vel à iure allectus ſortitur ibi forum, licet alibi etiam trahat priuilegium iuriſdictionis.*

5 *Archiepiſcopus ſortitur forum ſuffraganei delinquendo in eius loco.*

6 *Officiales perpetui conueniuntur in Magn. Curia Iudicis ordinarij omnium.*

7 *Neapolitani oriundi, vel contrahentes in aliquo loco an ſortiantur ibi forum.*

8 *Epiſcopus, Abbas, Officialis, Miles reputantur ciues illius loci, ſicq; & religioſi.*

9 *Barones an gaudeant priulegijs particulariter conceſſis ciuibus.*

10 *Barones vti ciues tenentur ad collectas, & bona tenentia in eorum terris pro burgenſaticis.*

Rex

Digitized by Google

11 *Rex tenetur ad collectas pro burgensaticis.*
12 *Barones tenentur contribuere pro ijs quæ sentiunt commodum in suis Terris.*
13 *Immunes non sunt exempti ab onere pro eo quod vtile sentiunt.*
14 *Barones tenentur ad collectas, vel gabellas de mercantijs, & negotiationibus.*
15 *Fructus feudi non subiacent collectis.*
16 *Mercari, & industriari, differunt.*
17 *Murmuratio populi pro dissensu habetur.*
18 *Baro pro fructibus feudi, an sit immunis à iure exituræ, quod habet Vniuersitas, latè excutitur.*
19 *Emptores ementes à franchis an sint immunes à gabellis.*
20 *Barones an vti ciues possint se interponere in pertinentibus ad regimen Vniuersitatis.*
21 *Baro dicitur Pater, & Protector Ciuium.*
22 *Baro an possit petere, vt reuideantur rationes Syndicorum, vel interuentum sui Officialis in illis calculandis.*
23 *Rationales dare Syndicis de iure erat Baronum.*
24 *Administratio iustitiæ, differt ab administratione bonorum Vniuersitatum, & non debent se turbari.*
25 *Zelus Baronis semper est inspiciendus per superiores.*
26 *Qui potest prohibere, & non prohibet succurrere, & non succurrit, in culpa est.*
27 *Baro vti protector suorum vasallorum comparet in parlamentis, & ipse citatur, & quot Terras habet tot voces tenet.*
28 *Baro in demanialibus Vniuersitatis quanta animalia poterit tenere.*
29 *Pascui qualitas, & quantitas est arbitrium iustum iudicandi vsum Baronum sibi debitum.*
30 *Pascua an possint diuidi inter Baronē, & Vniuersitatem.*
31 *Aquæ vsus qualiter diuidi possit inter Baronem, & subditos.*
32 *Subditi præferri debent exteris, Barone volente fidare.*
33 *Barones an possint vendere, vel cedere vsum suum debitum in demanialibus Vniuersitatum.*
34 *Seruitus an possit diuidi, & cedi.*
35 *Vsus qualiter diuersimodè interpretetur.*
36 *Vsus vltra illud negotium respectu aliarum necessitatum subditi dicitur quod excedere possit.*
37 *Vsusfructus cedi non potest, nec vendi, sed commoditas sic.*
38 *Baro criminalis an dicatur ciuis, & gaudeat prærogatiuis, vt Baro ciuilis.*
39 *Baro ciuilis dicitur Dominus, cui competit sua dipingere arma in terra, & non criminalis.*
40 *Locata Terra, non videtur translatus vsus quem habet Baro vti personalis.*
41 *Concedere vsum in re, vel concedere rem ad vsum, multum differunt, nam primo casu, nudus vsus subintelligitur, secundo casu plenum dominium.*

PRAGMATICA DVODECIMA.

Carolus Quintus.

VOlumus etiam, vt ipsi Barones, & alij vtiles Domini, Terris, & nemoribus communibus, vel demanio, moderatè vtantur, & quamuis, vt primi Ciues, Ciuium priuilegijs, & bonis vti possint, debent taliter vti, vt suis commoditatibus satisfiat, & vasalli à pascuis, & nemoribus, ac cul

tu-

Digitized by Google

tura non arceantur, quod vbi casus euenerit, nostro, aut nostri Vicere-
gis arbitrio reseruamns pœnam.

COMM. PRAGM. XII.

1 COntinuatur hæc pragmatica cũ dictis in præcedenti, quod licet Barones vti primi ciues possint vti priuilegijs, ac commoditatibus suarum Terrarum in pascuis, nemoribus, & similibus, tamen moderatè facere debent, ita vt non absorbeant commoditatem vasallorum, vnde notatur primò quod Barones dicuntur Ciues in suis terris; gaudeantq; priuilegijs ipsorum Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. fol. 299. & est singulare, quod Baro in omnibus suis terris dicatur Ciuis, nam de iure in loco originis, & domicilij quis ciuis effici potest l. cives C. de incolis, Gayll. obseru. 36. lib. 2. Quamquã propriè Barones, Ciues dicantur Neapolitani, ac ibi asserant teneri ad decimas, Doctor. cap. Regni 93. distinguit
2 Tapp. super constit. Regni quanto tit. de decim. quod decima personalis, vbi quis audit diuina, prædialis in suis locis, Paris de syndicatu verb. ciuilitas, ibique tantum forum sortiuntur actiuè, & passiuè, vti omnes alij Ciues Neapolitani, qui trahunt, & non trahuntur, vt ritu 301. tamen quod Barones ratione contractus, & delicti in suis Ter-
3 ris, sortiantur forum ordinarij Præsidis Prouinciæ. Capyc. dec. 59. dicens iudicatum, Regiam Audientiam Calabriæ, legitimè processisse contra Baronem, circa expositam querelam de spolio, vt ibi, & ita in praxi seruatum refert Carau. præcitato ritu nu. 6. rationes suadentes adducit Frecc. cuius nemo prædictorum meminit, titu. de offic. Magni Cancellarij; nam licet quis sit exem-
4 ptus à foro, si tamen efficietur Ciuis alicuius loci, illius ordinario Iudici subijcitur, ex textu notabili in cap. 1. §. fi. de priuileg. in sexto, secus si delinqueret in altera Terra extranea, in qua non esset ipse Baro, tunc sortiretur forum ratione contractus, vel delicti, licet esset remittendus postea vti Neapolitanus, Franc. Marc. dec. 218. 2. par. est textus insignis cap. cum inferior de maioritate, & obedientia, vbi Archiepiscopus delinquens non sortitur forũ in suo loco suffraganei, secus si delin-
5 quat in loco alterius Diœcesis: nam poterit ab ordinario cognosci l. 2. in fi. C. vbi Senat. vnde si Neapolitanus degat, & habeat domicilium extra Ciuitatem in loco vbi commoratur, poterit conueniri, Grammat. decisio. 87. Vrsill. decisi. 384. prout Consiliarij, qui licet
6 sint in magna dignitate positi, tamen sortiuntur forum Magn. Cur. l. curiales C. de decur. li. 10. & Addent. ad Capy. decisi. 9. Anna singul. 57. idem firmat, quod Barones sortiuntur forum Præsidis Prouinciæ, ex const. Regni iustitiarij per Prouincias, vbi Andr. licet quo ad criminalitatem detur remissio ad Magn. Cur. quæ sola de ipsis cognoscit iuxta tradita in nostra Rubr. sed non priuatiuè ad ordinarium loci, tãtò ma-
7 gis, quod etiam oriundi Neapolitani contribuere debent, vbi degunt sine immunitate, quod refert ad prędicta, Rou. pragm. 2. de immun. Neapolit. & proindè vti Ciuis gaudet priuilegijs vtendi commoditatibus, & vsu vti alij subditi, & Ciues, nam & Episcopus, Abbas, & miles gaudent etiam commo-
8 ditatibus pascuorum, & similium, Doctores l. assumptio ff. ad municip. Anna sing. 365. gaudentque societate, & cõmunione inita cum alijs Vniuersitatibus conuicinis, Paris d. uerbo ciuilitas, Guid. Papa dec. 631. sicque, & etiam officiales, Franc. Marc. dec 217. nam officiales dicuntur tunc ciues, & capita ciuium l. fin. C. de incolis lib. 10. M. Ant. Surg de Neap. illust. cap. 17. num. 18. sic & clerici, Religiosi, vide Mastr. dec. 49. & Anna sing. 185. licet exteri Boer. dec. 240. Vicarius Episcopi, Surd.

dec.

Digitized by Google

Surd.dec.129. vnde notatur non solũ Natales,sed assumptio,& officia,ciuilitatem conferre Add.ad Capy.decisio. 209. idem intelligo de Barone criminali,vt gaudeat Boer.dec.125. vide
9 etiam Dom. Rouit. hic,qui disputat si gaudere possunt priuilegijs concessis Ciuibus ex particulari priuilegio.

Et tandem propter dictam ciuilita-
10 tem Barones tenentur ad collectas pro burgensaticis,quæ possident, cum feudalia sint immunia ab oneribus,Capy. in inuest.verbo collectæ, sed ratione bona tenentium soluere tenentur, D. de Franch.dec.97.Luc.de Penn.l.cum diuus C.de omni agro deserto libr.10. dico ratione onerum realium, nam à personalibus sunt immunes,Boss.tit.de Principe num.101. nam personæ eorũ vti nobiles,& Neapolitanæ sunt exemptæ,Capyc.præcit. loco vers. Neapol. sed ratione burgensaticorum, etiam
11 Rex tenetur ad collectas,Capyc.verb. collectæ vers.Princeps, & vers.Domini Antibo.tract. de muner. vlt.art.nu 39. & 95.ita decisum inter Vniuersitatem Cotroni, & Baronem, Actuario de Ferrarijs, & asserunt etiam eos teneri ad refectionem murorum, salaria Me-
12 dicorum,& ad alia,de quibus participant,quod etiam clerici,licet exempti, ad talia sunt obligati contribuere, donec participant de lucro, & etiam de onere,Doct.l.ad instructionem C.de sacros Eccles.latè Mastrill.decis.49.& dixi supra pragm.8. par.2. & patre onusto,decidit Thess.dec.267.Maran. notab.cons.81. Campa.in clem.de vi-
13 ta,& honest.cler.num.115. cum sequ. & an contribuere teneantur ad custodiam territorij, & an pro bonis demanialibus,vide Camp.cap. Regni porrecta,& in cap.clandestini num.33.Ripa l.si se non obtulit num.33.ff.de re iud. Item tenentur ad gabellas,& collectas de lucro, quod ex negotiatione perci-
14 piunt,ex And. doctr.in cap.1.quæ sint regal.vers.plaustrorum colum.4. quod de industrijs, quæ faciunt de mobilibus,quod teneantur ad onera Ciuitatis,sed intelligitur Ifern.ibi,iuxta communem intellectum, quod teneantur contribuere de negotijs gestis, extra fructus feudi, nam de frumentis, eui bus,& porcis, qui ex nemoribus suis impinguantur, de ijs licet mercetur Ba-
15 ro non tenetur, secus si nihil pertineant ad feuda, vt de industriatis ex pecunia, vt Afflict.Lipar. & alij dict.cap. Capyc.in inuestitur.vers. feudatariorũ immunitas,Luc.l.si quot C.de bon.patrimonialibus lib.10. nouissimè Marc. Anton. Surgen.in Addit.fol.384. nam feudales introitus possunt mercari, & industriari,& immunes sunt Capyc. in inuestitu.verbo feudorum immunitas, Franch.dec.128. nam non dicitur mer-
16 cator, qui industriatur de suis fructibus,Bar.l.legatis seruis ff.de leg. tertio Cancer.variar. resolut.lib.3. cap.9.nu. 12.Franch.dec.256. Carauit.ritu 45. secus de alijs negotijs extra feudum, Rosentall. de feud. cap.5. concluf. 78. Maur.alleg.16.1. volum.Mastrill.de Magistr.qui allegat hunc locum lib 4. cap.17.num.73. quod ita decisum in Consilio pro Vniuersitate Lauri, cum Marchione,Actuar.Cioffo, licet de facto Barones hoc parum obseruent,sed in animæ iudicio non sunt securi, cum miseri subditi non obstant, sed eorum
17 murmuratio satis dissensum inducit, quæ non facit ipsos tutos,vt optimè dixit Andr.cap.1. quæ sint regalia, vers. extraordinaria, quod murmuratio populi interrumpit præscriptionem, quæ omnia nota, Adde quæstionem, quam pluries vidi controuersam, & pendet in facto inter Vniuersitatem Balbani, & Ducem Siciniani vtilem Dominum dictæ Terræ,num Baro debeat esse immunis pro fructibus feudi ab omni one-
18 re gabellarum, & similium, vt dixi si Vniuersitas habeat priuilegium exituræ,& platearum,& ius exigendi gabellam, vel vectigal aliquod de animalibus venditis,vel frumentis, cæterisque quæ foras venduntur, an fructus illi subijciantur oneri, & priuilegio, vt emptores cogantur ad solutionem gabellæ,

Digitized by Google

læ, vectigalis, & exituræ, & per prædicta videtur, quod emptores debeant
19 esse immunes, Capyc. in inuest. verbo feudorum immunitas, & licet emptores etiam videantur immunes, hoc nascitur, quia hæc immunitas redundat in beneficium Baronis, qui tanto magis victualia vendit, dum sine onere illo emptores emunt, Bald ita cons. 31. Attamen in terminis, contrarium tenet Camp. in clem. de vita, & honest. cler. nu. 123. quod exemptio, & immunitas non transeat ad emptores, licet ipsi emant à franchis, & personis immunibus, etiã si Ecclesiastici essent, nã emptores tenẽtur ad gabellas, & ita Boer: dec. 213. Peregr. tract. de iure fisci tit. de conduct. gabell. nu. 25. qui hanc opinionem in puncto iuris, dicit veriorem, licet cõtraria etiam in facto fuerit practicata, & D. Tapp. in tract. de constit. Princ. lib. 2. c. 3. nu. 73. concordat cum opinione Pereg. & idem dicit in c. Regni 98. nu. 18. Quamquam inspicienda sit forma priuilegij, si gabella imponatur contractui, vel exituræ, nam primo casu immunitas se extenderet ad emptores, sed non in alio casu, prout decisum in R. Cam. pro fidatis Dohanæ, qđ immunes sint etiam pro fẽtibus, & fructibus, vide ad propositum Menoc. cõs. 112. Rol. cons. 61. lib. 4. Sed an vti Ciues, non solũ gaudeant cõmoditatibus Ciuitatis, vt dixi, sed possint petere audiri in pertinentibus ad statũ Vniuersi-
20 tatis, & se interponere vti alij Ciues, & legitimè comparere, exemplũ, quod sæpè accidit Barones petunt assistere suos officiales in computis Syndicorũ, & aliorum Officialium Vniuersitatum, vel instant, quod reuideantur, an licitè possint se intromittere, dixi in præcedenti pragmatica, quod Baro vti primus Ciuis poterat contradicere vendi tioni cuiusdam nemoris Vniuersitatis, vt D. de Franch. dec. 147. vnde vti talis videtur, quod etiam supradicta pe-
21 tere possit, vltra quod ipse dicitur protector, & defensor, cuius interest, vt sua Ciuitas benè regatur l. 2. C. de debitoribus Ciuitatum dicitur, & pater vasallorum cap. si vasallus, quæ sit prima causa benefic. amitt. sic vti pater tenetur inuestigare salutem subiectorũ. argu. l. 3. ibi, nam salutem ff. de officio Præfecti vigil. & in his terminis, ita firmat Guido Pap. decis. 631. vers. venio ad quartum dubium.

Interest enim Baronis videre, ne pau-
22 peres opprimantur, quod potissimè ex malo regimine prouenit, & de iure diuino Domini custodes reputantur, qui inuigilare debent super oues cap. oportet 81. dist. vnde Psalmista: Ecce non dormitabit, neque dormiet; & custos tenetur resistere furtis, rapinis, & damnis, & omni via debet arcere lupos, baculo, vel latratu canum, quæ iustitiam designant, Genes. 32. & in Regno est statutum in prag. 5. §. pen. de adm. vniuer. vbi ordinatur Baronibus, quod precipuam curam habeant, vt introitus Vniuersitatum benè erogentur, & administrentur per Syndicos, & Electos, cum hoc onus eis competat vti primis
23 ciuibus. Immò posse audiri, & dare Rationales, de iure dixerunt Anna alleg. 130. nu. 15. Auend. de exeq. mand. Reg. Hisp par. 1. cap. 9. Bouad. lib. 2. pq lit. cap. 16. nu. 50. qui ita dicit iudicatũ Escob. de ratioc. cap. 42. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 3. nu. 451. Attamen in hoc puncto contrariũ voluerunt Crau. cons. 238. Vrsil. dec. 265. nu. 15. & dicunt, quod ista iura pertinent ad Decuriones, vt introitus rectè dispensẽtur quod Syndici prædecessores rationes reddant, nam vt dixi supra pragm. 3.
24 vnum est regimen pertinens ad Baronem circa iustitiam ministrandam, aliud competit Vniuersitati, cui se ingerere non debent Barones, cum sub zelo charitatis possent sibi vsurpare vtrumque, verum hoc dubium resoluitur, quod aut Baro petit rationes reddi per prædecessores, vt soluant quod debent, & est iusta petitio, interest enim Baronis, ne Vniuersitates depauperentur, ac ad suam administrationem pertinet iustitiam ministrare, vt debitores

Digitized by Google

solùant; aut prætendit rationes expeditas facere reuideri per suos Officiales, & quia hæc ad suam iurisdictionem non pertinent, nō poterint, cum vt plurimum hoc faciant, vt ex ijs inquirant aliquod maleficium, vel erogatū contra pragmaticas pro eorum marsupio, hoc casu renuente Vniuersitate, non poterunt Barones cogere ad rationes reddendas, sed si petierint apud superiores, Rationalem, petendo suis expensis, hoc poterint, non verò expensis Vniuersitatis, Frecc. auct. 18. de subfeud. Adde Rouit. super pragm. 2. tit. de admi. Vniu. nu. 2. vbi etiam discutitur, cuius sint pœnæ contrauentionum Syndicorum, Fisci, vel Baronis, Imò exiitē te lite inter Baronem & Vniuersitatē, multotiès impeditur Commissarius, vt vidi, cum superiores intueantur, quod non ex charitatis affectu hoc petatur, & notant Doct. in l contra, vbi Lucas col. pen. C. de re mil li. 12. dicens mul-
25 ta esse concedenda Baronibus comparentibus ex bono zelo, & pro vtilitate Vniuersitatum, secus si ob calumniā, tunc denegandus est assensus, etiam in licitis; & vtinam hoc officium veræ pietatis hodiè per Barones exerceretur, vtique tot latrocinijs Ciuium obuiam iretur, & miseræ Vniuersitates non depauperarentur, sed apud Deū non erūt excusati, cum per legem diuinā, & humanam, vt audistis supra prag. 3. sint obligati, præesse plebis bono regimini, qui enim potest prohibere, & non pro-
hibet, subuenire. & non subuenit, in cul
26 pa est l. non est sine culpa de reg. iur. in sexto, ipsi enim dicuntur caput mēbrorum, cuius est alia tueri, & gubernare, Frecc. fol. 214. nam ad hoc Deus creauit Superiores, non vt se dilatent in ociositatibus, sed vt præsint subiectis, vt dixi abundè pragma. 3. quantò maiorem dignitatem enim habent, tantò magis sunt debitores, & obligati Deo, & hominibus, cum Principatus, ob nil aliud sit inductus, nisi ob vtilitatem Ciuium, Valq. in præfat. controuers. illustr. qui per totum tractatum, cum hac conclusione, soluit multas nodosas quæstiones, sicque tenendum videtur, Barones vti posse omnibus priuilegijs, commoditatibus, actionibus, vti ciues, dummodò se compatiantur, quod non intingant manum in vsurpando iurisdictionem iurium, & officiorum pertinentium ad regimen Vniuersitatum. Aduerte tamen, quod licet vti ciuis habeat ius oppugnandi aduersus parlamenta, Anna allegat. 15. quia vti pater tenetur habere curam, vt bona suarum terrarum rectè gubernentur, & conseruentur, ne in collapsum cedant propter commune interesse, Hinc ino-
27 leuit consuetudo, vt ipsi compareant pro suis terris, & quot terras habet Baro, tot voces pro illis habet, D. de Pon. in tract. suo tit. de regal. impos. nu. 24. & n. 35. Verumtamen licet Ciuis Baro dicatur, non tamen respectu administrationis patrimonij, nam habent suos administratores, per quos reguntur, & quo ad ista, non dicitur verè ciuis, Franch. dec. 197. num. 19. & benè ibi D. de Pon. nu. 35. & propterea intuendus est zelus, nam aut comparet respectu sui, & suæ iurisdictionis, & audirì non debet, aut intuetur bona intentio, vt rationes Vniuersitatis videātur ex solita vsurpatione, quæ fiunt per potentes Ciues, & non debent defraudari bono, & sancto desiderio, quæ omnia ex qualitate Baronis rectè arbitrari poterint à superioribus.

Tertio notatur ex pragmatica, qd Barones ratione istius ciuilitatis, vti possunt bonis Vniuersitatis demanialibus, & communibus, non tamen vt absorbeant commoditatem aliorum Ciuium, nam vt dixi in præcedenti, habent vsum tantum in ijs bonis, & vti boni socij, vti debent, Guido Pap. decision. 231. dicens, quod non pos-
28 sunt ipsi immittere tantam quantitatem animalium, si enim pascua spicæ, vel glandes sunt sufficientes pro numero mille animalium, non debent Barones ipsi immittere dimidiam, vel partem maiorem, cum tran-

Digitized by Google

transcenderetur vſus, Frecc. auctor. 46. de ſubfeud. ſed poterint ponere vti ciues (& primi) tantam quantitatem, quantam alij duo ex ditioribus, Frecc. ibi, Bertrand. conſ. 111. Doct. l. Imperatores de ſeruitutibus ruſtic. præd. nam ratione illius prioratis, vt hæc qualitas aliquid tribuat, l. ſi quando de leg. primo, videtur, duplum eis eſſe concedendum, vide Annam ſingul. 80. Reg. de Ponte conſ. 47. num. 3. ſed ab hac opinione diſcedit Couarr. pract. quæſtion.
29 cap. 37. dicens, quod duo ditiores cũ Barone, abſorberent totam commoditatem, vnde hoc relinquendum dicit arbitrio boni viri, & recti iudicis, conſiderando cum expertis capacitatem paſcui, qualitatem, & quantitatem, & ſic ciuium animalia repartire, Bertrãd. conſ. 39. Vrſill. deciſio. 388. num. quarto, ita quod diuidatur commoditas pro omnibus, nouiſſimè D. de Franch. dec. 301. num. 10. hanc opinionem fuit ſequutum Sac. Conſ. inter Vniuerſitatem Vallis Vitulani, & Baronem, Actuario
30 Figliola, ſed an vſus aquæ, & ſimiliũ poſſit diuidi inter Baronem, & vaſallos ex l. vſus pars ff. de vſu, & habit. videtur, quod ſeruitus vti indiuidua diuidi non poteſt, ſed contrarium eſt receptum, vt dicam in ſequenti quæſt. & ita vidi iudicatum Solofræ, inter Dominum, & vaſallos, & pro Marchione Lauri cum Vniuerſitate, Actuario Cioffo, nam exiſtente diſcordia circa vſum aquæ fontis demanialis Vniuerſitatis,
31 vbi Baro prætẽdebat ratione vſus ſibi debiti partem aquæ ducere ad Palatium. Fuit deciſum quod fierent in receptaculo aquæ tria foramina, & ponantur tres fiſtulæ æneæ, in vnoquoq; foramine, & ex duabus defluat aqua ad fontem Vniuerſitatis, & tertia fiſtula aquæ defluat ad locum Baronis, quam ipſe poſſit claudere ad ſui libitũ, & quod expenſæ pro tali opere, pro duabus partibus pertinere debeant ad Vniuerſitatem, tertia pars exſoluatur per Baronem, & hæc fuerunt formalia verba Decreti. An verò diuidi poſſint paſcua in partes? multi dixerunt intrepidè, quod non, ex l. vſus pars ff. de vſu & habit. nam ſeruitus diuidi non poteſt, tu vide Theſſ. deciſio. 71. quod ſi commodè ſeruitutis commoditas diuidi poterat, non erat contra ius, vide Menoch. de arb. iud. caſu 145. benè, ex quibus habes, quòd pro ſuis mercimonijs non debet Baro abſorbere commoditatem aliorum, prout dixi correlatiuè in præcedenti pragmatica, quod Ciues, qui ſimiliter in demanialibus Baronis habent vſum, non poſſunt ad ſocidam animalia capere, cum eſſet vltra vſum, & impedirent fidam Baronis exteris concedendam, quæ fida eſt emolumentum feudi, niſi ipſi Ciues vel-
32 lent præferri, & ſoluere vltra vſum, Frecc. d. auct. 46. Anna ſing. 80. Adde eund. Frec. auct. 41. benè, & dixi in præcedenti pragm.

Dubium tamen magnum eſt, an iſte vſus paſcendi, lignandi, & ſimilium, quem habent Barones in bonis Vniuerſitatis, poſſint ipſi cedere, locare, vel-
33 vendere, fidando exteros pro illa commoditate ad ſe ſpectante, quia forſan ipſi non tenent animalia? videtur de iure reſolutum, quod vſus cedi, & vendi non poſſit §. 1. inſtit. de vſu, & habit. nam ſeruitus perſonam egredi non poteſt d. l. vſus pars, & perſonalia priuilegia non egrediuntur perſonas leg. quia perſonale ff ſolu. mãtrimon. & diximus ſimiliter ſupra pragm. 1. quod
34 iura prælationis, quæ habent Barones in emptione fructuum in venditionibus, & alijs multis, alteri cedere non poſſint, Guid. Pap. dec. 411. Oſaſch. deciſ. 156. Franch. deciſio. 220. & ſequeretur inconueniens, quod omnes ciues qui non haberent animalia, poſſent cedere hoc ius alijs, quod numquam vidimus obſeruatum, ſic firmat Anna allegat. 48. part. ſecunda, num. octauo, Sed pro Barone poſſet dici, quod licet iure dicatur, quod habeat vſum, non intelligitur de illo vſu ſtrictè, de quo Doctores l. 1. ff. de vſu, nam verbum vti, hic ponitur, pro commoditate vten-

Digitized by Google

di, non pro seruitute vſus, & vſus di-
35 uerſimodè capitur l.ſi quis binas ædes l.ſi alij ff. de vſufr. ſic Cœpoll. tit. de vſufruct. 3. declaratione, & quod interpretetur pro commoditate vtendi, tam in demanijs Vniuerſitatis, quam feudi patet: nam animalia non ſolum pro vſu victus tantum, ſed pro commoditate poſſunt teneri, non tñ pro magna mercantia, ſed pro induſtria ſic; nam aliud eſt mercari, aliud induſtriari, quos terminos notat ad multa Campa. de vita, & honeſt. cler. num. 128. Marant.
36 in ſua praxi, ibi iudicium mercatorum ſi enim ciuis teneat aliqua iumenta, vel animalia, fructuſque, & partus ipſorum vendat, vtique non intelligetur mercari, ſed de ijs induſtriari, & ſic Doctor. interpretati ſunt hunc noſtrum vſum, vt Dom. de Franch. dec. 489. in fi. notabiliter, dicendo, vſum intelligi, non quo ad illam mercantiam tantum, ſed quod ex ijs poſſit haberi, vt animalibus venditis poſſit emere alia, quæ ſibi ſuppetant ad victum, Anna alleg. 48. in prine. quem Franch. non allegat, vnde ijs ſic ſtantibus, commoditas iuris vtendi; verum eſt, quod in totum cedi non poteſt, vel in perpetuum locari, ſed ad tempus hoc eſt permiſſum
37 gloſ. fin. verſ. cedendo, inſtitu. de vſufruct. Sic & vſufructuarius non poteſt cedere, alias vſumfructum ammicteret, commoditatem tamen locare poterit l. arboribus §. vſufruct. de iure dotium, Gomeſ. tit. de ſeru. num. 17. variarum reſolut. Relinquo cogitandum ad bonum finem, cum in facto occurrat hæc quæſtio, ſed poſt hæc nouiſſimè D. de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proregis diſputauit hunc articulum, & tenet hunc vſum Barones non poſſe cedere, nec locare, prout è contra, nec Vniuerſitati liceat, cum parilitas inter eos ſit ſeruanda, vt toties diximus ſupra.

An autem Baro criminalium cauſa-
38 rum, gaudeat hoc priuilegio ciuilitatis? alias dixi quod Baro ciuilis dicitur verus Dominus, & poteſt facere depingi ſua arma in ſubfeudo, Frecc. auct. 4 de ſubfeud. & Gramm. conſ. ciuili dixit non venire ſub appellatione Baronis,
39 qui habet ſolum criminalem iuriſdictionem, vt conſ. 68. & proindè non gaudet beneficio conſtitutionis quamplurimũ, de adiutorijs petendis, vt Doctores ibi, Ego contrarium ſentio, nam ſi vt dixi, Miles, & Abbas, licet exteri dum reſident in loco, reputantur vti Ciues, ſic & Officiales, Epiſcopi, tantò fortius qui militat, & Præſes eſt iuſtitiæ, coercendi crima, Bart. l. 1. & l. aſſumptio ff. ad munic. Doct. l. ciues C. de incol. lib. 10. an vero iſte vſus, prout non poteſt cedi, vt ſupra fuit dictum, poſſit tacitè transferri, locata terra in condu-
40 ctorem, multa poſſent dici, Verumtamen cum fuit concluſum eſſe priuilegium perſonale, illud non tranſire latè tractauit D. de Pon. lo. præc.

Nota etiam, quod aliud eſt habere vſum in re, aliud habere vſum ad rem,
41 de primo caſu loquuti ſumus hic; ſecundus caſus importat plenum dominium, Doctor. l. donationes §. ſpecies ff. de don. & Capy. dec. 188. in terminis de defenſa conceſſa Vniuerſitati ad vſum, & nunc pendet lis de ſimili quæſtione conceſſionis factæ ad vſum

PRAGMATICA DECIMATERTIA.

Carolus V. in anno 1536.

GRaues inſuper querelas accepimus, quod Barones, & viles Domini cogunt vaſallos ſuos, aut eorum aliquos ad emendum, ſeu conducẽ-

dum

Digitized by Google

dum ipsorum Dominorum, gabellas, furnos, dohanas, baiulationes, defensas, molendina, tappetos, passus, & terragia, & alios eorum redditus, & iura, pretio ipsis Baronibus, & vtilibus Dominis benè viso, quod quidem ab omni iure, & æquitate alienum esse cognoscimus: vendendi enim, & emendi vsus, cuilibet liber esse debet. Mandamus igitur, ne de cętero per Barones, aut alios vtiles Dominos, vasalli possint cogi ad tales emptiones faciendas, seu vendant, aut locentur suos redditus, & iura, volentibus conuenire poterunt, & non aliter, si quis autem huic nostro mandato contrafecerit, venditio, & locatio sit nulla, & Dominus taliter vendens, pœnam nostro, aut Viceregis nostri arbitrio reseruatam incurrat, vltra quod volumus ipsum perdere pretium, seu mercedem, talis coactæ venditionis, aut conditionis.

Hæc Pragmatica fuit declarata, & commentata supra pragm. 1. num. 115. cum sequ. & propterea non est opus alia hic addere, sed remitto te ad ibi scripta.

SVMMARIVM.

1 *Libertas hominum adeo inestimabilis, vt neque Deus voluit eam arctare.*
2 *Bona præsumuntur libera ab origine.*
3 *Dominij effectus est, vt liberè quis re sua vtatur.*
4 *Barones non possunt prohibere vasallis ne coquant panem, nisi in suis furnis, vel ne molant nisi in suis molendinis.*
5 *Barones nullum onus possunt vasallis indicere.*
6 *Priuilegium concessum cum furnis, molendinis, non tribuit ius prohibendi.*
7 *Princeps iuri quarendo, & non iuri quæsito præiudicare potest.*
8 *Baro in fraudem aliorum, non debet remittere ius molturæ, vel fornagij.*
9 *Banna vt valeant debent esse iusta, & alteri non præiudicialia.*
10 *Quota olei debita Baroni de oleo tapetorum, an debeatur de nucleis.*
11 *Palea est in fructu, & debetur pars Domino.*
12 *Præscribi non possunt quæ sunt meræ facultatis vasallorum.*
13 *Actus in dubio præsumitur gestus ratione facultatis.*
14 *Præsumptiones quæ sint legitimę ad iudicandum si actus sint facti iure facultatis, vel pro suo.*
15 *Baro solus si habeat furnos, tapetos, & alia, est præscriptio iuris prohibendi, si alia non existant.*
16 *Obtinere quis debeat in possessorio illis casibus, Baro, vel Vniuersitas.*
17 *Vasallis an prohiberi possit, ne foras accedant ad molendum.*
18 *Vasalli an pro vsu suo possint tenere centimola, & similia.*
19 *Vasallis an possit interdici, ne exerceant mercaturas, vel negotiationes, notatur.*
20 *Banna ob aeris salubritatem, ne fętida fiant in locis publicis valent.*
21 *Publica sunt sub protectione Baronum.*
22 *Ius prohibendi præsumitur habere Vniuersitas si sola habeat molendina, & cætera.*
23 *Vniuersitas oppressa ære alieno poterit statuere, ne ciues aliò accedant ad molendum.*
24 *Libri releuiorum, ac Aerariorum an probent introitus feudales, benè explicatur.*
25 *Princeps an possit disponere super iure-*

Digitized by Google

gentium, & dominio quæsito.
26 Capitula inter Baronem, & Vniuersitatem quando subsistant.
27 Molendina, & alia opera in aquis non possunt facere vasalli in præiudicium Baronis.
28 Flumina, & mare sunt appatronata.
29 Irrigatio aquæ in hortis, an possit à Barone prohiberi.
30 Molendina, quæ non tangunt aquas possunt fieri per vasallos.
31 Præscriptio in actibus negatiuis, quando incipiat, & quanta requiratio.
32 Possessio quæritur per vnicum actum in incorporalibus.
33 Præscriptio non operatur facta interruptione.
34 Prohibitio facta priuatis personis non tribuit ius publico, nec pro, nec contra.
35 Venatio, an possit prohiberi per Baronem.
36 Princeps an possit prohibere venationem.
37 §. nemo retia, de pace tenenda, interpretatur.
38 Venatio an possit prohiberi in defensis proprijs, & an in fundis priuatis.
39 Furti tenetur capiens animalia de pischerijs, & columbanijs alienis.
40 Venatio ex publica vtilitate prohiberi potest.
41 Piscationes an possint prohiberi, datur eadem regula.
42 Barones an possint prohibere venationem, & piscationem exteris eus puniendo.
43 Barones possunt prohibere omnem vsum alienigenis in suo territorio.
44 Barones possunt constituere banna.
45 Barones an possint statuta facere, declaratur.
46 Banna aut sunt secundum ius, vel præter, vel contra ius.
47 Bannum ne quis incedat per habitatũ de nocte, quando valeat.
48 Ignorantiam banni allegare an sufficiat.
49 Pœna banni potest moderari, & tolli per superiorem, si viderit fieri tuta banna, potius ad vtilitatem Baronis, quam publica vtilitate.
50 Armorum portatio potest de nocte prohiberi.
51 Mascaræ an possint prohiberi.
52 Bannum ne quis alloquatur cum carceratis valet ante datas defensiones.
53 Dispositio quando dicatur esse contra ius, vel præter ius.
54 Legem non potest imponere inferior superiori.
55 Pœnas corporales indicere Baro non potest.
56 Pœnam iuri communi addere ex causa Baronii licet in pecunia.
57 Arma militibus prohiberi possunt ex causa.
58 Arma possunt prohiberi etiã Commissionatis in propria patria.
59 Baro ciuilis non potest imponere pœnam vltra agustale in suis bannis.
60 Mulcta quid differat à pœna.
61 L. fin. C. de modo mulct. non est in observantia.
62 Mulctam pro tuitione iurisdictionis an possit solus ordinarius imponere.
63 Decuriones Vniuersitatis, Catapani, & habentes similia officia, an possint banna, & ordinationes pœnales facere.
64 Delegatus an possit mulctare.
65 Banna in fraudem iuris non valent.
66 Banna Officialis durant, officio durante, etiam Regentis M. C.
67 Banna Proregum expirant officio finito, nisi sint prolata cum Consilio Collaterali.
68 Banna sub nomine Baronis sunt perpetua.
69 Banna vt ligent qualiter solemniter debeant publicari.
70 Banna quando ligent exteros.
71 Exigi qualiter summariè debeat pœna banni.
72 Pœna comminatæ qualiter sint temperandæ.
73 Pœnæ comminatæ in prouisionibus non exiguntur.
74 Pœnæ ex causis feudalibus, & prouentibus non exiguntur.

Digitized by Google

75. *Vsura vsuræ, & pœna pœnæ non debetur.*
76. *Pœna contumaciarum qualiter temperanda, & exigenda.*
77 *Purgationes contumaciæ possunt purgari etiam absente officiali.*
78 *Panalia mandata sub graui pœna bonorum imposita, an valeant, & exigi possint.*
79 *Bannis iniustis, & ordinationibus iniquis resisti debet.*
80 *Leges iniquæ seruari non debent.*
81 *Resisti quando possit superiori, declaratur.*

PRAGMATICA DECIMAQVARTA.

Carolus Quintus.

AVdiuimus etiam, quamplures Barones, & alios vtiles Dominos, vasallos suos cogere, ne panes coquant in alijs furnis, quàm in furnis ipsorum Dominorum, certum quid pro iure furni accipientes, Item etiam mandãt, ne triticum ad molendum in aliorum molendinis conducant, præterquàm in molendinis ipsorum. Multi etiam mandant, vt oliuas in eorum tapetis terendas, & non aliorum conducant. Complures etiam prohibent vasallos, & alios in eorum Terris habitantes, ne possint aduenas, aut àlios recipere in eorum domibus, vel aliarum, & si qui tenent, prohibent ne hospites recipiant, donec hostariæ, seu tabernæ Dominorum sunt plenæ; Quæ omnia contra subditorum nostrorũ libertatem, in qua illos diuina, & humana iura conseruari mandant, & hos qui iustitiæ cultores semper extitimus, & Deo dante erimus, ea nõ patiemur. Volumus igitur, atque mandamus omnibus Baronibus, & alijs vtilibus Dominis, vt liberè permittant vasallos suos in ipsorum vasallorum, aut aliorumlibet furnis panem coquere, & similiter possint granum ad molendum, & oliuas terendas, ad quorumlibet molendina, vel tapetos conducere, & possint in domibus proprijs, vel aliorum hostarias, aut tabernas facere, & tenere, hospites recipere, etiam quod Dominorum hostariæ non sint plenæ, nec possint præfatos aliqualiter impedire, seù prohibere, exceptis illis, qui furnos, molendina, tappetos, tabernas, hostarias, seu hospitia cum huiusmodi iure prohibendi vasallos particulari priuilegio, aut legitima præscriptione, vel consuetudine legitimè præscripta habent; Nos enim sicuti vasallos in libertate retinere quærimus, ita iura, quæ Barones, & alij vtiles Domini habent, conseruare intendimus.

COMM. PRAGM. XIV.

TVetur hic Imperator libertatem subditorum, quam hic dicit, diuino, & humano iure conseruari debere, tàm circa personas, quam bona, libertas namque res est inæstimabilis, verba tex. l. libertas ff. de regul. iuris, quam nec Deus ipse voluit arctare, liberam reponendo in manibus consilij hominum;

Digitized by Google

ſtum; imò vt à ſeruitute Luciferi Mũdum liberaret, miſit filium ſuum, Luc. multa adducit l. 1. C. ne quis liber inuitus actum gerere cogatur, & infinita poſſent cumulari fauorabilia libertatis, Doctor. l. libertas omnibus fauorabilior eſt ff. de reg iur. Sed peculiare inſtitutum noſtræ Pragmaticæ eſt, hic de libertate bonorum tractare, quæ de iure omnia libera eſſe præſumuntur, & exinde cuilibet liberum eſt in ſuo face
2 re, quicquid velit l. altiùs C. de ſeru. Io. de Amicis conſ. 104. quod in ſuo quis poteſt facere omne artificium excogitabile, furnum, tapetum, licet fumus, & ſimilia alijs noceant, nam hoc importat dominium, vt liberè quis agat in rebus ſuis l. in re mandata C. mandati.
3 Multa recenſet ad hoc Viu. deciſ. 306. Gayll. obſeru. 69. & pro regula eſt conſtitutum, quod bona præſumuntur libera, cum ab origine habeant præſumptionem pro ſe, libertatis, vt abundè Maſcard. in tract. de proba. concluſ. incip. ſeruitus 1305. ex cuius inſpectione hoc ſancitur, quod Barones non poſſint prohibere vaſallis, ne coquant panem
4 niſi in furnis Dominorum, nec molant frumenta, niſi in molendinis eorum; nec recipiant hoſpites, niſi in hoſtarijs, & hoſpitijs illorum, quæ omnia ſunt contra libertatem, & ſeruitutem inducunt, contra iuris normam, latè Bald. conſ. 410. volum. 5. & quod furnos, & molendina conſtruere poſſint, vltra regulas præcitatas in indiuiduo, ita eſt deciſum, vt per Guid. Pap. quæſt. 298. Franc. Marc. dec. 223. Boer. deci. 125. & in Regno, Affl. dec. 388. Capy. dec. 209. Clar. §. feudum quæſt. 30. nam alias eſſet imponere vaſallis magnum onus, & vt dixi ſupra 1. pragmatica,
5 Barones nullam collectam, nullumque onus, vel perſonale, vel reale, ſubditis imponere poſſunt, quod ſi fecerint, eis non erit parendum l. Quintus §. Pomponius leg. cerdonem ff. de oper. libert. Idem tenendum eſt in hoſpitijs, hoſtarijs, beccarijs, tappetis, & ſimilibus, q libet enim ad libitum ea tenere, & conſtruere poterit, Paris de reintegr. feud. quæſt. 15. Iacob. in tract. de feud. verſ. & cum molendinis, Anna allegat. 116.
6 Quæ adeo vera ſunt, quod licet inueſtitura ſit conceſſa cum molendinis, furnis, hoſpitijs, & alijs, non per hanc clauſulam, videtur conceſſa Baroni facultas prohibendi conſtructionem, & vſum conſtructorum, priuilegium enim non præſumitur conceſſum in tertij præiudicium, vulgata leg. 3. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publ. interpretatur enim dicta clauſula, factã eſſe conceſſionem prædictorum ſi feudo inſunt, Iacob. d. verſ. & cum molendinis, vel dicimus, quod clauſula illa eſt potius de ſtylo, quam quod aliquid operetur, vt dictat ſequens Pragm. & ita Vrſill. dec. 388. quicquid dixerit in cõtrarium Guid. Pap. quæſt. 289. contrarium aſſerens cum Iaſone conſil. 161. quos confutat, & benè Crauett. de antiq. tempor. 4. par. §. circa, dicens cum
7 communi opinione, quod iſta clauſula nil inducat, nec ius prohibendi tribuat Princeps enim ſeruitutem inducere non poteſt, nec ius quæſitum tollere, Gabr. latè 1. concluſ. tit. de iure quæſito, Petra de poteſt. Princi. cap. 26. licet poſſit impedire futuras conſtructiones, Brun. conſ. 131. Iacob. loco præcit. verſic. præſertim ſi Princeps. Necque per indirectum licebit hoc Baroni, ſi quid enim pro iure furni, & molendinorum ſolui ſolet, non poterit ipſe hoc tribu-
8 tum relaxare in præiudicium aliorum, vt ciues concurrant ad ſua, Ripa l. quo minus ff. de fluminibus num. 131. Anchar. conſ. 155. nouiſſimè Oſaſch. deciſ. 17. nam ſtatuta, ſeu banna debent eſſe iuſta, honeſta, & rationabilia, cap. erit autem lex. 4. diſt. & deficiente vno ipſorum dicentur iniuſta; Hoc caſu, deficit iuſtitia, cum bannum alterum lædat,
9 fatiſque colluſio, & fraus arguitur, quę cuiquam patrocinari non debet, & ſi non licet relaxando ſuum alteri præiudicare, tantò magis ſi Baro vellet præiudicare, alterando ius molituræ, fornagij, vel tappeti; nã ſolitam quota

exi-

Digitized by Google

exigere debet, nec posse Dominum vnius molendini minuere censum in damnum alterius molendini, nisi esset elapsum tempus immemorabile, Guid. Pap. dec. 398. Boer. dec. 125. Itē in facto pluries controuersum vidi, de Barone, qui in eius tappetis, vltra quotam solitam olei debitam ratione molitu-
10 ræ, prætendebat nucleos oliuarum sibi deberi remanere præcipuos, ex quibus etiam exprimitur pars olei, & iniquam esse talem prætensionem dixi, nam si-
11 guti palea est in fructu, & de ea debetur quota, & reliqua Domino fundi remanere debet, sic & isto casu, Franch. dec. 103. nam nuclei oliuarum sunt in fructu, & sufficit de fructu quotam præstari, & ita vidi iudicatum pro Vniuersitate Oliueti cum Barone, quod Nuclei supprimantur, & reprimantur, sicuti oliuæ, & pendet lis inter Vniuersitatem Balbani, cum Duce Siciniani, Domino vtili illius Terræ; Ampliaturque nostra conclusio, quod licet vasalli per immemorabile tempus sint soliti accedere ad molendina, furnos, vel tappetos Baronum tantum, non per hoc præsumitur eos habere ius prohibendi,
12 quod vasalli non possint construere alia, vel aliò accedere, nam hoc fuit meræ facultatis, & quæ sunt facultatis, non præscribuntur l. 1. C. de seruitut. Abundè suo more Gabr. de præscript. concluſ. 10 & licet multi dicant, spatiū centum annorum inducere titulum, vulg. tex. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. hoc procedit, data quasi possessione ex tempore possessionis, & probata prohibitione, & sic possessione; potest dari præscriptio, sed in du-
13 bio præsumitur iure facultatis accessus, Ripa cap. 3. de causa possessionis num. 43. Crau. benè de antiq. tempor. fol. 221. Franch. dec. 166. Thess. decis. 16. Verum circumscripta immemorabili, si concurrerent aliæ præsumptiones, vti consuetudo Regionis, vbi Barones tenent hanc possessionem prohibendi, ac habent clausulam suprādictā, tunc præsumeretur pro eis, Ripa d. l. quo minus, Capyc. in inuestit. vers. cum furnis.

Idem si esset vnus furnus, vel duo so-
14 lum Baronis, nam præsumptio est pro eis, Cassan. in consuet. Burgund. rubric. 13. §. 9. num. 2. & nouissimè Cancer. variar. resolution. lib. 3 cap. 13. Clar. §. feudum quæst. 30. vbi dicit licitè Baro-
15 nem prohibuisse fieri nouum hospitium, dum ipse solus alterum habebat Franch. dec. 380. Gutt. lib. 4. pract. qq. q 32. Anna sing. 557. benè, vbi etiam notat, quis manutenendus sit in possessione, istis casibus, dum ius resistat Baronibus, & Roland. cons. 91. volum. 2. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 99. cum sequ. Anna in cap. 1. de vassal. de-
16 crep. æt. & n. 69. vbi quid fuerit iudicatum refert. Item si omnia alia molendina, furni, & similia illius Terræ recognoscant Baronem, in soluendo aliqđ tributum, præsumitur ius prohibendi, Viui. dec. 495.

Amplia, quod etiam si Baro kabeat
17 ius prohibendi in furnis, molendinis, & cæteris, intelligitur intra Territorium, secus si aliò vasalli velint accedere, quo loci habeant forsan meliorem farinam, tunc accessus eis non prohiberi potest, Ripa de remedijs ad conseruandam vbertatem num. 301. Socc. consil. 272. nisi fieret in euidētem æmulationem, vt præcitati Doctores. Adde Annam, & Addit. singul. 68. sed quando hoc fieret ob causam, quia molendina Baronis non sunt ita commoda, vel faciunt peiorem molituram farinæ, vel ius molituræ est maius, vel aqua non est sufficiens, maximè æstiuo tempore ad molendas tantas quantitates, tunc quia ad æmulationem fieri videtur, sed quia quilibet tenetur sibi vtilius procurare, non sunt prohibendi vasalli, Anna in alio sing. 557. & in rubr. de vasall. decrep. ætat. num. 69. & notauit antea Frecc. de subfeud. auct. 41. Am-
18 plia quod etiam si Baro legitimè habeat ius prohibendi, id non extenditur, quod vasalli pro vsu suo non possint habere centimula, furnos,

&

Digitized by Google

& tappetos in suis domibus, Guid. Papa dec. 4. & Marsil. sing. 86. in simili l. si Publicanus ff. de publ. & sic in S. C. pluriès decisum, mihi fuit relatum, Berta: tracta. de Gabellis par. 8. art. 2. Consequutiuè iniustissima reputantur
19 mandata, ne vasalli exerceant aliquã artem, mercantiam, vel negotiationem: quia forsan Baro ipse fieri procurat, Paris de reintegr. feu. quæst. 15. Capy. dec. 209 n. 10. commercia enim sunt de iure gentium, quæ nullo modo prohiberi possunt, dixi supra pragm. 1. in fine. Sicque ne exerceantur beccariæ, mandata reputantur iniusta per su-
20 pradicta, nisi prohiberentur ob publicam causam, vti certus locus, veluti ne fiant in platea, ob aeris salubritatem, & sanitatem; tunc enim permittitur, vt Affl. const. salubriter, Rip. in tract. de peste, vbi sic etiam potest prohiberi cũ ratio lini, & aliorum fœtidorum intra Ciuitatem, vel in certis fontibus Vniuersitatis, Dom. Rou. tit. de salubr. aeris nam Baro potest exercere iurisdictionem in publicis, licet non sint sua, dum modo non faciat in sui commodum, Iacob. de feud. vers. & cum molendinis Andr. titul. quæ sint regal. vers. via, vbi
21 viæ licet sint publicæ, & de regalibus tamen adhuc stant sub iurisdictione Baronum, & maximè disponendo in fauorem publicæ vtilitatis, pro cuius rationis conclusione, nota limitationẽ prædictam, quod ratione publicæ vtilitatis, si Vniuersitas habeat molendina, ad quæ accedant solum Ciues, præsu-
22 mitur ratione publicæ vtilitatis habere ius prohibendi, quod non procedit in alijs, vt dixit Boss. tit. de rega. nu. 41 Thess. d. dec. num. 13. hinc dixit D. de Franch. dec. 380. quod Vniuersitas oppressa ære alieno poterit statuere ne
23 quis ciuium accedat ad molendum aliquo, nisi ipsius molendinis, furnis, vel tappetis, & in tantum dicta prohibitio extenditur, quod ligare molendina Ecclesiasticorum, quamplurimi affirmant, Crau. de antiq. temp. loco præcitato, Ofasch. dec. 17. attendendum enim est potius publicum, quam priuatorum interesse, maximè ad certum tempus. Limitatur etiam posita conclusio, eam non procedere, si ex priuilegio appareat, concessionem factam Baroni, cum iure prohibendi super furnis, molendinis, & ceteris, vt dictat nostra Pragm. hic in fine, Anna sing. 586 asserens, quod, & si priuilegiũ deficiat
24 concessionem iuris prohibendi præsumi ex releuio Curiæ, & alijs, vt ibi Frãch. in decisio. 103. num. 2. & quod libri ærariorum, & inuentaria Baronum, & releuia probent introitus feudales, vide Summ. Ardiz. titul. quib. mod. feud. amitt. & Viu. dec. 125. in sequ. respons. num. 15. Afflict. & Vrsil. dec. 83. & qđ libri terragiorum sint probationis, Anna sing. 317. & quod releuia etiam sint actus probatiui possessionis rerum feudalium, Anna sing. 557. sed aduerte quod hæc non sunt probatæ fidei: Barones enim supponunt aliquandò dubios introitus, & forsan pertinentes ad Vniuersitates, in releuium feudi, vt suo tempore valeant ex hac assignatione, recipere beneficium probationis vnde est aduertendum in hoc, si potest dari collusio, vt benè Anna in repetit. const. Regni diuæ memoriæ num. 12. & est quotidianum. Verum concessio debet esse in specie, & indispositionis secus si apposita esset clausula solita cum furnis, & molendinis, de qua diximus supra in ampliationibus, quam-
25 quàm multi dicant, Principem non posse facere has concessiones priuatiuas libertatis, cum supra ius gentium disponere non possit, vt exemplis & authoritatibus demonstrauimus: in multis locis tamen consuetudine & ratione istas concessiones posse fieri, dixit Paris de reintegr. feud. quæst. 15. Guid. Pap. q. 298. dico in construendis: nam in constructis tempore concessionis ius prohibendi non procederet; nam in quærendis, & non in quæsitis Princeps præiudicare poterit, Crauett. de antiq. tempor. 4. part. §. circa, Boer. decisio. 325.

Li-

Digitized by Google

Limitatur etiam, nisi aliud ex pacto inter Barones, & Vniuersitates esset
26 conuentum, Boer.d.dec.Affl.dec.388. quod non procedit in Regno hodie, nisi concessio esset roborata assensu Regio, cum Vniuersitas nullam obligationem,& seruitutem sibi imponere possit,nisi præuio beneplacito Principis,vt dixi 3.pragm in fi.limita etiam, & aduerte, cum præallegati Doct.simpliciter transeant, dicendo, quod construere molendina,Ferrerias,battinderia,& alia opera ex aquis,quod cuiquã liberum sit,quod nou procedit, cum aquæ hodie sint Baronum, & de eorũ
27 demanio,ex antiqua consuetudine, vt diximus part.1.supra pragm. 8.Viu. dec.229. dico, non de fluminibus nauigabilibus, quæ sunt de regalijs, sed de alijs publicis,quæ sunt Baronum, & sic ratione aquarum Baro poterit prohibere constructionem molendinorum, & aliorum operum: licet enim flumina sint publica quo ad vsum,tamen hodie
28 flumina, & mare sunt appatronata, Doctores l.quo minus ff.de fluminibus & discutit Dom.de Franch.decisi.183. in fortiori casu,an Barones possint prohibere irrigationem hortorum,& Ann. alleg.79.& nouissimè Dom.Rouit.titu. de aquis pragm. 1. in fine dicit, non potuisse Baronem prohibere irrigationem hortorum,& aquam impedire pro isto vsu vasallis,ex l.1. C.de mancip.&
29 ali. lib. 10. per quem tex. sic per Sac. Consilium iudicatum,& reclamante Barone confirmatum, quod est notandum, quia Franch. allegata decisione, videtur concludere pro Barone, & sic licet flumen transiret per locum priuati,& de iure esset licitum construere molendina, hoc non procedit in Regno per supradicta, secus si molendina
30 non tangerent aquas, vel alueum, vt Capyc.in inuestit. vers. & cum molendinis,Franc.Marc.dec.270. cum sequ. 2.par.Cœpoll.tit.de alueo.Limita etiã ex prag. nostra, nisi Baro hoc ius consequutus fuerit ex legitima præscriptione,vel consuetudine, & quid sit præscriptio,& quid consuetudo,& quomodo differant,dixi supra pragm.1. quã-
31 do autem incipiat currere tempus præscriptionis.restat dicendum,dic qd præscriptio incipit à die prohibitionis, vel publici banni, ne quis accedat nisi ad furnum, vel molendinum, tappetũ, & alia,nisi sint Baronis,ex eo tempore incipit quasi possessio, vt in terminis, Vrsill.dec.388.Capyc.dec.209. & sequuta patientia, continuatur possessio, Doct.l.1.C.de seruit. nam per vnicum actum quæritur ius possessionis in iurisdictionalibus,Lanar.cons.32.nisi es-
32 set actus violentus,nam tunc non tribueret ius, vt in exactione banni dixit Bertazzol.cons.418.num.8. Dec.cons. 11.num. 12. Gramm. voto 12. Sed si Vniuersitas se opponeret, vel etiam aliqui ciues,qui pro publica vtilitate habent legitimam personam contradicendi, & opponendi pro sua Vniuersitate,vt Crauet.cons.195.in fine,tunc quasi possessio non posset fundari contra eos. Si tamen reuocetur, vel ap-
33 pelletur,interrumpitur possessio,& præscriptio,Iacob.in tract. feudor. vers. & cum venationibus,nouissimè quomodo vasalli debeant contradicere,& quando quæratur quasi possessio, videndus est Petra de potest. Princip.6.par. dixi quod banna debent esse publica, nam si aliquibus personis priuatis tantum fit facta prohibitio, non præiudicatur
34 publico.Consuetudo tamen non requirit proclamata, sed tacitus consensus populi sufficiet ad ponendum Baronẽ, vt dixi d.prag.1. vbi notauimus,quod tam per viam consuetudinis, quam præscriptionis, Barones ob præsumptũ metum,& coactam voluntatem non præscribunt minori tempore centenario,& Thess.in nostris terminis dec.16 num. 7. cum multis coaceruatis, licet ab hac opinione discedat Petra loco præcitato, dicens sufficere tempus 30. vel 40. annorum, prout præscribuntur aliæ seruitutes,de quibus Doct.l.seruitutes ff.de seruit. sequendo opinionem prout dixi supra pragm.11.de iure pascen-

Digitized by Google

scendi contra Couarru. quæ in occurrenti erunt benè considerandа. In possessorio quis obtinebit, in his terminis vide Capyc. dec. 209. hæcque itidem adnotanda sunt, pro omnibus prohibitionibus Baronum; Vniuersitates enim debent se interponere in actibus præiudicialibus, contradicendo, & appellando, vt docet Francis. Balb. abundè fol. 179. Idem erit obseruandum in prohibitione venationis factæ per Barones,
35 ne vasalli in suo territorio venentur: hæc enim banna iniustissima sunt, cum libera de iure gentium sit materia venationis l. 1. & 3. ff. de acquir. rerum dom. & proindè interdici vasallis non potest, Anna sing. 59. nec enim Principi licet prohibere vsum venationis l. nemo ff. de rerum diuis. l. 2. §. si quis in mari ff. ne quid in loc. public. l. iniuriarum actio §. fin. ff. de iniur. nam mare,
36 piscationes, & venationes iure gentiũ publica sunt, sed hoc procedere in Principibus inferioribus, magis communis opinio est, nam ius venationis est de regalibus, vnde prohibere posse Principem absolutum venationem, dixerunt Gutt. quæst. can. lib. 2. cap. 28. ex opinione etiam Theologorum Molinæ de iust. & iure par. 1. disp. 43. cum seq. Gaspar Thess. quæst. 22. lib. 2. Cancer. var. resolut. lib. 2. tit. 2. num. 75. & Bouad. nouissimè lib. 2. polit. cap. 16. nu. 138. Attamen consuetudine, & præscriptione quæritur, Gramm. decis. 97. latissimè Petra fol. 49. de potest. Princ. licetque aliqui diuersimodè intelligãt cap. 1. §. nemo retia de pace tenen. ta-
37 men verus sensus est, quod venatio prohiberi non possit, Gramm. d. decis. 97. nouissimè D. de Franch. decis. 158. decidens prohibitiones, nec cum retibus fieri posse, & d. §. nemo retia, vt interpretatur habet locum in fundis priuatorum, Iacob. vers. & cum venationibus, nam Domini fundorum poterint prohibere, retia ponere in suis, non autem ea prohibitio procedit in publicis, Viu. comm. opin. 311. par. 2. nisi prohibitio esset facta de consensu Vniuersitatis, & Ciuium, tunc transgressores possent puniri, vt Petra loco præcita
38 to, in foro poli neque sunt securi. In suis tamen defensis, Barones possunt prohibere venationem, & pœnam exigere, vt nouissimè in cap. Regni Magistri forestarum; adde D. Tapp. super d. cap. Regni; Nam etiam priuatis licet in suo includere feras, & venationem prohibere; imò pœna furti tenetur, qui ex alienis pischerijs, colũbarijs animalia aucupatur, & per nouissimam pragmaticam fuit imposita pœna triennij
39 ad triremes, vt pragm. 1. tit. de aucup. Ex causa tamen potest prohiberi modus venationis, veluti ne fiat cum scloppettis si locus est practicabilis, & inest periculum personarum, vt aduertit D. de Franch. d. decis. & ita pluriès fuit decisum in Sacr. Cons. inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem, Actuario Cioffo, Item ex causa publicæ vtilitatis potest fieri prohibitio, ne cũ
40 aliquibus instrumentis fiat venatio, per quæ nimis, & excessiuè species deuastantur animalium, vt ex multis inuentionibus, quæ maximam ruinam afferunt, vt Petra fol. 50. nu. 12. & benè Rebuff. l. fi. C. de venat. ferarum lib. 11. Sicque ex eadem inspectione substineri potest bannum prohibitiuum, ne fiant venationes tempore certo, quo sunt prægnantes lepores, vel cœtera animalia, vt ibi Petra: Quæ omnia sunt notabilia, cœtera notat Cou. in regul. peccatum §. 8.

Hæcque procedunt, & in piscationi-
41 bus, in quibus idem ius est seruandũ, nã flumina sunt publica, & eorũ piscationes, latè Balb. de prescrip. fol. 180. & licet dixerim aquas, & cursus earũ esse Regis, & Baronũ hodie, vt Ann. sing. 35 & alleg. 79. ita q̃ sunt de demanio feudorum, vt Franch. dec. 183. tñ fructus piscationis est publicus, vt dixi abũdè pragm. 8. Adde Ann. sing. 58. benè, vbi videas ne idẽ repetatur, quod adeo verum est, quod licet inuestitura sit facta de aquis, & fluminibus, ac piscationibus, intelligitur si ius prohibendi ex

præ-

Digitized by Google

præscriptione, vel titulo insit, nō quod nouiter sit constitutum ius prohibendi, vt Boss. tit. de aquis, Capyc. in inuestit. vers. & in pischerijs Cœpoll. tit. de pischerijs; Verùm Barones omnes hoc permittunt subditis Ciuibus, Arcent tamen sub pœna exteros, ne pisceu-
43 tur intra territorium eorū, & licet de iure substineri non posset per prædicta, tamen potest dici, quia flumina sunt appatronata, quod poterit interdici vsus subditis, vt similiter dicim⁹ de vsu calcis in alieno feudo coquendæ, lignā di, etiam si damna non inferant, nam seruitus inducerētur alieno feudo, si hæc permitterentur, Cœpoll. tit. de
44 seruit. calcis coquendæ, Franc. Marc. dec. 74. & 215. Guid. Pap. decisio. 218. quæ omnia sufficiant ad cognitionem materiæ istarum prohibitionum, quæ solent fieri à Baronibus, vt in textu nostro, sed hic congruit dicendum, an &
45 quando subsistant edicta, banna, & rescripta Baronum pro sua iurisdictione, vel introitibus feudi tuendis? & videtur, cuilibet Iudici hoc permissum l. 1. ff. si quis iusdic. non obtemperau. nam non dicuntur fieri in vtilitatem condentis, quando licito iure promulgantur, Doct. l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. & videtur de iure non solum
46 banna constituere posse Barones, sed statuta condere, Andr. quæ sint regal. num. 3. nam habent merum imperium, quod est maximum, Iacob. in tract. feu. vers. & cum mero imperio num. 7. si enim possunt Vniuersitates statuere, quæ nullam iurisdictionem habent in pertinentibus ad suum regimen, Affli. in prælud. Constitut. quæstio. 3. quantò fortius debetur hoc fulgentibus dignitate, & iurisdictione; Verùm hæc opinio licet tantorum patrum scriptis interpretata sit, secundum Glo. Paris. §. 1. gl. 5. num. 57. & nouissimè D. Tapp. de const. Princip. l. fin. cap. 2. num. 51. posset procedere circa iurisdictionalia in suo statu, & non aliter, cum alias esset illatio iniqua, quod statuta generalia possent condere, vt latè Mastrill. lib. 4. cap. 18. num. 1. cum sequ. tract. de magistr. Et in ijs, vt valeant, hæc distin-
47 ctio est obseruanda, quod aut banna, vel edicta sunt secundum ius, vel præter, aut contra, vel in fraudem iuris, seu alterantia ius scriptum, primo casu nō est dubitandum, nam si secundum ius robur legis ea viuificat, & potius ex confirmato, quam confirmante viuunt, Ripa, & alij l. filius famil. §. diui ff. de legat. primo; ibique Maranta in sua re-
48 petitione, aut præter ius; & ex causa tenent, vel vti ne quis de nocte ambulet post duas horas, hoc non est de iure prohibitum, nec ius resistit, tamen ex causa, ne delicta fiant, vel aliqua scandala occurrant, pœnalia edicta valent dummodo hora certa ponatur, quæ possit ab omnibus intelligi: hinc est, quod pulsanda cāpana est, vt adnotat Mar. Anton. Surg. fol. 73. de Neapol. illustr. nam iter noctis est præsumptiuum mali, adduco glos. insignem l. iter ff. comm. prædior. quam extollit Castren. & non meminit Paris verb. præceptum
49 qui mentionem facit de hoc banno, & Franch. decisi. 521. num. 15. vbi notat quod ignorantia potest allegari in ijs, & similibus, cum ius non resistat, & in Sac. Consil. fuit iudicatum, tale bannū valere, dummodo per plures ictus antea campana pulsetur, ne ignorantia allegari possit, vt inter Vniuersitatem Hostiliani, & Principem; Adde quod cum tale bannum esset reductum ad iniquitatem subditorum, conquerente Vniuersitate, fuit prouisum pro Terra Pisticij, contra Baronem, Actuario de
50 Felice, quod non exigatur alia pœna solum quod inuentus carceretur per illam noctem si sine igne ambulauerit, vel lumine, idem si cum bestijs veniet de foras & benè Polid. Ripa tractat. de nocte cap. 5. & capit. 7. vbi discutitur, quod in tantum quis incidit in pœnam in quantum erit captus. & quod potest etiam de nocte prohiberi armorum portatio, vt cap. 8. & pœna potest exi-
51 gi, & arma amittuntur Baiard. ad Clar. quæst. 82. num. 63. Specul. tit. de

Digitized by Google

const. Ex eadem origine euitandi scandali potest prohiberi, ne fiant mascaræ sine licentia, vt Dom. Rouit. tit. de personatis. [Et sic in bannis, vt nemo
52 loquatur cum carceratis, vt in facto respondi, nam allegaui banni ignorantiam iuramento, non negando illud bannum substineri, Vrsill. dec. 290. Cravett. cons. 3. Bannũ ne quis alloquatur
53 carceratos valet ante datas defensiones, non post, vt fuit iudicatum in Sac. Cons. inter Vniuersitatem Hostiliani, & Principem, Bannum, Item, ne Chirurgi curent vulnera nisi data notitia Curiæ, Foller. car. 10. num. 36. Idem si ex causa propter aeris salubritatem prohibeantur fætida exerceri intra Ciuitatem, vti beccariæ, & in curatione linorum, Ripa 1. art. de peste & Franc. Marcus dec. 23. 1. par. Dom. Rou. tit. de salubr. aeris pragm. 1. & infinita exempla possent adduci, in quibus ius non resistit, Adde Tiraquell. de retract. in præfat. num. 17 cum sequ. vbi benè tractat
54 quando dispositioni ius dicatur resistere, vel non assistere, vel contra bonos mores, quod conducit scire ad prædicta; verum in bannis, vbi ius non resistit pœnæ neque debent imponi exorbitantes, Bertazz. cons. crim. 418. Petr. de potest. Prin. fol. 46 nu. 67. l. fi. C. de modo mulctarum. Aut sunt contra ius, & non valent, nam inferiores non pos-
55 sunt imponere legem superiori l. pacta quæ contra C. de pact. l. nam magistratus §. 1. ff. de rec. arbitr. cap. veniens de iure iur. Idem si alteretur pœna iuris, vt vidi de certis Iudicibus, qui in bannis posuerant pœnam ictuum cordæ, ac fustigationis; nam ridiculum est, solus enim Rex alterare pœnam iu-
56 ris poterit, Afil. in prælud. const. 7. quæstio. diximus supra pragm. 8. quod nec ius naturale, gentium, vel politiuum alterare poterint Barones, Campan. cap. Regni, vt inter subiectos, quod procedit non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, Maranta in sua praxi verb. vt iudicium merc. in principio, & in tract. de multipli. alien. Doctores C. comminationes, vel epist. Notes verò vnum, quod ex causa publicæ vtilitatis, inferiores possunt in aliquo transgredi pœnas iuris, & alterare banna-
57 ad reprimendam audaciam, & tollendam frequentiam delinquendi, Grami cons. 3. 4. vbi licet milites habeant ius portandi arma, ex causa tamen possunt
58 prohiberi, ne ea deferant, quod est notabilissimum, vt in facto respondi. Adde, quod licet extra habitatum non possint arma prohiberi, vt fuit decisũ pro Vniuersitate Montis, cum Barone Andrea Pisanello, Actuario de Ferratijs, tamen ex causa iusta aliquando prohibitio substineri potest, Menoch. casu 394. sic Polid. tract. de noctur. c. 8. latè, & habentes etiam commissionem
59 de armis, non posse illam exercere in propria patria, statutum est, Dom. Rou. rubr. de armis, & nouella pragm. extat. Dixi posse excedi imponendo pœnam pecuniariam grauem, non corporalem. Multa notat Petra de potest. Princ. fol. 63. ad quem recurras, quando pœnæ legis, vel statuti possint alterari, & nouissimè Mastrill. in tract. de magistrat. lib. 4. cap. 18. quod habentes merum imperium possunt cumulatiuè addere pœnam legi factæ à superiore ex causa Bouad. lib. 2. polit. cap. 16. num. 128. Surd. cons. 152. num. 40. Anna cons. 94. Habentes verò ciuilem iurisdictionem
60 non possunt excedere pœnam vltra agustale, Affl. constitu. Regni Iustitiarij num. 22. nouissimè Mastrill de magistr. ibi numer. 16. & bene de Ponte in suo tract. tit. de elect. offic. num. 43. & latius cons. 53. volum. 2. Aduerte postremò quod cuiquam pro tuenda iurisdictione licet mulctam in bannis apponere; nam mulcta est coercitio pecuniaria ratione contemptus, ad differentiam pœ-
61 na, cuius verbum est generale ad delicta coercenda potius, quam ad contemptus defensionem l. aliud est fraus §. 1. ff. de verb. signific. & ibi Doct. l. fin. C. de modo mulct. vbi notatur, quod refrenari potest arbitrio Iudicis mulcta imposita, vt Alc. d. §. 1. & Alex. cons. 35. lib.

62 lib.2. quod d.l.fin.non obseruatur, quę dat refrenationem mulctæ., nam arbitrio Iudicis taxatur,& refrenatur,Rol. conſ.47. lib.2.nu.14.

Sed cui competit poſſe mulctare, text.l.2.§.legatis in fine dicit,quod ſolum ei qui habet auctoritatem publicã
63 ius dicendi, vbi Doct. variè dixere,& multum torquentur, ſed reſolutus intellectus eſt, vt intelligatur de ijs, qui ordinariam tantum auctoritatem habent,vt Barboſa latè d.§.ex num.1.Indè habentes alias iuriſdictiones particulares,niſi conceſſa ſit talis prærogatiua,non poterint mulctam indicere, Alex.l.1. ff.ſi quis ius dicenti non obtemper.Inde Decuriones,& alij habentes officia,pro eorum officio conſeruan
64 do à Prętore obtinere debent mulctã imponi l.defenſores la ſeconda C.de defenſ. Ciuit. pro defendendis bannis pro publicavtilitate,ſicq;obſeruatur in Catapanis, & ſimilibus, vt Barboſa ibi num.50. nam neque Delegati poſſunt
65 mulctam imponere l.fi.ff.de offic.eius, licet ex perſona delegantis ſoleat,Menoch.quæſt.74. Capp.Tholoſ.quæſtio. 274.Balb.dec.155.ſed adhuc dubitatur, ſi is non habeat in ſpecie auctoritatem in delegatione, de quo articulo, Barboſam loco præcitato vide nu.85. Item neque in fraudem iuris, banna valent, vt dixi de certis edictis factis, vt nemo iniuria afficiat aliquem, vel conuitio lædat,nec faciat rixam,& ſi-
66 milia,ſub pœna, de iure enim Regni fuit ſtatutum,Iudices non poſſe procedere ex officio,niſi in pœnis vltra relegationem, & per talia banna fraudabatur diſpoſitio iuris,procedendo vigore banni in querelis iniuriarum, & alijs priuatis delictis,quod ſapiebat manifeſtam iuris fraudem,Doct.l.non dubium C.de legib. Marant. in artic. inquiſ. num.31. ſicque quando decem perſonæ ſimul ſunt citatæ criminaliter, poterunt conſtituere Procuratorem, & in fraudem iuris Iudex non poterit citare ſeparatim ad informandum tres, vel quatuor,cum eſſet fraudare intentionem Conſtit.Regni generalia iura. Quæ banna, vel edicta ſi fiant per Of-
67 ficiales locorum,ſcias ea effectum habere,& durare officio currente, Aret. inſti.de perpet. & temp.actio.Matthes. ſing.192. Affl.dec.388. idem reſpondens in bannis Regentis Magnæ Curiæ,quod expirent finito officio; ſolum
68 banna Proregis,ſi non habent determinatam cauſam,durant,Capyc. de prohib.feud.alien.collat.147.vt tamen ſint perpetua,laudant multi, quod ſub nomine Baronis promulgarentur,quia enim ipſorum perpetua eſt iuriſdictio, perpetuò durant.Stracc.tract.de mercat.tit. quomodo in cauſis ſit proced.
69 Vrſill.dec.290.Bellug.rub.11.§.compendioſè,ſed non ſeruatur,forſan quia Barones non poſſunt ſe intromittere in exercitio iuſtitiæ.Item eſt aduertendum, quod ad hoc vt ligent, debent ſollemniter publicari, & in locis publicis, & ſolitis affigi, contumacias incu-
70 ſando,vt firma remaneant, Vrſill.bene dec.præcitata,Franch. dec.204.nu. 18.Foller.in ſua praxi crim. verſ. banniatur, alias ignorantia poſſet allegari Franch. d.dec.204. & quando ligent
71 exteros, ſi ſollemniter ſint publicata, vide Franch.dec.521.& multa ad excuſationem pro ignorantia præſumenda,notat Oſaſch.videndus deciſ.71.& quomodo exequutiuè poſſit procedi ad exactionem pœnæ incurſæ in banno,vide diſtinctionem Marant.de mul-
72 tipl.alien. fol. 38. Paris verbo præceptum, nam omnes pœnæ exequutiuè exequuntur,præuia citatione ad dicendum cauſam, quare exequutionem nõ debeant habere,Carau.ritu.133. Adde,quod nec pœna comminata tota exigi poterit, nam illę comminationes refrenantur Dec. & Felyn.cap.1.de conſt.& in Regno ſolet exigi pro comminata pœna inobedientiæ citationis
73 ciuilis vnus tarenus, & minus, ſecundum loci conſuetudinem, & pro mandatis deciſiuis ab inobedientibus ſolet exigi tarenus pro vncia comminata, Carau.d.ritu,Viu.comm.opin. in cap.

Digitized by Google

præceptum, Gramm. conſ. ciui. 73. Pœnæ verò, quæ comminantur in actis iudicialibus, in mandatis, prouiſionibus
74 non exiguntur, ſed in pœnam expletur actus in illius contumaciam, Caraſitu 158. num. 4. In pœnis verò inſtrumenti liquidati, vel obligationis pœnes acta, moderata eſt pœna unius caroleni pro ducato incuſato, & ſic ſeruatur, ſed ſi obligationes eſſent pro cau-
75 ſis feudalibus, uel cauſis prouentuum, tunc quia tales obligationes uidentur factæ potiùs in fraudem, pro ſpe conſequendæ pœnæ, in cauſa inobſeruantiæ, cum exequutiuè ſine obligatione tales cauſæ exequi poterint, Baroni nō debentur pœnæ ex talibus obligationibus, vt pluries fuit deciſum, & conferunt notata per Peregr. in tract. de iure fiſci tit. de debitor. fiſc. num. 30. nam pœna pœnæ non debetur l. 1. C. de
76 vſur. fiſcal. lib. 10. nec debetur quando de iure eſt cautum, vt exequutiuè agi poſſit ſine obligatione, Bald. d. l. 1. C. de vſur. Peregr. ibi nu. 31. etiam ſi pœnæ illæ eſſent deductæ in ſortem, nam lucrum de lucro, nec intereſſe pro intereſſe, nec acceſſio pro acceſſione de iure debetur, vt Peregr. & attenditur: quod principaliter fit, licet in ſortem ponerentur. Pœnę verò contumaciarum
77 primarum, ſolent exigi, vt dixi tarenus pro qualibet contumacia, ſed pro recto grauamine de exceſſu ab Vniuerſitate Piſticij, fuit moderata ad caroleum, Actuario de Felice, & ſi uſque ad mediam noctem reus comparuerit, iuxta ritum, erit immunis: Verum dum fuiſſet grauata Vniuerſitas Lauri, quod officialis emiſerat banna, ut non reci-
78 perentur purgationes ſine præſentia ſua ad euitandas colluſiones, quæ per Actuarios commicti ſolent, fuit prouiſum pro Marchione, Actuario Cioffo, & nouiſſimè uide de Ponte in ſuo tract. tit. de prouiſ. fieri ſolitis num. 20. an liceat imponere pœnam grauem bonorum, ne quis exeat de domo, uel
79 pro alia cauſa, mandata pœnalia exorbitantia fieri, & uidetur, quod hæc ſit ſpecies publicationis bonorum, & ex cauſa ſupremis Magiſtratibus licere cōcludit; Inferioribus tamen ſine cauſa in iudicio deducta, uel notoria non licet magnam pœnam iubere, & exigi, ut latè ibi. Iniuſtis autem bannis, & or-
80 dinationibus non debent conſentire uaſalli, nec cedere, Ripa d. §. diui, nam licet ſubditi eſſent ligij, iurauerintque homagium, non tamen obtemperare tenentur; non enim hoc dictant capitula fidelitatis, uel homagij, Andr. cap. 1. de forma fidelitatis, nam nec leges in-
81 iuſtæ tenent, Doct. l. nemo poteſt ff. de legat. primo, Vaſq. controu. illuſtr. c. 1. nam & Rex, licet dicatur Dominus per ſonarum, poteſtatem tamen non habet ſuper inordinatis l. ſi uindicari C. de peric. dot. l. duumuiri C. de decur. ubi Miniſtri debent ſuperſedere, & reſcribere, ſi quando iniuſtum aliquid eſſet à Principe reſcriptum, Bald. conſ. 55: benè Marant. diſput. 1. Affl. conſt. pacis cultum, quod reſiſti poteſt, maximè in
82 actibus retractabilibus, Paris de ſyndi. uerbo reſiſtentia, Socc. reg. 442. Adde Gramm. conſ. crim. 51. tam iudicialibus, quam in extraiudicialibus, latè Rip. cap. ſi quando de reſcript. ubi latè quod ſit obediendum, uel ne, & ſi pars debeat cognoſcere, num ordinata ſint iuſta, & recta, Capy. dec. 132. & dec. 69.

SVMMARIVM.

1 *Principis iuriſdictio ſumma eſt, ſed voluntas præſumitur minor, ne alteri præiudicet.*

2 *Principis conceſſio, ſtrictè interpretari debet in damnum alterius, & verba debent impropriari.*

3 *Princeps præſumitur circumuentus, vt ſaluetur eius reſcriptum, ne alteri præiudicet.*

4 *Clauſula ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis non operantur in præiudicium tertij.*

5 *Cui plus creditur, plus ab eo exigitur.*

6 *Conceſſio facta cum furnis, tappetis, & ſimilibus, nil noui tribuit.*

7 Prin-

Digitized by Google

7 *Princeps non potest disponere contra libertatem.*
8 *Angaria an possint indici.*
9 *Clausula in executione priuilegij, vel contractus parum operantur.*
10 *Angaria quo tempore ortum habuerunt.*
11 *Clausula solita de stylo non operantur.*
12 *Renunciationes in fine contractus nil operantur, data magna lasione.*
13 *Confessionis interpretatio magna est, solitum predecessorum, & obseruatio.*
14 *Clausula alienis saluis, semper subintelligitur.*
15 *Barones an cogere possint subditos ad onera Aerariatus, & caterum.*
16 *Vasalli tenentur ex debito, feudo insito subire onera illius.*
17 *Opera semper concessa presumuntur Baroni prestanda à vasallis.*
18 *Opera obsequialia tenentur vasalli prestare, licet exẽpti sint à iurisdictione Baronis.*
19 *Operorum prestatio non dicitur angaria, sed onera.*
20 *Salarium tenentur Barones dare Aerarijs, iuxta magnitudinem administrationis.*
21 *Aerarij non tenentur administrare vltra fructus feudi, & si curam gerant, Barones tenentur dare prouisionem competentem.*
22 *Princeps non potest cogere vasallos ad sibi inseruiendum extra Regnum.*
23 *Princeps an cogere possit, vt eligantur tot milites ex terris pro tuitione Regni.*
24 *Soliti, & habiles tenentur prestare operas Baronibus.*
25 *Seruitia non tenetur prestare Baroni, dum quis vacat suis necessarijs.*
26 *Barones cogere possunt vasallos, vt potius colant territoria feudi, quam aliorum.*
27 *Vasallis potius, quam exteris Barones concedere poterint feudalia bona ad colendum.*
28 *Malitijs vasallorum non est indulgendum.*
29 *In dubio presumitur pro Barone, vt nõ grauet.*
30 *Principi soli competit ius seruitiorum iniungendorum.*
31 *Pragma. tit. de salario seruit. perfectè, declaratur.*
32 *Probemium designat causam legis.*
33 *Lex in tantum valet, in quantum est vtilis populis.*
34 *Salarium pro seruitijs quantum prestari debeat vasallis.*
35 *Baro si habeat propria animalia an possit vti alijs vasallorum.*
36 *Salarium an aquale sit prestandum pro bestia magna, vel parua.*
37 *Pragmatica de salarijs, vti exorbitans strictè interpretari debet.*
38 *Salarium an debeatur pro accessu tantum, vel etiam pro recessu.*
39 *Salarium non est prestandum consideratione Dieta miliarium, si prestent opera non itinerando.*
40 *Soliti cogi possunt, sed non continuò ad seruitia, sed habiles.*
41 *Baro si habeat plures terras seruitia sunt inter eas repartienda.*
42 *Seruitia sunt iniungenda secundum qualitatem personarũ, alias denegare poterint.*
43 *Seruitia insolita non tenentur vasalli portare.*
44 *Bestia destinata ad aliquem vsum, non possunt grauari ad alium.*
45 *Dieta est viginti miliarium.*
46 *Salaria sunt soluenda vti inter ciues, extra materiam itineris.*
47 *Seruitia intra territorium solui debent prout inter ciues.*
48 *Barones intra Regnum tenentur seruire, & non vltra.*
49 *Liberti aquiparantur vasallis, & valet argumentum de vno ad alium.*
50 *Vasalli non tenentur obedire iniustis seruitijs.*
51 *Seruitium mane iniunctum pro tota die est soluendum, licèt non integrè laborauerit.*
52 *Labor quando patiatur diuisionem.*
53 *Salarium duarum dietarum, debetur si quis feceris iter ad locum destinatum*

Digitized by Google

tum, qui est distantia 21. miliarium.

54 Seruitia sunt indicenda per diem antea.

55 Labor recipere non debet diuisionem si non stat per laborare debentem.

56 Salaria sunt soluenda per manus Aerarij, & non Baronis.

57 Vasalli an possint cogi seruire mensatim.

58 Seruitia pro vsu Baronis extra materiam feudi, an possint iniungi.

59 Baro an possit cogere animalia pro suis gustibus venationum.

60 Seruitia non possūt iniungi animalibus ad sellam destinatis.

61 Equi nobilium non debent soluere datia, vel gabellas.

62 Salarium integrum, an sit soluendum si homo non accesserit cum animali.

63 Verba debent intelligi cum effectu.

64 Salarium, vt inter ciues solui debet, si causa Baronis moratur vltra inter destinatum vasallus.

65 Mulionibus Baro tenetur ius pascuū.

66 Seruitia non possunt indici non vasallis.

67 Seruitia non possunt iniungi illi, qui illud seruitium alteri locauit.

68 Seruitia extra necessitatem feudi extra territorium, sunt soluenda, prout inter ciues.

69 Salarium an totum sit in principio soluendum.

70 Seruitia an possint redimi, vel per substitutum prestari.

71 Seruitia Baroni debita, an possint alij demandari.

72 Operæ obsequiales cedi non possunt, secus artificiales.

73 Dies vna pro quiete debetur pro qualibet hebdomada laboris.

74 Pœna mandati spreti, quanta sit.

75 Officiales an gaudeant hac prærogatiua cogendi ad seruitia.

76 Barones an possint sibi ministrare iustitiam in causis sibi pertinentibus.

77 Barone suspecto, an sint suspecti eius Officiales.

78 Barones an subintrent in locum Principis per omnia in terris.

79 Barones dicuntur Reges de suis vasallis.

80 Barones in liquidis possunt sibi ipsis iudicere.

81 Barones an possint iurisdictionem concedere significandi suos Aerarios.

82 Afflictatores introituum fisci, an habeãt in exigendo eam prærogatiuam, vt habet fiscus.

83 Significatoriæ Baronum non habent executionem paratam, vt illæ Vniuersitatis.

84 Rationes qualiter sint videndæ.

85 Significatoriæ ex introitu superante exitum, an habeant executionem paratam.

86 Apodixa recognita, an habeat executionem paratam.

87 Aerarij nominantur in iure Qualiores.

88 Aerarij officium durat anno, & vltra non possunt cogi.

89 Aerarij dicuntur habere legitimam procurationem à lege exigendi.

90 Aerarij non tenentur de negotio gesto ab eius Domino.

91 Nomina debitorum facta inexigibilia, cuius periculo cedant.

92 Aerarij an sint obligati habere curam negotiorum Baronis.

93 Aerarij an teneantur administrare fructus collectos extra feudum.

94 Aerarij an teneantur seruire extra territorium.

95 Aerarij electio ad quem pertineat.

96 Aerarij an sine licentia Officialis possit exequi carcere debitores.

97 Vniuersitas si eligit Aerarium, illa tenetur pro eo in subsidium.

98 Officium Aerarij, habili est iniungendum.

99 Aerarij tenentur facere quinternos lucidos, vti alij Administratores.

100 Aerarij bona an sint tacitè hypothecata pro administratione.

101 Aerarij an, & quando ex mora teneãtur ad interesse.

102 Baro infra mensem tenetur facere significari suos Aerarios.

Digitized by Google

103 *Salarium quis teneatur soluere Rationali, declaratur.*
104 *Rationum reuisionem, an, & quando Baro, vel pars possit petere.*
105 *Calculi error semper proponi potest, sed non per hanc exceptionem partitę iterum erunt significandæ, sed prius de errore erit cognoscendum.*
106 *Libris præsentatis semel, an iterum teneatur ad exhibitionem Administrator.*

PRAGMATICA DECIMASEXTA.

Carolus Quintus.

AD aures etiam nostras peruenit, quod Barones, & alij vtiles Domini, vt noua seruitia, angarias, vasallis imponant, se velamento excusant, quod in priuilegijs, quæ de Ciuitatibus, Terris, Castris, Casalibu,, & Villis tenent, concessio facta est cum angarijs, perangarijs, furnis, tappetis, hostarijs, asserentes in omnibus in dicta clausula consuetis, titulum habere, & quia intentionis nostræ non fuit, neque est, per tales clausulas nouas inducere angarias, aliauè populo inferre noua grauamina, sed talis clausula de antiquo huius Regni citerioris Siciliæ consuetudine, & stylo procedit, nec debet priuilegium, aut concessio nostra aliquid vltra concedentis intentionem inducere; videlicet cum angarijs, furnis, tappetis, nostræ Regiæ intentionis, nec nouas defensas, aut ius prohibendi aliorum furnos, tappetos, molendina, aut alia in eadem clausula contenta, sed eas, & ea tantum sub tali clausula, & concessione comprehẽdi, quæ tempore dictorum priuilegiorum, aut concessionum, aut iusto titulo, aut legitima præscriptione erant in Ciuitatibus, Terris, Castris, Casalibus, taliter concessio acquisita per alios Barones, qui Ciuitates, Terras, Castra, & Casalia ipsa tenuerunt, talia priuilegia, & etiam concessiones nostras, & venditiones, donationes, nostro, cum assensu factas, & faciendas, etiam declaramus.

COMM. PRAGM. XVI.

1 LIcèt Principis potestas summa sit, secundum ea, quæ notauimus in prima Pragm. Voluntas tamen eius inferior, & stricta de iure præsumitur, vbi interesse tertio posset ex ius rescriptis, & concessionibus afferri. In præiudiciũ enim concedentis latè fieri debet interpretatio l. fin. ff. de const. Princi. non in præiudicium alterius vulg. text. l. 3. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publ. l. nec auus C. de emancip. liber.
2 Inde infertur, quod verba concessionis debent impropriari, vt faluentur, ne alteri intelligantur præiudicium parasse cap. super eo de offic. deleg. sicquè notat Anna alleg. 69. quod si Princeps disponat in beneficium alicuius non obstante priuilegio alteri concesso, quod
3 talis dispositio interpretari debeat, si prima concessio facta sit nulla, ne præiudicetur primo; & consequenter dicũt Principem præsumi fuisse circumuentum, vel per importunitatem concessisse aliquid, ex quo tertio damnum generatur, Reg. de Ponte cons. 55. quæ omnia procedunt, & si Princeps vtatur clau-

Digitized by Google

clausulis, absolutam potestatem desi-
4 gnantibus, vti non obstante, vel motu proprio, seu ex certa scientia, & similibus, non enim operantur. in tertij præiudicium, vt singulariter Gramm. cons. ciuil. 100. Affl. dec. 334. D. Tapp. de constit. Princip. 2. rubr. Petra latè cap. pen. de potes. Princip. nam vbi magna sublimitas, magna præsumitur in conce
5 dendo cautela, & cui plus creditur, plus ab eo exigitur l. si quando C. de inoffic. testame. ibi (nec credendum Romanum Principem, qui iura tuetur) Constat igitur ex tali propositione iustè sancitum per hanc Pragmaticam, quod licet concessio Ciuitatis, vel Castri sit facta cum angarijs, furnis, mo-
6 lendinis, hostarijs, & alijs, quod non per hæc dicatur constituta noua seruitus, & iniunctum nouum onus vasallis: nam priuilegium concessum vni, non debet obesse alij, & maximè in præiudicium libertatis personarum, contra quam Princeps disponere nullo modo pote-
7 rit, Gramm. cons. ciuil. 147. & dec. 65. & in terminis huius clausulæ, quod nō operetur, respondet Vrsill. decisio. 334. quod concessio de angarijs, furnis, tappetis, & alijs non operetur, si talia onera antea ex iusto titulo, vel antiquissima præscriptione, vel consuetudine,
8 vasallis ijs non fuerint indicta, nec titulus poterit fundari ex tali clausula, potius solita de stylo apponi, vt dicam quam ex specifica voluntate Principis, eò magis hoc suadetur; nam etsi Princeps haberet in ea terra angarias, tamen sub hac generali clausula non venirent illę, cum inter regalia hæc numerentur, quæ specificam requirunt concessionem, & non per clausulas generales positas in exequutiuis, Afflict.
9 in cap. 1. tit. quæ sint regalia, & in constitut. Regn. quia frequenter, Accedat etiam, quod in Regno extant capitula cum Rege nostro facta, quod nouas angarias indicere non possit, sed quod ei sufficiat solutio iuriuum fiscalium, vt refert Gramma. voto 33. num. 25. Lucas per eum tex. l. 1. C. nę operæ à collat. lib. 12. Vrsil. dec. 334. n. 8. Pinell. de rescin. vend. cap. 2.

Non obstat, quod obiurgari posset, quod in multis Terris Regni adsint talia onera diuersarum angariarum, de quarum cognitione, & effectibus loquuti fuimus supra Pragmatica 10. nā
10 hæ ex antiquissima memoria fuerunt quæsitæ, cum tali tempore possint præscribi, non quod fuerint per Principem inductæ, vt benè Capyc. decis. 118. qui similiter de hac clausula nostræ Pragmaticæ meminit; insuper, quod hæc clausula nil noui tribuat, textus noster adducit etiam aliam rationis causam, quia clausulæ istæ potius de stylo No-
11 tariorum solent apponi, quam quod ita senserint dispositores, sic Capycius dec. 159. & clausulæ solitæ nil operantur in contractu, cum præsumantur de stylo, & non consensu partium, benè Tiraquell. de constit. vlt. limit. & in tract. de retract. consangu. §. 1. glos. 18. num. 16. Rip. l. si vnquam in fine, C. de reuocand. donation. Doctor. l. fin. C. de fideiuss. Gabr. Roman. tit. de consuetudine conclusion. 3. fimbrias latè dilatat.

Dico de clausulis in parte exequutiua positis, secus quando apponuntur in dispositionis corpore, tunc enim de vera mente præsumuntur expressæ, D. de Franch. dec. 6. Reg. de Ponte consi. 54. dicens oportere clausulas apponi ante finem illius partis (prò quibus omnibus) quod adeò verum est, quod renunciationes quæ fiunt sub ampla forma in actus expletione, non operantur
12 data læsione, secundum ea, quæ tradit D. de Pon. in alio cons. 30 num. 15. (& quod clausulæ non operentur data enormissima læsione, signa singularem dec. de Franch. 147.) Et pro conclusione, iterum repilogando asserimus, quod siue personalia, siue realia sint onera in inuestitura Baroni tributa, in vasallos non præsumuntur de mente Principis indicta, si ea non insunt feudo, &
13 hoc inspiciendum est ex statu, & possessione prædecessorum, ex libris introi

tuum,

Digitized by Google

tuum, reliquijs, ex ad notationibus Administratorum, & similibus, vt notat Vrsil. ad Afflict. dec. 122. Alciat. resp. 37. Tapp. l. fin cap. 2. num. 25. de constit. Princ. Franch. dec. 102. alias semper subintelligetur clausula: alienis sal
14 uis, vt Capyc. in inuest. Vrsill. dec. 122 ex qua firma maiori propositione constat, quod onera per Principem indici non possunt vasallis, quod eius inferioribus, neque vllo iure licebit leg. 1. vbi omnes C. ne rus. ad vllum obsequium lib. 12.

Sed hac ampliſſima concluſione attenta, quam comprobauimus, & ampliauimus supra, prima, & decima pragmatica, Vasalli hoc clypeo prętendunt ab omnibus oneribus se esse liberos, & immunes, dicendo, non pertinere ad Barones, seruitia personalia, vel onera aliqua realia subditis imponere, & ex indè, antiquitùs valde fuit controuer-
15 sum, an iure Barones cogere potuisset aliquem ex vasallis ad suscipiendum onus Aerariatus, vel Camerlingatus, & similium pertinentium ad administrationem iurisdictionis, & introituum feudi: nam multi Doctores asserebant hanc esse angariam, quæ est seruitium personale, expensis Domini præstandum, iuxta traditionem scriptam dicta decima Pragmatica supra. Et hanc opinionem sectati sunt Paris de synd. titu. de excessibus Baronis, Camp. cap. Regni grauamina, Vrsill. dec. 388. dicentes, vasallos non esse obligatos suscipere talia onera, ad quæ etiam volentes legitimè non obstringuntur sine Regio assensu, & ex Const. Reg. quia frequenter, Frecc. autem auct. 37. de subfeud. contrarium, & rectiùs defendit, quod
16 vasalli teneantur subire onera spectantia ad feudum, aliàs esset inutile, argu. l. operæ ff. de oper. libert. seruitia enim feudi semper præsumuntur à Principe concessa, & indicta, cum sine eis feudū commodè stare non posset, ad tex. leg. fructus §. hominis ff. de operis libert. nam concesso principali, intelliguntur data ea, quæ conferunt ad antecedens l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. quod ope-
17 ræ insunt feudo, & natura à vasallis debentur secundum eorum qualitatē, Gaill. in tract. obseru. in arti. vltimo de arrestis cap. 10. num. 2. sic & debita obsequialia, quæ præstari debent à vasallis, etiam si essent ex aliquo priuile-
18 gio exempti à Baronali iurisdictione, nam nunquam ab obsequialibus subintelligitur immunis, vt dixi supra pragm. 8. par. 2. & in quibus obsequia consistant, recensent Lucas de Penna leg. 2. C. in quibus causis coloni libr. 10.

Nec possunt per hoc dici angarij vasalli, cum hæc seruitia non sint per-
19 petua, cum anno tantum quis teneatur munus exercere C. de munerib. & honoribus non contin. lib. 10. Neq; potest dici nouum onus vasallis imponi, cum tacitè insint feudo constituto, Affl. cap. Regni, pro seruitio, & in constit. Regni sic nostra seruitia, fuit constitutum, seruitia esse præstanda; durum namque, ac ridiculum fuisset, Baronem habere vasallos, & quærere homines ex alijs Terris, pro debitis seruitijs feudi, sic Capyc. dec. 118. dicens, potiùs nomen munerum dici debere, quam angariæ, prout sunt alia personalia munera l. munerum ff. de muneribus, Frecc. auctor. 41. & ita nouissimè fuit decisum per Franch. decisio. 128. Vniuersitates esse obligatas dare Camerarios suis Baronibus, & quod non per hæc dicantur vasalli angarij, quod legibus angariarum subiaceant, quod nō possint à terra recedere, clericari, iuxta ea, quæ notauimus Pragmatica decima, quod tanto magis suadetur, cum Baro teneatur soluere sala-
20 rium Aerario, quod Sac. Cons. solet taxare secundum magnitudinem laboris, & quantitatē administrationis, vt prouisum inter Vniuersitatem Cōtroni, cū Barone, Actuario de Ferrarijs, vbi consuetum salarium fuit auctum, & concinit etiam, nam Aerarius suo sumptu nil facere tenetur, & dū Baro Pisticij prætenderet, vt in curandis linis, caseis, cer

nen-

Digitized by Google

nendis granis,& similibus, pro conser-
21 uatione fructuum feudalium, Aerarius ipse curam suo sumptu deberet habere, fuit iudicatum, quod expensis Baronis de his curam habeat, Actuario de Felice,& si Aerarius vellet suscipere onus, posset petere salarium propter hanc curam, vti diuersam ab Aeraria tu, Guid. Pap. decisi 68 benè;& consequenter notatur, quod neque Princeps potest cogere vasallos Regni, ad sibi seruiendum, ex causa tamen,& pro tui
22 tione ipsiusmet Regni, potest mandare, quod sibi assignentur tot milites pro Terra, pro seruitio militiæ, Capyc. in
23 inuestit. fol. 101. Aiell. de iure adohæ num. 43. Luc. de Penn. in rubr. C. de tiron. lib. 12.& ideo per hoc, Regnum non poterit dici esse angarium,& proinde dicimus, quod seruitia pro commoditate,& causa feudi subditis iniungi poterint, vt putà ad colendum territoria, fodiendas,& putandas vineas,& alia rusticalia, nam alias fructus non perciperentur ex feudo, & Domini infelicem vitam agerent, atque læderetur directus Dominus, argum. text. notabil. l. is cui § qui legatorum ff. vt in
24 possess. legat. Esset que indecentia subditorum, dum locant operas alijs, quod postea eorum Dominis possent denegare solitum salarium soluentibus, dũ cogit solitos,& habiles, nam iuxta personarum qualitates, onera,& munera sunt indicenda, maximè sordida, vt perspicitur in specie per cap. Regni 121. & 114. Luc de Pen. l. 1. C. de censitor. lib. 12. & passim quotidie decernitur in S. Consilio, ac tempore habili, nam dum quis vacat suis, non poterit cogi
25 locare operas alijs, Bal. l. præses C. de seruit. Adde Gramm. dec. 67. numer. 3. Gaill. obseru. 62. lib. 2. num. 12. ac tandem Barones cogere poterint etiam vasallos, vt potius colant territoria sui feudi, quam quod afficient, vel recipiãt
26 ad coloniam alia, ne feudum sit inutile, sic Lucas l. generali C. de cursor. lib. 11. & l. quisquis C. de metall. libr. 12. Paris de reinteg. feudorum fol. 107. dummodo non fiat vasallorum peior conditio, quod Barones vellent maiorem pensionẽ, vel territoria non essent ita apta,& fructuosa, nam tali casu, & similibus alijs, non erunt obligati facere conditionem suam deteriorem, solum Barones habeant prælationem, vt fuit decisum inter Vniuersitatem Biccari,& Marcellum Caracciolũ, Actuario Figliola, Frecc. auctor. 41. in ter-
27 minis, Quæ conclusio habet iuris correspondentiam, nam Barones potius vasallis, quam extraneis tenentur concedere territoria feudi ad coloniam, vel affictum, Dom. de Franch. dec 301 Frecc. ibi, & extat capit. Regni item, quod prædicti massarij num. 73. quod licet loquatur de territorijs fisci, eadẽ est iuris dispositio cum Baronibus, cum eadem sit iuris ratio,& subrogatio, sicque ad propositum, nunquam est indulgendum malitijs vasallorum, neque eis præstanda est nimia audacia, vt
28 emulentur Dominis, qui multotiès varias molestias in casibus liquidis Superioribus inferunt, vt aduertit Gayll. practic obseru. lib. 1. obseru. 17. nam in dubio præsumitur pro Magistratibus, text. l. 2. C. de offic. ciuil. Iudic. libr. 10. (ibi quod non arbitrantur) Hæcque
29 intra feudum procedere diximus, vt seruitia præstentur pro feudo; sed an extra possint Barones seruitia iungere personis,& animalibus eorum, de iure Principi, eiusq; Præfectis prætorio competebat ius capiendi animalia, curius,
30 naues, plaustra,& alia, ac personas mittendas, Andr. vers. plaustrorum tit. quæ sint regal. Capy. in inuest. vers. iumentorum, præter quos alijs non licebat quacumque præditi fuissent potestate, ac magna constituta mercede, sub pœna l. 1. C. vt rustic ad vllum obsequium lib. 10. quod conceditur etiam Vniuersitatibus, Mastril. lib. 3. cap. 10. nu. 293. de magistr. At quia ferè omnes inuestituræ communiter fiunt cum clausula; videlicèt, cum iumentorum, plaustrorum, ac aliorum seruitiorum præstatione, vt ibi Capy. propterea Barones intra

Digitized by Google

ra, & extra feudum possunt seruitia iniungere (cum limitationibus tamen infra notandis) & sic adest constitutio Regni sic ad nostra seruitia, & postea promulgata fuit pragmatica, pro taxa salarij talium seruitiorum pro releuamine subiectorum, vt in titul. de salar.
31 pragm. 1. quam nunc declarare intendo, adnotando quamplurimas quæstiones, & decisiones Sac. Consil. super ea latas, & primo dico, quod taxa facta per dictam pragmaticam erat iusta, & legitima tempore ipsius promulgationis, quod constat ex prohæmio, quod demonstrat causam legis, l. fin. ff. de hę-
32 redibus instituendis, vbi asseritur, eam legem editam fuisse ad releuandum subditos, & verum, ac iustum salarium indicendum pro seruitijs. Sed crescente ætate. hac nostra tempestate, vbi pretia rerum sunt aucta, illa pragmat. erat redacta ad maximam vasallorum iniquitatem, vt dicebat Dom. de Franch. dec. 111. & quia lex quamuis dura seruanda erat leg. prospexit ff. qui, & à quibus, ideò per multos annos egrè fuit tolerata, at quia solida est conclu-
33 sio, quod lex tantum valet, in quantum est vtilis populo, cum leges fuerint introductæ, vt suffragętur, ac licet à principio sint vtiles, si postea mutato statu noceant, debent reuocari, singulariter Vasq. controuers. illustr. cap. 30. latiùs nouissimè Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 3. num. 80. meritò præsens Prorex statuit hoc anno aliam Pragmaticam per quam fuit duplicatum salarium, & sic solutio, quæ erat denariorum qua-
34 tuor pro milliario personæ itinerantis pro seruitio Baronis, & denariorum sex cum animali, & granorum quinque si cum curru, est aucta, & adiunctum fuit aliud simplum, & adhuc dictum salarium vix suppetit pro alimętis, & quæri posset primo, an dict. pragmatica sit inducta in subsidium, ita,
35 quod si Baro habeat propria animalia, mulos, boues, & alia apta ad seruitia, vti debeat suis, & non seruitia iniungere alijs? videtur quod non, cum arbitrarium sit Baroni, an velit ea tenere, vel non, & si non tenetur ad antecedens, nec ad consequens videtur ob strictus, l. si cui ff. de iurisdict. omn. iudi. & priuilegium inductum in fauorem saperet odium, tamen contrarium fuit in Sacr. Consil. decisum, nam quando quis habet commoditatem, & ea non vtitur, videtur æmulari, quod iura abhorrent, Doctor. l. altius C. de seruitut. ita Dom de Franch. dec. 211. qui latius punctum hunc excutit, alias si vti voluerit animalibus vasallorum, debet soluere vti inter ciues, dum habet sua. Addent. ad Franch. dec. prædicta, sed
36 an salarium dictæ Pragmaticæ quod debetur pro animali misso pro seruitio debeatur vniforme, tam pro magno, quam paruo, & si tam pro salma muli, quam asini, videbatur dicendum quia labor, & præmia recipiunt diuisionem, & maior vtilitas consequitur ex portatione maioris summę quis, quã ex minori, quod salarium sit minuendum pro bestijs paruis. Verum ex eo quod pragmatica est exorbitans non fuit extensa, sed generaliter intellecta, tam pro animali magno, quam paruo,
37 nam si voluisset, dixisset: non dicit: ergo generaliter est intelligenda vulgata l. de pretio ff. de publiciana, & odiosa sunt restringenda, & non ampliandą cap. odia de regul. iur. l. commodissimè ff. de liber. & posthumis, sic D. de Franch. dec. 152. Sed per nouissimam pragmaticam fuit taxata quantitas. Nota tamen ad dictam decisionem hanc declarationem factam per Sacrũ Consilium in causa Vniuersitatis Biccari, & Marcellum Caracciolum Baronem, Actuario Figliola, quod salarium est præstandum, tam pro bestia asinina, quam pro magna, dummodo non portent minorem quantitatem duorum tummolorum grani, vel duorum cum dimidio ordei. An vero salarium de-
38 beatur pro accessu, & recessu, vel accessu tantum, dum Pragmatica dicit solutionem esse faciendam, attenta ratione milliarium, videtur, quod etiam

quod

Digitized by Google

quod pro receſſu ſolutio ſit præſtanda, quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris l ſi extraneus ff. de conditione ob cauſam, & ſtatutum recipit interpretationem à iure, licet ſit exorbitãs l. 2. C. de noxal. Propterea quia lex conſiderat acceſſum tantum, & ſic illum actum, & non receſſum, vt Bart. Lvtimur ff. de ſepulchr. viol.

Ideò per Sacrum Conſilium fuit deciſum, ſolum acceſſum eſſe conſiderandum in ſolutione ſeruitiorum præſtandorum, Dom. de Franch. dec. 152. niſi beſtia rediret onerata ad inſtantiã Baronis, tunc enim alia fit conſideratio, vt Franch. ibi, & ſoluendum eſt ſalarium acceſſus, & receſſus, vt fuit deciſum inter Vniuerſitatem Vallis Vitulani, & Baronem, Actuario Figliola, Addent. ad Franch. in d. deciſi. Quid ſi mittatur currus nimis oneratus, ita
39 quod boues, vel muli tota die vix peregerint decem milliaria, vel ſi trahãt molas, vel magnos lapides, an attendi debeat milliariorum computatio, quia ratio eſt anima legis leg. cum pater §. dulciſſimis ff. de lega. tertio, ideò deciſum fuit, vt ſit attendendum ſeruitium per totam diem præſtitum, Dom. de Franch. dec. 526. Sed an omnes ſubditi, ac eorum beſtiæ cogi poterint per Barones ad prædicta ſeruitia, vel ſoliti
40 operas locare, dic quod ſoliti primi ſunt cogendi, & in ſubſidium habiles, Franch. d. dec. adde text. l. pen. C. de curſu publico, de quo non meminerunt & nouiſſimè Dom. Rouit. titu. de ſalar. num. 10.

Verum quia hoc colore Barones nimium onerabant ſolitos, dũ fuiſſet ſupplicatum in Sac. Conſilio per Vniuerſitatem Lauri, vt onera repartirentur inter ſolitos, & habiles, fuit decretum ita ſeruandum, ita quod alter ex ſubditis, plus altero non grauaretur, Actuario Cioffo, & meminit ibi D. de Franch. dum notat, quod ſi Baro habeat plures terras pro conducendis victualibus
41 & cæteris Neapolim, vel ad locum habitationis, omnes Terræ tenẽtur pro numero foculariorum ſubuenire, & onera ſubire, Dom. Rou. loco præcitato niſi aliqua ex terris non haberet animalia, vel minus apta, vt ſunt aſini, tẽpore hyemali; In iungendis etiam ſeruitijs perſonalibus, eſt facienda eadem obſeruatio, vt ſoliti cogantur, ſed quod non multum onerentur, Gayll. obſeru. 62. lib. 2. num. 12 in fin. Anna ſingul. 560. ſed in ſubſidium habilibus ea iniungantur, vti ad fodiendas vineas; literas aſportandas, & cætera, cap. Reg. 121. perſona autem habilis non dicetur ſi erit nobilis: nam onera, & munera ſunt indicenda ſecundum gradum
42 perſonarum, alias poſſet renuere, ſi tale munus tali perſonæ eſſet dedecus, nam iniuſtis ordinationibus impunè reſiſti poteſt, vt dixi in pragma. præcedenti, nec inſolita ſeruitia præſtare
43 tenetur, Gayll. obſeru. 17. part. 1. & tit. de arreſt. cap. 10. num. 7. vbi de pœna Baronis imponentis talia onera, & Anna ſing. 560.

Num autem beſtiæ deſtinatæ ad
44 centimola, vel tappetos, & ſimilia exercitia, & opera poſſint in ſubſidium vti habilia cogi? dic quod non, ita Cãpan. cap. Regni 53. Bartholo. de Cap. cap. grauamina in fine, & ita fuit iudicatum in Sac. Conſilio inter Vniuerſitatem Theani, cum Principe Hoſtiliani, An autem dieta ſubditis ſit perſoluenda, attenta ratione milliarium 20. quæ eſt dieta legis l. 1. ff. ſi quis cau-
45 tion. etiam ſi non mittantur, vt faciant iter, ſed eis iniungantur ſeruitia arandi, fodiendi, potandi vineas, & cætera alia præſtanda? Dic quod Pragmatica hoc declarauit ibi, In cæteris verò ſeruitijs extra itinera fiet ſolutio, prout inter ciues, quod aduertit D. de
46 Franch. dec. 526. imò non ſolum ſoluere debẽt, vt ciues, ſed victũ præſtare operarijs, vti præſtant alij, dum operas conducunt, prout fuit ſupplicatum per Vniuerſitatem Lauri, contra Marchionem, & ſic fuit pro ea iudicatum, Actuario Cioffo. Item nota etiam, qd ſemper quando ſeruitia iunguntur in-

Digitized by Google

tra territorium, ſolutio eſt facienda prout inter ciues, & non ſecundum taxam huius pragmaticæ, vt notat Franch. præcitata deciſi. & quilibet diceret oppoſitum, cum intra fines feudi vaſallus verè tenetur onera ſubire, & non vltra, vti Barones intra Regnum ſer-
48 uitia præſtare ſunt obligati, Frecc. de ſubfeudis auctorit. 30. nam regula eſt quod operarij tenentur intra feudum, ſecus quo ad operas curſorias, Andr. cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior 3. columna in fine titu. quæ ſit prima cauſa benefic. Anna ſing. 560. tex. eſt l. quod niſi ff. de operis liber. nouiſſimè Seſe de inhibit. fol. 373. num. 10. latè, quod neque tenetur ſequi Dominum vltra territorium l. hæ demum l. ſi libertus ff. de operis libertorum, aduertendo (quod
49 in iure feudorum liberti vaſallis æquiparantur laſ. de orig. feud. num. 38.) niſi expenſis Domini, & eius ſalario l. cum ſæpè C. de erogat. milit. anno lib. 12. alias impunè obediri non debent, Bald. l. 2. C. quibus fidei liber. & Seſe ibi num. 11. in fine, qui dat intellectum doctr. eiuſdem Bal. l. liberti C. de oper.
50 libert. vbi ait; quod vaſalli debent obedire ſeruitijs Domini, intellige intra territorium. Item ex multis proceſſibus Sacr. Conſil. cum labore collegi aliquas alias declarationes ad dictam pragmaticam, de grauaminibus quæ inferri ſolent per Barones in dictis ſeruitijs, & grauabatur Vniuerſitas Theani de Principe Hoſtiliani, qui iniungebat ſeruitia de mane, & medio die eos dimittebat ſoluendo pro rata tempo-
51 ris, & fuit prouiſum, quod ſemper dies cœpta habeatur pro completa, cum nō ſteterit per vaſallum, & ita deciſum etiam inueni inter Vniuerſitatem Lauri, & Marchionem, Actuario Cioffo ad tex. l. ſed ædes §. cum quidem, & l. qui operas ff. locat. & Dec. conſ. 118. ſed ſi caſu locator vti non potuit, vide Carro. tract. locat. tit. ſi non ſtat per locat. vel conduct. Et licet videatur aduerſari regula, quod labor patitur diuiſionē
52 l. Scio ff. de annuis legatis, Cœpoll. leg. 3. ff. de verborum ſignification. Attamen contrarium eſt receptum ex textu, & gloſ. dicta l. 3. ponitur enim ibi, quod dantur viginti milliaria pro dieta, ſed ſi ſupereſt, vt quis faciet iter viginti vnius milliare, debentur duæ
53 dietæ, ſi locus eſt diſtans tanto itinere, & ita Barboſa l. de diuiſ. ff. ſolu. matrimon. num. 6. vnde quando opus eſt deſtinatum pro tempore, ſemper quod non ſtat per adimplere debentem, totum ſalarium debetur, & ſic interpretatur regula, quod labor recipit incrementum, & decrementum quando, tēpus, & locus non eſt determinatus, ſed recipit actus ſucceſſiuos, & qui diuidi poſſunt, Bald. l. liberti num. 15. C. de operis libert. Idem nota è contra, quod ſi quis perfecerit iter, vel opus, quod requirit plures dies, & ille ob ſuum laborem, & diligentiam properauerit vltra, debetur ſalarium tot dierum, & totius operis, ſic Barbo. ibi nu. 7. Adden. ad tex. l. eos ff. de falſis, quod obſeruauimus recta conſcientia in Regia Audientia, quando iter faciebamus in cauſis delegatis, vel laborabam⁹ in examinandis multis teſtibus die, & nocte, pro expediendo negotio, nam iſta ratione poterit peti ſalarium competens dietarum, Meno. de arbi. iud. caſu 223. Adden. ad Capy. dec. 125. Rota Flor. dec. 12. Item fuit ſupplicatum per di-
54 ctam Vniuerſitatem Lauri, quod Marchio præcepit ſeruitium pluribus, qui omnes ſtant auincti, & poſteà vnum de mane elegit, & cœteros dimittit, qui perdunt dietam, & fuit deciſum, vt conſtat in dicto proceſſu, quod neceſſarij tantum moneantur per diem antea ad ſeruitia, aliàs monitis; teneatur ſoluere
55 dietam, nam ratio ſuadet, vt labor non recipiat diuiſionem, quando non ſtat per conductorem opus reficere, Bald. l. ædem C. locati num. 13. Addent. ad Capyc. deciſio. 124. Fuit etiam ſupplicatum quod Barones non committunt Aerarijs ſolutionem ſeruitiorum, ſed ſi-
56 bi reſeruant, & ſubditi timorem non accedendi ante faciem Domini dere-

Digitized by Google

linquunt falaria dictarum, & prouisum fuit, quod Barones committant Aerarijs solutiones seruitiorum, & ipsi abstineãt, ita pro Vniuersitate Controni, cum Barone, Actuario de Ferrarijs, ratio decisionis fuit, nam ideo etiam Baronibus prohibitum est, ne iurisdictionem exerceant, ne in alijs actibus interuenient, vt suprà dixi, ad tollendas suspitiones metus, & impressionis, & cũ eadem ratio procedat in hoc casu, idẽ ius statui debebat, leg. à Titio ff. de furtis, & maximè cum hoc sapiat æquitatem, & fauorem, quo casu extensio potest fieri de casu ad casum, vt latè Tiraquell. de reuocand. donat. fol. 73. nu. 44. qui multa correlatiua adducit glo. l. illud C. de sacrosanct. Eccles. Doct. l. si constante vers. mariti ff. de solut. matrimo.

57 Item fuit supplicatum, quod Baro cogebat subditos ad sibi inseruiendum in suis massarijs annuatim, vel mensatim contra voluntatem, fuit prouisum pro Vniuersitate Orioli, contra Marchionem, Actuario Iubeno, quod Barones cogere nullo modo valeant annuatim, vel mensatim subditos, nec per hæbdomadas, sed pro occurrentibus seruitijs tantum, textus l. 1. C ne oper. à collatoribus li. 10. l. ob æs C. de actionibus. Item fuit supplicatum, quod Baro iniungit seruitia etiam in negotijs, & causis, pro quibus adest suum particulare vtile, extra territorium, prouisũ fuit pro Barone, quod tàm intra, quàm

58 extra territoria, valeat seruitia iniungere soluto salario, prout inter ciues intra territorium, extrà secundum taxã pragmaticæ, ità inter Marchionem Lauri, & Vniuersitatem, Actuario Ciosso, inter Principem Hostiliani, & Vniuersitatem Theani, Amendola ad Frãch. in decisio. 211. Item fuit supplicatum, quod Baro non solum pro necessarijs seruitijs, sed etiam pro suis gusti-

59 bus vult animalia, quando vadit ad venandum, & ad aucupandum, prouisum fuit, quod soluat, prout inter ciues extra territorium, sed quando seruitia non sunt necessaria abstineat cogere subditos, & eorum animalia, Gayll obseru. 17. parte prima. Item fuit porrectum grauamen, quod Baro petit

60 equos nobilium pro seruitijs suis, qui tenent animalia pro eorum personis ad sellam, fuit prouisum quod abstineat iũgere seruitia illis animalibus, quæ tenentur ad sellam à vasallis pro eorum persona, vt inter Vniuersitatem Biccari, & Baronem, Actuario Figliola, Bertacch. in tract. de gabellis par. 8. artic. secundo benè, Adde quod seruitia sunt inducta in subsidium ob necessitatem Baronis, sed quando sunt pro gustibus venationum, cæterumq, vasalli non debent molestari, nàm cessante ratione, & causa legis, cessare debet eius dispositio l. adigere §. quàmuis ff. de iure patro. Euerard. loco topico à ratione legis cessãtis, & iniungere seruitia pro gustibus, est duplex exorbitãtia, & quia non est necessaria, & quia est voluptatia, ideo non est attendenda l. 1. C. de dotis promiss.

Accedat, quod etiam si esset neces-

61 sarium seruitium, equi nobilium, & eorum, qui eos tenent pro suo vsu ad sellam non debẽt molestari, nàm ea quę commoditati proprię deseruiunt, alijs non tenetur quis accommodare, inde talia animalia, neque de iure subiacent oneribus datij, & gabellarum animalibus impositarum, Marsil. sing. 86. in fi. Gramm. dec. 67. num. 3. Item fuit porrectum grauamen, quod Baro non intendit soluere integrum salariũ, si Dominus non iuerit, vna cum bestia, licet

62 alter habuerit curam conducendi dictam bestiam pro seruitio Baronis, & fuit prouisũ, pro quolibet animali soluatur salarium dummodo adsit homo, qui curam habeat conducendæ bestiæ ad seruitium ad quod mittuntur, aliàs soluatur medietas salarij, vt patet ex processu ante citato cum Vniuersitate Biccari, nàm seruitium debet esse perfectum, & verba legis debent intelligi cum effectu leg. prima, §. hæc verba

63 ff. quod quisque iuris, D. de Pon cons. 86. sic Amendol. ad Franch. decis. 211.

Item

Digitized by Google

Item fuit ſupplicatum, quod Baro mittit perſonas, vel etiam eorum beſtias, Neapolim, vel aliò, & ibi, quia non ſunt expediti morantur per multos dies, & Baro intendit ſoluere etiam pro illis dietis, ad rationem pragmaticæ, & fuit deciſum, quod ſi poſt ſeruitium morantur in aliquo loco, cauſa Baronis, quod
64 pro illis dietis ſalarium ſoluatur, prout inter ciues, & non ſecundum taxam pragmaticæ, vt cõſtat ex dicto proceſſu Vniuerſitatis Biccari, Addent. ad Franch. vbi ſup.

Ibidem fuit ſupplicatum, quod Baro
65 non prætendebat ſoluere ius paſſuum, & ſi muliones erant diſrobati cogebat eos ad ſolutionem bonorum prædictorum, prouiſum fuit q; Baro ſoluat iura paſſuum, & ſi citra culpam muliones erunt diſrobati non moleſtarentur, tex. l. ſi pœnès C. de agric. & cenſ. libr. 10. Item fuit porrectum grauamen, quod
66 iniungunt ſeruitia etiam animalibus exteris, qui veniunt pro commercijs in terram: fuit prouiſum quod abſtineant, contra voluntatem eorum, vt pro Vniuerſitate Lauri, & Marchione, quia ſeruitia à vaſallis peti poſſunt, nõ ab illis, qui non ſunt ſubditi; Item fuit ſupplicatum quod Baro iniungit ſeruitia, tam pro negotijs feudi, quam alijs ſuis negotijs: Prouisũ fuit pro Barone, quod intra territorium ſoluat vti inter ciues, extra ad rationem pragmaticæ, vt inter Marchionem Lauri, & Vniuerſitatem, Actuario Cioffo. Verum repartiantur onera inter omnes terras pro conducendis victualibus, vt inter Marcellum Caracciolum, & Terram Biccari, Actuario Figliola, Addent. ad Franch. dec. 511. Item fuit ſupplicatum, quod Baro iniungit ſeruitia ſuis per-
67 ſonis, & animalibus, quę fuerunt conducta ab alio ciue, pro eorum negotijs neceſſarijs fuit, deciſum, quod abſtineant, præferatur verò, dummodo monuerit per diem antea, intellige quod præferatur, ſi antea ipſe peruenerit per diem; nam facta conuentione, diſcedere non licet, Grammat. deciſion. 67. num. ſecundo l. in operis ff. locati, & in proceſſu cum dicta Vniuerſitate Lauri. Item fuit porrectum grauamen, quod Baro cogit ſubditos vnius terræ, ad eundum in aliam terram, pro meſſibus,
68 ac glandibus legendis, & cœteris ſeruitijs dicti feudi, fuit prouiſum, quod abſtineat Baro, ſolum pro ſeruitijs illius feudi vbi ſunt ſubditi, cogantur ad opera, ita inter Vniuerſitatem Sancti Gregorij, & Iacobum Caracciolum l. hæ demum ff. de oper. libert. Item fuit ſupplicatum, quod Baro non ſoluit ſa-
69 larium niſi in receſſu, & nuntij, vel muliones ſunt pauperes, qui non habent vnde quærant victum pro itinere faciendo fuit prouiſum inter Vniuerſitatem Piſticij & Baronem, Actuario de de Felice, quod medietas perſoluatur ante acceſſum, & alia in receſſu; ſicq; fuit deciſum inter Vniuerſitatem Prignani, cum D. Ioann. de Aierbo, Actuario Galterio, gloſ. & Bald. l. 2. C. locati Duen. reg. 36. Item ad æmulationem ſi ciues velint redimere onus ſeruitij
70 aſportandi victualia, & velint conducere beſtias foraſterias, Baro non permittit, prouiſum fuit q; licitum ſit ciuibus redimere, ita inter Vniuerſitatem Solofræ, & D. Flaminium Vrſinum, Actuar. Ioan. Andr. de Caro, & an ſeruitia iſta poſſint redimi, vel per alium præſtari, quod ſic dicit D. Roui. hoc loco, nam ſunt onera, quæ pretio redimi poſſunt, Bald. l. 1. C. de operis libert. & cap. 1. §. pen. num. 10. de pace iur. firm. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 10. num. 339. ſed an poſſit alijs demandari, vt
71 præſtentur Duen. reg. 304. & videtur quod non, vt dixi pragm. 1. quod inducta pro vſu Baronis, alijs non poſſunt cedi, & prag. 12. in fine, & proindè videtur ex dictis in dicta pragmatica, quod cedi hæc non poſſunt, Attamen de iure fit hæc diſtinctio, aut operæ sũt
72 officiales, vel artificiales, primæ quæ conſiſtunt in obſequio, vt comitari, aſſurgere, & aliæ, quas refert Alciat. de verbor. ſignific. l. ſciendum §. item in lege gloſ. & Doctores omnes l. ſi non

Digitized by Google

sortem §. libertus ff. de cond. indebiti, hæc sunt quæ cedi, & per alium præstari non possunt, Artificiales verò quæ consistunt in operando, cedi possunt l. opere incertum ff. de oper. libert. & probat textus d. l. si non sortem §. libertus in fin. vbi Iason num. 16. hoc notat Tiraquell. de retract. consangui. §. 26. glos. 1. num. 48. Surd. de alimentis titu. 4. quæst. 29. num. 57. & sunt noranda cum contrarium videatur dicendum regulariter ex traditis à similibus per Domin. Reg. de Pont. in suo tract. titu. 2. fol. 97. in fine: & quod vasallus, qui tenetur portare victualia Neapolim, vel alibi possit ea redimere emendo ea in dicto loco, tenet nouissimè Add. ad Franch. dec. 211. Et postremò, q pro
73 qualibet hebdomada itineris debeatur vna dies pro quiete animalium, Aret. §. 3. inst. de iust. & iure glos. sing. c. cupientis in prin. verbo commodè de elect. in 6. Doct. l. continuus §. cum ita ff. verb. oblig. Item si mandauerit seruitium, & non fuerit obeditum prætendit exigere totam pœnam mandati:
74 fuit prouisum quod pœna non excedebat tarenum, nisi inobedientia haberet alias qualitates grauantes, ita inter Marchionem Lauri, & Vniuersitatem, sic Viui. comm. opin. 678. incip. præceptum, Gramm. consiciu. 73. D. de Ponte tit. 3. §. 1. num. 45.

Vltimò posset dubitari ex verbis dictæ pragmaticæ quæ dant hanc auctoritatem officialibus, vt præstent salaria,
75 secundum taxam, an comprehendantur omnes officiales, Capitanei, & cæteri, vt valeant seruitia iniungere, & soluere secundum disposita p prædictã pragmaticã, ex generalitate verbi (officiales) ita dicendum videretur, tamẽ sæpius in iure, & à Doctoribus, Barones nominantur officiales, Capitanei, vt Affl. const. Regni Capitaneum, nam Regis officiales sunt, tamen dispositio dirigitur habentibus officium in proprietatem, & non in administrationem, vt patet ex prohemio, & dispositione verborum pragmaticæ, vnde non extendendam eam puto ad cæteros, & sic nouissime D. de Ponte in suo tract. tit. de regal. impos. nu. 54. nisi q̃ pro seruitio fisci, & causa iuncti oneris essent necessaria animalia, & alia seruitia, q̃a cogi possunt, vt dictat ipsamet R. prag. de seruitijs, Mastril. lib. 3. c. 10. n. 293. in tract. de magist. & sic obseruauimus in occurrentibus negotijs in Reg. Audientia: hæcque sat sint ad istam partem.

Sed consequutiuè scitù dignũ est, & ad prædicta, & similia multum condu-
76 cit, videre si vasallus renuerit in supra dictis casibus obedire, vel in alijs à iure sibi debitis, Baro possit cogere, & subditum mulctare? Dixerunt multi quod non, ex generali regula, q̃ nemo in propria causa ius sibi dicere debet C. ne quis in sua causa l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. & quod Baro sit incompetẽs
77 ac suspecti sint eius officiales in causis spectantibus ad subditos suos, decisum reliquit Capyc. dec. 124. nã Capitanei vti subordinati, & dependentes à Domino, præsumuntur, & ipsi animosi l. ita §. gessisse ff. de adm. tut nã factũ Domini, ac eius officialis, dicitur correspectiuũ, Inno. in c. insinuante de offi. dele. vbi existente Epo suspecto, & eius Vicarius habetur suspectus, Crau cõs. 32. & 232. D. Rou. tit. de susp. offic. prag. 8. nu. 3. Alij opinati sunt Barones posse cogere vasallos inobediẽtes ad seruitia, & alia debita, nã succedũt in feudalib⁹ negotijs in locũ Principis, vnde idẽ ius
78 habet feudatarius in parte quoad partẽ q̃ Princeps, quoad totũ l. quę de tota ff. de rei uend. ideò nominant Barones Reges de suis Terris, Gl. Paris. tit. 1. gl. 5. & ex nostratibus Marãt. cons. 39. vn-
79 de sicuti debitores fisci, ab eo summariè carcerãtur, ad congrua seruitia, idẽ videtur concedendũ. & eius subrogatis l. nemo C. de exactorib. tribut & sic firmat Boe. dec. 136. dicens, Episcopũ potuisse propria auctoritate cogere subiectos ad charitatiuum subsidiũ sibi debitum, & non teneri adire Metropolitanum, sic Gayll obseruat. 17. num. 8.

ad.

Digitized by Google

adducitur etiam Bald. doctr. satis commendata in l. 1. C. vnde vi in repetitio. quod Domini feudatarij saltem ex an-
80 tiquissima consuetudine, in sibi debitis pro feudo sibi ipsis ministrant iustitiã, vera, & realis distinctio est, quod in liquidis, & notorijs causis, possunt procedere, & inobedientes mulctare, carcerare, dico per suos Capitaneos, Vrsi. dec. 265. num. 32. & Boer. dec. 55. Mastrill. de magistr. li. 4. cap. 18. num. 115. in his, in quibus habent longam possessionem cogere vasallos, possunt, si sunt liquida, Mastr. in dict. tract. lib. 1. cap. 15. num. 32. & lib. 4. cap. 18. num. 115. Sed si casus esset dubius, & vasalli se opponerent, & contrarium prætenderent de iure, vel consuetudine esse id quod controuertitur, tunc procederet prima opinio, Vrsill. dec. 265. num. 32. & sic Boer. decis. 55. Franc. Marcus dec. 200. par. 2. & Affl. ita sentit constit. Regni quia frequenter in fi. Adde eund. Affl. dec. 136. Gram. decis. 88. vbi pro compellendis vasallis ad adiutoria, in casibus dubijs, superior debet adiri, & suspecti possunt allegari sui Officiales, Capyc. dec. 137. Bart l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. iud. Carol. de Grass. tract. de except. cap. 24. num. 89. Sed in liquidis, & non arduis, Officiales Baronis possunt ministrare iurisdictionem in causis pertinẽtibus ad suum commodum, Petra de potest. Princip. fol. 71. nu. 46. & fol. 86. num. 5. Et exinde etiam valdè dubitatum fuit, an Barones possint iurisdictio-
81 nem alicui concedere, significandi, & calculandi rationes suorum Aerariorum, & debitorum, & an dictæ significatoriæ habeant exequutionem realẽ, & personalem, vti significatoriæ debitorum Vniuersitatis, iuxta pragmaticã, quæ exequuntur etiam appellatione interposita, per D. de Franch dec. 343. videtur, quod Barones hæc possint:
82 nam tenent locum fisci, Guid. Papa dec. 76. qui contra suos debitores habẽt exequutionem personalem & realem l. instar C. de iur. fisc. Peregr. de iure fisci tit. de debitore fiscali, immò, & Affictatores introituum eius gaudent hac prærogatiua, Guid. Pap. dec. 61. & 208. Capyc. dec. 127. D. de Ponte in suo tract. fol. 220. num. 18. Dom. Roui. pragm. 38. de offic. procur. Cæs. quod recta via poterit Baro cogere suos debitores, Docto. l. 1. C. quibus muner. se excus. prout etiam Arrendatores Vniuersitatis, qui in suos debitores habent paratam exequutionem, Antibol. de muner. vlt. art. num. 47. Adde Montan. super §. 10. in prag. de admin. Vniuer. & latè Peregrin. de iure fisci tit. de ijs, quæ spectant ad ordin. iud. num. 34. Guid. Pap. decis. 208. quibus locis iste articulus discutitur plenius. Vnde si priuati vti subrogati habent hanc specialitatem, fortius hoc priuilegio potiri debent Barones, qui habent feudum perpetuum in dominium à fisco, ac habent merum imperium, quod est plus, & cætera regalia, sicque videtur concessum, quod est minus; Veritas est, qd Barones delegant rationes videndas suorum debitorum, & de iure, & consuetudine hoc substineri potest, quod iurisdictio exerceatur in proprijs negotijs, quod est hoc intelligendum, si partes non contradicant, aliàs suspectus in cognoscendo est etiam, & in delegando, vt dixi supra pragm. 3. Verùm quod Rationales electi habeant iuris-
83 dictionem, ac etiam prærogatiuam exequendi realiter, & personaliter, hoc denegatur: nam si competit fisco, & Vniuersitatibus, hoc est ex speciali priuilegio eis indulto, quod non est trahẽdum ad Barones, sed Rationales debent procedere ordine iuris seruato ad tex. l. cum seruus ff. de condi. & demonstr. qui est singularis, videndo data, & recepta, audita parte in discussio-
84 ne dubiorum, & partitarum, vt notat Boer. dec. 2. & 295. Viu. dec. fin. par. 1. Marant. in sua praxi vers. exceptiones num. 71. de modo videndi rationes, & præsentandi libros administrationis, vt significatoriæ legitimè fieri possint; quibus promulgatis, non datur exe-

Digitized by Google

quutio parata, vt dixi, imò interposita appellatione sunt ligatæ manus Iudicis, prout in alijs, text. notab. l. 1. C. de iure fisc. l. abstinendum C. quorum appella. & ita pluries vidi in Sacr. Consil. iudicatum. Verum quando tractatur
85 de significatorijs factis ex introitu superante exitum, quo casu pars ponens videtur fateri data, & accepta, & in confessum nullæ sunt partes Iudicis, nisi in exequendo, sic Boer. decis. 195. num. 6. propterea Sac. Cons. multotiès iudicauit, tales significatorias esse exequendas ex l. quidam æstimauerunt ff. si certum petat. nam liquidum potest exequi, licet adsit altera pars illiquida sic D. de Ponte in suo tract. tit. de reg. imposit. fol. 166. num. 11. §. 3. nam videmus etiam in debitis priuatis liqui-
86 dis dari executionem, vti in apodissa recognita dixit Vrsill. dec. 85. Adde Franch. dec. 502. à simili, quod apocæ banchi, etiam non recognitæ habent exequutionem paratam in contumaciam, & in puncto principali non licere exequi significatorias, stante appellatione, & partitis dubijs, vide Vrsil. dec. 157. & in dec. 35. Osasc. benè dec. 86. à simili de cogendo incolam ad collectas lite pendente super illiquido æstimo, & sic appellatio non impediret, nisi allegaretur aliqua iusta causa erroris, vel grauaminis, q̃a Rationalis nõ admisisset aliquam partitam exitus, vide Marant. in art. exceptionum, vbi multa, Mascard. conclus. 254. & benè ad prædicta sunt videnda quæ notat Gutier. libr. primo obseruat. 37. quod suspenditur exequutio de significatorijs factis à Rationalibus electis à parte.

Vltimò, quia diximus, quomodo Barones iniungere poterint seruitia, & cogere subditos ad munera Aerariatus subeunda, & alia; & quia alius locus congruus non offertur, videamus aliqua, circa munus istius officij Aerariatus, vbi multa solent inferri grauamina. Scias itaque in iure istos nomi-
87 nari Quæstores, vt Luc. de Penn. leg. 1 C. de quæst. li. 10. Carau. ritu 45. quod officium anno durat, exemplo cæterorum munerum C. de muner. non continu. & ita in terminis Francis. Marcus
88 decis. Delph. 202. num. 5. hinc in Sac. Consil. fuit iudicatum inter Vniuersitatem Pisticij, & Baronem prætendentem, Aerarium esse obligatum post annum debere tenere, & vendere grana collecta in suo officio, & fuit prouisum, quod anno elapso non teneatur Aerarius, nisi consignare successori, Actuario de Felice, nisi consuetudo antiqua esset in contrarium, tex. est insignis l. neminem C. de suscept. lib. 10. quem pro singulari expendit D. de Ponte in suo tract. fol. 220. num. 19. & vide Mastr. qui confirmat hanc opinionem, & eam citat lib. 4. cap. 18. num. 63. cum sequent. Item quamquam officium istorum sit exigere introitus
89 Baronum, ita quod dicuntur habere liberam procurationem à lege, Franc. Marc. dec. Delphin. 207. par. 2. vbi latè, an possint nouare, & delegare, vbi tractatur, an isti, vti alij Administratores reputentur, & de eorum gestis teneantur, non tamen obligantur, eorum periculo exigere introitus à personis quibus Baro ipse locauit sine compe-
90 tenti cautione, nam cum Baro malè contraxerit, de eius facto non debet suus Aerarius obligari, si ille facultatibus deficiat, ita prouisum pro Vniuersitate Balbani, cum Iacobo Caracciolo nam inexigibiles facti sine culpa Ae-
91 rarij, Baronis damno computari, fuit decisum pro Vniuersitate Theani, cum Principe l. missi opinatores C. de exact. tributorum lib. 10. Lanar. cons. 99. Barones solent grauare, dum mandant quod hi curam gerant non solum bonorum feudalium, & eorum introituũ, sed burgensaticorum, & extra feudum,
92 & fuit prouisum inter Vniuersitatem Prignani cum Barone, Actua. Galterio non posse cogi, nisi pro feudalibus fructibus exigendis intra territorium. verũ & si mercetur fructus Baro, si erunt collecti de feudo, Aerarius tenebitur cu-

Digitized by Google

eorum habere, sic Carau. ritu 45. in fi. Capyc. in nouiss. ver. feudorum immunitas, Mastrill. de magistr. lib. 4. cap. 17 num. 70. cum sequ. secus si bona aliunde emeret Baro, vt mercaretur, nam tunc ad administrationem eorum Aerarij non sunt obligati, Adde Campan. in clem. de vita, & honest. cler. n. 126. Addent. ad Capyc. dec. 158. neque si Baro aliunde victualia, & alias mercâtias emeret pro mercimonijs, nam de his nec tenetur Aerarius administrationem suscipere, Franch. decisio. 128. Idem obseruandum, quod Baro non
93 potest cogere ad habendam curam de bonis extra feudi tenimentum, vt not. Andr. cap. 1. §. sed nec alia colum. 4. tit. quæ sit prima caus. benefic. prout Rex non poterit cogere feudatarios ad præstanda seruitia extra Regnum, & sic fuit decisum pro Vniuersitate Pisticii cum Barone, Actuario de Felice, vt dixi: Quæ autem sit differentia inter negotiationem, & industriam, vide Marant. in sua praxi art. iudicium mercat. num. 69. Aerarios non posse cogi ad habendam curam de mercantijs, & massarijs, & dandis victualibus inseruientibus, sed solum de fructibus feudi, quorum curam habere debent in conseruando, vendendo, & cæteris alijs, ad quæ obligantur de iure Administratores; & quod vltra territorium inseruire non teneantur, fuit iudicatum inter Vniuersitatem Biccari, & Marcellum Caracciolum, Actuario Figliola, qui mandabat Aerario, vt asportaret poe-
94 cuniam Neapolim, & alios fructus; fuit decisum, quod non teneatur, sed expensis, & periculo Baronis debeat mittere, Guid. Pap. in dec. 68. vbi benè. Item fuit pluries supplicatum, quod & si Baro possit seruitia, & onera hęc iniũgere, quod ea indicet habilibus, & in hoc attendendum est solitum, & obseruantia, si nobiles sint soliti, vel idiotæ: nam non debet stari æmulationi Baronis, vt iudicatum est inter Vniuersitatem Controni, cum Barone, Actuario de Ferrarijs, tex. l. 1. C. ne quis lib. actum lib. 10. Mastrill. lib. 4. c. 17. num. 69. in suo tract. dico dum electio solita
95 sit fieri à Barone, nam de iure Vniuersitas tenetur dare Camerarium, vt per prælegata, & tunc ipsa tenetur dare idoneum, & diuitem, aliàs esset in periculo C. de peric. nomin. lib. 10. secus quando Baro eligit, tunc sibi est imputanda mala electio §. fin. instit. de societate, Camp. cap. Reg. 15. Aduerte
96 etiam, quod licet dixerim Aerarium habere liberam procurationem à lege coercendi debitores, hoc Auctore Prætore est faciendum: Adde text. l. 2. C. de canon. larg. vbi gl. & Bart. Montan. §. 11. super pragm. de administ. Vniu. nam carceratio est iurisdictionis, quæ sine præuia licentia Iudicis non est facienda, ità iudicatum est pro Vniuersitate Lauri, cum Marchione, Actuario Cioffo, quod existente Officiali, cum eius licentia expediantur omnia mandata ab Aerarijs, licet Franc. Marcus dec. 104. par. 2. teneat, Aerarios habere hanc modicam iurisdictionem in negotijs liquidis, ex l. missi vers. Iudices C. de exact. tribut. lib. 12. Adde circa electionem Aerariorum, nam diuersimodè seruatur, nam in multis locis Vniuersitas eligit personam, cum de iure ipsa teneatur dare Camerarium, vt dixi supra in princ. huius pragm. & isto casu illa tenetur eligere idoneum,
97 aliàs esset in subsidium obligata ad periculum l. 1. C. de peric. nomin. li. 10. In alijs locis, Baro habet facultatem eligendi, & tunc mala electio est in culpa, & Vniuersitas ad nihilum obligatur, Camp. cap. Reg. 15. Verum si electio competit Baroni, tenetur eligere
98 habilem iuxta munus, & considerare qualitatem personarum, nam non potest eligere contra solitum, veluti Doctorem, vel nobilem, nam officium debet iniungi attenta Regionis consuetudine l. semper §. legem ff. de iure immun. & ita decisum pro Vniuersitate Controni, cũ Barone, Act. de Ferrarijs.

Po-

Postremò notes, vt dixi, quod Aerarij
99 debent reddere rationes introituum, ac tenentur de commissis, & omissis, vt cæteri Administratores, & facere quinternos, & libros lucidos, & claros, vt finito anno possint significari: Adde
100 an pro eorum administratione bona eorum sint tacitè obligata, prout & tutorum, & curatorum l. pro officio C. de admin. tutor. vide Affl. Const. Reg. incip. si quando contingit, vbi videtur innuere, quod sic, sed dubito, nam loquitur de administratione fiscalium, & fiscus habet tacitam hypothecam, sed iura, & auctoritates fiscales non transeunt in feudatarios, nisi expresè sint concessa, Guid. Pap. dec. 76. & notatur in d. Constit. si quando, quod interdicta est alienatio bonorum, pendente administratione, & rationum redditione Aerarij, & an ex mora tenetur ad
101 interesse ante liquidationem, vel postea quàm partitæ erunt significatæ, latè D. de Ponte in suo tract. fol. 166, cum cap. seque. Vrsill. dec. 205. Alex. cons. 132. lib. 5. Quid autem si Baro finito anno non curet rationes facere videri, an possit cogi? dic quod tenetur infra duos menses immediatè curare,
102 vt calculentur, sic decisum inter Vniuersitatem Biccari, & Marcellum Caracciolum, Actuario Figliola, quæ decisio est fundata ex tex. l. 1. C. vt omnes Iudices, vbi post depositum officiũ intra 50. dies, quis rationem dare tenetur. Item non sunt obligati Aerarij soluere sportulas Rationali, nec etiam
103 pro habenda copia sententiæ significatorialium litterarum, & ita fuit iudicatum pro Vniuersitate Mirabellæ cõtrà Ducem, Actuario Amatruda, & inter Vniuersitatem S. Gregorij, & Iacobum Caracciolum, quod secus si Aerarius petat reuisionem, nam sumptibus petentis est facienda, Amendol. decis.
104 210. ad Franch. sed si rationes semel fuerint redditæ, & per sententiam saldatæ, an Baro possit petere, vt rursus reuideantur, grauando quotidie præteritos Aerarios, de rationibus decisis, dic quod non poterit regulariter, leg. quamuis ff. de cond. & demonst. Masc. conclus. incipie. calculi l. semel C. de apoc. publ. lib. 10. nisi tractaretur de errore calculi euidenti, vt Masc. ibi, & Mont. §. 12. num. 13. super pragm. de
105 admin. Vniuers. & tunc super errore calculi erit procedendum, & non in fraudem, super reuisione totius administrationis, vt ibi Mascard. Gutt. tract. de iuramen. part. 1. cap. 40. num. 15. & Crau. cons. 198. Escobar latè de prædictis in tract. nouissimo de ratiocinijs in fine, & an libri iteratò sint exhiben-
106 di ab Administratoribus, vel possint dicere semel præsentasse, & amisisse, vide Plot. in tract. de in lit. iur. §. 5. numer. 36.

SVMMARIVM.

1 *Carceres non ad pœnam, sed ad custodiam fuerunt inuenti.*
2 *Carceres debent esse commodi, & non subterranei, & tenebrosi.*
3 *Homicida dicitur Baro tenens carcerẽ periculosum.*
4 *Carcer est in quadruplici differentia.*
5 *Carcer modicę correctionis est in vsu.*
6 *Carcer datur loco pœna in paruis delictis.*
7 *Pater potest impunè carcerare filium.*
8 *Pater potest ducere filium ad Iudicem vt eum carceratum detineat, & tenetur Iudex seruare patris præceptum.*
9 *Ecclesiastici habent in vsu condemnationem ad carceres.*
10 *Carcer post sententiam excomputatio ad exilium.*
11 *Occidens Bannitum dum est in fortijs pœna homicidij tenetur:*
12 *Habilitare tenetur Iudex carceratum infirmum, alias mors sibi imputaretur.*

13

13 *Custos carcerum tenetur denunciare infirmitates carceratorum sub pœna.*
14 *Carcerati inopes sunt alendi à Barone.*
15 *Acta gratis sunt facienda pauperibus.*
16 *Accusator, vel creditor tenetur dare victum carceratis pauperibus, discutitur.*
17 *Nobilis mitiori carcere detineri debet quàm ignobilis.*
18 *Constitutio Regni humanitate, declaratur.*
19 *Senes decrepiti an de essentia sint habilitandi.*
20 *Diuitiæ nobilitati æquiparantur, & an diues possit condemnari ad triremes.*
21 *Licentiatus an dicatur nobilis.*
22 *Carceratus dicitur nobilis cui est assignatum palatium.*
23 *Debitores nobiles, pro debitis non detinentur in Hispania.*
24 *Statutum dicens, vt debitores, vel rei in vinculis detineantur, non potest alterari habilitando.*
25 *Nobiles ob furta, latrocinia, & similia perdunt priuilegia nobilitatis.*
26 *Milites, & Doctores ob delicta, de iure exuebantur cingulo dignitatis.*
27 *Habilitationes sunt arbitrariæ.*
28 *Carcerum constructio, an expensis Vniuersitatis, vel Baronis sit facienda.*
29 *Custodire carceratos spectat ad onus Baronum.*
30 *Carcerati quando transmittuntur ad Iudices appellationis, cuius expensis sint transmittendi.*
31 *Pertinentia ad iustitiam pertinent ad Barones.*
32 *Domos prætorias tenetur dare Baro, & non Vniuersitas.*
33 *Vniuersitas si habet emolumenta prouentuum tenetur ad prædicta.*
34 *Expensæ Ministrorum Iustitiæ pertinent ad Barones.*
35 *Carcerati inopes sunt alendi à fisco.*
36 *Baro tenetur constituere prouisionem suis officialibus.*
37 *Vniuersitates, an teneantur ad reparationem Castrorum.*
38 Remissiones causarum, cuius expensis fieri debeant.
39 *Ius portelli carcerum ad quem pertineat, & an sit de iure.*
40 *Ius portelli non debetur in multis casibus.*
41 *Carcerarij plus petentes debito qualiter puniantur.*
42 *Sportulæ litis qualiter sunt Iudicibus soluendæ.*
43 *Consuetudo conuicinij est attendenda in dubio.*
44 *Pandecta qualiter sit exigenda.*
45 *Pandecta exorbitans debet per Superiorem limitari.*
46 *Ius sigilli an iustum sit exigi à vasallis.*
47 *Barones an teneantur eorum sumptu persequi bannitos suos.*
48 *Principis officium est persequi latrones & rebelles.*
49 *Barones an possint in eorum terris tenere Barricellũ, & Princeps an possit indicere onus.*
50 *Vniuersitatibus pro persequutione Bãnitorum, explicatur.*
51 *Capitanei Campaneæ in vnaquaq; prouincia vnde ortum habuerint.*
52 *Const. Reg. damna clandestina recessit ab aula.*
83 *Delicta prouincialium est causa destruendi totam prouinciam.*
54 *Ciues potentiores illis casibus onerantur hospitio quia præsumptio est cũtra eos, quia si vellent possent extirpare bannitos.*
55 *Furta facta à latronibus, cur sint resarcienda ab eorum consanguineis, refertur.*
56 *Vniuersitates ad sonum Campanæ tenẽtur se congregare contra Barones.*
57 *Officiales quando habent sufficientem familiam, non debent conuocare subditos.*
58 *Campana non debet pulsari, nisi prograuibus excessibus.*
59 *Custodia Ciuitatis ad quem pertineat, & pro excubijs.*
60 *Murorum reparatio, ad quẽ pertineat.*

Digitized by Google

61 *Portarum custodes à quibus eligendi.*
62 *Hospitia destinare, Principis est.*
63 *Cartellas Hospitij facere an pertineat ad Syndicum, vel ad totum Regimen.*
64 *Milites an excusentur ab hospitio.*
65 *Neapolitani orti, & oriundi ab hospitijs excusantur.*
66 *Vidua non excusantur à contributione.*
67 *Personæ miserabiles excusantur ab hospitio.*
68 *Doctores an possint se excusare ab hospitando.*

PRAGMATICA DECIMANONA.

Philippus Dei gratia Rex.

PErche' per quanto semo informati, alcuni Baroni del Regno trà gli altri aggrauij che fanno a' lor vasalli tengono aspriſſime carceri di fosse sotto terra, & senza lustro, & di quelli si seruono indifferentemente per tutti l'inquisiti, ancorche per la maggior parte la qualità delli delitti, che contro di loro si pretendeno non siano di molta importanza, il che non fanno tanto per sicurtà di tener li carcerati in buona custodia, quanto per maltrattarli, e ridurli per questa via à far loro grossa composition; atteso che li detti vasalli carcerati in tal modo per non morire in dette fosse, ancorche non habbiano commessi tali delitti, si rimetteno per colpati alle gratie della Corte, del che nascono poi compositioni intolerabili, con rouina delli carcerati. Alche volendo Noi prouedere d'opportuno rimedio, per quello che conuiene al seruitio di Nostro Signore Iddio, & di Sua Maestà, & bona administratione de sud diti di quella, cõ voto, & parere del Regio Collateral Consiglio appresso di Noi assistente, per il presente Banno si ordina, & commanda à tutti Baroni titulati, & non titulati, quali tengono dominio di vasalli, che fra termine di due mesi dopò la publicatione del presente banno, debbiano far carcere commode per detti carcerati, & non s'habbiano da seruire più delle sopradette fosse sotto terra, & carcere aspriſſime, sotto pena di ducati doi milia la prima volta che contraueneranno, & la seconda volta di ducati quattro milia, & altra pena maggiore à nostro arbitrio reseruata: quali pene s'esigeranno irremissibilmente contro tutti li transgressori.

COMM. PRAGM. XIX.

CArceres regulariter, non ad pœnam, sed ad custodiam fuerunt introducti l. j de custodia reorum cap. quamuis de pœnis in 6. Marsil. singul. 565. vnde iniquum admodum est, vt Barones tenebrosos, subterraneos, vel vel fœtidos carceres teneant, cum esset potius necare, quàm custodire. Causa huius grauaminis est auaritia Baronum, vt carcerati tedio pœnæ, & mortis timore affecti inducantur ad compositiones magnas ad votum ipsorum, vt probat hic nostra Pragm. Inde in ore damnatorum, & fiscalium versatur sem-

Digitized by Google

semper dictum, quod carcer facit prouentum iustè ergo succurritur per hãc sanctionem, quod Barones teneant carceres commodas, vt habeant lumen, & non sint periculosi ad occidendos reos, aliàs si requisiti, vel hoc scientes non prouideant vti homicidæ puniri
3 poterunt, Bald. leg. de pecoribus ad legem aquiliam, prout etiam, & Episcopi condemnantes reos ad loca subterranea, & periculosa, erunt irregulares, & grauiter puniri poterint, morte sequuta, Bellug. in specul. Princip. rubric. iud. lib. 2. centur. 8. casu 305. qui refert commoditates quas habere debent, Farinac. quæstio. 27. ne Baro sit in culpa, Viuius decision. 211. quod carcerati impunè possunt frangere tales carceres.

Carcer autem est in quadruplici differentia,
4 vt Iacob. de Sancto Georg. in tract. de feud. versic. & cum mero imperio: est carcer custodiæ quousque rei condemnentur ad debitas pœnas, vel ab impetitis absoluantur. Datur, &
5 carcer modicæ coercionis l. 2. C. de sportulis. nam pro minimis delictis datur carcer per aliquos dies in pœnam, & sic Magna Curia, & Sacrum Consilium seruare solent in modicis, vel vbi
6 deficit probatio, Franch. decisio. 326. Viui. decisio. 504. vt carcer cedat in pœnam, & quod Officiales ratione in ciuilitatis, emendationis valeãt per dies carcerare, vide Menoch. de arbitr. Iud. casu 380. Estquè carcer domesticus, vt de patre carcerante filium, & Domi
7 no seruum: Ijs enim hæc potestas conceditur, & non alijs, sub pœna priuati carceris, Boss. latè tit. de priu. carcerat. Baiard. ad Clar. quæstio. 68. multa refert; Parentibus enim est concessum, vt omni via valeant arcere filios à malis moribus; Immo licitum est adire
8 Iudicem, & facere carcerare eos, & tale votum sequi tenetur Iudex, quod singulare, est tex. notab. l. 3. C. de patr. potest. quem extollit Pinell. C. de bonis matern. secunda par. rub. num. 30. Carcer etiam domesticus dicitur, dum surioſi detinentur ligati per consanguineos, nam hoc licito iure facere possunt l. diuus ff. de offic. Præsid. Quartò aliquando datur carcer ad pœnam, qua vti solent Ecclesiastici, condemnando, non solum ad tempus, sed ad vi
9 tam, quæ pœna morti ciuili comparatur cap. nouimus de verborum signifi. S. fin. Francis. Marc. decisio. 912. Reg. de Ponte cons. 73. qui latiùs punctum deducit. In Regno ex multis constitutionibus, & capit. reperitur constituta pœna temporalis carceris, vt in Const. si quis amodo, & constit. amatoria pocula, & refert hos casus imponentes pœnam carceris Carrerius S. citra lo fin. tamen non vidi, nec audiui tales pœnas vnquam seruatas Baiard. ad Clar. quæstio. 30. Menoch. quæst. 89. Verum licet non detur in pœnam, non negatur quin carcer non sit mala mansio; locus terribilis squallore, vt Viu. decis. 201. latè: nam respectu causæ finalis, dicitur ad custodiam inuentus, sed respectu materiæ est maximę pœnę, ita
10 singulariter Gayll. de pace publ. cap. 1. & si reus post sententiam exilij, vel relegationis steterit carceratus, & per se non deerit accedere ad locum decretæ pœnæ, tempus carceris erit excomputandum l. omnes C. de pœnis, ita Dom. de Franch. decisio. 317. Et ad tex. nostræ sanctionis redeundo, qualitercumque sit carcer, siue pœnę, seù custodiæ, commodus esse debet, Boss. titu. de carcere; nam rei licet pessimi sint, debent mori per manus iustitiæ, & non hominum facto l. fi. C. de malefi. Marsil. in in rub. de sicar. Gramm. dec. 41. de oc-
11 cidente bannitum, dum erat in fortijs Curiæ; & proindè si carceratus erit infirmus, & Medici de hoc testentur, Iudex tenetur reum habilitare ad locum meliorem, Baiard. ad Clar. quæst. 46. &
12 Follet. in addit. ver. & carcerentur, & custos tenetur denunciare infirmitates carceratorum, aliàs sui culpa præsumẽtur mortui, Masc. de prob. conclus. incipien. carceratus, Boer. dec. 216. vbi etiã admonentur Iudices, ne faciant vexari car-

Digitized by Google

carceratos manicis ferreis, vel catenis, aliàs mors eis erit imputanda, nisi in grauioribus delictis, vel existente su-
13 spitione fugæ, vt benè Gome. variar. resolut. tit. de captiu. Adde Dom. Tappi. super iure Regni in tit. de custodia carceratorum, qui simul concessit omnes prouisiones factas super custodia eorum; & consequenter in culpa erũt si rei erunt pauperes, & non curabunt, vt eis prouideatur de victu, ad quem præstandum tenetur fiscus in locis de-
14 manij, & in feudis Barones: nàm ideo percipiunt prouentus, qui non computantur inter fructus, vt distribuantur in iustitiæ administratione, Afflict. constitut. Regn. humanitate, & decis. 11. & dat taxam victus Regia Pragm. 8. titu. de offic. Magn. Cur. & Franc. Marcus decis. 118. par. 2. Adde etiam quod carceratis pauperibus acta gratis sunt fa-
15 cienda, Couarr. pract quæst. cap. 6. & ita decisum pro Terra Hostiliani, cum Principe, & an accusator teneatur subministrare expensas reo pauperi, vide Boer. dec. 325. Sicque an creditor te-
16 neatur alere debitorem inopem, quotidiana est controuersia, Marsil. in sua praxi crim. §. attingam num. 74. Scagl. titu 166. num. 34. Franc. de Iudice Rober. de præsent. instrum. dicunt creditorem teneri subministrare expensas aliàs Iudex factis tribus monitionibus, & capta informatione paupertatis poterit carceratum liberare, Adde Gamma dec. 261. Dom. Tapp. fol. 329. Ab hac tamen practica discedit Viu. decis. 529. & nouissimè Valasc. consul. 1. quorum opinionem vti tutiorem semper sum insequutus, & rationes sunt efficaces, quod potiùs fiscus teneatur, vt latè discutiunt prædicti, Surd. de alimen. 1. tit. q. 67. cum seq.

Et ex inde etiam in iure fit distinctio
17 carcerum personarum nobilium, & ignobilium: Adde Franch. in dec. 630. Nobiles enim, quia præsumuntur delicatiores, non soliti ad incommoda ferenda, non debent carceribus arctioribus mãcipari, vti plebei, Ann. sing. 357. Prout in carceratione senum, vel infirmorum vt Osasch. dec. 123. nam commodiori loco detinendi sunt Baiard. ad Clar. quæst. 46. licetque per Reg. Con-
18 stit. humanitate, casus sint expressi, in quibus Iudex teneatur habilitare; Aduerte, quod ibi fit distinctio, quo ad crimina, non circa personarum qualitatem, lex enim generaliter loquens recipit restrictionem ab alijs regulis iuris l. si extraneus ff. de cond. ob caus. Ann. sing 357. ubi idem firmat & valdè fuit dubitatum, an senes decrepiti detineri
19 debeant in vinculis Carol. de Grass. in prælud. tract. de except. num. 177. & Steph. Grat. lib. 2. discept. forens. c. 328 dicunt, quod non, nam bis pueri senes, Attamen dum casus acciderit ex gratia vidi Reg. Coll. dispensare cum quodam sene Terræ Acri, detento per R. Audientiam, & sic nota, quod mitius inferiores Iudices possunt agere cum senibus, sed non excarcerare. De iure namque fuit habita consideratio detentionis carceratorum, & considerata fuit qualitas personarum l. 1. ff. de custod. reor. vbi nobili commodior locus
20 est assignandus, sicq; diuiti, ob quã legem notatur, diuitias æquiparari nobilitati, & maximè hac nostra tempestate, vt Fab. de Ann. cons. 34. qui conatur substinere, plebeium diuitem non debere condemnari pœna triremium, sed relegationis ad instar nobilis, quã opinionem nescio an possimus substinere;
21 nã S. C. licentiatos, licet honestos, noluit admittere ad locum, & gradum nobilium, circa condemnationem, D. de Franch. dec. 111. Verumtamen D. de Ponte in suo tract. fol. 11. dicit diuites nobiliter viuentes non esse condemnãdos vti plebeios. Ex quibus etiã infer-
22 tur, quod si nobili assignetur palatium vel aliqua domus cum cautione, satis dicetur carceratus, imò & si erit relaxatus cum suo iuramento, de non discedendo à palatio, dicunt Docto. quod si fugerit, officialis non tenebitur de culpa, Bellug. rub. 31. §. quamuis Gabr. Roman. concl. 8. tit. de malef. recti Iudicia

ta-

Digitized by Google

tamen erit arbitrari de talibus personis,Aruon.caut.51.Adde Gram. cons. crim.55.Sicq; erit statuto,vel Principis mandato satisfactum, si mandent quẽ carcerari;nam intelligetur habita consideratione personæ,Gram. in terminis dec.33.in fin.Carrer.§.circa lo fin.nu. 318.& Vasq.contr. illustr.97. conatur substinere opinionem in Hispania rece
23 ptam, nobiles non deberi vinculis allegari pro debitis, sed solum pro graui causa,& meminit Tap.de const.Princ. c.6.Molin.disp.571.nu.10. in tract.de contract.Guttier.tract. de iuram.c.16. & Cosentię non possunt pro debitis carcerari,nisi per palatium, ex priuilegio Regis,verùm prædicta limitantur, nisi statutum,vel mandatum,vltra progrederentur,dicendo,quod in vinculis pu-
24 blicis detineantur aliqui malefactores,tunc enim illa verba, vt aliquid operentur,debent intelligi, ne quis habilitetur,sed saltem cũ custodibus detineatur,Capyc.dec.154 Carau.rit 41. nu.14. Adde pro intellectu Ann.consi. 140.Viu com.opin.343.Adden.ad Capyc. dec.154. Limita etiam in delictis
25 atrocioribus, quæ facerent perdere priuilegia nobilitatis, vti sunt furta, & robariæ l.Iudices C.de dignit. lib. 10. Gram.vot.3.Baiar.ad Clar.§.furtum nu.68. tunc enim non esset seruanda supradicta differentia carcerationis, honor namq; non est seruandus ei,qui suum honorem paruipendit l. senatus ff.de ritu nupt.l.2. C.de priu.schol.lib. 12.non enim dicitur vir,qui virilia despicit,sed brutum,cum brutorum opera imitetur c.minor 17.q.4. Luc.de Pen. l.veterani C.de veter.lib.10. Inde est, quod ob talia delicta,furca suspenduntur,adde quod S. C. aliud decreuit, vt Franch.dec.nouissima 569.D.de Pon. in suo tract.fo.11.nu.1.cum seq.& positi in dignitate Doctoratus,vel militia
26 cingulo militiæ,& Doctoratus exuebãtur,Gayl.de pace publ.nu.29.in princ. licet talis exauctoratio de consuetudine non obseruetur, Clar.q.74.in fin.& sic redeundo ad conclusionem positã, & verba nostræ Pragmaticæ, carceres debent esse commodi,& Barones dicit tex.non debent indifferenter homines carcerare,nam debet haberi respectus personæ,ac etiam causæ, & licet circa causas sit lex scripta, quando quis detineri possit,vt in const.humanitate,tñ
27 arbitrarium ad huc Iudici est,considerare causarum qualitates, Cara.rit.41. & Gram.cons.crim.45.nam causa licet secundum titulum sit capitalis, si tamẽ constat Iudici ex extrinsecis, & intrinsecis,eam esse minorandam poterit mitius agere,Capy.dec.126.Crau.consi. 224.& ad hæc satis.

Cœterum,in Pragmatica nostra vtiliter restat quærendum,cuius sit carce
28 res fabricare,& accommodare,ne sint subterranei,sed commodi, vt dicit noster tex.Clar.q.46.nu.3.& Cap.Thol. dec.41.Gutt.q.36.lib.1.dicit,hoc onus pertinere ad Vniuersitates,cum singulorum ciuium respiciat vtilitatem, & commodum. At ex Pragmatica nostra videtur argui contrarium,dum hæc dispositio dirigatur ad Barones,& non ad Vniuersitates;quod officium sit Baronum,accedit ratio,quod carceres sũt Baronum,& de mero imperio, Bald.& alij l.imperium ff.de iurisd & cui competit dominium,competit, & onus, & ad quem fructuum reddit commodum,& illorum impensarum debet esse incommodum l.eum C.de vsufr. & ita sentit Affl.const.Reg.Castellani,& nouissimè D. de Franch.dec.526.qui decidit onus custodiæ carceratorum esse
29 Baronum,& ex inde Ciues non posse grauari ad custodiendos carceratos, nisi existente suspitione,tunc salario mediante soluto, prout inter ciues, poterunt cogere subditos, ne sint obligati quærere homines foraneos, & ita fuit etiam iudicatum inter Vniuersitatem Terræ Lauri,& Marchionem,Actuario Ciotto,quod idem seruandum quando carcerati mittendi sunt ad superiores Iudices appellationum ex cap. Regni
30 incip.prouentum nu. 58. & custodum appositio domi..ium designat,ex textu

Digitized by Google

singulari l.si ita §.1.ff.de vsu. & habit. Affl.dec.167.vnde si Barones sunt Domini carcerum, non video quomodo substineatur opinio Clari, quod Vniuersitates sint obligatæ ad carcerum constructionem,& reparationem: nam pertinentia ad administrationem iustitiæ debentur à Baronibus, Doct.l.turres C.de oper.publ.quod ipsi sunt obligati construere domos prætorias Officialibus,& non Vniuersitates, Petr. de pot.Princ.fol.44.col.2.& ita iudicatum fuit inter Vniuersitatem Pisticij,& Baronem,Act.de Felice,vel soluere salarium,& conducere domos à solitis, sic Gutti.lib.3.q.36. Addent.ad Franch. dec.78.Garf.tract. expens.c.21.num.5 Pereg.de iure fisci fol.154.n.194.licet Capy.in inuest.vers.ad hospitiorum in fine,& nouissimè Mast.li.3.c.9.latè videãtur innuere contrarium.Posset saluari dictum Clar.si voluisset intelligere, quando ipsa Vniuersitas haberet merum imperium,vel carceres, vt habent quamplurimæ Ciuitates, Afflict. const.Reg.cũ satis, vel si ex priuilegio haberet fructus prouentuum, vt Ciuitas Martinæ,& aliæ, tunc ex eo, quod Vniuersitas habet commoda fructuum carceris,tenetur ad incommoda expensarum, refectionis, & constructionis, ita notat Aiell.de iure adhoæ num. 59 Confert,& alia propositio ad prædicta: (nam multa correlaria hic notabo, qa locus tempestiuus adhuc non occurrit, vt hæc collocarem, quæ vti necessaria, & quotidiana non duxi relinquenda) quod Barones tenentur subire onera Principis circa iustitiæ administrationẽ in Terris sibi infeudatis, vti in eius locum subrogati,& quod Princeps sit ad talia obligatus non dubitatur, Luc. de Penn.l.neminem C.de suscept. lib.10. Affl.dec.265.nu.76.& ex his in S. C. fuit iudicatum, ad Barones etiam pertinere, expensas Ministrorum iustitiç,Paris de synd. verb.maniuoltus, & latius Petra de pot.Princ.fol.44.nu.37.& ita decisum fuit,facto verbo inter Vniuersitatem Contioni,& Baronem,Actuario de Ferrarijs,Garf.tract.expens.loc. præc.Sicq; & carcerati inopes à Baro-
35 ne sunt alendi,vt dixi supra,& fuit iudicatum in S. C. inter Vniuersitatem Theani,& Principem Hostiliani,vide Caball. casu 201, & infra, & proindè constitutum est etiam, quod Barones sint obligati dare prouisionem Officialibus, Luc.de Pen.l.annonas C.de ero-
36 gat.lib.12.Foller.super prag. cens.fol. 131.num.225.Mastr.de magistr.lib.1. c.21.nu.100. si prouisio non sit solita an debeatur. Adde quod si constituatur prouisio super prouentibus soluenda,& prouentus non fiant, vel non tot, vide Carau.ritu 9.nu.3.& consequen-
37 ter Barones tenentur ad reparationẽ Castrorum,Turrium,ac Fortalitiorum, & nõ Vniuersitates,vt in prag.1. tit.de Vniuers.non cogendis; cuius intellectũ excutit D.de Franch.dec.78.non dico de mœnijs Terræ, cum ad Vniuersitates spectet reparatio,& constructio,nouissimè D.Fab. Ann.cons.72. Adde Surg.de Neap.illust.fo.438.quod neq; liceat sine Principis licentia,& Petra fol.52.nu.18.Sicq; mittere carceratos reos ad locum supplicij, vel ad Iudices appellationum,officium,& onus est Baronum,Camp.c.Reg.58.incip. prouisũ Maran.in art.appell.nu.190.Dico,quãdo sunt inopes,vt præcitati declarant.
38 Idemq; procedit si Baro petat remissionem rei, & causæ ab aliquo Tribunali, vel petat iustitiam rei faciendam in sua terra,loco delicti,vel originis:nã Baronis est,D.de Franch.dec.510.licet in his remissionibus petendis, DD. distinguant, an petantur ad instantiam partis,vel eius fauorem,& expensarum erogatio ad ipsas partes pertinebit: Ad de Boer.dec.303.Ann.sing.271. sin secus ad Barones,Couar.pract.qq.c.2. nu.11. ex Regnicolis Carau.ritu 231. D.de Franch.dec.335.nam quamquã Barones teneantur defendere suã iurisdictionẽ,quia expensæ hç culpa ipsorũ eueniũt,ipsorum ẽt debet esse dãnum,
39 Boe.dec.303.benè. Similiter fuit iudicatum iniustam esse exactionem à car-

ce-

Digitized by Google

ceratis, dum Baro prætendit habere ius portelli à quolibet carcerato perno ctante, nam quia onus est suum custodiæ, & carcerum, nil erit exigendum, & nouissimè ad partes excutit D. Scipio Rouit. super prag. hac nostra, & ita fuit iudicatum pro Vniuersitate Pisticij cõtra Baronem, Actuario de Felice, & pro Vniuersitate Biceari, cum Marcello Caracciolo, Actuario Figliola; nisi esset solitum ex antiquo, eo casu exactio poterit fieri, secundum tamen solitum, & taxam, prout exigitur in Mag. Cur. vt in dictis causis fuit etiam prouisum Cara. ritu 43. quod exactio debet fieri secundum taxam M. Cur. quã explicat Roui. prag. 29. tit. de offi. mag.
40 Iust. Nec pro forasterijs carceratis alterari poterit exactio, vt solet fieri, petẽdo duplicatum, vt fuit prouisum pro Vniuersitate Pisticij, cum Barone, A-
41 ctuario de Felice; & Carcerarij plus petentes pœna nonupli tenentur, vt in Const. Reg. si quis Castellanorum. Nec debetur ius portelli, si carceratus non pernoctauerit, vt d. ritu, nec à debitoribus carceratis indebitè. Notes tamen, quod vbi deberetur hoc ius exactionis portelli, cessat pro debitoribus cascera tis pro functionibus fiscalibus, ac pro debitis infra duos agustales, vt fuit pro uisum in d. processu Vniuersitatis Biccari; Nec ius portelli poterit exigi pro animalibus interceptis, & carceratis, vt vidi multotiès factum, & ita fuit decisum inter Vniuersitatem, & Baronem Pisticij, Actuario de Felice, solum debent exolui expensæ victus, & custodũ
42 solutio verò sportularum litis in omnibus Curijs, fuit de antiquo solito, & de iure cognita C. de sportul. vnde est approbata, & Barones non grauant, dũ faciunt exigi secundum pandectam, & vbi non est attendenda consuetudo locorum conuicinorum; Adde text. vbi
43 probatur in l. cum de lanionis §. asinã ff. de fundo instr. Couar. var. reso. lib. 3. cap. 5. vbi regionis consuetudo est attendenda, Franch. dec. 55. nu. 7. Molfe. super consuet. Neap. fol. 16. nu. 17. vel si diuersimodè exigatur exactio erit facienda, prout exigit Magna Cur. tam
44 in prima, quam secunda instantia, & ita iudicatum fuit cũ Marchione Lauri in causa supracitata, & nouissimè Rouit. super prag. 33. de offic. mag. Iustit. Adde quod pandecta seruanda est, sed vnica debet esse solutio actorum, inde si Capitaneus teneat Consultorem, nõ est pro Capitaneo soluendum decretũ, & aliud pro Consultore, nisi contraria sit consuetudo, & ita fuit decisum pro Vniuersitate Pisticij, cum Barone, Act. de Felice, vide Menoch. de arbi. iudic. casu 342. nu. 40. & latè Mastril. de magistr. lib. 1. cap. 22. vbi cœtera ad materiam sportularum iudicialium quando debeantur, & qualiter pandecta sit conficienda à principio de consensu ci-
45 uium, & quando est exorbitans qualiter sit limitanda, ne sit corruptela, Affl. const. baiulos nu. 11. & de gencrali cõsuetudine similiter approbata videtur solutio, quam exigunt Barones pro sigillo, dum expediunt memorialia gratiarum, & transactionum, prout seruatur in omnibus etiam Tribunalibus iu-
46 stitiæ. De qua materia meminit Luc. de Pen. l. annonas C. de erogat. Crau. cons. 231. Petra de potest. Prin. supra fol. 54. nu. 51. D. Rouit. prag. 9. de feud. nu. 17. Mastr. de magist. li. 1. c. 22. n. 40 cum seq. Dubitari etiam vtiliter posset, an Barones teneantur eorum sumptu facere persequi suos contumaces, ac
47 bannitos, qui, & Rempublicam perturbant, vel possit cogere Vniuersitates ad competentem familiam assignandã ad eorum persequutionem suis sumptibus, & ex supradictis videtur dicendũ Barones esse obligatos ad pertinentia circa ministerium, & exequutionem iustitiæ, & extirpandos malefactores, cũ hoc Principis officiũ sit, Affl. dec. 265. num. 81. fructus enim iurisdictionis, & vasallorum non debent expendi in delitijs, sed ad pertinentia ad vtilitatem publicam, & iustitiæ administrationem, Aiell. de iure adhoæ loco præc. vnde cum Barones subrogentur in Terris in-

Digitized by Google

feudatis in locum Principis, videtur ipsos ad prædicta teneri, & sic Mastril. de magistr. lib. 4. cap. 18. n. 47. quod solum in causa necessitatis possunt vasalli cõuocari.

Attamen, si distinguamus de bannitis persequendis extra territorium, nec Vniuersitates, nec Barones esse obligatos affirmamus, sed proprium onus es-
48 se Principis, bannitos, & rebelles extirpare suis sumptibus. Sic Luc. l. susceptorem C. vt rusticani ad vllum obsequium lib. 12. Nec est vera illa propositio, Barones intrare in onera debita à Principe, solum in expressis à iure, vel in inuestitura, sed hoc iure non probatur, vt in terminis Aiell. loco antea signato nu. 39. Si verò loquamur de contumacibus intra territorium, & delinquentibus, Barones tenentur habere familiam, & ipsam salariare, nisi in contrarium sit consuetudo, & multi Barones tenent in eorum statu Barricellum
49 cum militibus, & posse suis sumptibus dicit Io. Grand. de bello exul. fol mihi 97. nu. 4. Adde quod in multis locis est consuetudo, quod Vniuersitas solet dare familiam, & Camberlingum, Surge. de Neap. illust. fol. 390. & tunc Baro nõ poterit vti ea familia pro alijs suis negotijs, vt decisum cum Principe Hostiliani, & ita fuit iudicatum in S. C. inter Comitem Murconi Scipionem Carrafam, & Vniuersitatem Caiuani.

Sed num Princeps possit hoc onus indicere Vniuersitatibus, vt curent suis expensis persequi eorum bannitos, cũ hoc sit onus Principis videtur non iustè alijs posse indici, sic Mastrill. lib. 3.
50 c. 1. nu. 41. & lib. 4 cap. 16. nu. 213. 9 Barones tenentur reddere loca secura, & multa adducit, Verumtamen nos dubitantes tenent, Const. Reg. si damna clandestina, ac cap. Regni frequens, per quæ iura constat, pœnam fuisse impositam Vniuersitatibus de damnis, & robarijs patratis in cuiuslibet territorio; Ex quibus constat, Vniuersitates non solum posse cogi ad persequutionem, sed ad emendationem damni, quantũ-

uis magni, licet non deliquerint, & Gramat. dec. 67. facit longam disputationẽ an Vniuersitas vltra damnum fuisset obligata ad pœnam, & quanquam dicta iura Regni non sint hodie in vsu, hoc factum fuit ex concordia: nam Rex in vnaquaque Prouincia tenet Barricellum cum 50. militibus, quem Capi-
51 taneum Campaneæ vocat, D. Tap. rit. de Capit. Camp. fol. 369. qui discurrũt Prouinciã purgando, & quælibet Vniuersitas pro sumptu talium soluit quid annuum pro quolibet foculari, vt notat Cara. ritu fin. vnde videtur, Vniuersitates posse cogi, dic, quod simpliciter
52 prima opinio est vera, quod onus non sit Vniuersitatum; verumtamen quia teste quotidiana experientia, Ciues si non omnes, maior saltem pars occultant, & receptant istos bannitos, & non essent latrones, si non essent receptatores fouentes, ideò videtur licitum prægrauare Vniuersitates loci, Nec appareat durum, cum Vniuersitas non deliquerit, quia ob culpam aliquorum Prouincialium potest destrui tota Prouin-
53 cia, Bar. l aut facta ff. de pœnis, & ob culpam aliquorũ potest destrui totum Collegium l. iure prouisum C. de fabricens. lib. 12. Clar. q. 86 Couarr. var. res. c. 8. lib. 2. D. de Ponte in suo tract. f. 34. Hinc Magnates Terræ si id aduertere voluissent tantam pauperiem abstulissent, proindè audiui, & vidi per maio-
54 res Magistratus magis fuisse grauatos in hospitando milites missos ad pœnam in Terras talium foriudicatorum, & ex prædictis rationibus potentiores, & ditiores potenter grauabuntur. Hinc iustè per Comitem Oliuares Proregem nemini secundum fuit edita Pragm. vt consanguinei bannitorum tenerentur
55 de robarijs nam ipsi conscij, & occultatores talium præsumuntur, quod fuit emanatum ex iuris fonte c. 2. de delic. pueror. Bar. d. l. iure prouisum, Bal. l. 1. C. ne filius pro patre, Adde Vasq. contro. illust. 32. nu. 16. Petr. de pot. Princ. f. 196. nu. 37. Mastril. lib. 3. c. 4. nu. 108. & exinde non mirum, si dispositiones

di-

Digitized by Google

diriguntur Vniuersitatibus, cum si non peccent in committendo, verè in omittendo valde errant, & sic infra tit. de prosequ. malefact. prag. 1. statutum est, quod vbi adest suspitio bannitorum,
56 Vniuersitates debent facere pulsare campanam, & territorium perquirere pro eorum captura, conuocando Ciues ad eorum persequutionem, & sic prouisiones diriguntur Vniuersitatibus, sed non sunt immunes Officiales, qui vti cultores iustitiæ simul debent accedere ad persequutionem, vide D. de Pon. in suo tract. fol. 150. nu. 59. & nota vnũ singulare, quod licèt ad sonum campanæ debeant omnes ciues accersiri, tamen si officialis habeat sufficientem partem, debet esse cõtentus, & non molestare cœteros omnes, quia non venerunt argum. eorum, quæ notat Franch.
57 dec. 211. n. 10. nouissimè Rou in pragma. 1. de recep. malef. nu. 16. nisi intelligeretur maxima turba latronum, tunc omnes tenerentur, vt fuit iudicatum inter Vniuersitatem Caiuani, & Comitem Murconi, Actuario Figliola, quod licet Baro teneatur suis sumptibus tenere familiam pro capiendis contumacibus, tamen in auxilium tenentur Ciues occurrere, si familia non possit sola. Io. Grand. tract. de bello exul. fol. 101. Adde tamen, quod campana non debet ad arma pulsari, nisi in grauibus
58 delictis, alias non tenerentur ciues venire, nec possent mulctari, vt decisum pro Vniuersitate Lauri, cum Marchione, Actuario Cioffo, nam multi proterui Officiales, vt habeant occasionem extorquendi, ob minimum, quodquè delictum sonare faciunt campanam, vt contrauenientes postea possint mulctare, Rou. tit. de persequ. malefact.

Verum multæ expensæ pertinent ad Vniuersitates, quia respiciunt principaliter eorum commodum publicum, vel singulorum, licèt in consequentiam
59 stent, sub protectione iustitiæ, vti de custodia Ciuitatis, vel Terræ, diurna, vel nocturna, ob periculum hostium, vel latronum: nam Vniuersitates tenẽtur facere excubias earum sumptu, & non Barones, Petr. de pot. Princ. fol. 44. nu. 38. Ann. sing. 63. Rip. tract. de peste tit. de rem. ad vbert. nu. 281. sicq; in custodia mercati, Frec. auct. 44. de subse. nam de ciuium periculo, & vita principaliter agitur, Capy. dec. 27. Boer. dec. 212. Fran. Mar. dec. Delph. 631, & Barones poterunt cogere ad prædicta fa-
60 cienda, prout reficere muros, vt in c. Regni 135. ac nouos ædificare, Anna Iunior cons. 72. nam sunt munimina ciuium, Capy. ibi, qui decidit, mœnia esse Ciuitatis, & non Principis, secus fortalitia, & castra, Frecc. auct. 44. sunt tamẽ sub protectione Principis, & Baronum, Rip. benè in titu. de remed. ad conseru. vber. qui loquitur de custodibus portarum Ciuitatis, qui debent creari per
61 Vniuersitates, & per Barones, tamen si non erant idonei, erit iurisdictionis Baronum priuare, & castigare, Boe. decis. 232. Gui. Pap. sing. 587. nam hoc respicit iustitiam, vt fuit decisum in S.C. in prædictis inter Baronem, & Vniuersitatem Lauri, Actuario Cioffo, Adde similiter materiam hospitij, nam iussus Regius est hospitari l. 2. C. de metat. li. 10. Mastril. lib. 3. c. 10. nu. 178. tamen
62 cartellę, & repartimentum militum ad Vniuersitatem spectat, & non ad Barones, Capy. in inuest. vers. ad hospitiorũ in fine, & ipsi non possunt in hoc se intromittere de iure, licet de facto iniqui non obseruent, vt vidi, & sic Mut. Surg. in addit. ad fratrem de Neap. illust. fol. 380. & an Syndicus solus possit cartel-
63 las componere, & dispensare Nouissimi ad Franch. dec. 210. nu. 97. verum si illi de regimine ad quos spectat, grauaret quemquam, qui de iure, vel priuilegio non deberet hospitari, Iudex loci iustitiam ministrabit. Multi enim excu-
64 santur ab hoc onere, vti milites grauis, vel leuis armaturæ l. fi. S. pæn. ff. de muner. & honor. Sed non cognati, & affines gaudere debent militis immunitate l. 3. S. 1. ff. eod. gaudent Neapolitani
65 orti, & oriundi ad instar Ciuium Romanorum l. 1. C. de corpor. Vrb. Rom.

Digitized by Google

lib. 10. Item patres onu[illegible] l. semper ff. de iure immunit. eximuntur mulieres vi-
66 duæ ratione honestatis. sed non excu-santur diuites à contributione l. 3. C. de muner. patrim. lib. 11. Eximuntur personæ miserabiles quos Reg. Cam. immunes reseribit, argumen. §. item si
67 propter paupertatem inst. de excusat. tut. vbi Doct. immunes sunt mercato res, qui ad tempus residēt Luc. de Pen. rub. de milit. negot. lib. 10. excusantur qui vacant pijs exercendo Zenodochia l. omnia C. de Episcop. item Doctores
68 de iure non tenentur hospitari, Viuius dec. 161. Campan. cap. Regni 47. Menoch. de arbitr iud. casu 379. ex l. medicos C. de profess. tamen Reg. Cam. non admittit hanc opinionem, & testatur Carau. ritu 166. nu. 30. nam verum quod hospitantur, sed contribuere debent ad munus hospitij, nisi in contrarium esset antiqua consuetudo, vt ex Reg. Cam. accepimus traditiones. Addit. ad Franch. dec. 210. Et per ista ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, ac Glorioſissimæ Virginis Mariæ, ac Diuæ Catharinæ, & omnium Sanctorum finem facio Commentarijs istarum Pragmaticarum, in quibus si quid benè dictum fuerit, totum ad gloriam sit ipsorum, à quibus me adiutum certò scio: recipiant itaque studioſi opus, & fauorabili censura legant, cum in humanis nil ex omne parte sit perfectum. Die 4 Octobris festo Beati Franciſci Confeſſoris Patris Seraphici Fratrū minorum mei Patroni 1619.

LAVS DEO.



SIN-

Digitized by Google

SINGVLARIA EXCERPTA EX MVLTIS LEGIBVS Trium Librorum Codicis.

SVMMARIVM.

1 Donatio licet perficiatur nudo pacto, ius tamen non quæritur donatario, nisi translato dominio per traditionem.

2 Traditio possessionis rei donatæ non retrotrahitur ad diem promissionis, & si interim hypotecetur creditori, illi ius quæritur super re donata.

3 Creditor qui habet causam oneroſam præfertur alij habenti causam lucratiuam licet anteriori, quod singulariter, & nouè explicatur.

4 Constitutum an operetur quando de iure actualis traditio requiritur.

5 Constitutum non operatur in concursu creditoris tractantis de damno cum eo qui tractat de lucro.

6 Administrator Vniuersitatis est obligatus infra annum exigere introitus illius, alias debitum efficitur proprium ipsius administratoris.

7 Successor non tenetur exigere debita maturata tempore prædecessoris administratoris.

8 Mora administratoris in non exigendo debita, an & quando illum oneret, singulariter declaratur.

9 Creditor non debet esse rigoroſus in exigendo, sed circumspectus.

10 Administrator tenetur pecuniam exactam conseruare in sua specie, nec potest mutuo dare sub pœna.

11 Pecunia destinata, & assignata ad vnum vsum, non potest per Administratorem conuerti in alium.

12 Destinata ad vnum vsum, neque in alium æque bonum potest conuerti, solum in alium necessarium.

13 Pragmatica Comitis de Lemos de assignatione introituum Vniuersitatum, declaratur notabiliter.

14 Agri concessi ad coloniam perpetuam non possunt auferri post assignationē à Baronibus.

15 Agrum si colonus suo tempore non colat, & sterile, & incultum stare permittat poterit priuari.

16 Colonus si cessauerit à cultura per biennium, an dicatur in negligentia.

17 Alimenta qui præstare tenetur, an solum victualia, sed vestes præstare teneatur.

18 Vestes duplicatas an quis dare debeat personæ cui alimenta debentur.

19 Vinum vetus vsquequò debeat præstari alimentando, & quando vinum nouum.

20 Vinum non est dandum impuberibus, & si à tutore detur, non est in rationibus

nibus admittendum.

21 Animalibus morbosis, certa pars separata territorij est assignanda, de qua sub pœna custodes exire debent ea.

22 Pascua an de iure possint diuidi inter Baronem, & vasallos.

23 Pascua an pro rata animalium, vel ciuium sint repartienda.

24 Pretium minus ordinario est taxandũ pro seruitio fisci, & extenditur hæc propositio ad multa.

25 Militibus in terris hospitantibus, cùr minus ordinario taxa pro victualibus illis repartitur.

26 Antiquior de collegio, vel regimine habet prærogatiuam conuocando collegas in occurrentijs.

27 Proximior succedit in locum Decani impediti, vel mortui, quousq; officium prouideatur.

28 Armare cohortes, & personarum cœtus non licet sine Principis licentia.

29 Expensis fisci classes militũ sunt creãda pro hostium, & latronum extirpatione, limitatur tamẽ hæc conclusio.

30 Expensæ possunt indici terræ, vel Prouinciæ, quorum causa oportet erogari in persecutione latronum.

31 Barones non tenentur ad collectas pro feudalibus, sed quid pro burgensaticis, latè explicatur.

32 Collecta imponitur persona pro rebus, & si persona est immunis bona non possunt collectari.

33 Baro loco patris vasallorum de iure reputatur, & an possit comparere pro vasallis, declaratur.

34 Barones an possint punire Nuntios Regios delinquentes in sua terra extra causam officij, declaratur.

35 Barones tenentur resistere cuilibet Ministro etiam Regio, angarianti suos vasallos vltra commissa.

36 Barones tenentur constituere Iudices secundarum causarum infra Prouinciam, & in locis conuicinis.

37 Baro tenetur prospicere vtilitati vasallorum, & quanto minus poterit eos grauare.

38 Vasalli an possint reuocari ad locum originis si aliò migrauerint.

39 Baro an teneatur reficere carcetres criminales, & ciuiles, declaratur.

40 Carceres ciuiles an teneatur Vniuersitas suo sumptu erigere, vel Baronis.

41 Casum fortuitum patiens naufragij, vel incursus hostium, vel latronum an per solam informationem Iudicis loci probetur.

42 Socius debet certiorem facere socios de casu damni ei succesſo infra annum alias non erit audiendus.

43 Cautionem an sint obligati omnes administratores accipere à conductoribus bonorum, explicatur.

44 Debitor si tractu temporis fiat non soluendo, quando Administratori sit imputandum.

45 Ciuis nouiter allectus, vel qui domicilium constituit in aliquo loco, an teneatur ad contribuendum in debitis vniuersalibus, declaratur.

46 Ciuis nobilis alicuius Ciuitatis, præfertur alij ciuisuis nobili alterius terræ.

47 Ciuis potest assumere defensionem Vniuersitatis suæ patriæ, capita porrigere contra Baronem grauaminum.

49 Ciuis potest repetere expensas quas soluit pro Vniuersitate in defendendo eam.

50 Collectas soluere tenetur quis vbi domicilium habet, & non vbi bona extant.

51 Collectari non potest quis nisi in vno loco, & non duplici onere grauari.

52 Collegium vnitum repræsentat vnum corpus, & omnia membra eandem retinent dignitatem.

53 Maior, & minor quis potest esse eodem tempore respectu diuerso.

54 Colonus partiarius tenetur ad collectas pro sua rata, sed conductor non est obligatus ad onera, vt latè declaratur.

55 Colonus, vel conductor, an teneatur soluere salarium Domino, si adest lis super re.

56 Pecuniam otiosam potest Iudex nomine

ne

Digitized by Google

ne victoris ordinare, vt ponatur in compera.

57 *Mandatum factum debitori per Iudicē ne soluat suo creditori, an illum excusat si non faciat de posito.*

58 *Conductores fiscalium, an consequantur priuilegia fisco competentia, latè declaratur.*

59 *Cognitio potest concedi impropria causa in liquidis.*

60 *Consules artium possunt nominari à Collegijs, sed sine auctoritate Principis non possunt exercere ministerium.*

61 *Consuetudo praua quando excuset à dolo, & pœna, declaratur.*

62 *Consuetudo non potest dici, si non vniformiter fuerit seruata.*

63 *Consuetudo liquida contra ius, dicitur corruptela, & est extirpanda.*

64 *Creditor non exigens in tempore species sibi debitas, an possit petere pretium quanti plurimi.*

65 *Malitia creditoris non debet ei patrocinari.*

66 *Grauamen officialis an noceat Baroni, declaratur.*

67 *Custodes passuum, & gabellarum, visa fide nō possunt scrutari bona, quæ portantur.*

68 *Custodes territorij, sine licentia superioris, an possint eligi, & illi an possint damnum inferentes carcerare, declaratur.*

69 *Interesse secundarium habens, an debeat audiri.*

70 *Persona quæ locant operas suas, an possint cogi ad onera publica.*

71 *Barones non possunt iniungere seruitia personis quæ locauerunt alijs operas.*

72 *Creditor si amiserit cautionem, & eā non poterit reddere debitori, qualiter consulatur.*

73 *Debitor fiscalis non liberatur ex sola receptione apodissæ factæ à Cascerio si non sit annotata, & registrata in libro Camerarij.*

74 *Debitum illiquidum non potest peti etiam præstita cautione in casu succumbentiæ, etiam fauore fisci.*

75 *Debitores plures fisci non obligantur insolidum de iure Authent. contra mentem multorum Doct.*

76 *Debitor Vniuersitatis ex causa administrationis non potest ad honores assumi, secus ex alia causa.*

77 *Decuriones à quibus muneribus tempore officij possint esse immunes.*

78 *Possessionem suam quis etiam armata manu poterit defendere, et sic causam honoris.*

79 *Attentatum de facto, de facto potest euelli.*

80 *Defensionis facultas non potest à Principe auferri, nisi ea quæ sunt iuris positiui, limitatur tamen.*

81 *Procedi quando possit ad horas contra inquisitum.*

82 *Appellatio cur prohiberi potest.*

83 *Reus an possit in triremibus detineri loco carceris, quousq; causa terminetur, declaratur.*

84 *Dignitates non debent concedi personis humilibus natalibus nati, sic & tituli, quod singulariter explicatur.*

85 *Dignitatem cum præcedentia ad alios antea creatos in simili officio an Princeps concedere possit.*

86 *Fortuna magis quam virtus officia, & dignitates confert.*

87 *Dignitatem præeminentem habens, an liberetur ab ordinaria potestate.*

88 *Officialis primæ instantiæ an possit punire Iudicem secundarum causarum qui est maior illo.*

89 *Domus ad habitandum an debeant ab Vniuersitate officialibus concedi.*

90 *Donans exemptis personis in fraudem collectarum possunt priuari bonis donatis.*

91 *Fraus donationis ex quibus arguatur.*

92 *Duella an pœna mortis puniantur hodie non obstante Reg. Pragm.*

93 *Pœna solita imponi est attendenda.*

94 *Foriudicari quis non potest in Regno, nisi vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, & non ciuilis, non obstante const. Regni.*

95 *Fortalitia quæ tenent Barones an possint p Principem reuocari, vel in illis*

Digitized by Google

lis cuſtodes ponere.

96 Præferri debent cæteris paribus illi qui habent plures filios.

97 Laudemium vbi ſoluitur non requiritur aſſenſus in venditione rei emphiteotica.

98 Vacare debet anno qui habuit onus adminiſtrationis, vt poſſit rationes reddere.

99 Expenſas Vniuerſitates poſſunt facere pro cauſa boneris, pietatis, recreationis publicæ.

100 Strenam quam Vniuerſitates Kalendis Ianuarij præſtant Baronibus, an ſit illicita, nouiter explicatur.

101 Actus voluntatis, & facultatis à principio poſſunt in obligationem conuerti ex præſumptionibus.

102 Expenſæ pertinentes ad iuſtitiæ adminiſtrationem ſpectant ad fiſcum, quæ vero ad Vniuerſitates, declaratur.

103 Exactores, & Perceptores exigentes vltra debitum eis aſſignatum qualiter puniantur.

104 Exemptus à iuriſdictione ordinarij ex priuilegio, intelligitur in ciuilibus, nõ in criminalibus.

105 Ciues non tenentur regulariter pro debito Vniuerſitatis, niſi ſint obligati.

106 Ciues tenentur pro rata, niſi inſolidũ eſſent obligati à Concilio.

107 Ciues ſucceſſores tenentur ſe obligare pro debitis vniuerſalibus prædeceſſorum.

108 Peralta de cognatione Authoris laudatur.

109 Exteri tempore penuriæ poſſunt expelli.

110 Filijs nocent facta ſuorum maiorum, vt de eis non ſit confidendum.

111 Filij debent præferri alijs in officijs vendibilibus.

112 Filij in dignitate graui poſiti an liberentur à patria poteſtate.

113 Principatus officium, & eius priuilegia non poſſe adaptari ad officiales Regni, declaratur.

114 Pecunia ſoluta poſterioribus creditoribus quando fiſcus, vel priuatus poſſit concedere, declaratur.

115 Fiſcus ante diem non poteſt cogere debitores ad ſoluendum, limitatur notabiliter.

116 Fiſcus quando non ei ſuppetunt reditus Regni, an vrgente neceſſitate poſſit differre ſolutiones illis quibus debet, & quid in conceſſis ex cauſa donationis.

117 Fiſco an quæratur ius per accuſationem, vel litis conteſtationem, vel per ſententiam.

118 Fiſcales functiones an ſoluere teneatur apud Regni, notatur.

119 Fraus præſumitur ex inuſitata via quam quis facit.

120 Fraudans gabellas, & collectas qualiter puniatur.

121 Fraudem commictere non dicitur gabellæ qui viam inſolitam facit ex iuſta cauſa.

122 Victualia publica qualiter à conſeruatoribus ſint conſeruanda, explicatur, & negligentia qualiter puniatur.

123 Ciues poſſunt cogi ad emenda victualia publica, quæ ſuperant.

124 Miſcere victualia bona cum prauis, quando liceat.

125 Augmentum ſolitum reperiri in victualibus quantum ſit taxatum, & an teneantur ad id conſeruatores.

126 Fundus induſtria coloni factus fructuoſus non poteſt ex quauis cauſa à poſſeſſore auocari.

126 Homines tumultuoſi, & ſeditioſi poſſunt ad ſupplicationem à Principe de eorum patria exterrari.

128 Perſonæ leproſæ, infectæ, & morbo cõtagioſo affectæ poſſunt expelli.

129 Honor debetur officialibus, in ſedendo loquendo, & cæteris, & non honorantes, qualiter ſunt puniendi.

130 Hoſpitantes terræ poſſunt à conuicinis petere ſubuentionem.

131 Cameræ reſeruatæ non ſunt immunes à contribuendo.

132 Onera prout magis expedit, & minui poſſunt ſunt imponenda, quod ſingulariter ampliatur.

133

Digitized by Google

133 *Hospitia an debeant præstari officialibus iter facientibus per Vniuersitatem, declaratur.*

134 *Vniuersitates tenentur habere curiã vt in terra adsint hospitia pro exteris, & victualia in foro.*

135 *Immunis à iure, vel priuilegio ab oneribus, & collectis, non erit exẽptus ab oneribus indictis ab Vniuersitate pro communi commoditate.*

136 *Forenses collectantur pro oneribus positis, si de illis participant.*

137 *Immunitate à Principe concessa intelligitur pro extraordinarijs muneribus de iure, secus de consuetudine.*

137 *Immunitatis ius an perdat quis, sibi præiudicando aliqua vice.*

138 *Immunitatẽ an Vniuersitas possit alicui concedere, explicatur.*

139 *Matricula non nocet illi, qui effugiẽdi causa onera eam accepit, & non deseruit officio, & ministerio iniuncto.*

140 *Contribuere tenentur omnes conuicini qui sentiunt commoditatem pro expẽsis in faciendis pontibus, diuertendis aquis, & similibus.*

141 *Insignia Domini possunt portare famuli, & deuoti.*

142 *Inquisitionibus arduis diligens inuestigator est præponendus.*

143 *Inuentarium licet quis non teneatur facere de iure, vel ex præcepto testatoris, descriptionem autem denegare non potest.*

144 *Ius accrescendi in contractibus, vel feudis an habeat locum, declaratur.*

145 *Stipendium pingue deberet præstari officiali, & alij continuo laboranti in seruitio Principis, vt se, & suam familiam alat, ac posteris substantiã relinquat.*

146 *Labor præmium expectare debet, & ideo militi, vel officiali senio confecto, vel graui morbo impedito stipendium debetur de iure.*

147 *Fœtida in fluminibus, & fontibus publicis, vel lina imponi non possunt.*

148 *Legati ad Regem non possunt mitti sine licẽtia Proregis, nec sine Consilio.*

149 *Stipendium an debeatur impedito, si alius sui loco subrogetur.*

150 *Officiali suspenso, an salarium debeatur.*

151 *Licentia sine præfinitione temporis data pro extrahendis victualibus, quando expirare intelligatur.*

152 *Locans forestam ad pascendum animalia, an intelligatur concedere vsũ aquæ, & lignandi.*

153 *Locans corpus defensæ alicui, quando possit alia animalia fidare.*

154 *Conductor primus, quando secundo præferatur.*

155 *Locationes semper præsumuntur conessa cum præcedentibus pactis, & capitulis.*

156 *Locationes pascuorum Regiæ Dohanæ qualiter indemnes conseruari debent ab omnibus.*

157 *Locationes immediatè à Principe factæ non possunt reuocari, sub prætextu quod alius faciat meliorem conditionem.*

158 *Locationes à Ministris fiscalibus factæ possunt retractari, si melior conditio afferatur.*

159 *Ludi, & repræsentationes debent esse honestæ, aliàs prohiberi possunt.*

160 *Spectacula publica turbantes, qualiter puniri poterint, declaratur.*

161 *Matricula an faciat, plenam probationem, latè explicatur à Doctoribus coacernatis.*

162 *Votum suum in Collegio, vel Concilio quis debeat præferre, dignior, vel iunior, declaratur.*

163 *Mensuræ debent esse signatæ merco à Principe inducto, aliàs quis vti non debet.*

164 *Ius ponderum, & mensurarum est de regalibus, & non venit in concessione generali facta Baroni.*

165 *Meretrices possunt expelli à conuicinis, & salarium Domus cuius damno cedat, notatur.*

166 *Miles si erit captus ab hostibus an stipendium interim ei debeatur.*

167 *Miles si erit absens cum licentia, an salarium consequi debeat.*

Digitized by Google

168 Salariam debetur, licet quis non ſeruiat, ſi debeatur ratione meriti, & dignitatis.
169 Milites, & officiales Regis, non poſſunt alieno Principi ſine licentia ſeruire.
170 Milites ſtipendiati deſerentes vexillũ qualiter ſunt puniendi.
171 Militi exiſtenti in bello, nullas ſuperior poteſt dare licentiam, etiam per modicum tempus.
172 Perſona quando poſſint cogi ad militandum.
173 Milites dicti del battaglione, qua ratione cogi potuerunt.
174 Miles, vt gaudeat priuilegijs militaribus, an ſufficiat ſola Capitanei receptio.
174 Deſtinatio quando habeatur pro facto.
176 Militibus non tenetur Princeps dare victum, niſi quando ſunt in expeditione.
177 Princeps tenetur cuilibet coborti militum dare Medicum ſalutis animæ, & Medicum infirmitatibus corporis
178 Milites pedones non dicuntur nobiles vt equeſtres.
179 Militum cohortes non poſſunt diuidi ſine Principis permiſſu, nec vnus miles poteſt ad aliam transferri.
180 Armare gentes ſine licentia Principis non licet.
181 Mortuo Præfecto, ille interim locum defuncti tenebit qui illi eſt proximior in officio.
182 Officium maius qui exercuit, non tenetur ſubire minora, vel ſimilia.
184 Grauari poteſt immunis, ex cauſa publicæ vtilitatis.
184 Immunitas ceſſat, vbi quis contribuere debet ob commoditatem quã ſentit.
185 Muri, & reparia Vniuerſitatum, an ſine aſſenſu poſſint edificari, et refici.
186 Mutuare tenentur ciues diuites Vniuerſitati, in neceſſitate.
187 Onus debet eſſe æquale, & ſine acceptatione perſonarum.
188 Naufgans tempore hyemali quando dicatur eſſe in culpa, explicatur.
189 Neceſſitatis tempore Princeps non tenetur ſeruare immunitatem conceſſam.
190 Nobilis ob delicta infamia furti, vel proditionis an poſſit puniri pœna quæ plebeis irrogatur, diſcutitur.
191 Adminiſtratores pecuniam otioſam tenentes an ad vſuras teneantur.
192 Adminiſtrator vtens pecunijs, qualiter teneatur.
193 Nominans perſonam inhabilem tunc tenetur de culpa, quando ſua nominatio ius tribuit.
199 Actus confirmanti tribuitur.
195 Notarius Regis nobilis dicitur, alij autem viles.
196 Notarius Principis an poſſit iuriſdictionis officium habere.
197 Numerario ſocullariorum, ex qua cauſa introducta eſt.
198 Grauati in numeratione ſocullariorũ quando ſunt audiendi.
199 Occaſio prædandi, amputanda eſt à ſuperioribus, & dantur exempla.
200 Occupatio de facto, fiſco non eſt licita, etiam ſi ius liquidum erit.
201 Exceptio dominij quando obſtet ſpoliato.
202 Veſtes officialis debent eſſe honeſtæ, alias reprehendi grauiter poſſunt.
203 Officialis qui habuit illuſtrem dignitatem, etiam finito officio retinet prærogatiuam.
204 Officialis finito officio, non præfertur habenti officium in adminiſtratione.
205 Maior, & minor alio poteſt eſſe quis eodem tempore diuerſis reſpectibus.
206 Officiales paris iuriſdictionis, quando vnus præcedat alium, ponitur.
207 Ordo qualitatis, quando præcedat ordinem temporis.
208 Præcedere quando quis debeat alium in officio, notatur.
209 Tempus dala, an attendatur in officio vel capta poſſeſſionis ad præcedendũ, & quid in titulis.
210 Officialis qui cum laude exercuit officium, qualiter ad maiora ſit promouendus.
211 Officium magnũ non debet quis exercere qui non adminiſtrauit minora.

Digitized by Google

212 *Officialis approbatus quando possit reprobari.*
213 *Officialis qui pecunia obtinuit officiũ, poterit priuari.*
214 *Officialis perpetuus si non erit idoneus, qualiter honorificè sit amouendus.*
215 *Auditores Prouinciarum, vel Iudices M. C. an iure ante biennium possint reuocari.*
216 *Consuetudo reformando officiales vltra biennium an subsistat.*
217 *Officialis qui abest à Tribunali ad instantiam partis; an debeat potiri interim salario constituto à fisco.*
218 *Subrogatus si erit aliquis in officio, ratione impedimenti illius qui habet officium, salarium quod in subrogato dabitur, an sit excomputandum principali.*
219 *Officialis delinquens in officio non potest ad aliud promoueri, sine expressa licentia Principis.*
220 *Officium assequi non potest quis si erit inquisitus, & quid si erit absolutus, & pendeat appellatio.*
221 *Officialis ab omnibus est honorandus, & qualiter puniatur non dare debitũ honorem.*
222 *Pacis compositores inter inimicos fuerunt de iure cogniti.*
223 *Pacem inire quis nõ cogitur, nisi aliud Principi placeat, sed alij cogere non poterint.*
224 *Princeps potest cogere partes ad compromittendum.*
225 *Pater quando teneatur pro mala administratione officij gesti à filio, adnotatur.*
126 *Pecunia tanti ponderis debet esse in massa, quantum in forma.*
227 *Pœna à statuto imposita, quando fisco, vel parti sit applicanda, distinguitur.*
228 *Parti prius est satisfaciendum, & postea fisco.*
229 *Pœna ex causa potest irrogari consanguineis delinquentis.*
230 *Filius potest carcerari pro patre.*
231 *Approbatus ad aliquod officium, vel ministerium, an plenè probet deponẽs in pertinentibus ad officium.*
232 *Perceptores Regis tenentur ante diem denunciare Vniuersitatibus solutionem exigendam.*
233 *Fisci exactores cum equitate debitores cogere debent.*
234 *Perceptores quolibet mense debent mittere bilancia ad Regiam Cameram.*
235 *Perceptores differentes mittere pecunias ad Reg. Thesaurarium qualiter teneantur.*
236 *Personæ Illustres, Officiales maiores non possunt citari ad informandum sine Proregis licentia.*
237 *Titulati quibus prærogatiuis gaudeant.*
238 *Possessor rei hypothecatæ, an teneatur totum debitum soluere, vel rei æstimationem.*
239 *Melioratio quæ euenit ratione temporis, cuius lucro cedat.*
240 *Immunes sunt à vectigalibus, & gabellis portantes victualia ad loca Metropolitana pro abundantia Regni.*
241 *Portulani an sine licentia Proregis possint dare licentiam extrahendi bona.*
242 *Pretium legitimum fructuum, non debet arbitrari ex æstimatione vnius anni, sed trium præcedentium.*
243 *Fructuum perceptio, & quantitas nõ vnius anni, sed plurium est considerandæ pro arbitrandæ collectione ipsorum ex re.*
244 *Annus pro biennio, & quinquennio, ponitur in fructibus æstimandis.*
245 *Principis interest bona priuatorum non dilapidari.*
246 *Princeps potest ordinare moderationẽ in vestibus, in seruientibus, in carrocijs, & reliquis.*
247 *Salarium laboratorum in massarijs potest moderari.*
248 *Princeps per viam legis generalis potest priuatis præiudicare.*
249 *Princeps ex causa quando possit gratias, & demania reuocare.*

Digitized by Google

250 *Princeps non poteſt gratiam facere vaſallis Baronum.*

251 *Princeps poteſt diuidere, & vnire Prouincias.*

252 *Princeps ſolus poteſt comminare pœnam indignationis, & reſcribere pro quanto habent eam gratiam] noſtram.*

253 *Pœna comminata indignationis Regiæ vſquequò extendi poterit.*

254 *Confeſſio Procuratoris, vel alterius Adminiſtratoris quando noceat principali, diſtinguitur.*

255 *Procurator cum libera quando poſſit confitendo præiudicare principali.*

256 *Rationes ſemel datæ, & ſaldatæ quando reuideri poſſint, plures limitationes notantur.*

257 *Error calculi non ſemper dat cauſam reuiſionis.*

258 *Officialis ſindicatus, & liberatus an poſſit ex reſcripto Principis iterum ſindicari.*

259 *Rationum libri ſi fuerint lacerati, vel conſignati ab Adminiſtratore non poterit iterum inquietari, ſi non reperiantur.*

260 *Rationes prius reddere debet qui adminiſtrauit, licet alij inſolidum ſint obligati, limita ſi gerens fuerit mortuus.*

261 *Rationes priuatorum ſignificata quãdo habeant executionem paratam, & an per appellationem ſuperſederi debeat in exequendo.*

262 *Partita de introitu ſuperantes exitũ exequi recta via poſſunt.*

263 *Salaria ſine Principis licentia Vniuerſitates ſtatuere non poſſunt.*

264 *Syndicus ſine ordine Decurionum ſoluere non poteſt etiam legitimis creditoribus, limitatur in paruis partitis, & quanta debeat eſſe quantitas, vt ei credendum ſit.*

265 *Salaria plura an quis poſſit percipere, ſi diuerſa officia teneat, notatur.*

266 *Officialis perpetuus an poſſit plura ſalaria tenere.*

267 *Secretarij Regis an poſſint ſedere in Tribunalibus, diſtinguitur.*

268 *Seneſtus quæ priuilegia teneat, notatur.*

269 *Seruitia ſunt iniungenda ſolitis, & in defectum habilibus.*

270 *Seruitia ſecundum qualitatem perſonarum ſunt iniungenda.*

271 *Seruitia qualiter cum temperamento ſint iniungenda, pulchrè declaratur.*

272 *Animalia vltra dietam non ſunt à fiſco ad ſeruitia trahenda, ſi alia reperiri poterint.*

273 *Seruientes vnius Tribunalis poſſunt ſine alia licentia alijs inſeruire in eorum officio.*

274 *Seruientes Curiæ quis debeat creare Baro, vel Vniuerſitas, notatur.*

275 *Sigilli exactio à Baronibus an ſit præter, vel contra ius, notatur.*

276 *Signa quando arguant dominium, vide ampliationes, & limitationes.*

277 *Solutio per tertias in cenſu ad formã Pragmatica an ſit vſuraria.*

278 *Pactũ, vt non ſoluendo cenſuarius per duas tertias poſſit ſors repeti, an valeat.*

289 *Solutio trium annorum præcedentiũ quando arguat ſatisfactionem prætiterum, ponuntur limitationes.*

280 *Vniuerſitates an poſſint inter ciues pœnam imponere, ne bona immobilia alienigenis vendantur.*

281 *Studia generalia nulla Vniuerſitas poteſt erigere, nec Lectores Cathedrã aſcendere ſub pœna.*

282 *Studentes quanto tempore debeãt ſtudere, & qualiter examinari.*

283 *Subſtituere quis in officio quando poſſit, notatur.*

284 *Subſtitutus cum licentia Principis nõ releuat ſubſtituentem, vt non teneatur de mala electione.*

285 *Prorex an poſſit ſibi ſubſtitutum facere in caſu abſentiæ.*

286 *Subhaſtationes in venditione, & locatione bonorum fiſci, Vniuerſitatis, & pupillorum, an ſint de eſſentia.*

287 *Supernumerarij ſine Principis licentia in Tribunalibus, ſine cauſa creari non poſſunt.*

288

Digitized by Google

288 Marcus Antonius Russinus Aduocatus Prouinciæ Calabriæ vltra, & nunc Iudex criminalis laudatur.
289 Texi non possunt drappi serici, vel aurei sine Principis licentia.
290 Titulati qui emunt titulos, an gaudeant eorum prærogatiuis.
291 Titulati refutato officio, an gaudeant nomine, & prærogatiua.
292 Tituli dignitatum, possunt commutari de vna terra in aliam.
293 Princeps an possit dignitatem conferre cum priorìtate temporis.
264 D. Petrus Vrsinus Princeps Solofræ, laudatur.
295 Vacare quis debet officio, & ministerio suæ conditionis.
296 Tutor debet sequi conditionem patris pupillorum.
298 Vendere quis, vel emere nemo cogitur quacumq; sit præditus potestate.
298 Vendere nõ cogitur quis vltra vsum.
299 Venatio terrarum omni loco est licita & capientes eas possunt ab Vniuersitatibus petere remunerationem.
300 Venire contra factum suum proprium quando liceat notatur, & an teneatur de euictione.
301 Hæres an possit impugnare factum defuncti nullum.
302 Princeps an possit ipse curam accipere de victualibus, & abundantia, vel spectet ad Proceres Regni.
303 Visitationes, & generales inquisitiones sunt de iure prohibitæ.
304 Visitantur Officiales perpetui, & materia visitandi notatur.
305 Vniuersitates non habent de iure tacitam hypothecam in bonis Administratorum, actio vero personalis est priuilegiata.
306 Barones an habeant tacitam hypothecam in bonis Administratorum.
387 Barones an subrogentur ad priuilegia fisci, singulariter notatur.
308 Vniuersitates an possint collectas imponere sine assensu, & quid in gabellis, ponitur differentia.
309 Vniuersitas non potest remittere debitum significatis, nisi essent in magna necessitate.
310 Vsuræ possunt relaxari per Decuriones ex causa;
311 Vniuersitas non potest litem captam renunciare sine decreto.
312 Vsuræ vsurarum, & lucrum ex lucro non debetur.
313 Vsuræ an statim currant in beneficiũ fisci.
314 Vsus alij concessus super territorio, & communitas contracta potest dissolui si nõ sufficiat commoditas principali.
315 Præscriptio immemorabilis non tollit quin communio ex causa non possit dissolui.
316 Pascua qualiter debeant diuidi pro numero animalium, vel quantitate ciuium, aut territorij qualitate.

LECTOR si animaduertas in supra scriptis Commentarijs de Baronibus multas quæstiones diffiniuimus ex legibus trium librorum Codicis, vbi multa Iuris arcana sunt recondita. Aliaq; iura notabilia quæ passim ex eo C. studendo obseruaui, & singularibus Additionibus exaraui, breui Compendio hic postremò tibi adnotaui. Quæ & si versatis viris noua nõ erint, alijs non minus vtilia, quàm curiosa esse mihi persuadeo.

SINGVLARE PRIMVM.

ADministrator bonorum fiscalium, vel priuatorũ si priusquam dictũ onus susceperit, & bona sua hypothecauerit donationem alicuius rei sincera fide cuiquam fecerit, si deindè finita administratione debitor reperiatur Fisco, vel alteri personæ, cuius negotia gesserit, isti non poterint creditũ suum prosequi, super ea re donata an-

Digitized by Google

te obligationem ab Adminiſtratore cõ tractam, ſic tex.in l.1.titu.1.C.de iur. fiſc.lib.10. Tu autem intellige procedere hanc propoſitionem ſi res fuerit tradita tempore donationis: nam licet donatio nudo pacto perfecta dicatur, l.ſi quis argentum §.fin. C.de donati. tamen dominium non transfertur, niſi facta traditione, vel conceſſa poſſeſſione, & quouſq; in donatarium non trãſ-
1 feratur reſtat ſemper in dominio donãtis, & ideo ſi bona ſua interim obligauerit alicui creditori, illi quæritur ius hypothecæ ſuper re donata, & non tradita, & in concurſu iſtius creditoris cũ donatario potior erit cauſa creditoris, ſic induit glo. in d.l. verbo perfectam, quam ſequuntur omnes Doct. Quam concluſionem amplia, vt procedat ẽt ſi donans rem poſteà tradidiſſet, nam quia illa erat affecta onere hypothecæ ante traditionem, poſſeſſio poſteà tradi-
2 ta non retrotrahitur ad diem donationis, tex.eſt inſignis in l.ſi §. lucius ff.de don. Amplia ẽt ſingulariter, vt dicta cõ cluſio vendicet ſibi locũ, adhuc ſi donans pro obſeruantia donationis obligaſſet donatario oĩa ſua bona, vel rem ipſam donatã: nã ſi eam non tradiderit, & deindè debita contraxerit, cũ hypotheca, creditor quãuis poſterior intẽpe præfertur donatario ex alia iuris ſuppoſitione, quia qñ concurrit hypotheca adiecta cauſæ oneroſæ, & alia hypotheca contracta rõne tituli lucrativi, re donata non tradita, & ſic dominio non abdicato à donante præfertur
3 ſecundus, qui tractat de dãno, Cumq; hypotheca adiecta donationi, vti acceſſoria non alterat, neq; efficaciorem faciat ſubſtantiã contractus; dum.n. principalis obligatio lucrativa non habet efficaciã præcedendi onerosã, neq; hypotheca acceſſoria poterit natura alterare, Bar.in d.§.lucius, & l.inter eos §.is quoq; ff.de re iud. ac Gutti. latè, & ſubtiliter tract.de iuram.p.3.c.15.nu.20. qui ſic in Tribunalibus obtinuiſſe refert, aſſerendo hoc eſſe aſſumptum nouũ, & ego adduco Mant.de cõtract. lib.11.tit.22.n.13. Capy.dec.78.n.7. Molin.de contract.diſp.413.n.12. licet Felic.de cenſib.tit.qui pot.in pig.in fi. contrariũ ſentiat, tñ ſine auctoritate loquitur non reſoluendo, nec reſpondẽdo iuribus per Gutt. adductis. Sed qd
4 ſi aderit conſtitutũ in contractu donationis, cuius vigore de iure translatam fingitur eſſe poſſeſſionẽ in cõſtitutariũ an habeant locũ ſupradicta, Poſſet etiã dici, vt fuit in præcedenti reſponſum, q ſi hypotheca vti acceſſoria non alterat naturã, & iuris diſpoſitionẽ, ſic & conſtitutũ, q eſt acceſſoriũ ad contractum, & q fictio poſſeſſionis translata nõ operetur, hoc caſu re verè non tradita, dũ requiratur actualis traditio in cauſa lucrativa, vt præferatur oneroſæ, ſic in ſimili Vrſil. dec. 275. nã vbi quid requiritur in caſu vero nõ põt adimpleri fictè, D.Reg.Valen.cõſ.68. n.45. Molf. p.10.tit.de inſtru.c.4. cũ ſeq. Itẽ conſtitutũ vti fictitiũ non operatur aduerſus creditorẽ tractantẽ de dãno, Gui.Pap. dec.101. Quæ omia noua ſunt, & ſingularia ad intellectum d.l.1. ſed in occurrenti conſidera.

2

Adminiſtratores bonorũ Vniuerſitatis, infra circulũ anni tenentur exigere introitus, & nomina debitorum, quorũ ceſſit, & venit dies, alias de ſuo tenentur, & liqdè ſignificari poterint, ad tex. in l. miſſi opinatores C. de exact.trib. lib.10. Vndè orta eſt prag.5.§.4.tit.de admin.Vniuer. Ex inde non ſat erit, ad
6 miniſtratione finita ſucceſſori aſſignare inſtrumenta crediti, quia non tenetur ſucceſſor ſuſcipere onus exactionis maturatæ tempore prædeceſſoris, cum elapſo anno debitũ efficiatur particulare Adminiſtrantis, Rebuff.in d.l.nu. Guid.Pap.dec.87. Adeo quòd Bart.in
7 d.l. fuit opinionis, quod finito tempore officij, non habeat Syndicus priuilegiũ executiuè agendi contra debitores Vniuerſitatis, quia effecti ſunt finito anno debitores ipſius Adminiſtratoris, licet alij cõtrariũ ſenſerint, vt refert Mõtanar.in prag.5.§.10.tit.de adm.Vniu.

& pro-

Digitized by Google

& proindè mora Administratoris ei no cet si debitores efficiantur soluendo l. pen.C.de canon. largit.lib.11. ibi [Si minus fuerit procuratum pœna designati nouerint esse plectendos] Garsia de expens.cap.20.num.16. Bouad. lib.5 Polit.cap.4.num 79. Intellige tamen hoc,quando mora,& negligentia fuerit magna: nam si forte Administrator benigne eligerit cum debitore, & interim casu ille decoquat,periculũ non debet sibi imputari, ex tex in l.1. C.de commer.& mercat.& l.si bene ff.de vsur.ibi (non acerbum exactorem neq; contumeliosum, sed moderatum, cum efficacia benignum,& humanum) Quod iudi is arbitrio relinquetur con siderandum si debitum erat liquidum, si præuideri poterat debitoris lapsus, vt benè Mascard.conclus.625. Escob. de ratioc.c.19.nu.30.cum seq.

3.

Administratores Fisci,vel Vniuersitatis tenentur pecuniam exactam,in sua specie conseruare l.1.C.de canon. largit.lib.10. Franc.Marc.dec.101. p.2. Et non possunt mutuo dari sub pœna, l.fin.C.de his qui,ex publ. rat libr.10. l.1.C. de his quæ ex publ coll. neque pecuniam destinatam ad vnum vsum poterint conuertere in alium, sine superioris licentia l hac lege C.de aquæ duct.lib.11 etiã si opus esset æquè vtile.Inde ex prag.nouissima tit.de commiss. fuit data norma Administratoribus Vniuersitatum,vt in principio anni introitus repartiantur,& assignentur particulariter creditoribus, Qua assignatione facta non debeant Sindici se intromittere, vtendo pecuniis assignatis,sub pœna triremium.Limita tamen nisi magna necessitas eueniret, tamẽ posse illos de regimine Vniuersitatis vti pecunia destinata,ex tex. notabilis in leg.vnica C.de expens.Iudor. Auend.cap.24.par.2.num.1.de exeq. mand.Cabal.cas.200 Per quæ iura dũ quidam Syndicus,ad querelam fuisset inquisitus, quod propter necessitatem Militum hospitantium, in ea terra exigisset pecuniam assignatam creditoribus,& Baro rigidè processisset seruando dict.Regiam Pragmaticam, eum defendi,quod impunè illicuit,propter dictam necessitatem,& habito recursu ad Collaterale Consilium fuerunt obtentę prouisiones,vt non molestaretur. Et proindè destinata ad vnum vsum non possunt conuerti in alium æque similem,secus in opus necessitatis,Gars. de expens.c.21.n.24.

4.

Agri concessi à Principe, vel suis feudatarijs ad coloniam perpetuam, in locis vbi solitum est fieri tales concessiones non possunt auferri à possessoribus,licet maior pensio offeratur l.si qui C.de fund.patr. lib.10. & proindè in facto dixi,iniustam esse vexationem cuiusdam Baronis qui territoria redditicia feudo,ad libitum reuocabat.Solũ licet auferre à possessoribus territoria, si coloni essent negligentes in cultura tunc enim fauore culturæ,& damni, Baroni euenit ex incuria possessoris priuare eos poterit l.qui agros la seconda C.de omn.agr. deser lib.12. Et negligens dicetur si cessauerit in cultura p biennium,vt ex d.tex.sumitur, & in terminis Gamm.dec.130.licet in hoc puto esse habendam rationem qualitatis territorij, quia adeò infertile, & tenue potest esse, quod interest otiosũ tenere multo tempore,vt vberiores fructus postea producat, quando colitur. Ioseph Lud.dec.Perus.14.Escob de ratioc.par.2. cap fin.nu.9.& ita temperandam esse præfatam conclusionem respondi,& vide Menoch. tract.recup. remed.13.nu.76. Et propterea colonus licet cessauerit de facto non poterit spoliari,sed audiri ante sententiam declaratoriam commissi,vt probat d.l.qui agros.

5.

Alimenta,qui præstare tenetur ex lege,vel testatoris præcepto, non solum victui necessaria,circa potum,& cibum dare tenetur. sed etiam vestes, probat tex.in l.1.C.de milit.vest.lib.11.ex quo etiam

Digitized by Google

etiam habetur, quod à Kalend. Septẽbris debent præſtari veſtes hyemales, & à Kalendis Aprilis veſtes ęſtiuæ, attenta qualitate perſonarum l. fortiſſimis eodem tit. Et antiqua fuit controuerſia an veſtes duplicatæ, & prætioſæ
18 poſſint iure peti, maximè ſi ſit perſona nobilis, cui alimenta debẽtur, Imol. Rip. & alij in rub. ff. ſolut. matr. dicunt, quod non, quia non pertinet ad vitam hæc ſuperfluitas, Alex. verò ibi, & alij quos congerit Surd. de alim. tit. 4. q. 2. nu. 29. aſſerunt eſſe commuuem, quod ſi qualitas perſonæ exigat, vt ſic honorificè, neceſſaria hæc dicuntur. Similiter, & vinũ vetus, vſq; ad menſem Nouembris, & deindè nouum, pro potu
19 dari inquit tex. in l. iubemus C. de erogat. milit. anno. lib. 12. ſed limitatur ſi qualitas perſonæ requirat, vt non poſſit bibere vinum nouum ſic tempeſtiuè. Et è contra ſi qualitas perſonæ exigat, nec nouum, nec vetus dari debet, vti pupillis, quibus aqua, & non vinum præſtandum eſſe ait glo. in l. qui filium
20 ff. de alim. pup. præſt. Indè in rationibus Tutorum expenſæ circam vinum impuberibus datum non erint iure admictendæ Eſcob. de ratioc. cap. 22. in fine.

6.

Animalibus morboſis exiſtentibus,
21 in territorio tenentur Decuriones ſeparatum locum deſtinare pro illis, & pœnale mandatum à Iudice eſt imponendum Dominis, & cuſtodibus, ne metas territorij circumſcriptas excedant tex. eſt in l. 2. C. de paſc. publ. lib. 11. ibi [vt ſine læſione prouincialium paſtui conſolatur.] Indè percipitur, ex eo tex. quod ob neceſſitatem, incommoditatem, & ſimilem cauſam, paſcua
22 inter Ciues, & Baronem diuidi poſsũt vt animalium paſtui conſulatur. Idem ſolet peti inter Vniuerſitates habẽtes communionem, vt territoria diuidantur, ſed qualiter diuiſionis partes ſint faciendæ, ſtat difficultas, dixi prag. 11. & nunc addenda duxi, quod valdè fuit dubitatum, an pro numero animalium, vel quantitatis territoriorũ faciendæ
23 ſit computatio, vt ei qui plus habet territorij, maior pars paſcuorum ſit aſſignanda, vel diuiſio ſit æqualiter facienda, dum ſimpliciter fuerint initæ communitates, Menoch de arb. Iudic. caſ. 245. dicit arbitrio Iudicis eſſe remictendum, Theſſ. dec. 72. tenet pro rata eſſe repartienda, & Eſcob. de ratioc. par. 2. cap. 7. latiùs explicat, faciendo alias conſiderationes.

7.

Animalia, quæ portant bona fiſci, vel quæ gregatim tranſeunt per loca prouincialia, ſalario mediante debent habere victualia, & pretium non ſolũ non eſt alterandum, ſed minus currenti erit ſoluendum, tex. eſt inſignis in l. animalia C. de curſu public. lib. 12. ibi [Nec pabula mutationibus deſinant,
24 ac perçquo pretio eſtimantur,] Inde ſumitur, quod quando Milites hoſpitãtur in terris, quibus victualia Ciues prę ſtare debent, ſalario ipſorum Militum, communi obſeruantia videmus, pretiũ æquius ordinario ſtatui: Priuilegiata debet enim eſſe cauſa fiſci, concordat tex in l. in omnibus eod. tit. qui diſponit, vt pro ſtallagio animalium fiſci, minùs ordinario hoſpitibus ſoluatur: Ex
25 quibus iuribus fuit facta prouiſio etiã, ad beneficium Baronum, vt minus ordinario ſoluere debeant pro ſeruitijs, vt ex prag. 1. tit. de ſalar. quam explicauimus in noſtra prag. 16. quia dicuntur ſubrogati in eorum terris, in locum Principis.

8.

Antiquior de Conſilio, vel Collegio, aut regimine, qui erit Decanus
26 habet prærogatiuam congregandi collegas in occurrentijs, & ſic ad parlamẽta, & ſimilia leg. 2. C. de decur. lib. 10. Gamm. dec. 1. nu. 45. Et illo impedito hæc facultas competit ei, qui eſt proximior in officio, Plat. in d. l. Doct. omnes in cap. 1. de maior. & obed. Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 59. ibiq; diſcutitur
27 quis dicatur proximior, q̃ eſt dignior ex nobilitate, vel ſcientia, vel ętate

Ve-

Digitized by Google

Verumtamen si adsit consuetudo, ea est obseruanda, ad tex. in l. non tantum ff. de decur. Bal. in l. obseruare §. antequam ff. de offic. proconsul. & supradicta iuris dispositio gradatim est obseruãda in votis proferendis, sedendo, & cęteris, Tiraq. loco cit. n. 55.

9.

Armorum vsus Principis est, & ad eum pertinet fabricatio, & destructio: licentia, & prohibitio l. 1. C. vt armorũ vsus lib. 10 & gl. in rub. C. de fabricẽs. lib. 11. Indè oriuntur tot banna, circa portationem armorum. Armandiæ de iure dicuntur, quæ de regalibus sunt c. 1. quæ sint reg. & consequenter cohortes armorum non possunt fieri, nisi de licentia Principis, nec vascella in mari armare C. de classi. lib. 12. Princi-
28 pis tantum est Militum cohortes armare contra hostes, cursores, & Piratas ac contra latrones, qui etiam hostes dicuntur, quia ad eum pertinet defensio Regni, & expulsio, ac vindicta inimicorum. Sed cuius expensis sint facienda est dicendum quod sumptu ipsius Principis, quia ideò percipit Regni introitus, & hac conditione Principatus fuit erectus Doct. in l. 2. ff. de orig. iur. Lopez l. 5. verbo securos tit. 7. p. 5. Limita si redditus non sufficerent, pro neces-
29 sitatibus ipsius Regni, tunc possent cogi Vniuersitates ad contribuendum, l. si libertus ff. de oper. liber. Guttie. lib. 1 pract. quæstio. cap. 3. Garsia de expens. cap. 21. nu. 35. Bouad. lib. 5. pol. cap. 5. Limita etiam si incursio latronum, vel alia necessitas insurgeret ex causa hominum ipsius Regni, Plate. in l. 1. C. vt rustic. ad vll. obseq. teneam. li. 11. Auil.
30 c. 17. prætor. & possunt collectari Vniuersitates plus debito, vel Prouinciæ: ex hac causa dispendij, Bar. in l. mæuio §. vxore ff. de annu. legat. Escoba. de ratioc. c. 25. nu. 21. in materia latè Nauar. in collect. decisio. ad pragm. 1. de armis.

10.

BArones non teneri ad collectas, & bona tenentia, pro bonis feudalibus, q
31 possident in suis terris, recepta est conclusio, quæ oritur, ex dispositione tex. in l. 1. C. de priuil. dom. august. lib. 11. quẽ non allegant Doct. sed dixi in prag. 12 quod ad bona burgensatica sunt obligati soluere collectas, l. 1. & sequ. C. de pręd. & reb. nauic. Verumtamen dum proximis mensibus, inter alia grauamina, quæ Vniuersitas Montis militum porrexerat in Sacro Consilio, dum discuteretur hoc caput, quia domi causæ Commissarius prouiderat contra Principem, vt solueret collectas, & bona tenentia, pro bonis burgensaticis. Ego, qui vti causæ patronus dicti Principis defendebam illum de iure, non posse cogi dicebam, & licet contra me allegarentur quæ posueram in d. prag. 12 vbi pro vasallis concluseram, rəplicabã vera esse, quæ ibi dixeram, sed patiebantur sequentem limitationem, vt ꝓcedat opinio affirmatiua, si onera ab antiquo imposita fuerint super rebus pro introitu ipsarum Vniuersitatum, &
32 eorum communi viuere, sed si ex causa accidentali Vniuersitas ære alieno grauata voluisset imponere onus collectarum, super bonis Ciuium, tunc quia collecta imponitur personæ pro rebus, si illius bona transeunt ad personas immunes, cessat onus collectandi dicta bona Rebuff. in l. si diutina C. de super exactor. & in l. 1. C. de præd. nauicul. li. 12. & pendet prouisio facienda.

11.

Barones posse comparere in iudicio & defendere Vniuersitates suarum terrarum, Doct. asserunt, vt dixi in prag. 3 ex tex. in l. 3. C. de his qui spont. muner. lib. 10. ibi [Patrem Ciuitatis habeat locum] & sic aduertit Rebuff. ibi,
33 sed hoc non intelligas sic simpliciter, nisi Baro habeat mixtum interesse principaliter, vel accessoriè pro sua iurisdictione conseruanda, veluti in consequentiam, si Vniuersitas principaliter turbaretur super confinibus, vel communione præter à conuicinio poterit Baro vti primus Ciuis, & Protector, ac vti interesse prætendens comparere,

& erit

Digitized by Google

& erit audiendus. Imò aduerte ſingu lariter,quod non ſolum his caſibus Ba ro poteſt comparere,ſed omninò audi- ri debet, aliàs pro ſuo intereſſe, etiam lata ſententia poterit petere ipſum eſſe audiendum,Auend.de exeq. man. Reg.p.1.c.5.n.9.& conferunt dicta per Franch.dec.524.

12.

Barones poſſe puniri Nuntios,& Cō
34 miſſarios Regios delinquentes in eorū terris,extra cauſam officij, probat tex. l.fin.C.de agent.in rebus lib. 11.& firmat Boer.dec.9.ſed in contrarium alij DD.adducunt tex.l.1.C.de curial.vrb. Rom.lib.12.qui ſtatuit, tales ad eorum Præpoſitum eſſe remictendos,& D.Ro uit. ſingularem hunc tex. enunciat in pragm.28.num.6.de offic.ſacr.conſ.& Ego adduco alium l.2.C.de offi.mag. milit.lib.12.& hunc articulum explica ui prag.8.p.2.Concordātur tamen præ dicta iura,quod Barones poſſunt puni re prædictos extram cauſam officij de linquentes,niſi eorum Præpoſitus ha beat iuriſdictionē abdicatiuam,& pri uatiuam à quocumq;: Carcerare tamē poterint illos, vltra commiſſa exercen tes ſi deliquerint grauiter, & certiora re eorum Superiorem. Imò Barones in
35 eorum terris tenentur reſiſtere Mi iſtris Regijs indebitè ſuos vaſallos an gariantes,tex.eſt ſingularis l. 2. C.de lucr.aduoc.li.12 ibi [Prouinciales ſuos cuncti Iudices tueantur, nec iniurias il lis fieri permictant] & loquitur tex.il le in militibus,vt reſiſti illis debeat ab ordinarijs locorum: dum vetita à Ci uibus expoſcunt,& bene Auend.cap.2 n.12 p.1.de exeq. mand.Reg.

13.

Barones tenentur conſtituere Aſſeſ ſores Officialibus,& Iudices ſecundarū
36 cauſarum,in loco magis conuicino,& intra Prouinciam vt minus vaſalli gra uentur in expenſis,& laboribus,tex.eſt ſingularis l.nemo poſſeſſorum verſ.lon gius,& ibi gloſ.C.de annon.& tribu.li. 12. quem tex. non adduxi ſuper hoc articulo,quem tractaui in prag.3.Quę textus diſpoſitio deſeruit quāplurib⁹ alijs caſibus ſimilibus, vt proſpicere debeat Baro, moderando ſuum arbi- trium,& iuriſdictionem,vt quanto mi- nus poſſit grauet vaſallos ad vtilitatē
37 eorum actendere ſemper debeat, l.me diterraneæ.C.eo.& ibi Rebuf & cęteri Franch.dec.527.in fine, qui ſimiliter hoc firmat,ſed non allegat in terminis iura ſupracitata.

14.

Barones poſſe reuocare vaſallos,qui alio migrauerint ad habitandum,pro- bat tex.l.mætallarij C. de metallar.li. 12 ibi [ſi deſerta regione ex qua ſunt oriundi ad extranea migrauerint,cum ſua ſobole reuocentur] & idem probat tex.l.1.C.ſi curial relict.Ciuit. lib.12.
38 Indè quælibet Vniuerſitas poteſt ſta- tuere ſub certa pœna pecuniaria,ne Ciues deſerant terram. Andr.in conſt. Regni incip. quiſquis, & ita innuit D. de Pon. de pot Proreg.tit de abund.§. 2.nu 7.Maſtrill.de magiſtr.lib.4.c.18. n.83.Sed tu aduerte,nam præfata iura vendicāt ſibi locum cum vaſallis anga rijs,Iſti enim non poſſunt de iure rece dere à terra:vbi ſunt orti Capy. deciſ. 168.& dixi prag.10.ſed non in vaſallis burgenſibus,vt Rebuff.in d.l metalla- rij,& l.1. C.ne ruſtic. ad vllum obſeq. Ann.alleg.64

15.

CArceres duos ſeparatos tenere de- bent Barones, vnum pro detinēdis
39 reis criminoſis, alterum pro debitori- bus ciuilibus,qui altero cōmodior eſſe debet l.2.C.de exact.tribu. Sed an pro cōficiendis dictis carceribus Baro ipſe teneatur expenſas erogare,vel tenea- tur Vniuerſitas illius Terræ, Doct.diſ- ſident: Multi tenuerunt onus eſſe Ba- ronis ad quem pertinent iuriſdictio,& emolumenta carcerū, vt dixi in prag. 19. Alij dicunt pertinere ad Vniuerſi- tatem,vt Gutt.poſteà viſus q.36.lib 1. pract.quæſt.Ego autem ſemper ſui opi nionis,& ſic diſtinguendo ſeruari vidi in cunctis Regionibus,quod carcerum criminalium conſtructio debeat expen

ſis

Digitized by Google

sis Domini fieri, quia principaliter Baronis sunt fructus prouentuum, & sic intelligi debent Docto. opiniones affirmatiuę. Ciuiles verò carceres Vniuersitas debet fabricare, quia pro mera commoditate Ciuium eriguntur, neq; aliquod emolumentum percipiunt ex eis Barones. Vnde ista custodia, & depositum, quod respicit vtilitatem Ciuiũ ab ipsa communitate erigi debet, est enim negotium creditorum Ciuium, vt detineantur eorum debitores, ac debitorum, vt commodiori loco detineantur, & conferunt quæ notat Auend. de exeq mand. Reg. cap. 20. nu 6. Sed an pro conficiendis dictis carceribus possint capi Domus Priuatorum, quæ in platea, vel loco commodiori sunt sitæ, vide Auil. cap. 18. in glo. se haga Prætor.

16

Casum fortuitum furti, naufragij, & similiũ, sine sui culpa patiẽs, si in lõginqs sibi succesſerit poterit adire iudicẽ illius loci, vbi casus euenerit, vt capiat informationem de eo, & deindè potę-
41 rit petere copiam, quæ plenam probationem faciet in omni foro: maximè si reddere rationem debebit socijs, ad tex. l. 2. C. de naufrag. lib. 12. Andr. & Affl. in const. Regni probationum incursibus. Verum infra annum debet denũciari casus succesſus Domino, vel socio cuius interest, alias ea acta non probabunt, nec erit audiendus in ratio-
42 nibus, qui casum allegat si in hoc tẽpore non denunciauerit Capel. Tholosan. dec. 447. Mascard. de probat. conclus. 272

17

Cautionem idoneam obligantur accipere Administratores fisci, & Vniuersitatum: dum locant introitus l. 2. C. de admin. Vniuer. lib. 10. & ibi Doct. Sed
43 mihi videtur, quod ille tex. procedat in eo casu, in quo tractatur de legato in diem relicto Vniuersitati, vndè de iure cautio exigi debet, vt ff. & C. vt legat. nom. cauea. in alijs autem casibus non videtur, quod Administrator sit obligatus cautionem exigere, nisi in Administratoribus fisci l. 2. C. de præd. decur. lib. 10. quod idem per prag. 5. S. 8. de admin. Vniuers. fuit extensum, vt Sindici idoneam cautionem recipiant: In alijs verò Administratoribus, vti tutoribus, & alijs cessat hæc obligatio, & effectus est magnus; nam si locatio fiat personæ tunc idoneæ, si illa tractu temporis impotens efficiatur in culpa non erit Administrator, tex. est insignis l. quæ sub conditione ff. de cond. & de-
44 monstr. ibi [Cæterum debitores, cum quibus ipse contraxit non vtiq; in diẽ mortis fuisse idoneos præstare cogẽdus est, sed eo tempore quo his creditum est eius conditionis fuisse, vt diligens pater familias eis crediturus fuisset,] & sequitur Port. comm. opin. 11. lib. 2. dec. Genuens. 172. Crau. cons. 319. n. 4 Sed si fideiussor de iure esset exigendus, tunc lapsus debitoris grauaret Administratorem, qui fuit negligens in non procurando fideiussorem, argu. l. 2 C. de condit. in horr. publ. lib. 10. l. cũ mandato ff. de minor. semper enim negligentia Administratores onerat ad culpam, & emendam Craue. cons. 132 & ob negligentiam possent priuari et salarijs ipsis constitutis pro officio, tex. est singularis in l. indices C. de annon, & trib. lib. 10. & ad prædicta vide tex. in l. vnica C. de his qui ex offic. quod adminis. conueniunt lib. 11.

18

Ciuis nouiter allectus, vel domiciliũ
45 constituens in aliquo loco non tenetur ad debita antea per Vniuersitatẽ contracta, quia Vniuersitas non potest obligare illos, qui tempore contractus non erant de gremio l. prouidendum C. de decur. lib. 10. ibi [Non conuenit, vt præteritis debitis susceptorum onerentur] & melius probat tex. in l. 1. C. de priuil. incorpor. lib. 11. Bal. cons. 47. lib. 3. Capyc. in inuestit. vers. collectæ, Mantic. de contract. lib. 3. tit. 10. & nu. 62: De his verò debitis factis ob quæ sentiret commodum municeps tenetur, & sic contribuere obligatur in omnibus

Digitized by Google

nibus oneribus, ex quibus vtilitatem ipſe ſenſit vti cæteri Ciues, vt dicam infra verbo immunitas. Verum ad principalem concluſionem Gratian. diſceptat. 196. in fine tenet, quod ſtante neceſſitate, adhuc Ciues nouiter allecti tenentur ad collectas.

19

Ciuis nobilis alicuius inclitæ Ciuita
46 tis præfertur in concurſu alij Ciui nobili orto in alia Ciuitate, vel terra non ſic qualificata, ita probat tex. & gl. in l. 1. C. de Alexand. Primat. lib. 10. notant ibi Doct.

20

Ciuis vnus poteſt aſſumere defenſio
47 nem Vniuerſitatis ſuæ patriæ, actionē proponere, & capita contra Baronem, vel Prælatum dare pro ſubleuandis cōciuibus ab oneribus, & publicis grauaminibus, probat tex. l. 3. C. de his qui ſpon. mun. ſuſcip. lib. 10. Actiones enim populares, qnæ reſpiciunt vtilitatem, vel damnum Ciuium inſolidum competunt. Immò qui hanc protectionem aſſumit cogere poteſt Vniuerſitatem ad expenſas ſubminiſtrandas pro lite, ſi ea iuſta erit, & ſuperiores debent officium in hoc impartiri Auendà. cap. 4 num. 31. de exeq. mand. Reg. Et in pe-
49 titione libertatis demanij, vidi aliquos Ciues tantum acclamaſſe, ac litem pro ſequutos fuiſſe, & obtinuiſſe.

21

Collectas pro rebus ſoluere tenetur
50 quis in loco vbi habitat, & non vbi bona alibi extant, probat tex. in l. 1. C. de mulier. lib. 10. & Gabr. Rom. tit. de iure immun. ſtatuit hoc pro regula concl. 2 Auend. de exeq. mand. cap. 14. par. 2. Sed aduerte tu, quod in Regno contraria opinio eſt recepta, ex cap. Regni incip. In ſingulis, de quo meminit Capy. in inueſt. verbo collectis, & latè Ann. conſ. 59. Verum ſi conſuetudo, in aliqua Regione eſſet diuerſa, ea obſeruātia præualeret, Franch. dec. 22. n. 5. At quando quis ſoluit in loco, vbi res ſunt
51 ſitæ, non eſt moleſtandus in loco, vbi habitat, quia duplici onere grauari nō debet l. nauis onuſta §. cum autem ff. ad l. Rhod. de iactu, Crau. conſ. 111. & 201. Boer. dec. 162. & Franch. in allegata deciſ. Et quo loco quis teneatur ſoluere originis, vl domicilij collectas, ac alia onera functionum, latè Rebuff. in l. 1. & 4. C. de incol. lib. 10. Ioſeph Seſe dec. Aragon. 7. Ricc. collect. 1876

22

Collegium vnitum repræſentat vnū corpus conſtans ex diuerſis membris, quorum licet alterum altero dignus ſit
52 tamen reſpectu vnionis ad corpus eādem prærogatiuam quodlibet retinet. Indè dū in Regia Audientia Calabriæ fuiſſet altercatio inter Gubernatorem Ciuitatis Coſentiæ, prætendentem præcedentiam Procuratori fiſca. i. & Secretario Regiæ Audientiæ, vti inferioribus in dignitate, & iuriſdictione ad ipſum Gubernatorem qui habet iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio. Et ſic in incenſando, & pacis oſculo in Eccleſia Cathedrali contentio fuit. dixi tunc quod & ſi de iure Officialis Ciuitatis, ratione iuriſdictionis maior eſſet actamen dum prædicti de Tribunali Reg. Audientiæ collegialiter, cum toto Tribunali in loco deſtinato ſedebant, vti membra corporis eandem tenebant auctoritatem, & idē honor eis debebatur, Adducebam tex. l. 1. C. de collegiat. incorpor. lib. 11. & deindè ità vidi D. de Pont. affirmantem in tract. de pot. Proreg. tit. de elect. offic. §. fin. Et data relatione Suę Eccellentiæ per Collaterale Conſilium fuit confirmata noſtra opinio; poteſt enim eſſe quis maior, & minor diuerſo reſpectu Tiraquel. de nobil. c. 10. n. 11. & latius Grati. diſcep. 111.

23

Colonus partiarius pro parte fructuū
54 ſibi ſpectanrium ad collectas, & onera Vniuerſitatis tenetur, probat tex. in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. ſed tex. in l. qui pœnes C. de agric. & cenſ. videtur innuere, quod iſta onera pertineant ſolum ad dominum proprietatis fundi, & ſic Franch. dec. 107. quia collecta

Digitized by Google

collecta respicit immediatè prædia, & non fructus, vt latè Ofasch.dec.83.qui hanc veram opinionem esse firmat. Sed Thess. dec. 116. relatis opinionibus ait primam affirmatiuam esse magis iuridicam, vt coloni pro parte colonica cogi possint, etiam si essēt coloni Ecclesiarum, & dec.Franch.non obstare, quia loquitur in conductore, & pensionario, vt non teneatur, sed secùs in colonis partiarijs, seù in socijs fructuū qui onera tenentur sentire pro rata, & sic Garsi.de expens.cap.11.num.46.& cap.14.num.21. Carrot.de locat.titu. de collectis,& Rebuff.in d.l.1.benè distinguit, considerando onera si respiciant personas,res,vel fructus,& Auēdan.de exeq.mand.Reg.cap.14.par.2 ac Ann.consil.3. vbi si conductor, vel Baro teneatur ad solutionem adhoæ.

24.

Colonus non tenetur soluere pen-
55 sionem,vel partem fructum, si contentio,vel lis erit super fūdo ei locato, sed depositum debet facere, ne dicatur in mora,vel offerre satisdationem de soluendo cui, & quando l. litibus C. de agricol.& cens.lib.11.Iudicis verò erit arbitrium,interim libèrare pecuniam, vel fructus alteri,& litigantibus,qui in possessione est manutenendus, sed si sequestrata fuerit ea possessio,ne fructus
56 consumentur poterit fructus vendere Iudex,pecuniam expetere,& si summa sit magna,decernere valebit,vt ponatur in compera nomine Victoris,vt probat tex.& continuò obseruat Sac.Cōsilium ,& Adde Hering. de fideiuss. si
57 non faciat depositum, vel præstet satisdationem,latè vide per Gutt.practi. quæst.113.lib.1. Barbos.in l.si alienam num.12.ff.sol.matrim. Sese de inhibit. cap.4 §.8.

25.

Conductores rerum fiscalium de-
58 iure, coram fisco pro eis causis conueniri debent l.3.cum seq. C.de castrēs. & mil.& l.2. C.de suar.lib.11. sed ista iura intelligenda sunt quoad pertinētia ad afflictum,& non extra, Pereg.de iur. fisc.tit.de conduct.nu.15. Habent etiam multa priuilegia, prout fiscus in exigendo executiuè debita,& si liquida erint possunt ipsimet ea exequi, qa potest concedi cognitio de iure in propria causa contra transgressores, l.non est singularis ff.de regul. iur. quod est notandum, prout dixi in pragm.16.de Baronibus, vt in pertinentibus ad feudum in liquidis possint sibi ipsis iustitiam ministrare,& adde Auenda. de exequ.mand.Reg.cap.1.num.14. Ad-
59 uerte tamen, quod si Affictatores alijs sublocent fiscalia (nam non est prohibitum l.moschis §.emilius ff. de iure fisc.) Subaffictatores non consequentur has prærogatiuas l. vnica C.quib. muner.excus.lib.10.& Doct.in l.fin.C. de conuen.fisc.debitor.nisi aliud fuerit in primo locationis instrumento conuenctum,D.de Pont.de pot.proreg.tit. de reg.impos.§.8.n.18.

26.

Consules artium à publico,vel collegijs, ac nationibus nominandi sunt, sed absq; confirmatione, & electione
60 Principis non possunt auctoritatem exercere l.2. & ibi Rebuff. C.de ponderat.& aur.illat.lib.11. Et prædictis conceditur,non solum cognitio, sed iurisdictio decernendi circa pertinentia ad illud ministeriū,vt in d.l.& in l.2.in fin.C.de const.pecun.l.fin.C. de iurisdict.omn.Iudic.Mastril.de magistr.lib. 4.cap.4. ex num.152.& diffusè Strac. de mercator. tit.quomod. in cau.mercat.proced.

27.

Consuetudo, licet praua, excusat à
61 dolo,& sic à pœna l.1.C.de excoctor. & transl.ciuil.ann.lib.10. Sed limita si lex reprobaret consuetudines præteritas,& futuras, prout fuit dispositum in prohemio constitutionis Regni, vbi sancitur,vt nulla consuetudo in contrariū in posterum valeat aduersus eas constitutiones, nam tunc nulla consuetudo in contrarium excusat, Ias.in l.de quibus ff.de legib.Auend.de exeq.mand. cap.2.p.1.num.14. Item talis mala con-

Digitized by Google

62 conſuetudo eſt probanda, quod vniformiter ſic fuerit obſeruata, nam ſi aliqui actus tranſierint, & parti fuerint ob timorem, violentiam, vel potentiam illi non importabunt conſuetudinem, vt ibi Auend. Intellige etiam procedere regulam hanc, ſi cõſuetudo erit du-
63 bia de iure an actus ſit licitus, vel illicitus: Nam ſi factum eſt malum re ipſa deteſtabile, & liquidum contra ius diuinum, naturale, vel ciuile non excuſat praua conſuetudo, ſed extirpanda, & punienda eſt quamuis mitiori pœna, ſecundum facti, & perſonarũ qualitatem, Couarr. cap. quamuis §. 7. par. 1. num. 12. Farinac. quæſt. crim. 20 & latius in q. 95. Gutt. conſ. 38. Seſe dec. 108

28

Creditor diſſimulans, vel oblatam
64 ſpeciem aliquorum victualium ſibi debitam non recipiens tempore quo venit dies, ex malitia expectandi alterationem pretij, vel penuriæ non poterit petere pretium quanti plurimi, vel ipſam ſpeciem ſuccedente caſu ege ſtatis, ſed æſtimationem tunc temporis, ad tex. in l. nulli C. de erogat. milit. ann. ibi [ſi propter anni abundantiam ſuſcipere oblata neglexerit, quod accipere diſſimulauit non conſequatur.] Imò etiam ſi debitor non obtulerit, nec creditor petierit mutua negligentia compenſatur, vt mora non dicatur, & ſic æſtimatio non creſcat, Fabr. diff. fin. 2. C. de contrah. ſtipul. & de Curt. in ſuo diuerſ. feud. fol. mihi 27. nu. 50. refert in Regia Camera obtinuiſſe
65 pro ſuo cliente. Et idem conſului, pro Aerarijs Baronis, qui non curauerat eos ſignificari poſt finitam adminiſtrationem, & poſt nonnullos annos rationes videri procurauit, & repertis illis debitoribus in quantitatibus frumenti, vel aliorum victualium pretium quanti plurimi expoſcebat. Dixi non deberi æſtimationem, niſi prout valebant tempore finiti officij, ex negligẽtia enim ſua, pretium non poterat alterari in damnum eorũ, qui ſi fuiſſent tunc ſignificati ſatisfaciſſent, quod eſt menti tenendum, & pretium quanti plurimi, ex quibus cauſis non debeatur, vide ſingulariter in occurrenti Eſcobar de ratioc. cap. 17. qui adducit duodecimas limitationes.

29

Culpa Miniſtri ad publicum officiũ
66 electi, nocet illi etiã à quo fuit præpoſitus, ſic probat text. & gloſ. fin. in l. 2. C. de nauib. non eſcuſ. lib. 11. Indè practicatur, quod negligentia, & grauamen quæ committunt Officiales terræ aduerſus ſubditos eſt iuſta cauſa, vt deducta querela apud ſuperiores cauſa auocetur à Barone, & ſic defectus Miniſtri officit Domino, ſed aduerte quod hoc eſt fauore publico, & non procedit in alijs caſibus priuatorum, Doct. in l. iubemus C. de ſacroſ. Eccle. & Rebuff. in d. l. 2.

30

Cuſtodes paſſuum, & Gabellarum,
67 viſa fide de his quæ à tranſeuntibus portantur non debent eos impedire, & perquirere ſcrutando, an vera ſint quę in fide aſſeruntur, & ſi adſint alia bona vetita, vel vltra onerata in ſalmis, niſi iuſta ſuſpitio adſit l. euectiones, & ibi latè Rebuff. C. de curſ. publ. lib. 12. alias iniuria fieret ad tex. in l. fin. C. de anno. & trib. lib. 11. ibi [Nemo inſpector accedat.]

31

Cuſtodes territorij, vel locorum, ne
68 damna fiant, vel ne merces, aut animalia extrahantur, vel fraudentur gabellæ poſſunt eligi, l. 1. C. de lictorum, & itiner. cuſtod. lib. 12. ſed an Domini, & priuatæ perſonæ, vti intereſſe prætendentes, poſſint, ſine licentia ſuperiorum tales deſtinare, dic quod ſic. Verũ non poterint, niſi defendere paſcua exigere gabellas, & in flagranti deprehenſos capere, pignorare, & recta via ad ordinarios locorum ducere, Caſſa. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 3. Auend. de exeq. mand. cap. 1. ex num. 13. Capyc. & Addent. deciſ. 45. Sed an cuſtodes poni poſſint ab eo, qui habet intereſſe

tan-

Digitized by Google

tantum principaliter, & denegari possit aliis, qui habent interesse secundarium, veluti si Vniuersitas ponat, pro suo interesse Custodes, in nemoribus
69. defensis, vel territorio, an Baro pro interesse secundario, ne fraudetur pœnis contrauentionum, & bannorum possit ipse alium tenere, & quod ambo possint custodes destinare, ratione interesse, fuit in Sacro Consilio iudicatum, pro Vniuersitate Lauri, argument. tex. in leg. si ita legatus §. Dominus proprietatis ff. de vsu, & habit. Salarium autem debet præstari custodibus ab illis, qui eos præponunt Ioan. de Plat. in leg. fin. C. de erogat. milit. annon. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 128. Escobar de ratioc. cap. 26. ex numer. 10.

32

Custodes animalium, & rationum Principis non possunt vocari, & cogi ad munera suæ patriæ subeunda, gaudentque priuilegio fori, toto titul. C. de suarijs, & C. de statoribus lib. decimo. Imò similes personæ, quæ loca-
70 uerunt operas suas de iure excusationem habent, si eis non denuncietur antequam ad seruitia obligentur, Rebuff. in præcitatis locis. Inde oritur quod Barones, licet possint cogere vasallos ad seruitia, non tamen conceditur eis talis facultas, quando vasalli locauerint operas suas ad tempus determinatum, vt in capit. Regni 53. &
71 dixi pragmatica decimasexta, & ita vidi iudicatum pro Vniuersitate Sancti Mendæ, cum Cardinale Iesualdo vtili Domino, vt occupati in seruitijs annualibus non possint cogi ad seruitia Baronis.

33

Debiti apodissam si creditor per-
72 dat, vel fidem crediti ex Bancho publico extractam amiserit, licitè dum solutionem petierit, poterit ei denegari, si non restituat scripturam, leg. secunda, C. de discuss. libr. decimo. Sed cautela est, secundum Doctor. ibi, vt quietatio publico testimonio fiat, cum narratione apodissæ perditæ, vt pro cassa omni tempore habeatur, Franch. decisio. 498. qui non citat hunc text. sed hanc conclusionem ponit in literis cambij. At si dubium esset an fides depositi esset vinculata, tunc cautio esset etiam præstanda de restituendo, casu quo necessaria esset pecunia exhibenda, super qua alicui esset ius quæsitum, Gail. obseruatio. 37. libr. 2. Hoc tamen non procedit in ordine, siue liberantia facta à Prorege, vel Thesaurario, & Scribæ rationis mandando, vt alicui solueretur, nam licet fuerit illa presentata, si ammicteretur ante solutionem non poterit solutio fieri, Marcus Antonius Surgens de Neapol. illustrata cap. decimo quinto, ex num 38.

34

Debitor fiscalis administrationis
73 non liberatur, ex solutione facta Cascerio, & ex adnotatione facta in libro diurno, nisi registrata ea fuerit in libro Maiori à Camerario, ad text. in leg. secunda, C. de conuen fisc. deb. lib. decimo. Et eadem obseruatio procedit in pecunijs, quæ in Bancis publicis ponuntur leg. prima C. de solut. debitor. libro duodecimo. Verum est, quod constito de partita, quæ fuerit Cascerio soluta, Fiscus agit prius contra officialem, qui eam recepit, & in subsidium contram soluentem incautè, vt ad literam docet text. in dict. leg. 2. & sequitur Pereg. de iur. fisc. tit. de debitor. num. 20.

35

Debitores fisci realiter, & personaliter exequuntur, leg. missi opinatores, in fine, C. de exactor. tribut. lib. decimo, quod non licet priuatis creditoribus, vt in leg. nemo C. eodem, etiam si debitores per pactum se obligauerint ad carceres, Viuius commun. opinion. 65. par. prima, nisi debitum esset liquidum vigore Ritus, vel calore obligationis, iudicialis, iuxtà Ritum 166. & 128. Et idem quod in fisco prouisum est in debitoribus Vniuersitatis, vt in

Digitized by Google

prag.quinta §.10.de administrat.Vniuersit. Sed si debitum esset illiquidum
74 non solum exequi non potest, sed neque præstita cautione per fiscum, vel Vniuersitatem de restituendo debitor cogi potest, Doctor.in l.hi qui C.de conuenien.fisc.deb.sed requiritur ordo iudicij, Peregrin.de iure fisc. lib.6. tit. 7.num.quinto, & exinde rationes dubiæ, & pertites illiquidæ non possunt exequutioni tradi, neque cum cautione Gratian.discept. . .solum quæ constarent ex introitu superante exitum, vt dixi in prag.16.

36

Debitores fisci, vel Vniuersitatis si reperiantur, qui simul administrationem, vel Arrendamenta cœperint insolidum obligantur, dicit text. in lege prima, C.quo quisque ordin.cum leg.
75 sequen.lib.vndecimo; Sed aduerte, quod talis lex procedit, secundum tempora ff & C. non autem auth. & ideò nisi specialiter actum fuerit, vt obligati sint duo rei, vel insolidum obligentur exigi insolidum non poterint. Authen.hoc ita C.de duob.reis, Ronchegal. in leg.reo §. cum in tabulis num. 65.ff.de duob.reis. Cumque fiscus, nec Vniuersitates reperiantur in hoc specialiter priuilegiati, ideò quilibet debitorum tenebitur pro parte, vt aduertit Rebuff.in d l.1.

37

Debitor Vniuersitatis non potest assumi ad honores, nisi integrè satisfecerit, tex.est vulgatus in l.1.C.de debitor. Ciuitat.lib.vndecimo: Sed intellige singulariter hanc legem procedere in eo, qui erit debitor ex administratione rerum publicarum; nam deliquere dicitur, qui talia residua statim non soluerit. At si esset quis debitor ex alijs causis, non procederet dispositio huius tex. vt glosamet probat in d.l.prima, verbo, & non aliundè, & ibi etiam Rebuff. Alias limitationes adducit Montanar. in pragmat.quinta, §.17.de admin.Vniuers.

38

Decuriones dum pro Vniuersitate
77 laborant tempore officij debent esse immunes leg.curiales.1a prima, & seconda C.de decurion. libr.decimo, & sic Ann.singul.482. sed multi contrarium sentiunt, vt Guid.Pap.decisi.398 Boer.decisio.246. Osasch. de iisio.95. Auendan.de exequend.mandat. Reg. Hyspan. cap decimoquarto, num. 27. part.secunda. Tu autem distingue, vt Rebuff.in leg.2.C.de exactor. tribut. lib.vndecimo, quod pro patrimonialibus, & mistis muneribus, non sunt exempti, sed pro alijs personalibus, vel laborem requirentibus sunt immunes, ideò in hospitandis militibus, quia hoc munus est reale, ad contribuendum tantū tenentur, & non ad onus recipiendi, in eorum domibus, & sic à R.Cam.prouisiones expeditas esse vidi.

39

Defensionis facultas, de iure nemini est auferenda, nec à Principe tolli poterit, quia est iuris naturalis, super quo non poterit disponere, ad tex.in leg.defensionis facultas C.de iur. fisci lib.decimo. & ideò omne rescriptum est nullum, tam quando tractatur de defensione personarum, quam bonorum, vndè si quis erit in liquida possessione poterit se eam tueri, etiam armata manu. Bal in leg.prima, C.vnde vi, Auendan.de exequend.manda.Regum Hysp.cap.4. nu.4. vers. tertio na-
78 tato dignum. Idemque procedit pro conseruatione dignitatis, & honoris, quæ præferuntur bonis, l. iusta ff. de manum.vind. Nam de facto quis non potest deijci & spoliari, l. obseruare §. antequam, vers.magni enim refert, ff. de offic. proconsul. Et si de facto con-
79 tra quemquam quid fuerit attentatum, vel innouatum, licebit de facto impunè euellere, demolire, & resistere, leg.si vitem §.si ad ianuam ff. quod vi, aut clam, Auend.loc.cit.num.48. Et hoc in ciuilibus procedit & etiam in criminalibus, vt in seq.dicam.

De-

Digitized by Google

40

Defensionis facultas fortius, non
potest tolli in criminalibus: vbi de vita
agitur, vt in supra allegata l. defensio-
nis facultas. Et licet Princeps in deli-
ctis arduis concedere soleat facultatē
procedendi ad modum belli, ex abru-
pto, sine figura iudicij, hoc euenit, quia
80 dictæ sollemnitates sunt iuris positiui
super quibus dispensare potest Prin-
ceps, vt latè dixi in prag. 1. sed circa
ea quæ pertinent ad causæ defensio-
nem, quæ est de iure naturali non po-
test Princeps, absq; termino ad defen-
dendum, quemquam condemnare, &
dum in Regia Audientia meus colle-
ga concessisset certas horas reo, cum
quo extraordinariè, ex delegatione
Proregis procedebatur, dixi quod idē
est, terminum non dare ad defenden-
dum, vel nimis angustum, vt consideé-
rat Farinac. quæst. 39. Nec me late-
81 bat de iure, & in praxi posse procedi
ad horas in enormissimis, vt induit
Franch. decisio. 351. Sed tu intellige
in delictis notorijs, & causis latronum
publicorum, & similium: vbi notorie-
tas facti non recepit exceptiones, sed
pœnæ exequutionem. Verum si de-
lictum esset dubium, licet titulus esset
grauissimus, tunc iurisprudentis, & con
scientiati viri est, cum temperamento
procedere, vt reus possit defendi: Petr.
de potestat. Princip. fol. 138. Qualiter
autem iustificetur denegatio appella-
82 tionis quando Princeps causas dele-
gat appellatione remota, vide Mastril.
de magistr. lib. 3. cap. 4. ex n. 28

41

Depositi loco in triremibus detine-
83 ri inquisitos, vel condemnatos, de ca-
pitalibus criminibus, pendente causa
solet à Principe, & Collaterali Consi-
lio obseruari, argum. ex l. prima, C. de
mendicant. valid. lib. 12. vbi statuitur
vagabundos licitè posse damnari ad
aliquod opus. Vndè nimirum arguen-
do à minori, ad maius si facinorosi, qui
in carceribus stant otiosi possint inte-
rim in triremibus detineri, vt Dom. de
Pont. etiam dicit in tractat. de potesta.
Proreg. tit. de regalib. imposit. §. 1, nu.
51. Sed nota, vt refert Mastrill. de
Magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 265. quod no-
uissimè extat Regis ordo, prohibens
talem obseruantiam, nisi vrgente ma-
xima necessitate, & existentibus carce-
ratis vilibus, & diffamatis, ratio, quia
custodia non debet esse pœnalis, vt dixi
in prag. 19

42

Dignitates præheminentes, tituli,
vel officia non sunt concedenda per-
sonis humilibus l. 1. C. negotiator. ne
militen. l. ne quis C de dign. lib. 10. qui
84 enim ad talia promoueri debent, opor
tet esse meritis, vel sanguine digni, l.
virtutum merita C. de statut. & imag.
& si contra hanc normam, ambitione
quisquam Principem deceperit, pote-
rit amoueri l. honores ff. de decurion.
ibi (quia plebei decurionum honori-
bus fungi prohibemus) & adducit ra-
tionem tex. singularis in l. si cohorta-
lis C. de cohortal. lib. 12. ibi [Qui di-
uersarum rerum negotijs detinentur à
Prouincialibus officijs remoueri dici-
mus, vt omnis honor, atq; militia, con-
tagione huiusmodi segregetur.] Nam
iniuria fit dignitatis, quando viles per
sonæ euehuntur, Crauett. consil 136.
Guttier. singulariter consil. 31. ex num.
45. Et in facto dum quidam merca-
tor vilis procurasset à Sua Maiestate
titulum super feudo, quod de proxi-
mo emerat Prorex, cum Collaterali
denegauit exequutionem, & Principi
descripsit, Et anno præterito Nobiles
Regni supplicarunt Suam Maiestatem,
vt dignaretur titulos non concedere,
nisi habita relatione Proregis, qualita-
tis personæ, meritorum, & facultatum,
& expectatur talis gratia.

43

Dignitates concedere, & nouas in-
staurare, præcedentias tribuere Prin-
cipis est, cum ab eo fluant, leg. prima,
C. de metropol. berint. lib. duodecimo,
Et ideò iure poterit, maxime acceden
te causa meritorum, vel seruitiorum

Digitized by Google

concedere alicui officium,cum prærogatiua antecedendi alijs antea creatis, Ioan. de Plat. in leg. vnicuique C.de proxim.ſacr.ſcrin.lib. vndecimo Franciſcus Marcus deciſio.808. parte prima. Nam licet prior in ordine, & tempore regulariter ſit præferendus tamen Princeps non dicetur præiudicare,& tollere ius alteri quæſitum, ſi maiorem dignitatem alteri conferat,cum omnia ſint in ſua manu,Dom. de Ponte in conſ. 7. vol.2.

44

Dignitates perſonis magis fortuna, quam virtus concedere videtur, & continuò experimur, textus eſt notan-
56 dus in leg.iubemus C.de proxim.ſacr.ſcrin. libr. duodecimo, ibi [Superioris fortunæ iudicia.] Quo loco Doctor. colligunt, quod fortuna diſpenſat locos, ſed eam Poetæ fingunt cęcam,quia vbi maximus intellectus, ibi non concurrit fortuna, ſed vbi minimum iudicium maxima fortuna, ſed non eſſet Mundus,ſi iuſta lance pręmia conferrerentur.

45

Dignitatem præheminentem habens, non ex hoc liberatur à iuriſdictione ſui Ordinarij, licet maiorem
87 ipſe habeat poteſtatem, leg. curiales, qui honorariam C.de decur libr.decimo. Poteſt enim eſſe quis maior, & minor eodem tempore,reſpectu diuerſorum negotiorum, & ideò Officialis poterit punire Iudicem ſecundarum cauſarum delinquentem in loco, vbi
88 reſidet ipſe ordinarius, conferunt adducta per Dom.Rouit.in pragm. 1. de titul.

46

Domus prætoriæ ſunt Officialibus deſtinandæ ab Vniuerſitatibus : vbi ius dicere debent, leg.vnica C.de palat. & domib. lib.vndecimo,& ibi Doctor leg.prætoria C.de operib. public. ſed non ſunt obligatæ dare Domus,
89 pro habitatione, ſed ſolum vbi iuſtitia regatur, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, Platea, & Doctor. in dicta l. vnica.

47

Donans in fraudem perſonis à collectis, & gabellis immunibus poſſunt priuari bonis donatis, & confiſcari, ad tex. inſignem in leg. prima, C. vt nemo ad ſuum patroc.ſuſcip. libr.vndecimo, ibi [Si quis in fraudem publicæ
90 functionis ad patrocinium cuiuſcumq; confugerunt,ſua prætextu donationis, vel venditionis,aut cuiuslibet contractus nullum habeat firmitatem, bonorum publicatione plectendis] concordat text. in leg. final. C.de annon. & trib. ibi (nec grauamine tributorum Eccleſiaſticorum abuſione lædant,) & ita Guttier. libr. ſecundo practicarum quæſtionum cap.132.Fraus vero præſumitur, ex multis Maſcard. concl. in-
91 cip. fraus, & præſumitur,quando Pater donat vltra virilem filio priuilegiato bona ſubiecta oneribus publicis, Auendan. de exequend. mandat. Regum Hiſpan. cap. decimo quarto, numer.29.part.ſecunda . in Regia Camera continuò prouiſiones expedit, vt pro virili filij clerici gaudere debeant donatione à Parentibus ſibi facta.

48

Duella ſunt de iure prohibita, vt probat textus,& gloſſ. in leg.prima, C.de gladiator.lib. vndecimo,& extat in Regno pragmat.prima tit. de duell. quæ pœnam mortis indixit, & tempus
92 foriudicationis contumacibus abbreuiare poſſe ſtatuit,ſuper qua pragmat. commentaria fecerunt Carauit. Scagl.& Domin.Rouit. Vnum tamen nota, quod alij non adduxerunt de generali conſuetudine Tribunalium dictam pragmaticam non ſeruari circa pœnam mortis, & foriudicationis, ſed arbitrariam eſſe dixit Maranta conſil. ſeptuageſimo ſeptimo,

& ſic

Digitized by Google

& sic vidimus continuò obseruari, & licet lex non tollatur per non vsum, aboletur tamen per contrarium vsum, l. de quibus ff. de legib. Iosep. Ludou. dec. 98. & pœna solita imponi est actẽdenda, Farin. quæst. 95. quamuis sit mitior lege, Guttier. cons. 38. Sese decisi. 108. & dum casus accidisset in Regia
93 Audientia instabant pars, & fiscus pro abbreuiatione termini, seruata forma dictæ Pragmaticæ, & Commissarius Collega condescendebat, contradixi dicendo, quod si inquisitus esset in fortijs certè morte eum non tradidissemus, ergò tanto minus, contra absentem pœna foriudicationis erat imponenda, & licet foriudicatio videatur li-
94 cita quando pœna est vltra relegationem, ex cap. Regni incip. siuè. Verumtamen receptum est hodie non imponi pœnam foriudicationis, nisi delictum mereatur pœnam mortis naturalis, D. Rou. tit. de sent. foriud. num. 34. D. de Pont. de potest. Proreg. fol. 30. num. 49 & data relatione S.E. fuit pro hac opinione rescriptum, & vide latè Nouar. in collect. dec. ad prag. 1. de duello.

49

Aedificare domus ingentes, & fortes, vel turres in locis suspectis, absque assensu Principis non licet, l. quicumq; C. de fund. limitro. neq; collapsa poterint reædificari sine licentia, Auenda, par. 2. cap. 2. cum seq. de exeq. mand.
95 Imò Barones, qui tenent fortalitia in suis terris poterint expelli, si Principi, vel publico interest, vel custodia poterit per Principem poni, Doct. in l. 2. C. eodem.

50

Electio Decurionum diligenti seruitio est facienda: nam qui Republicæ præsunt solent esse salus, vel ruina Vni-
96 uersitatum l. ad subeunda C. de decur. & cæteris paribus eligendi sunt qui habent plures filios, quia magna est iuris præsumptio pro talibus ad beneficium Vniuersitatis l. in albo C. eodem, Franc. Marc. dec. 808. nu. 10. p. 1. Et an nobiles, vel ignobiles, diuites, aut litterati sint præferendi, dixi in pragmatic. 10.

51

Emphyteota fisci potest alienare rem irrequisito Principe pro assensu, solum laudemium præstare tenetur emptor, tex. & gl. in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 12. quod est notandum, dum contrarium procedat cum personis priuatis, nam vendens cadit à iure suo l. fin.
97 C. de iur. emph. Verumtamen tenementi ea quæ dicit Frecc. de subfeud. lib. 2. fol. 119. lim. 27. quod de consuetudine vbi soluitur laudemium non requiritur consensus Domini in alienatione, & antè eum Andr. in cap. Imperial. §. illud quoq; vers. qui præstant, de proh. feud. alien. per Feder.

52

Aerarij Baronum, vel Syndici Vniuersitatis, & Exactores non possunt vltra annum cogi ad continuandum officium, vt C. de muner. non contin. neq; ad aliud licet diuersum costringi poterunt, nisi redditis rationibus, & eo
98 absoluto à nexu præteriti officij l. neminem C. de suscep. li. 10. ibi [nisi prius vinculo sollicitudinis superioris se absoluerit] & glo. subiungit, quod turriculum sequentis anni, post officium debet esse vacans, pro reddendis rationibus, quod est notabile; & ita iudicatum refert D. de Pon. de potest. Proreg. tit. de reg. impos. §. 8. n. 19. & latiùs explicaui hanc materiam in prag. 10.

53

Expensæ in festiuitate Corporis Christi, vel in sollemnitatibus Patrono rum loci, in Aduentu noui Domini, in spectaculis, & ludibus possunt iure fieri, probant tex. in l. vnica C. de public. lætit. lib. 11. & C. de expens. ludor. C. de expectacul. & C. de maiuma. dummo-
99 dò sint moderatę in rationibus admicti debent, & si erunt cum luxu, & pompa, & Vniuersitas esset ære alieno grauata, tunc illicita esset erogatio, Garsi. de expens. cap. 21. Escobar. de ratioci. quæst. 24. cum seq. qui colligit multos casus, quando licitum sit Vniuersitati

Digitized by Google

abſque aſſenſu ſumptus facere. Et quãuis regulariter non poſſit donare, tamen pro honore, decore, pietate, moderatè licet Auend. cap. 10. par. 2. Indè defendi in Sacro Conſilio Principem Montis Militum, aduerſus grauamen porrectum per eam Vniuerſitatem prę tendentem non debere cogi ſingulis annis præſtare donatiuum ſtrenæ, cum
100 ius commune, & Regni reſiſtat, ne Vniuerſitas poſſit donare, & dicebam hoc caſu ius non refragari, ſed ſuffragari ex prædictis, & in caſu noſtro tex. in l. cum plures §. tutor ff. de adminiſtr. tutor. & glo. ibi probant [Conſueta munera poſſe dari & ex honeſtate dimicti non poſſunt] ſunt verba tex. & in leg. laudabile C. de aduoc. diuerſ. Iud. probatur Iudices poſſe recipere munera diebus ſollemnibus, quamquam alijs temporibus ſit eis prohibita, & glo. ibi, nominat diem ſollemnem eſſe Kalend. Ianuarij, in quibus ſtrena datur, & Frãch. dec. 712. decidit conſueta munera Adminiſtratores dare poſſe, & continuò in rationibus per Reg. Cameram admictuntur, dummodò bona ſint moderata. Verumtamen dixi prag. 1. non poſſe cogi Vniuerſitates, cũ ſint actus voluntariæ liberalitatis, ſed quando vaſalli eſſent ſoliti talia obſequia præſtare, tunc coguntur ad obſequia continuanda l. 6. C. de oper. libertor. ibi (ſolitum obſequium) & propterea dum ius non refragatur, longiſſima conſuetudo eſſet obſeruanda, prout in Parocho dicunt, quod tali die feſtiuo ſi ſit ſolitum oblationes ſibi præſtari à filianis cogi illi de Parrochia ad præſtandum tale obſequium, Abb. Butr. Card. in rub. de parroc. & licet actus à prin-
101 cipio ſit voluntarius, & facultatis, tamen ſi condeſcendat in obligationem, quod ex argumentis cognoſcitur oritur actio ad damnum in futurum, data conſuetudine Abb. in cap. ſuam num. 7 de ſymon. Oſaſc. dec. 99. num. 19. Hinc Franch. dec. 56. num. 17. dixit, quod multa donatiua voluntaria Baronibus facta in præſtationem neceſſariam remanſerunt, & dec. 172. in fine, ait donatiua hæc eſſe in fructu. Cumq. in releuijs hoc munus inter Baronales introitus reperiatur poſitum, ac ipſa Vniuerſitas apud Commiſſarium deputationis Regni ordinariè in exitu hoc poſuerit fundaui pro Principe, actionem ſibi deberi ad cogendum in poſterum Vniuerſitatem ad tale munus, arbitrio verò Iudicis iuſtè taxandum, ſecundũ tex. ſingularẽ in l. pen. ff. de oper. libertor. & ita obtinui. Quæ cum ſint noua, & ad declarationem huius articuli, quem tetigi in d. prag. 1. volui hic annotare, tanto magis quod non vidi adhuc Doctorem de hac quæſtione tractantem.

54

Expenſas pertinentes ad iuſtitiæ ad
102 miniſtrationem Fiſcus ſoluere tenetur, & non Vniuerſitas illius loci l. annonas C. de erogat. milit. annon. & ibi Doct. Et quando terræ ſunt infeudatæ onus pertinet ad feudatarios, qui fiſci loco ſubrogantur, vt abundè dixi in prag. 19. Verùm ſi culpa vaſalli Baro ſumptus fecerit, in petendo remiſſionẽ cauſæ pro illius delicto, vel pro ipſo capiendo, aut in carceribus alendo, vel pro ſimilibus poterit fiſcus, vel Baro ſi reus, habeat facultates repetere, vt ibi dixi, & nunc adde Eſcobar. de ratioci. cap. 15. qui plures caſus enumerat dubitabiles, cuius ſumptu debent fieri, Baronis, vel Vniuerſitatis.

55

Exactores, & Perceptores exigentes vltra debitum à ſuperioribus indi-
ctum puniuntur ciuiliter in duplum, & criminaliter pœna arbitraria, etiam
103 ſupra relegationem, ſecundum facti qualitatem, tex. eſt ſingularis in l. 1. C. de ſuperexactor. lib. 10. Nec pœnæ capitulares poſitæ in tali miſterio tollunt pœnam iuris, Rebuff. ibi. quia pœna ciuilis non derogat iuri publico l. priuatorum C. de iuriſd. omn. Iud.

56

Exemptus ex priuilegio à iuriſdictio-
ne ſui Ordinarij, intelligitur in cauſis ciui-

Digitized by Google

ciuilibus, & non in criminalibus, nisi specialis mentio esset facta, tex. est in l.2.C.de suari.lib.12. ibi [fori vrbani
104 auditoria præstatur] qui fons vrbanus ciuilem esse glo.& Doct.ibi dicunt Prout priuilegiatus, ne possit cogi, & detineri, intelligitur quoad personam non quoad bona,ne possit exequi,Borgnin.dec.5.par.1.Nam licet Principis beneficium latè interpretari debeat, limitatur quando adsit interesse tertij l.3.§.si quis à Principe ff.ne quid in loc.publ.

57

Exequi non potest contra Ciues p
105 debito Vniuersitatis leg.vnica C.vt null.ex Vicar.pro deb.lib.11. & onus, seù obligatio esset omnium Ciuium, pro rata,& non insolidum ipsi tenentur leg vnica C.sumpt. muner.ad onus pert.iib.12. nisi Administratores, seù Consilium obligasset Ciues insolidum ad debitum contrahendum pro ipsorũ commodo,Bart in l.4.§.actor num.10.
106 ff.de re iud.& ibi Rip. Quicquid alij sentiant,vt latè Grat.discep.196. & si Ciues obligati fuerint mortui potest petere creditor, vt successores ciues instrumento obligentur, qui si renue-
107 rint debet adire Proregem, vt eos cogat,& in eorum contumaciam, potest decerni, vt habeantur pro obligatis, D.de Pont.de pot.Proreg. tit.de alien. bonor. Vniuer. Et singulariter,quando vnus pro alio Ciue,vel socio impotenti teneatur,latè Peralta in l.legatorum ff.de legat.secundo,quem obseruo tam ratione suæ eminentis scientiæ, quam
108 respectu stipitis,cũ sit de domo meæ progeniei maternæ: nam quondam D. Franciscus Peralta origine Hispanus fuit meus Auus maternus, vir nobilissimus,& insignis,omniq; virtute ornatissimus, qui dum vixit fuit hic Vicarius Generalis in toto Statu Illustrissimi Principis Asculis,cum omnimoda potestate.

58

Exteri tempore penuriæ, vel ex aliqua simili causa possunt à loco,vbi ha-
109 bitant expelli,vt redeant ad patrias suas,vt vidimus obseruatum Neapoli annis elapsis, tempore magnæ inopiæ, quod studentibus fuit iussum, vt redirent ad suas habitationes l.1. C.de priuil.corporat.lib.10.l.mercatores C.de commer.& mercat.& ibi Doct. Bald in cap.1.§.Dominus de for.fidel.An autẽ hoc liceat soli Principi,vel etiam inferioribus Dominis in suis locis talem prohibitionem facere, dixi in prag.1.

59

Filijs nocet facta suorum maiorum,vndè si parentes exisserint personæ pa-
110 rum fideles erga patriam,vel contrarij publicę vtilitati, vel quid damnum actulerint, tales actiones nocumento erint posteris suis,vt de illis non sit cõfidendum, tex.singularis in l.si cohortis C.de cohortal.lib.11.ibi [Maiorum suorum exempla prejudicarunt,] & quotidiè practicatur præcipuè in electione Regiminum Vniuersitatum: nã Ciues non solent ad honores, & munera nominare personas,quibus iusta ratione fides dari non debet.

60

Filij eorum qui habuerunt officia à Principe solita vendi, vel concedi,mortuo patre cunctis alijs debent prę ferri etiam si minus offerant, ad text.in l.1. C.de fili. official. lib.12. & ibi notant
111 Doct.Indè de facili obtinent patres ampliationem pro filio; De qua amplia tionis materia,vide Mastril.de magist. lib.1.cap.28.D.de Pont.dec.27.& dixi in prag.8.in princ.ac conferunt declarata per Gabr.Rom. in concl.1.tit. de iure emphy.

61

Filius si nanciscebatur de iure dignitatem Consulatus exibat à patria potestate l.fin.C.de consul.lib.10. Qui
112 Consules hodiè Consiliarijs perpetuis æquiparantur,vt ibi Doctor. Quid autem erit de alijs officialibus nõ perpetuis, sed Consiliarijs ad tempus, vti sunt Iudices Magnæ Curiæ, & Auditores Prouinciarum, qui a Principe Consiliarij in literis nuncupãtur,& digni-

Digitized by Google

tatem illuſtrem habere dicuntur l. non minus C. de offic. aſſeſſor. An iſti exeãt ſimiliter à nexu paterno, tex. in l. pen. C. eodem de conſul. dicit eam dignitatem fuiſſe annalem, vndè arguitur ſufficere quemquam adminiſtraſſe tale officium, & proindè debet habere locum diſpoſitio dictæ leg. fin. quia inquiunt verba tex. [Patres familias cõuenit effici, ac poteſtate liberari paterna videãtur, quia nobis loco patris honorantur,] & in facto altercatur in Sacro Conſilio in teſtamento cuiuſdã Auditoris, qui habebat patrem, an potuerit diſponere de aduentitijs.

62

Filij Adminiſtratorum officij Primi-
113 pilatus tenentur pro debito contracto à parentibus, licet hæreditatem repudiauerint l. 4. C. de primipil. libr. 11. Pereg. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. & præfertur fiſcus doti hoc caſu, quamuis anteriori, D. de Pon. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſ. §. 8. qui ſubdit hoc officium Primipili æquiperari in Regno Theſaurario generali, & proindè cum eo videtur habere locum lex prædicta, Barboſ. tamen in l. 1. par. 2. nu. 3. ff. ſolu. matr. dicit, quod dictum officium Primipili hodiè non poteſt adactari, ad Adminiſtratores hodiernos, ſolum ad Præfectum Ducum exercitus, & ideò legis iſtius tit. receſſiſſe ab aula, & ita ſequitur Couar. variar. reſol. lib. 1. c. 16. num. 7. quæ ſunt notanda pro intellectu huius tituli.

63

Fiſcus condicit pecuniam ſolutam à debitore ſuo alijs creditoribus etiam ſi conſumpta ſit l. 1. C. de conuen. fiſc. del. & apertiùs probat tex. in l. pecunia C. de priu. fiſc. & eſſe peculiare priuilegium fiſci dixerunt Peregr. de iur. fiſc. tit. de pignor. num. 8. Reg. de Pont. tit. de regal. impoſ. §. 3. ex nu. 12. Et quod
114 non procedat cum priuatis, deciſum refert Affl. dec. 190. nam aliàs totus Mundus inoluceretur litibus, quicquid Barboſ. in l. 1. p. 6. ex num. 19. ff. ſolut. matrimon. & cæteri contrarium ſenſerint. Aduerte tamen quod hæc auocatio pecuniæ fit in ſubſidium, poſtquam principalis eſt diſcuſſus Surd. conſ. 4. num. 13. Menoch. conſ. 25. nu. 10. Amplia hanc concluſionem etiam ſi ſecũdo creditori pecunia fuerit ſoluta, ex cauſa oneroſa, nam nullatenus fiſcus eam ſibi auocat, D. Reg. Valenz. conſi. 64. num. 23. cum alijs ab eo coacerua tis, & Barboſ. loco ſupracit. nu. 24. Verum ſi pecunia ſecundo creditori fuerit ſoluta, ex cauſa lucratiua creditor anterior, etiam ſi ſit priuatus eam ſibi auocare valet, Vrſi. ad d. dec. 190. à nu. 3. & D. de Pont. vbi ſupra in fin. Dilatatur adhuc noſtra concluſio in priuatum priuilegiatũ, vt glo. in d. l pecunia dummodo is priuilegiatus creditor habeat hypothecam, nam actio perſonalis non ſufficeret, vt Couarr. pract. quæſtio. cap. 19. num. 2. & Gutt. pract. quæſtion. 100. num. 3. lib. 5. contra Capycĩ in dec. 78. nu. 5. Item ſi pecunia ſecundo creditori fuerit ſoluta cum cautione, D. de Franch. dec. 614. nu. 3. & Ioſeph. Ludou dec. peruſ. 44. nu. 20. Item in caſu l. fin. §. & ſi præfatam, verſ. ſin vero C. de iur. delib. cuius diſpoſitio in caſu tantum, de quo loquitur locum ſibi vendicat, & non extra, vt Guttie. ibi num. 14. qui diffuſiſſimè hanc materiam pertractat. Item ſi mala fide ſciens eſſe anteriores creditores ſecundus creditor pecuniam à debitore procurauerit, vt Affl. in d. dec. & Doct. ſupracit.

64

Fiſcus ante diem cogere non poteſt
115 ſuos debitores l. iuſtas C. de iur. fiſc. lib. 10. quæ procedit etiam in Vniuerſitatibus, ſed de diametro pugnat tex. in leg. 1. C. de cond. ex leg. qui ſtatuit poſſe fiſcum, deducto intereſſe medij temporis præmaturè exigere. Tu autẽ concorda, vt d. l. 1. procedat in debitoribus Primipili tantum, ſed in alijs debitoribus fiſcalibus tenenda eſt diſpoſitio citatæ l. iuſtus, ſic Barboſ. in l. 1. p. 6. num. 1. ff ſolut. matrimon. Ex vrgenti tamen cauſa limitatur, vt liceat fiſco,

&

Digitized by Google

& Vniuersitatibus ante tempus exigere, Carrot. tract. locat. in fine. Cumque Primipili officium non detur in Regno, vt dixi in præcedenti, ergo cessat dispositio d. l. 1. & proindè confutatur opinio Bal. Nouel. par. 10. in tract. de dote, qui arguendo de fisco ad dotem, sentiebat fauore dotis posse cogi ante diem, & similiter ruit argumentum Doct. qui à dote, & fisco arguendo ad Ecclesiam, quæ prædictis comparatur sensiérunt, vt Ecclesia præmaturè agere possit, Ric. in sua prax. c. 423.

65.

Fiscus quando ei non suppetunt reditus Regni, vel superuenit aliqua vrgens necessitas potest stipandia, & reditus concessos differre, & illis vti tex. in l. si quis diutinam C. de aquæduct. lib. 11. & ibi Rebuff. & Plat. Ratio est,
116 quia donans tenetur inquantum facere potest, & actenditur in tali beneficio tempus exactionis l. verum §. tempus ff. pro soc. Quæ conclusio limitatur in concessis, ex causa remunerationis, tunc enim cessat ratio prædicta donationis, & similiter limitatur, vt non possit suspendi Assignatarijs, & tenoribus functionum fiscalium exactio, & dum hoc prætendisset Dux Offunæ, habita consultatione, quod non erat iustum abstinuit: nam contractus oneroſos debet obseruare Princeps, vti priuatus, Petra de pot. Princ. fol. 176. ex nu. 77.

66.

Fisco quæritur ius per accusationē, per tex. in l. fi. C. de iur. fisc. lib. 12. Alij non quæri ius dicunt, nisi per litis con-
117 testationem Doct. in l. 1. C. de vsur. fisc. lib. 11. Cæteri autem dicunt solum per sententiam, vt Andr. in const. Reg. incip. priusquam citata partes. Quæ dubitatio parit plures quæstiones quando fisco incipiat tempus tacitæ hypothecæ super pœna pœcuniaria, & quādo delicta priuata partis remissionem aboleantur. Et an in conscientia antè sententiam fiscus possit à parte pœna fraudari, vide distinctionem nouissimā, quam in prag. 4. supra explicaui.

67.

Fiscales functiones, & tributa omnes subditi Principi soluere tenentur, &
118 quælibet terra, actento numero foculariorum præstat, vt dixi in pragm. 10. nam hæc sunt munera patrimonialia, à quibus regulariter nemo est immunis vulgatis terminis. Caput vero Regni est exemptum ab hoc onere, sic probat tex. notabil. in l. 1. C. de capit. Ciui. lib. 12. Indè Ciuitas Neapolitana vti caput, non est obligata ad prædicta munera, Antib. de muner. p. 7. n. 87.

68.

Fraudis Gabellæ præsumptio oritur si quis oneratas merces per viam in-
119 solitam vehat extra locum, vndè dicta gabella soluitur, & repertus extra, potest cogi ad vectigal, & pœnam l. q fiscales C. de nauicul. lib. 12. ad cuius explicationem vide Clar. quæstio. 82. Rip. tract. de peste titu. ad conser. vber. num. 182. & limita, vt dicam in seq.

69

Fraudans collectas fisci, vel Vniuersitatis, quoquomodo alienando bona subiecta oneribus publicis personis frā chis simulatè, punitur bonorum illorū priuatione, tex. insignis in l. 1. C. de nauib. non excus. lib. 10. ibi [Multi suas
120 naues sub diuersorum nominibus, & titulis tuentur, cui fraudi obuiam præcipimus, vt si quis ad euitationem publicæ necessitatis titulum crediderit, nauem fisco esse sociandam] & sic Vrsil dec. 72. concordat tex. in l. ordine §. in fraudem ff. ad municip.

70

Fraudem commictere non dicitur Mulio, qui ob periculum fluminis, vel latronum viam solitam diuertit à lo-
121 co, vbi soluitur vectigal, vel si nauis vi ventorum aliò migrauerit, non transeundo per locum, vbi Dohana exigitur, & propterea excusatur à solutione passus, & à commisso, tex. est singularis in l. 1. C. de naufrag. lib. 10. quæ qualitas præsumptiuè erit probanda, Molfe. cons. 17. ex n. 14.

Fru-

Digitized by Google

71

Fructus, ſeù victualia pro publico recondita debent diligẽter cuſtodiri à Cõſeruatoribus deſtinatis, ne corrũpãtur à vermibus, ſtillicidijs, & ſimilibus, ad tex.in l.2.C.de cond.in publ.horr.
172 lib.12.vbi Bart.dicit,quod ſuſceptor eſt in magna culpa,ſi domus,& horrea ſçpè non inſpexerit,ſarta tecta non tenuerit. Item in culpa erit ſi non curauerit,vt prius expediatur vetus, quam nouum frumentum, vt in l.1.C.eodẽ, Franc.Marc. dec.541. & ſi periculum ſit ne deuaſtentur,debet Conſeruator denunciare ijs,qui præſunt annonæ,vt poſſint vendi,vel mutuo dari,& iſto caſu cogi poſſunt Ciues ad ea emenda, ad tex.in l.vnica C.vt nemin.lice.in
123 emp.ſpec.lib.11.Bouad.lib.3. Polit. cap.3. num.40. Poſſunt etiam Conſules commiſcere bonum cum corrupto, cum auctoritate Conſilij pro publica vtilitate,nam alias non liceret mixturam facere, Doct.in l.1. C.de erogat. milit.ann.& extat Prag. ſub tit. de piſtor. Conſeruatores etiam nil debent
124 capere de victualibus ſub graui pœna,l.fi.C.de cond.in horr. Adeo quod augmentum quod reperiri ſolet in frumento, vel alijs victualibus (quod ab expertis eſt facta taxa, vt creſcere frumentum ſoleat ad rationem ſex modiorum pro quolibet centenario) ſolue
125 re etiam tenetur ſi id triticum in ſuos vſus conuerterit, vel ſibi vſurpauerit, Eſcob.de ratioc.c.31.n.26

72.

Fundus faſſoſus, infructuoſus, induſtria,& expenſis coloni ad culturam redactus,vel plantatus non poteſt, ob
126 non ſolutionem penſionis, vel alias cauſas à poſſeſſore auferri,l.quicumq; C.de omni agro deſer.lib.12. concordat tex.in l.fi.C.de all.& palud.& ſeq. Vrſil.dec.129.Mantic.tract.de ambig. conu.libr.22.titul.24.num.16.qui infert,quod adeò eſt priuilegiata cauſa iſtorum poſſeſſorum,quod ſi fundus eſſet datus in emphyteuſim, tantum pro filijs,vel ad ſecundam generationem æquitas tantæ melioratiõnis ſuadet,vt concedi iure debeat etiam hæredibus extraneis vltimi poſſeſſoris, ſi res erit concedenda alijs.

73

Homines rixoſi,& ſcandaloſi,vel ſe-
127 ditioſi turbantes pacem populi poſſunt à Principe,ad poſtulationem eijci, & diſterrari à patria, vel loco vbi habitant,& ſic vidi ſeruatum,argu.tex.l. certa forma,& ibi gloſ. C.de iur.fiſc. lib.10.Doct.in l.fin.ff.de offiç.procur. Cœſar.ſic & perſonæ leproſæ,vel peſte infectæ, vel ſimili morbo grauatæ expelli poſſunt pro publico intereſſe, Peregr.dec.8.Exindè meretrices, ſeditioſe, lænones expelli poſſunt, vt idem Pi-
128 guer.dec.4.& 12.Maſtril.de magiſt. lib.3. cap.4. & ex eadem ratione conſanguinei bannitorum,quorum eſt præſumptio,vt bannitos foueant,vel eis auxilium præſtent poterunt à patria eijci, certus locus aſſignari l. iure prouiſum C.de fabric. lib.12.Clar.quæſt.86.n.5 Io.Gran.de bell.exul.c.3.Cou.var.reſ. lib.2.c.8.

74.

Honor,& reuerentia debetur Officialibus, tex.eſt in l.2.C.de offic.præf. prætor.lib.12. ibi [Sit ſedes prior, locus conſpicior,loquendi,& decernendi facultas] omnes debent aſſurgere, & ſalutare, l.cum ſalutatus,& ibi glo.verbo proceſſiſſet C.de ſen.paſſ.Adeo,qđ
125 parenteſmet tenentur reuerentiam eis præſtare vti Officialibus, qui ſunt digniores, licet in domo pater ſit maior l.ille à quo §. fin.cum l.ſequ. ff.ad Trebell.& prout magis,vel minus proximiores ſint Regi,ita ſunt obſeruandi Bouad.lib.3.Polit.cap.2. & non honorantes poſſunt puniri arbitrariè,vt caſus expoſtulat,vt probatur in l.ſinguli, cum ſeq.C.de offic. diuerſ.Iud. & Carau.in r tu 5.n.10.

75.

Hoſpitia militum tenentes de iure poſſunt petere contributionem in tali onere ab alijs Vniuerſitatibus,quæ ſũt in conuicino,etiam ſi ſint Cameræ reſer-

Digitized by Google

130 seruata, ad tex. in l. cum ad felicissimam C. de quib. muner. lib. 10. Vnde sumpta est continua practica petendi, & concedendi à Prorege prædictam contributionem: Nam priuilegium Cameræ Baronibus concessum fuit interpretatum procedere, circa actuale hospitium, sed non præstat immunitatem à contribuendo, neque releuantur vt per transitum non teneantur, l. om-
131 nes, & ibi Doct. C. de metat. & epidem. lib. 12. in quo tit. est sedes istius materiæ, & adde D. de Pont. in tracta. de potest. Proreg. tit. de prouision. S. 6. num. 19.

76

Hospitantibus terris datur illis contributio, vt in præcedenti dixi, & ordo distributionis, qui practicatur est, vt viciniores Vniuersitates teneantur subuenire, ob maiorem commoditatem petentis, & contribuentis, & minus di-
132 spendium, quæ obseruatio in cunctis alijs oneribus distribuendis practicatur, ex notabili tex. in leg. pro locis, C. de annon. & trib. & Rebuff. in l. 1. C. de fund. limitro. Et quando ratione hospitij Princeps teneatur etiam contribuere, vide Luc. de Penn in l. omnes C. de metat. & epid. Capyc. in inuestit. verbo hospitiorum, & solet obseruari continuò ad beneficium Vniuersitatis excomputare certam summam in functionibus fiscalibus pro onere hospitij, quod Vniuersitas sentijt.

77

Hospitia maioribus Magistratibus transeuntibus per terras Vniuersitates præstare tenentur Doctor. opinantur ex l. fi. C. de profess. & med. lib. 10. Vbi
133 probatur quod milites, & Iudices æquiparantur, quia ambo deseruiunt publico, & Principi, & sic Mastrill. de magistr. lib 3. cap. 10. num. 207. qui alias auctoritates colligit. Auenda. autem cap. 4. par. 1. de exequ. mand. num. 45. contrarium firmat, quod officiales trãseuntes hospitia petere non possint. Pro concordia distingue, quod prima opinio procedat, quando in terra non adsint publica hospitia, vel ea non sint competentia qualitati personæ, tunc Vniuersitatis est curare, vt forensibus prouideatur, onus enim communitati debetur vti matri, vt victualibus terra
134 abundet, l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præsid. & victus appellatio habitationem continet l. victus ff. de verb. signi. & ideò hospitia erigere tenentur Vniuersitates Abb. in cap. 1. de emptio. & vend. & Auend. cap. 8. lib. 2. Si vero hospitia in terra existant, tunc procedit secunda opinio tam de iure communi, quam ex dispositione Pragmaticarum, vt Officiales ab Vniuersitate petere ea non debeant, & ita obseruari videmus.

78

Immunitate alicui de iure, vel ex priuilegio à muneribus publicis concessa, ea non extenditur, vt is non teneatur contribuere in oneribus Ciuibus impositis, pro communi vtilitate & commoditate, de quibus ipso priui-
135 legiatus particeps est, veluti si Vniuersitas conducat Medicos, magistros artium, vel pascua in cõuicinio, ad tex. in l. 1. C. de collat. fund. lib. 12. ibi [Nullus enim ratione debet ob hoc, quod in commune omnibus profuturum est seiungi] Hinc patres onustos debere contribuere in prædictis Regia Camera iudicauit, & benè Marant. cons. 81. Thes. dec. 267. Quod extenditur etiam ad clericos, nam licèt sint immunes à muneribus, & collectis, non tamen sunt exempti pro illis, quæ imponuntur pro commoditate, de qua clericus partici-
136 pat. Indè forenses, pro vtilitate collectantur in loco vbi degunt, licet per trãsitum, Luc. in l. prouidendum C. de decurio. Mastril. dec. 40. Quarant. in bullar. verbo vectigal.

79

Immunitate alicui à Principe con-
136 cessa in genere, intelligitur pro muneribus extraordinarijs fiscalibus, & non pro ordinarijs, l. omnes la seconda C. de anno. & trib. Via ordinaria sunt, in signum supremæ Maiestatis, neque re-

Digitized by Google

rescripto dari possunt, in fraudem, C. eodem l. 1. C. de indict. lib. 11. Aduertendum tamen, quod in Regno contrarium practicatur, quia potius ad ordinaria, quam ad extraordinaria priuilegium extenditur, vt refert D. Tapp. in rubri. de const. Princ. nu. 104. Quæ vero sint munera ordinaria, vel extraordinaria dixi in prag. 10.

80

Immunitatem si quis obtinuerit à lege, vel Principe à muneribus publicis si patiatur se describi in æstimo, vel soluat sibi præiudicat, tex. in l. 1. C. de his qui spon. publ. mun. lib. 10. limita, 137 si fuerit protestatus, vel si causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis passus fuerit onus subire, l. 1. C. de veteran. li. 11: limita si actus recipiat reiterationē nam tunc ad illum quis sibi præiudicat, cum non possit repetere, non quod exinde in futurum cogi possit, vt Rebuff. in d. l. 1. & l. voluntariæ C. de excus. tutor. Guido. Pap. dec. 307. Gabr. Rom. concl. 1. tit. de iur. immun.

81

Immunitatem solus Princeps concedere potest, & ideò Vniuersitas non habet facultatem eximendi quemquā à muneribus l. immunitatē C. de agric. & censit. lib. 10. limitat. Luc. de Penn. in l. vacuatis per illum tex. C. de decurion. si hoc esset; vtile Vniuersitati, 138 & maiorem consequeretur commoditatem, concedendo immunitatem alicui personæ benemeritæ, Ruin. cons. 217. vol. 1. sed Petra de potest. Princi. fol. 171. nu. 9. tenet contrarium, quod omnino denegetur talis auctoritas Vniuersitatibus, etiam si magis eis vtile sit, nisi Princeps, vel eius Vicarius assentiat, & ideo soli Principi competit cognitio causarum pertinentium ad immunitates dixit Auend. cap. 14. p. 2. n. 33. de exeq. mand.

82.

Immunitate fori, vel collectarum gaudere non debent qui onerum effugiendorum causa, vel pro se eximendo à iurisdictione Baronis se recipiunt in militiam, vel suscipiant aliquod mini- 139 sterium, vel officium, si actu aliter postea non inseruiant inimicto muneri, l. 1. cum seq. C. qui milit. non poss. & melius probatur in l. 1. C. de collegiat. lib. 11. cuius verba sunt [Qui sub prætextu collegiatorum, cum id munus non impleant muneribus comitantur subtrahere eorum fraudibus credimus esse obuiandum, ne quid sub specie muneris, quod minus exequitur alterius muneris opere releuetur:] & ità decisum refert Franch. dec. 175. & 481. licet de hoc tex. mentionem non fecerit. Et in facto de persona, quæ subposuerat Regiæ Dohanæ, & non habebat animalia nec pascua: conducebat obtinuit, pro Barone, pro delicto commisso, de quo Regia Dohana cognitionem prætendebat, & in individuo D. de Pont. de pot. Pron. it. de Portu.

83

Impositionem pro accommodandis vijs, reficiendis pontibus, diuertendis aquis, & similibus debent indici vicinis, & alijs sentientibus commodum, & vtilitatem leg. 1. C. de immun. nem. 140 conced. & ibi omnes Doct. sed si ea quæ accomodantur respiciant commodum totius Prouinciæ, an possit peti vt taxetur tota Prouincia ad contribuendum, vide Luc. de Pen. in l. ad reparationem C. de aquæduct. lib. 11.

84

Insignia Domini possunt portare famuli, muliones, & deuoti illius, & ex his arguitur familiaritas, quam tenent cum suo maiore, ad text. notabilem in 141 leg. pen. C. de aquæduct. ibi [Nostræ impressionis signari possint, vt huiusmodi annotatione manifesti sint omnibus] Item insignia posita in rebus auctoritatem, & dominium denotant, vt Doct. in d. l. Verumtamen sine licentia armis alienis, quis non potest insigniri C. vt nem. priu. titul. Vsit. comm. opin. 193. Fabet. C. de mutat. nomin. diff. 1. Interest enim cuiuslibet, vt insignia, & arma sua ab alijs distinguantur, & iudicis officium implorari potest, Bart. in

tract.

Digitized by Google

tract. de insign. & arm. n. 1. Tiraq. de nobilit. c. 6. n. 12.

85

Inquisitionibus arduis dirigens inquisitor est inueniendus, & his præponendus est, qui in similibus strenuus inuestigator esse solet, & sic seruant superiores circumspecti, in causis magni momenti delegãdis eligere virum, qui
142 nomen sibi vendicauit prudentiæ, solertiæ, & integritatis, prout ad præsens, in Tribunali Campaneæ huius Regni, contra facinoros fuit electus D. Franciscus de Ocampo solertissimus, & rigidissimus inuestigator delictorum, de quo expertus loquor, dum multo tempore fuerit meus collega in Regia Audientia Prouinciæ Calabriæ, vbi cognouimus eum omni virtute, diligentia, & integritate præditum, & sic posteà se obstendit in Iudicatu Criminali Mag. Cur. Vicariæ, & ad maiora speratur esse promouendum, sed ad prædicta adducitur text. notabilis, in leg quoties, C. de naufrag. lib. 11. ibi [Solers inquisitor inueniatur.]

86

Inuentarium bonorum alicuius, sicuti, & sequestratio prohibita sunt, l. litibus C. de agric. & cens. lib. 10. Andr. & Affl. in const. Regni violentias, sicq; & sigillatio capsarum, claufura Domus simplex vero descriptio rerum, existen-
143 te aliqua causa ne occultentur licita est l. 2. C. quando, & quib. quar. pars. lib. 12. Item qui de iure sunt obligati ad inuentarium, vti tutor, vsu fructuarius, & alij. si eis remissa fuerit talis cõfectio excusantur ab hoc onere, l. fin. §. illo C. arbitr. tutel. sed si petatur ab interesse prætendentibus, descriptio non poterit denegari, Ioann. de Plat. locis præcitat. Et licet tex. in l. defensionis facultas C. de iure fisc. libr. 10. descriptionem etiam vetet ibi [cum facultates eorumdem, controuersia pendente inquietari, describique fas non sit] tamen Bart. & Doctor. in ipsa lege interpetrantur illud verbum, describi, pro sollemni inuentario cum obligatione restituendi, Pinell. de bon. matern. l. 1. par. 2. ex num 20. Carrot. tract. de sequestr. capit. 32. Gratian. discceptatio. 114.

87

Ius accrescendi in contractibus regulariter locum non habet l. si mihi, & Titio, ff. de verbor. obligat. limita in concessione facta à Principe pluribus personis, l 1. C. si liberal. socius deeesser. li. 11. & ita obseruari refert Pereg.
144 de iur. fisc. fol. 6. num. 103. cum sequ. Gomes. variar. resol. tit. de iur. accresc. num. 2. cum sequent. & Guttier. in lege vnica C. quando non peten. par. ex num. 16.

88

Laborantibus continuò in seruitio Principis de iure statutum est, vt salarium competens eis assignetur, non solum, vt viuant commodè, cum sua familia, sed finito seruitio, vel senio cõ-
145 fectis remaneat substantia, vt eorum filij honestè viuere possint, vt C. de fabricens. lib. vndecimo, leg. iure prouisum, cuius verba sunt. [Iure prouisum est fabricensibus, vt exauctis laboribus immorentur, cum sobole, vti nati sunt.] Vtinam tex. iste esset in obseruantia, vt Ministris tantum salarium constitueretur, vt viuere possint, & aliquam substantiam acquirerent, ex opulenta prouisione eis constituta, tolleretur enim occasio prædandi, vt dicit tex. insignis in leg. prima, C. de frument. Alex. lib. 11. & sub hoc clipeo parui salarij Ministri, salua pace bonorum, dilatant conscientias, accipiendo munera, absq; scrupulo, vt ait Corset. sing. 297. Spec. tit. de salar. Mascar. cõcl. incip. baractaria nu. 12.

89

Labor præmium expectare debet, & ideò qui Principi longo tempore seruierunt in forensi, vel in armata militia, si morbo fuerint impediti ab exercitio, vel senio confecti solito salario sũt honorandi, ad tex. in l. 1. C. de anno. ciuib. imò eo mortuo Princeps solet hæreredi dare aliquod stipendium, remu-

Digitized by Google

nerando Patris ſeruitia, vt in l. 1. & ibi glo. C. de primipil. & Doctor. in d. l. 1. C. de annon. ciuil. vbi gloſ. melius hoc probat per ſequentia verba. (& mortuo militante aliquid ad hæredē tranſeat.) Quod continuò obſeruat noſter liberaliſſimus Rex. Et an Pater poſſit eligere vnum ex filijs, cui remuneratio ſit concedenda, vide Conſil. Georg. in ſuis rep. feud. c. 50

90

Lauari non poſſunt fætida in fori-
147 bus publicis, nec ſupra flumen, quod deſcendit per loca propè habitatum; neque lina eo loco ſunt curanda, ſub pœna, ad tex in l. cum ſupra C. de re militi. lib 12 & multa cumulat Rip. tractat. de peſte titu. de conſeru. aer. ſalubr.

91

Legati ad Regem non poſſunt mitti ab Vniuerſitatibus, abſque licentia Proregis, quæ practica certa eſt ex di-
148 ſpoſitione tex. l. 3. C. de legat. lib. 11. alias ipſi legati, & mandantes poſſent puniri, vt dixi in pragm. 3. Neque poſſunt eligi per Decuriones, niſi facta deliberatione per totum Conſilium l. fin. C. eod.

92

Licentia ſi erit conceſſa militi ſtipēdiato, vel Officiali, vt poſſit abeſſe pro aliquo ſuo negotio peragendo, ſi interim ſuperior indigeat illius miniſterio, & alium ſubroget, vſquequo ille redeat, an ſalarium quod ſubrogato præſtatur ſit excomputandum Principali, tex. in l. matriculam, & glo. in verbo vacare C. de agent. in reb. libr. 10. in-
149 nuit, quod caſus emergens debet potius ad damnum abſentis, quàm concedentis arbitrari, ne ex gratitudine ſuperior ſit in damno, l. ad res donatas ff. de ædil. edict. Ann. cap. 1. de vaſall. decrep ætat ex num. 222. & conſidera ſi hæc iura poſſint adaptari ad quæſtionem de officiali, ex inquiſitione ſuſpen-
150 ſo, ſi ea pendente alius ſubrogetur ſalarium cuius damno ſit aſſignandum ſubſtituto, & vide quæ dixi in prag. 5.

93

Licentia data alicui à ſuperiore pro extrahendo frumento, vel victualibus à Ciuitate, vel Regno, nullo ſtatuto tēpore infra quod faciēda ſit extractio, an ille qui habuit gratiam poſſit vti, ad libitum, dicit tex. quod ad euitandam
151 fraudem, quæ poſſet fieri in pluriēs vtendo eadem licentia infra quinque dies ſe accingere debet ille qui habuit licentiam ad extractionem faciendam; licet in practica ſemper cum præfinitione temporis expediatur.

94

Locans foreſtam ad paſcenda animalia, non videtur concedere ius lignandi, vel aquandi, niſi quatenus ligna, & aqua concernant vſum neceſ-
152 ſarium vitæ animalium, & cuſtodientium ea in dicto loco, & ligna non ſint fructifera, & damnum non detur Domino, tex. eſt ſingularis in l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11. ibi (tantum colonis impartiatur, quantum culturis agrorum ſufficere manifeſtum ſit,) & aduertit ibi Rebuff & vide Franch. deciſio. 301. & ex his in Regia Audientia abſoluimus fidatos à Barone Coriolani, qui in defenſa locata, ligna excidebāt p vſu bouū, & illos carcerauerat, p diffidatis.

95

Locans corpus defenſæ, vel foreſtæ pro paſcendis animalibus, ſi totam aſſignet conductori alia animalia ille fi-
153 dare non poterit, ſed ſi in paſcuo defenſæ fidabit animalia ad numerum non prohibetur alia immittere, cum non cenſeatur priuatiuè in dubio data, niſi coniecturæ aliud ſuadeāt, l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11.

96

Locare ſi voluerit fiſcus, conductor primus præfertur ſecundo, & eſt hoc
154 ſpeciale in fiſcalibus, nam cū priuatis regula eſt in contrariū, ſic tex. in l. cōgruit C. de loc. præd. ciuil. Gomes var. reſol. tit. locat n. 5. Franch. dec. 406. D. de Pont. conſ. 23 qui tradit dictam legem ſtrictè intelligendam, & non poſſe extendi ad prædia Eccleſiæ,

ſed

Digitized by Google

sed tantum in fiscalibus esse seruandã, & vide meritissimum Reg.Valenz.cõs. 75.& Ann.cons.77

97

Locationes introituum fisci,vel Vniuersitatum, dum subhastantur semper præsumuntur concessę, cum capitulis
155 solitis præcedentibus, vt vulgus dicit (more solito) licet non exprimantur,l.1.C.de pascu.pub.lib.11.ibi. (sed eam manere decernat, vt statuit antiquitus.)

98

Locationes pascuorum destinatorũ, pro vsu locatorum Reg. Dohanæ debent ab omnibus seruari indemnes,& si quis animalia induxerit, ad sumenda pascua, vltra damnum pœna statuta per dictam Reg.Dohanam,ac & arbitraria, ratione contẽptus puniri possunt,l.1.C.de fund.& salt.rer.Domin.
156 lib.12. Locati verè tenentur pascua eis dispensata accipere,& statutas pensiones pro numero animalium soluere, quæ in lite pẽsiones à Ministris augeri non possunt, sine speciali Principis licentia,l.1.& per tot. C.de pascu.publ. lib.12.

99

Locationes,& aliæ concessiones immediatè à Principe factæ non possunt
157 reuocari sub prætextũ qđ alius meliorem conditionem afferat l fin. C.de locat,præd.ciuil.lib.10.nec rescriptum in contrarium obtentum valet l. quicumq;C.de fid.instrum.lib.12.Sed cõtra videtur pugnare l. si tempora eodẽ tit.& l.fin.C.de diuer.præd.lib.10. vbi probatur, quod locationes fiscales tacitè de iure intelliguntur factæ cum pacto adiectionis in diem, si aliùs meliorem conditionem non fecerit, Mant. de contr.lib.3.tit.11.num.36.Concorda, vt hæc posterior opinio procedat quando dictæ locationes fiunt à Ministris,nam tunc datur reuocatio, ex læsione,secus quando Princeps ipse, vel per Procuratorem specialem locat,vel concedit,D.de Pont.cons.53.Aduerte tamen, quod prædicta non procedunt
158 cum Vniuersitate, nam non semper restituitur propter meliorem conditionem superuenientem, post possessionẽ traditam, Mastrill decis.84. nam aliud cum fisco quam cum Vniuersitate, & minoribus, iuxta terminos l. & sine ff. de minor.Guttie.pract qq.q.38.lib.1. Ricc.coll.1726. sed an hoc casu si superuenerit melior conditio possit prælationem prætendere is qui primo obtinuit,vide quæ singulariter suo more dicit doctissimus D.Reg. Valen.cõs.75

100

Ludi,& repræsentationes debẽt esse
159 honestæ, alias prohiberi ab Officialibus poterint,tex.est in l.1. C.de spectac.lib.10.Hinc per prag. tempore vindemiarũ,verba obscœna viatoribus fuerunt prohibita,sic & notationes publicæ in mari, vel fluminibus,propè habitatum l.cum supra C. de re mil.

101

Ludos,& spectacula publica turbãtes arbitrariè puniri possunt,indè banna,quæ solent fieri ab Officialibus per-
160 tinentia ad quietem illius festiuitatis, & circa ordinem, & modum sunt iuridica, & pœna statuta exigi poterit, aduersus contrauenientes, & si qualitas inobedientiæ erit grauis,etiam corporali pœna plecti poterunt leg. nemo C.de spectacul.lib.11.ibi [Publicarum rerum festiuitatem non impediant, in cunctis oppidis celebrandam,& si quis violauerit pœna teneatur,ea quæ legẽ violatores persequitur]

102

Matricula inducit probationem,vnde si quis sit descriptus in libro scolarium,nobilium, vel similium habet in-
161 tentionem fundatã pro se,l.matriculam C.de agent.in reb. lib. 11. sic in descriptis in aliquo artificio, Franch. dec.481. & latiùs Sese dec.143. Mascard.concl. 1935. multa coaceruauit Ricc.coll.1829

103

Maior,& dignior prius debet loqui & suum votum proferre,ex tex.in l.1. C.de Præfect.Prætor. lib.11. ibi [De-

Digitized by Google

162 cernendi, & loquendi facultas antiquior) l.1.C.de conſul. lib.10. Tiraque. de primog.in præfat. num.112. ſed Afflict.dec.1.refert aliud ſeruari in Sacr. Conſilio, nam poſt cauſæ Commiſſarium iunior, ſeu vltimus in ordine ſuã dat ſententiam,& ſucceſſiuè alij,ad inſtar appellationum, gradatim vota sũt danda, ne antiquiores corrigantur à iunioribus,& ſic Oſaſc. in prohem. deciſ.& idem obſeruari in Collegio Advocatorum dixit Ann.ſing. 6. Verum hoc potiùs conſuetudine,quam lege receptum eſſe Doctores aſſerunt. Vndè in Collaterali Conſilio,& in Almo Collegio ſeruatur diſpoſitio citatorum iurium, vt antiquior prius ſuam dicat opinionẽ, Surg de Neap.illuſt.c.1.n.6

104

Menſuræ debent eſſe ſignatæ ſignis à Principe,& ſuis Miniſtris deſtinatis
163 antequam quis vtatur,alias mulctari poteſt,ad tex.in l.2. C.de frum. Alex. lib.11. Debent enim coæquari per ſuperiores,adhoc,vt nemo poſſit,ex his fraudari l.modios C. de ſuſcept. libr.10. & iſtud ius eſt de regalibus,vt Auendan. de exeq.mand.cap.1. Guid.Pap.deciſi. 490.Itaq; in quacumq, generali inueſtitura facta Baronibus nõ cenſetur cõ ceſſa facultas ſuper ponderibus,& mẽ-
164 ſuris,vt Auend.ibi,& dixi prag.8.p.1

105

Meretrices, quæ publicum quæſtum ſui corporis faciunt poſſunt expelli ab honeſtis vicinis l. ſi qua C.de ſpectac. lib.11.Franch.dec.318.Amplia etiam ſi domus, in quibus habitant ſint propriæ ipſarum,Theſſ quæſt.33.Sed ſi il-
165 las habitationes conduxiſſent quis ſnluere debebit ſalarium Domino, vicini, vel meretrices, vel culpa ſit tribuendã locatori, qui debuit ſcire conditionem illorum,quibus locauit, vide Ricc. in ſua praxi reſol.133. vol 2. qui contra locantem tenet, quando ſcienter indignus locauit,& benè Molin.de contract.diſtinguit in diſput. 499

106

Miles ſtans ſub vexillo ſi ab hoſtibus fuerit captus, an ſalarium dum obſes erit ſibi debeatur, tex in l.1. C. de re milit.probat quod non & ſequitur glo.ſed intellige vt Maſtrill.de ma
166 giſtr.lib.1.c.21. nu.42. ſi culpa aliqua militi imputari poſſit, aliàs durum eſſet,quod dum pro ſeruitio Regis ſit captus duplum damnum ſentiat. Nam ſi abſentia militi non nocet quando eſt neceſſaria,& ſic infirmitas,quantò fortius pati pro cauſa militiæ.Indè Ambaſciatorem miſſum a Ciuitate captum à latronibus Vniuerſitas redimere tenebitur.Franch.dec. 196. Gaſp. Anto. Theſſ quæſt.73.& conferunt quæ dicã in ſeq.

107

Miles,vel Officialis obtinens licentiam ad tempus à ſuo Superiore ſalarium petere poterit, etiam durante abſentia,l.in ſacris C. de proxim.ſacr.
167 ſcrin.lib.12. ſed ſi non redierit tempore ſtatuto ſalario priuatur,l hac lege C.eodem,& ibi Doctor.Surd. conſ.42. Mar. Ant de Amat.dec.52. Sed ſi fuerit caſu impeditus, tunc ſalarium non perdet Borg.dec 25 par.2.Capy.dec. 125. qui ſublimitat ſi ſalarium conſtitueretur non ſolum pro labore,ſed pro merito perſonæ inſignis, nam eo caſu
168 impedimentum infirmitatis, & ſimilium non tollit actionem ſalarij l. quicumque C.de diuerſ. offic. libr.12.& Surd.ibi Cagnol. l.diem functo n.9.ff. ff.de offic.aſſeſſ. D. Reg. Valenz. latè conſ.4.nam impeditus excuſatur à mora, & pœna, quia impedimentum impoſſibilitati æquiperatur.

108.

Milites à Principe ſtipendiati,alijue officiales non debent Principi alieno obſequi,& inſeruire, alias poterint ſti-
169 pendijs,& honoribus priuari,ſic tex. in l nemo miles C.de re milit.libr.12. ibi (vel aliena obſequia ſine nutu principale peragere audeant) Inde qui ſtãt ſub ſtipendio, & deuotione noſtri inuictiſſimi Regis, non debent alij Principi adhærere, ſeù ſtipendia ab illo recipere, niſi cum licentia

Et

Digitized by Google

Et ex eo Prælati, neq; absq; dispensatione Apostolica audent officia Principis secularis exercere l.colonos nulla, C.de agric.& cens.& ibi Doct. Borell. de magistr.c.10

109.

Milites stipendiati dum in exercitu militiæ residenr, si vexillum deserant, pœna mortis puniri possunt l.fin. C.de
170 desertor.lib.11.Sed si ex aliqua causa abfuerint,arbitraria pœna coercentur l.1.C.eodem: At si non ex bello, sed dum residēt sub hospitijs aufugiāt, ex prag.de militib pœna capitalis imponitur,verum temperanda erit, secundum qualitatem, & necessitatem imminentem, vt ex Collaterali Consilio accepimus.

110.

Militi existenti in expeditione nul-
171 lus Præpositus potest dare licentiam pro quauis causa, etiam modici temporis,l.1.C.de commea.lib.11.& grauiter puniri poterint concedens,& accipiens l.2.C.eodem, Inde faciliter nō est danda fides,si à milite, qui discessit exhibeantur tales licentię: nam cum concedi nequeant,præsumuntur falsæ, verba tex. in l.2.C.de desertor. ibi[Ne sub falsarum epistolarum disertionis crimen defendant] Vndè cauti Officiales benè intueri debent, quando milites,extra belli aciem inueniunt.

111

Milites,neq;à Principe possunt contra voluntatem creari,leg.1.C. vt ru-
172 stic.ad vllum obseq. lib. 10. Sed pro custodia Regni hoc limitatur: Possunt enim cogi Vniuersitates ad assignandos tot milites,attento focullariorum numero; nam hoc casu dicuntur deseruire commoditati, & vtilitati Regni, intra quod seruitia militaria præstare tenentur, text.singularis l.quicumque C.de cohortal.li.11.vbi colligitur etiā norma faciendi talem electionem, ex fumantibus,& ex eo tex. fuit orta practica annis elapsis, creationis militum dictæ, *dello Battaglione* nouæ militię.
173 Vltra verò fines Regni non possunt hi cogi l.nemo C. de annon. & trib.li. 12.nisi occurrēdi necessitas immineat, Luc. de Pen. in d.l.1. & sic obseruatur.

112

Miles non gaudet priuilegio fori, & immunitatū, ex eo quod à Capitaneo cohortis sit ad militiam receptus, nisi sit cum effectu descriptus in Rollo Principis destinato, l.probatorias C.de diuers.offic.lib. 12.l matriculam §. fin.C.
174 de agent.in reb.libr. 10. quia destinatio non sufficit,vt accinctus gaudeat, Tiraqu.de legib.connub. fol.mihi 89. vbi latè declaratur regula text. l.pen. ff.de milit.test.quando de proximo accingendus habeatur pro accinto. Indè
175 si aufugerit non poterit puniri eadē pœna,qua miles in rollo descriptus erit obnoxius.

113

Militibus tenetur Princeps dare sti-
176 pendia,& non victum,& solum quando sunt in expeditione victualia eis p̄stat, quæ excomputantur cum salario eis debito l.1 C.de erogat. mil.annon. li.10.& idem obseruatur in vestibus l.1 C.de milit.vesti. Item in qualibet cohorte concedi debet Medicus salariatus à Principe l.1. C.de comit.& Archiator. sic & Sacerdos medicus salu-
177 tis animarum,Rebuff.in d.l.& ita continuò obseruatur.

111

Milites pedestres non efficiuntur no-
178 biles,solum eorum Capitanei dicuntur habere nobilitatem l.1.C.de equestr.dignit. & ibi glo. & Rebuff. Equestres vero milites, nobiles dicuntur, vt probatur ex d.l. Imò ad hanc militiam non debent admicti personæ, quæ non docent de nobilitate l. 1. C. negotiat. ne militent.lib.12.

115

Militum cohortes, quæ vulgariter *Campagnie* dicuntur, non possunt di-
179 uidi,vel vnus miles in aliā transferri Nec quisq; congregare valebit dictas cohortes,absque assensu Principis,cum armare gentes solius Principis sit,l.ne-
180 minem C.de re milit.& leg.milites,

Digitized by Google

C. de offic. magiſtr. milit.

116

Mortuo Præfecto militum, Concilij, vel Collegij, ille officium Præfecti, vel Præſidis defuncti officium geret, qui eſt dignior, & proximior in eo gradu militiæ, vel Concilij, ſeù Collegij, & ſimilium, qui Decanus nuncupari ſolet, 181 tex. eſt inſignis in l. 1. C. de agent. in rebus lib. 10. cuius verba ſunt [Nullus de ſchola agentium, in rebus, locum mortui conetur inuadere, ſed is qui ordine ſtipendiorum, & laborum gradum militiæ ſequebatur in eius præmia percipienda ſuccedat.] Quæ diſpoſitio continuò practicatur in cunctis officijs Gam. dec. 1. n. 45.

117

Munera maiora qui exercuit non tenetur ſubire minora, etiam ſi alij ido 182 nei non ſint, ad tex. in l. 3. C. quem adm. ciuil. muner. lib. 10. ſed ſi vocetur ad eadem, vel ſimilia poterit ſe excuſare infra tempora vacationum à lege conceſſa, vt in toto tit. C. de muner. nõ continuan. lib. 10. vel ceſſante vacationis excuſatione poterit opponere, ad ſe exonerandum, quod adſunt aliæ perſonæ idoneæ, quæ onera non ſubſtinuerunt: nam grauari dicitur, qui munus exercuit, alijs exiſtentibus, quibus onus 183 indici poteſt. Rebuff. in d. l. 3. niſi perſona ſua eſſet neceſſaria, vti magis ſufficiens, tunc enim exiſtente aliqua vrgentia cogi poteſt, Docto. in l. 1. C. ne quis inuit. Reipubl. gener. cog. lib. 10.

118

Muri Ciuitatis, & alia reparia ſi fie- 184 ri, vel refici debeant ob communem vtilitatem Ciuium, nullus, quamuis immunitate priuilegiatus poteſt ab hoc ſolutionis, & contributionis onere ſe excuſare l fin. C. de quib. muner. ſe excuſ. lib. 10. Quod amplia in cœteris omnibus importantibus commune bonũ, commoditatem, & neceſſitatem leg. ad opus C. de operib. publ. & ita fuit in Regia Camera iudicatum, contra patres onuſtos prætendentes non debere contribuere in ſalario Medicorum, Prædicatorum, paſcuorum, & ſimilium, de quibus ipſi commoditatem percipiebant. Muri autem, an, & quando poſ- 185 ſint ædificari, vel refici, ſic & alia opera publica ſine aſſenſu Principis, vide Auendan. de exequen. mand. Reg. c. 3. p. 2.

119

Mutuare tenentur Ciues diuites ſuę Vniuerſitati, aliqua occurrenti neceſſitate l. 1. C. quib. muner. lice. ſe excuſ. 185 lib. 11. & ibi Doctor. ex cuius fonte emanauit pragm. Comitis de Lemos Proregis nemini ſecundi, quæ ſic ſtatuit, quam propoſitionem explicauit Auend. cap. 19 p. 1. n. 34. vbi aduertit, quod hæc compulſio debeat eſſe generalis ad omnes diuites illius terræ, non quod vnus, vel duo tantum debeant cogi, ne fiat acceptio perſonarum, Aufrer. ad Capel Thol. dec. 446. Et idem 187 obſeruandum eſt in victualibus, quod cogi poſſint habentes vltra vſum, ad vendendum Vniuerſitati indigenti, Io. de Plat. & Rebuff. in d. l. 1.

120

Nauigans tempore incongruo, ad transfretandum, dicitur in culpa, & nauli Præpoſitus de naufragio tenetur, & tempus non opportunum dicitur à Ka 188 lendis Aprilis, vſq, ad menſem Octobris, ſic tex. in l. 3. in fin. C. de naufrag. lib. 12. limitatur hoc in Regionibus: vbi aer eſt magis temperatus, vbi raro eſt rigidus hyems, quod peritis in arteſtandum, Stracc. de mercator. tit. de nautis par. 3. cap. 29. nouiſſimè Felic. de ſociet. c. 21. n. 75. vbi multa etiam notat pertinentia ad culpã naufragij.

121

Neceſſitatis tempore non dicitur Princeps contrauenire, ſi conceſſum priuilegium non ſeruat cogendo æqualiter perſonas ad onera, & præſtatio- 189 nes, immunitate circumſcripta, l. 1. C. quib. muner. lib. 10. Idemque procedit in Vniuerſitatibus, quæ non ſunt obligatæ ſeruare Ciuibus immunitates de iure, vel priuilegio debitas, ſi magna neceſſitas vrſerit, Surd. de alimen.

priu.

Digitized by Google

priuile. 39. & dec. 275. & meritissimus Consiliar. de Georg. in repetit. feud. cap. fin. multa ad hanc propositionem adducit.

122

Nobilis ob delicta furti, robariæ, pro
190 ditionis, & similium quæ grauiter famam lędunt de iure nobilitatem, eiusque priuilegia ammittit, & pœna plebeiorum puniri potest l. Iudices C. de dignit. & l. quilibet C. de decur. lib. 10 Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 2. Sed Franch. dec. 569. dicit prædicta iura non fuisse in Regno obseruata in imponendo pœnam remigationis, vel laquei nobilibus delinquentibus in prædictis criminibus, & idē firmat nouissimè Sese dec. 11. quod est aduertēdum in practica.

123

Negligentia Administratorum in
non ponendo pecuniam otiosam in fru
ctu negotiorum, vel emptioni alicuius rei, an sit legitima causa, vt ij in rationibus postea condemnentur ad inte-
191 resse, tex. in l. 1. C. de his qui ex offic. quod administr. conuen. lib. 10. & ibi glo. dicit, quod sic, dummodo negligētia sit magna, secus si leuis, & concordat in l. 1. C. de vsur. pupill. Mascard. concl. 935. Sed si ipsi vti fuissent ipsis pecunijs, qualiter puniantur vltra interesse, vide Crauett. cons. 286. D. de
192 Pont. dec. 7. Reg. Tapp. prag. 46. tit. de offic. proc. Cæs. Sess. dec. 174. Escob. de ratioc. c. 14.

124

Nominans ad officium personam
inhabilem, vel non idoneam tenetur de suo ad sumptus, & interesse, quæ ex tali nominatione euenient l. exactores, C. de suscep. præpos. lib. 10. & toto tit. C. de pericul. nomin. & C. de sumptuū
193 recuperat. lib. 11. Aduerte tamen singulariter, quod procedunt ea iura, quando talis nominatio tribueret ius nominato, sed si electio spectaret ad superiorem, vel Vniuersitatem, tunc actus potiùs eligenti, quam nominanti tribuitur, & per consequens nominans
194 non tenetur de culpis, & defectibus nominati in hoc casu, Rebuff. in l. 2. C. eod. tit. de peric. nomin. & D. Rou. in prag. 2. de admin. Vniuers. ex num. 23. Quod sepiùs discutiendum euenit in electione Officialium Regiminis Vniuersitatum.

125

Notarij qui vacant negotijs Principis (prout in Regno adest specialis Notarius Curię) nobiles in iure reputan-
195 tur l. 1. C. de primic. & notar. lib. 12. Alij autem viles, & ignobiles dicuntur l. si quis procurationem C. de decur. Couarr. pract quæst. cap. 19. Viu. com. opin. 194. Verum Notarij Curiæ, licet nobiles efficiantur, quia Principi inseruiunt, tamen dignitatem cum administratione ambire non debent, vt probat tex. in d. l. 1. & fuit in facto oppositum Notario Curiæ, qui ad Præsidentatus idiotæ Regiæ Cameræ annis re-
196 trò aspirauerat, nisi Princeps scienter eligeret.

126

Numerationes focolariorum reui-
197 dendæ singulis quindecim annis fuerunt introductæ ad fisci, & subditorum releuamen leg. 4. C. de censib. & perequat. lib. 11. & grauati infra tempus in dictum possunt audiri l. qui se grauatos C. de agric. & censit. lib. eodem: alias tempore elapso non audiuntur, neque
198 Vniuersitates ex capite restitutionis Reg. de Pont. in tract. de pote. Proreg. tit. de rega. impos. §. 2. cum seq. & fraudantes numerum focularium qualiter puniantur, vide Rebuff. in l. 3. C. de cēsib. & censit.

127

Occasionem prædandi amputare
debent superiores, verba sunt tex. l. 1.
199 C. de frum. Alex. lib. 11. ibi (vt Curialibus prędę auferatur occasio, iubemus eos sollicitudinem affectandam numquam accedere, sed designata officia suis prouisionibus examinata implere] Vtinam aduerterent in hanc dispositionem Principes, & sui Ministri, dum pro quauis minima causa Commissa-

rios

Digitized by Google

rios deputant, ac Milites mictunt, quos prædari continua experientia docet, & ideò ſine neceſſaria cauſa, & vrgẽti non eſt danda occaſio vexandi paupe-res Regnicolas.

128

Occupatio de facto nulli licita eſt ſuper alienis, neque Fiſco, licet præten-
199 deret ius liquidum, iure prætextu in-ualiditatis tituli, vel alia ratione l. de-fenſionis facultas C. de iur. fiſc. lib. 10. Indè quamuis feuda, & officia alienari non poſſint abſq; aſſenſu, non per hoc quod de aſſenſu non conſtet in con-ceſſione Fiſco licebit ea occupare de facto: nam aſſenſus procedere, & ſub-ſequi poteſt, iuxta notata per Bart. in l. ſi quis mihi bona § iuſſum ff. de acq. hæred. ergo poteſt dari inſtantia exci-piendi, & propterea audiendi ſunt poſ-ſeſſores, & licet multi contrarium ſen-tiant, vt exiſtente titulo nullo liceat oc cupare, vt Luc de Penn. in l. quicumq; C. de fund. limitrop. lib. 10. de quo ar-
201 ticulo dixi in prag. 11. poſſe hoc ſal-uari ſi ius eſſet liquidiſſimum, vel inca-pacitas ſubiecti, vel obiecti reſiſtat: nã tunc notorius defectus obſtat agenti pro ſpolio, Auend. cap. 1. p. 1. nu. 20. li-mita in caſu c. Regni ex præſumptuo-ſe, de quo Campan. & de Pont. conſ. 1. vol. 2.

129

Officiales quando accedunt ad Tri-bunal debent veſtiri congruentibus veſtibus, & non coloratis, prout domi ſolent tenere, vel quando peregrè pro-
202 ficiſcuntur, & valdè fuit increpatus quidam Auditor Prouinciæ à Colla-terali Conſilio, ad cuius aures perue-nerat, quod is incedebat cum veſtibus potius militi, quam Officiali congruen tibus. Grauitas enim multa, vndique requiritur in Offidiali & eſt tex. cum gloſſ. in l. deuotiſſimis C. de metat. & epidem. lib. 12. Hinc Officialibus per-petuis ſtatutum eſt, vt togati incedere debeant, Maſtril. de magiſtr. lib. 5. cap. 2. nu. 17.

130

Officiales qui habuerunt illuſtrem-
203 dignitatem, & honorem, etiam finito officio retinent priſtinam prærogatiuã l. 1. & fin. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12. Cabed. dec. 212. ſic & in militibus Præpoſitis, quos etiam depoſita militia videmus honorare eo titulo, & nunc u-pantur, prout ſi haberent adminiſtra-tionem, ſic & titulati, refutato, vel fini-to titulo, eodem titulo remanent de-corati, Curt in ſuo diuerſ. feud fol. mi-hi 11.

131

Officialis finito officio, licet retineat honorem priſtinum, vt in præcedenti diximus, non tamen præfertur ei, qui in
204 actu habet poſteriorem dignitatem, quam in adminiſtratione tenet, ad tex. in l. 2. C. vt dign. ordo ſeru. lib. 12. qui terminos diſtinguit, ſtatuens, vt primo præcedere debeat ille, qui illuſtrem dignitatem exercet, ſecundo loco ille qui ſimilem adminiſtrauit, Tertio ille, qui ſunt prouiſi de vacantibus, vel va-caturis officijs, ſed adhuc poſſeſſionem non habuerint. Verum ſi exercens offi cium, cum iuriſdictione ſit minoris di-gnitatis, quam ille qui adminiſtrauit officium ſatis honorificum, an ſit præ-ferendus tex. in d. l. 2. videtur innuere, q; antecedat ille, qui maiorem habuit dignitatem, ibi (Similem adepti ſunt dignitatem) DD. verò in l. 1. C. de cõ-ſul. lib. 12. & D. de Pon. de poteſt Pro-reg. tit. de diuerſ. prouiſ. §. 1. num. 28. contrarium tenent, & in practica ſer-uari teſtantur, nam in ſua iuriſdictione quis eſt maior omnibus, ſed non di-
205 gnior. Vndè quis poteſt eſſe eodem tempore maior, & minor diuerſis reſpe ctibus, Rebuff. in d. l. 1. n. 3. Tiraq. de nobil. c. 28. n. 15. & ſeq.

132

Officiales exiſtentes in paritate of-
206 ficij, ſic diſtingui debent in prætedẽ-do, vt is qui primo fuit creatus antece dat, quia ordo temporis actenditur, li-cet ſecundus ſit nobilior, vel ſenior l. 1 C. de conſul. & l. vnicuique C. de pro-

xim.

Digitized by Google

sim.sacr.scrin.l.b.12. nisi Princeps ob benemerita, & alia seruitia elegerit quẽquam cum qualitate præcedentiæ Ordo enim qualitatis, cæteris paribus præfertur, & antecedit si Princeps dispensauerit Franc.Marc.dec.808.p.1. Sed si eodem tempore Princeps plures eligat, tunc ordo qualitatis est considerãdus,vt is præcedat,qui alias exercuit illustres dignitates, vel est nobi-
207 lior,seù antiquior,vt ex tex.in d.leg. vnicuique,& probatur in d.l.j.Franch. dec.144. qui refert fuisse iudicatum debuisse præcedere duobus simul electis in Iudices M.C.ille, qui officium Auditoratus Prouinciæ exercuerat, & sic in alia dec.365. & multa adducit Ann.cons.40.& 42.Quid si quis eligatur in locum alicuius de Tribunali, an subrogatus recipiet etiam antiquitatẽ temporis,dic quod consequitur officiũ cum sua dignitate,sed non temporis dignitatem l.comperimus C.de proxim. sacr.scrin.& D.de Pont.cons.7.volu.2. sed si constituatur ad locum absentis, quousq;ille reuertatur, tunc aliud est considerandum, vt ibi D.de Pont.

Reliqua ad materiam præcedentiæ,
208 vltra DD.in l cum quid ff.si certum pet.vide Mastril de magistr. lib.5.c.4. Ricc.coll.1446.& 1863.& multa notat D.Reg.Valenz.cons.34.

133

Officialis prior in tempore, vt diximus præfertur alij licet digniori,sed dubitatur an ista prioritas incipiat à die concessi officij, vel captæ possessionis; fuit ãtiqua quæstio, sed resoluta hodiè
209 quod in officijs habentibus administrationem præferatur, qui possessionẽ accepit l.Iudices,& ibi Doct. C.de dignit.lib.12.Frecc.de subfeud.titu.quis dicatur comes num.35.limita si prouisus de officio esset in Curia Principis, quia tunc attenditur tempus datæ, vt Rebuff.in l.2.per illum tex. C.vt dign. ord.ser. In officijs verò habentibus dignitatem,& honorem sine administratione iurisdictionis,vt sunt Barones, & alij titulati, attenditur tempus datæ, Luc.de Penn.in l.1.C.de Præfect.prætor. & mag. mil. Franch.dec.62.Molf. cons.15.Mastril.de magist.li.4.cap.14 ex nu 33.

134

Officiales qui officium,cum laude peregerunt ad maiora sunt promouen-
210 di,vt labores,& merita recipiant retributionem,ac alij capiant exempla, ad tex.in l. proximos C.de prox. sacr. scrin lib.12. & l. contra publicum C. de re milit lib.eodem ibi (quia honoris augmentum non ambitione,sed labore ad vnumquemq; conuenit deuenire) & proinde Principes circumspecti nunquam trahunt ad maiora officia,quem non probauerunt in minoribus l primicerios C de offic. præf.vrb. & l.vt gradatim ff.de muner.Et retulit mihi officialis fide dignus,quod dum esset præpositus Iudicatui M. Curiæ
211 quidam Doctor legibus eruditus, Prorex Comes Lemensium inuestigauit si ille officia alicuius Reg. Audientiæ exercuisset,& intellecto, quod non administrasset similia officia,respondit, Nefas sit,vt maiora exerceat, qui minora non didicit: vtinam successorum mens sic continuata fuisset.

135

Officialis, & quilibet approbatus si reperiatur deindè insufficiens oneri iniuncto,poterit per superiorem remoueri l.1.C. vt dign. ord.lib.10. l.gra-
212 maticos C.de profess. lib.11. & latè Gratian.discep.for.186.& 167.& ideò quando consultò Princeps priuat aliquem officio,non fit ei iniustitia, nam publica vtilitas debet præferri priuatæ. Idemque iuris procedit si ad eius aures perueniat, quod ille officium emerit l.1.C.de pistor.lib.11.ibi (qui-
213 cumque dignitatem,& officium ambitione, vel gratia, vel pecunia fuerit assequutus, exutut dignitate mulctetur) exindè successor Ducis Ossunæ Proregis, multos pendente officio priuauit, quia dignitates pretio obtinuerant.Officialis verò perpetuus si experientia cognoscatur illum non esse ido

neum

Digitized by Google

neum,ſed diù laborauerit Princeps po-
terit ei dare ſubſtitutum,ſub aliquo co
214 lore,vel honeſtam licentiam præſta-
re,concedendo ei ſalarium ſua vita du
rante,probatur in leg.4.C.de Princip.
agent.lib.12. Sine vero legitima cauſa
non poterit remoueri, quia iniuria fie-
ret Officiali, Ann. alleg. 103. Cæuall.
com.contr.com.opin.425.Capyc.dec.
121.num.26.

136

Officiales debent eſſe annales l.ne-
minem C.de ſuſceptor.præpoſ.libr.10.
cuius materiam amplißimè explicaui-
mus in pragm.5. Verum ſi conſuetudo
eſſet,vt ſint biennales non poterunt re
moueri ſine iniuria ante biennium,
prout Iudices Mag Cur. & Auditores
Prouinciarum,qui ſemper biennio ad
miniſtrauerunt Vndè licet in commiſ-
ſione officium concedatur per annum,
& deindè ad beneplacitum,actamen
215 illud beneplacitum minus biennio
non fuit obſeruatum,ſed plus ſic, & ſi
conſuetudo vltra annum valeat pon-
derentur verba tex. in d.l.neminem in
fine,quæ expreſsè ſic determinant. Et
beneplacitum non poſſe antea reuoca-
ri,ſed obſeruari ſecundum conſuetudi-
nem benè probat Maſtril.de magiſtra.
lib.1.cap.27.num.26.Et quamquam
Reg.Tapp.in ſuo Iure Regni, titul. de
offic.magiſtr.Iuſtit.pragm.1. dicat ali-
quando Proregem reuocaſſe Iudicem
M.Curiæ elapſo anno, aſſerit illemet,
ex cauſa fuiſſe factum,& ſic ius ſpecia-
le non erit trahendum ad regulam l.
ius ſingulare ff.de legib.vltra quod ma
lè ſe gerentes poſſint finito anno reuo
cari,Gratian: diſcep.184.nu.39. Indè
dum Illuſtriſ. Cardinal. Borgia Prorex
amouerit multos Iudices, & Audito-
res poſt annum,non fuit controuerſia,
& multi qui ſe defenderunt in aduen-
tu ſucceſſoris Proregis Illuſtriſſimi Car
dinalis Zapatæ,per Collaterale Conſi-
lium fuit iudicatum illos fuiſſe reinte-
grandos.Accedat quod quando eſt cõ
ſuetudo refirmandi Officiales etiam
216 vltra biennium ea conſuetudo non
eſt improbata à lege, Surd. conſ.261.
Grat.d.diſcep.184. nu.23. & proindè
videmus multos Auditores Baronum,
non ſolum eſſe biennales, ſed ſatis vl-
tra.

137

Officialis qui pro aliqua iuſta, & le-
gitima cauſa vacat à Tribunali, prò
præſente habetur, & durante abſentia
gaudere debet ſalario, etiam ſi ſtipen-
dium pro ſuo viatico accipiat, illud e-
217 nim conſequi debet ratione laboris,
ſed cauſa officij ſemper durat, vt ſala-
rio potiatur l hac lege C. de proxim.
ſacr.ſcrin. lib.12. & ibi notant Docto-
res.Indè dum maiores officiales perpe
tui, vel ad tempus equitant ad inſtan-
tiam partis, non per hoc eis denegari
debet ſalarium, cum pro præſentibus
habeantur,D de Pont.conſ.92.M.An-
ton.de Amat.dec.52.& quia id ſalariũ
ei debetur non ſolum ratione præſen-
tiæ,& laboris,ſed etiam ratione probi
tatis,& ſcientiæ Bartn in l.1. §.Diuus
num.5.ff.de var. & extraord. cogn. &
diximus ſupra verbo miles. Verum ſi
218 interim quod abfuerit in locum ſuũ
ſubrogetur alius,hoc caſu ſalarium ſub
rogato tantum debetur, vt Surd.conſ.
42.de quo non meminit D.de Ponte
de poteſt.proreg. titu.de diuerſ.prouiſ.
cap. de militibus in fine,ne fiſcus ſolue-
re debeat duplicatum ſtipendium con
tra legis diſpoſitionem, vt glo.in l.ma-
tricula,verbo vacare C.de agent.in
reb.lib 12.

138

Officialis delinquens in officio non
poterit ad illud promoueri,etiam ſi re
219 ſcriberet Princeps, l. ſi aliquid C. de
ſuſcep.& l.vnica C.de infam. libr.10.
niſi ſpecificè ex certa ſcientia Princeps
diſpenſaret,vt Rebuff.in d.l. ſi aliquid,
& ſic in milite decidit tex. in l.nullus,
C.de diuerſ.offic. lib.10. Imò hoc pro-
cedit non ſolum, quando Officialis eſt
condemnatus,ſed etiam ſi fuerit inqui
ſitus de cauſa graui: nam pendente
accuſatione,vel inquiſitione non pote
220 rit ad honorem promoueri l.j. C.de

reis

Digitized by Google

reis postul.lib.16.Gabal.ref.crim.121. Cabed.dec.84.& etiã eo absoluto pendente appellatione prohibetur ministrare,Auend.de exeq.mand.c.19.nu. 15.libr.1.quid autem si condemnatio fuerit exiliaris ad tempus, an ea finita ille poterit officia exercere, dic quod sic,ex tex.in l.1.cum l.seq. C.de his q̃ in exil.sunt mis.lib.11.Menoc.de arb. Iud.casu 330.

139

Officiales debent ab omnibus honorari,l.ex agentibus C.de princip.agẽt. in reb.libr.12. l. omnem honorem C. quando prou. non est nec. & diximus
221 supra verbo honor, nam sunt mẽbra Principis l.ius senatoris C. de dignit. & l.fin.C.de re mil.lib.12. & adhuc si proterui essent honorari debent, quia dignitas,& non persona attenditur,Bouad.in sua Polit.c.1.nu.15.& à Principemet sunt honorandi, probatur in l. nihil C.de palat.sacr.largit. lib.12. & in l.fin.C.de consul.lib. eod. ibi (quia nobis loco Patris honorantur,) & Adde Tiraq.de nobil.c.28

140

Pacem componere inter inimicos Ciues,vltrà quod est officium charitatis meritorium quoad Deum,est etiam
222 Ciuile,& vti munus à Consilio indici potest personis habilibus ad hoc opus,vt vacent tali ministerio,& sic obseruatur in omnibus Ciuitatibus quæ habent zelum boni regiminis,& oritur hæc practica ex fonte iuris,vt toto tit. C.de Irenarch. libr.12. & ibi Glos. & Docto. quod nomen (Irinarchæ) designat pacis compositorem, Mastr. de Magistr.lib.3.c.4.nu.181.Tales enim suadere inimicos ad pacem possunt; cogere tamen nullus potest,nisi Princeps
223 & eius Vicarius, & continuò obseruatur,si immineret magnum scandalũ inter familias nobiles, nam carcerãtur omnes de factione,quousq; non faciat pacem sub verbo regio,& pœna graui Felin.benè cap.1.de tregua, & pace, & idem solet Princeps obseruare in
224 causa ciuili graui,& dubia cogere partes ad compromittendum, D. de Pont.in tract.de pot.prior.tit.1.n.6

141

Pater qui tacitè, vel expressè consentijt administrationi officij per filium suum susceptι tenetur insolidum si de-
225 bitor reperiatur l.1.C.de fil.fam.lib. 10. Verum si filius haberet peculium competit ordinis bẽneficium, vt filius prius excutiatur,l.1. C.de decur.& C. de peric.succeff.li.10.si vero pater soluerit, non repetet à filio,quia consentiendo ipse deliquit Bar.l.libertus S. filium ff.ad munic.& l. filius fam.ff.de verb. obl.& benè Boer.dec.221.& vide Carrot.tract.de excus.bon.c.6.p.2. vbi reliqua.

142

Pecunia debet esse iusti ponderis, vt tanti pretij sit in forma,quantum in
226 massa, sine deductione expensarum, quæ erogantur in impressione monetæ cudendæ,ad text.l.1. C.de veteris numism.constituendis lib.11. Exindè dũ annis præteritis monetæ valde fuissent diminutę à falsarijs monetarijs, qui eã tradebant,fuit ordinatum, vt ad pondus argenti expenderetur, & sic alias obseruatum Couar.de numism. cap.8. Surd.cons. 936

143

Pœnæ fisco regulariter de iure debentur,toto tit.C.de pœnis fisc.lib.11
227 sed si à statuto,vel cõsuetudine pars pœnæ statutæ parti applicetur,tunc est notandum, quod prius parti læsæ erit sua rata satisfacienda, quam fisco l.1. C.de pœnis fisc.verum exactio erit facienda per fiscum,qui antequam incoporet sibi id, quod ei debetur soluere debet parti,vt probatur in l.1. C.de vendend.reb.fisc.lib.10 & benè ibi Rebuff.Sed si pœna ponatur in banno,vel
228 statuto,cuius causa respicit interesse partis,an pœna hæc in dubio parti,vel fisco sit applicanda,Luc.de Pen.l.1.C. de palat & domi: distinguit,quod parti erit assignanda pœna, si ea non respiciat publicum interesse,quia isto casu fisco esset applicanda, Auend.cap.4 par.

Digitized by Google

par.1.nu.30.& adde Bertaz. in l.ſi qs maior C.de tranſact.q.53

144

Pœna licèt ex vulgata regula, debeat tenere ſuos Auctores, aliquando ex cauſa vrgenti Princeps ad obuiandum, aliquod malum ſolet carcerare, vel exterrare à loco patrio conſanguineos delinquentium ad beneplacitũ 229 arg.extat in l. iure prouiſum C. de fabric.lib.11.& l.fin.C.de naufrag.lib.12 ex cuius fonte promulgata fuit prag. tit de exul. vbi exfractus indici poteſt agnatis latronum, ad effectum, vt illi curam habeant illos capiendi & in talibus locis ſolent cohortes militũ mitti, ad hoſpitandum, vt Ciues tedio onerum affecti, procurent capturam delinquentium, ſic tex.l.2.§.Domini ff.de his qui latron.occult. Vaſq controu.ill. Iuſtr.32.nu.16.& capitur filius, & carceratur quandoq; pro delicto patris, 230 Bald.l.fin.C.de curat.fur. Auend.c. 20.nu.6.

145

Periti, vel approbati in aliquo officio, vel miniſterio plenè probant circa 231 pertinentia ad illam profeſſionem, ſed an ſolavnius depoſitio ſufficiens ſit ad plenam probationem, tex. l. ſemel C.de re mil. lib.11. duos eſſe neceſſarios probat, at text. l.final. C. de ponderat.lib.12. reſpondit, ſtandum eſſe dicto Ponderatoris approbati, & ideo hæc iura videntur pugnare, quam Antinomiam Garſ.tracta. expenſ.cap.24. num.21. conciliat, quod aut perſona eſt perita ſolum, & tunc illius dictum ſemiplenam probationem faciet, ſed ſi talis perſona approbetur à publico in eo miniſterio, vt in Medico qui à Curia, vel Vniuerſitate approbatur, & eligitur, tunc ob duplicatam probitatem, vnius teſtimonium plenè probabit, iuxta verba tex.d.l.fin.ibi [Quia pro ſua fide, atque induſtria non fallet.] Quod intellige, vt Gomeſ. var.reſolut.cap.9. tit.de contract. ſi pars non ſentiat de illius inditio ſe leſam, nam poterit alios peritiores petere, quia numquam præcluſa eſt via, vt Iudicium peritorum p alios non poſſit reuideri.

146

Perceptores Regij functionum fiſcalium tenentur ante diem exactionis faciendæ denunciare Vniuerſitatibus, & 232 Baronibus debitum liquidum, quod ſoluere fiſco debent prædicti in ſuis tandis, adhoc vt conſtituantur in mora nam ante liquidationem, & denunciationem debitor non poterit dici in culpa, ſic tex l.2.C.de indicto lib.12.ibi, [Notitia detur ante inditionis exordium, & ſubeundi diſpendij neceſſitas auferatur.] Ò magis quod fiſcus initi debet æquitati in exigendo ſuos 233 debitores leg.2.C.de comun.largit. lib.12. Indè exactores exigentes vltra taxam aſſignatam, vel præmaturè ſine iuſſu Principis grauiter puniri poterint l.1.C.de exacto tribut.lib.11.& ſi pretio dilationem dederint poſt tempus maturatum, vt quotidiè ſolent facere Commiſſarij dictorum Perceptorum ſimiliter cagiſtari poterint l. 3. & l. in fraudem C.de anno lib.10.

147

Perceptores fiſcales tenentur quoli- 234 bet menſe tranſmictere bilancia adminiſtrationis ad Reg. Cam. & ſingulis annis computa dare l.apparitores, C.de exact.tribut.lib.11.l.diuus C.de ſuſcept.eodem lib. Pecunias autem maturatis tandis, illico tranſmictere debẽt 235 ad Regium Theſaurarium, alias ob moram puniri poterint l.vn.C.de auro publ.lib.12.l.a.C.de canon.largit.mut. lib.11. quæ iura punctualiter practicantur.

148

Perſonæ illuſtres, titulati, vel in dignitate graui conſtituti, inquiri, nec 236 carcerari poſſunt ſine iuſſu Principis data ei relatione, ſic probat tex. l. ſi grauius C.de dignit.lib.10. l. in ſacris C.de præpoſ.ſacro.cubic.eodem lib.& ſic procedit etiam pro debito ciuili, Bouad lib.2. Polit.cap.16. nu.60. Surg.de Neap.illuſtr.cap.23.num.3.& ampliatur dicta concluſio, quod titula

Digitized by Google

tus etiam feudo refutat gaudet dictis prærogatiuis ex l.1.C.de primic. libr. 12.vbi Luc.de Penn.Rebuff.l.1. C.de præpos.sacro.cubic. eodem lib. Alias
237 prærogatiuas quibus gaudent prædicti, nouissimè recensèt Mastrill. tract. de magistr.lib.4.c.13.

149

Possessor rei obligatæ, conuentus hypothecaria, tenetur liquidato credi-
238 to rem Actori dimittere, aut totum creditum offerre,& non sufficiet ei, æstimationem tantum soluere Neguſ. 4. membro 5.par.num.21. limitatur hæc propositio ex leg.2. C. de prædijs nauicul.lib.11.si possessor fecerit meliorationes, tunc poterit rem retinere offerendo solum æstimationem illius, & ita decisum refert Franch.dec.38.Sub
238 limita si melioratio euenerit non industria, & labore possessoris, sed ex tempore quod variat pretio augendo, vel minuendo, nam hæc melioratio nō erit in supradicta consideratione, Couarr.var.resolut.lib.1.cap.8. vers.cæterum, Garſ.tractat.expens. capit. 18. num. 82. Et ita fuit decisum diebus proteritis in Sacro Consilio patrocinante in ea causa doctissimo Io. Camillo Cacacio inter primarios Aduocatos viro omni virtute prædito.

150

Portantes victualia, animalia cæteraque pro annona ad Metropola Re-
240 gni ad vtilitatem publicam, si erunt matriculati, vel cōstare fecerint per publica documenta qualiter ea deferantur ad prædicta loca, erint immunes ab omnibus oneribus gabellarum, passum,& similium l. prima, C.de nauic. li.11.& argum.l.1.C.de priuil. corpor. lib.12.

151

Portulani nominantur in Regno,
241 qui custodiunt portus, ne victualia extrahantur,& alia extra Regnum, qui de iure liminarchę appellātur quia, liminibus sunt destinati Lliminarchæ, C.de seruis fugit.lib. vndecimo,& C. de lictor.& itiner.custod. & sine licentia Principis non possunt permictere vel licentiam dare, vt vascella onerentur mercibus,& alijs rebus, vt C.de tractis, nec Princeps sine causa tractas concedere solet, Dom.de Ponte decis. decimatertia, Mastrill.de magistrat.tomo secundo, fol.207. & dixi prag.1.in fine.

152

Pretium iustum fructuum alicuius rei, non poterit iure arbitrari, ex valore præsenti, & anni præcedentis, ad
242 taxandum præteritos fructus, sed cōputatio erit facienda liquidata æstimatione pretij decursi trium annorum præteritorum,& postea erit repartienda,& iudicabitur de iure legitimum pretium, argumen. l.quicumq. C.de apoc.publ.li.duodecimo, quam adhoc allegant Pinell.de rescind.vend.3 parte l.2.cap.4.Frecc.de subfeud.3.autor. Mantic.de contract.lib.quarto, tit.20. num.vndecimo. Et argumento illius tex.ex eadem ratione, orta est alia conclusio, quod ad cognoscendum certum redditum fructuum alicuius rei stabilis non perceptio proxima erit ob-
243 seruanda, sed summa recollectionis trium annorum præcedentium fructuū naturalium,& industrialium, vel ciuilium, ad tex.singularem leg.si fundum cum leg.sequent. ff. mandati, Escobar tract.de ratiocin.cap.16.num.49. Verum si fructus non colligantur singulis continuatis annis, tunc actendetur trina præcedens perceptio; annus enim pro biennio, triennio, & etiam decen-
244 nio, aliquando supponitur, vt dixi prag.5. & nouissimè Gratian. discept. 187.notabiliter.

153

Principis interest, subditos habere locupletes,& de iure eius est protegere, ne facultates subiectorum dilaban-
245 tur, indè multa iura, & prouisiones extant, ex quibus prouidentia Principis percipitur, sic arguitur ex leg. prima C.de vect.holob.lib.vndecimo, ne

Digitized by Google

plona induere debeant vestibus aut & gemmis contextis; idemque in paramentis magni valoris erat constitutũ leg. vn. C. nulli licere in poenis lib. 10.
246 Sicq; in carrotijs erat dispositum ne indifferenter omnes, vti potuissent leg. vn. C. de honor. vehicul. lib. 12. & ideo voluntates hominum licet liberę sint, tamen ob bonum publicum libertas arctari potest, & norma viuendi secundum qualitatem personarum, & status ad eorum vtilitatem per Principem imponi potest l. sed si mulieri ff. de cur. fur. Hinc videmus ex tot Pragmaticis aliquando moderatas esse vestes, vt tit. de vest. & sic antefata, & donationes propter nuptias, vt ex nouissima pragmatica. Possunt moderari numerus seruientium, salarium laboratorum, pandectarum, & alia notat Auendan. de
247 de exequend. mand. cap. 6 par. secunda. Et si cura Principis debet esse super particularibus, maior debet esse super iure Vniuersitatum, & ideo in pertinentibus ad eas, recta via potest recurri ad Regiam Cameram deputatam particulariter, certis diebus pro ipsarũ causis, vt ex prag. & benè de iure respondit antea Auend. li. 1. c. 9. de exeq. mand.

154

Principis concessiones decet esse mansuras l. fundi partem C. de fundis patrimo. lib. 11. nec potest ius vni quæsitum ab eo tolli, & alteri dare l. si qua loca C. de fundis rei dom. eodem lib. cap. decet de regul. iur. in sexto. Limi-
248 ta tamen quod per viam legis generalis ex causa, tam concessiones onerosæ, quam ex magnificentia possunt minui, reuocari l. qui fundos C. de omni agro desert. libr. 11. & ideo in casu necessitatis potuisse Principem reuocare gratiam demanij subditis concessam in aliqua ciuitate respondit Consiliarius meritissimus Georg. al-
249 leg. 50. restituto tamen pretio accepto, vt idem dixit in suo tract. feudor. cap 55. num. 51. nam licet gratia transierit in contractum ob pecuniam, ex doctri. Bald. l. qui se patris C. vnde cogn. tamẽ potius est actus mistus gratiæ, & pecuniæ, & prędalet gratia, illa aestenditur l. cum quæritur ff. de statu hom. Gratiæ vero particulares in præ-
250 iudicium Baronum non possunt fieri vasallis eorum dixi pragmat. 8. par. 1. num. 168. nisi ex causa publicæ lætitię
250 vti Indultus generalis, & sic doctissimè causam defendit in Collaterali Consilio, diebus præteritis Carolus Brancatius inter primarios Aduocatos doctissimus, & sanguine nobilissimus.

155

Prineeps poterit diuidere, & vnire Prouincias, & earum terminos, ac iu-
251 risdictionem ad libitum, nec possunt conqueri Prouinciales dum Princeps vtitur iure suo, nulli iniuriam facit, nã eius est erigere, & minuere l. 1. C. de metropol. Beryth. libr. 12. & sic annis præteritis vidimus Calabriam fuisse vnam Prouinciam, & postea in duas fuisse diuisam, & multa notat Innoce. cap. cum ad ecclesiarum de offic. ordin.

156

Princeps solus potest comminare pœnam indignationis, vel ponere clausulam in rescriptis, pro quanto habens
252 caram gratiam nostram, l. 2. C. de petit. bonorum lib. 11. ibi [indignationem nostri numinis substinebit] concordat tex. l. fin. C. de aquæduct. lib. 12. Sed quanta erit pœna sic comminata in casu inobedientiæ, dic quod arbitra-
253 ria, secundum qualitatem inobseruantiæ, & causam l. 1. in fi. C. de sum. Trin. Bellug. in spec. Princ. rubr. 11. S. restat.

157

Procuratoris confessio de recepto, liberat soluentem, licet de actuali numeratione non constet, probat tex. l. fin. C. de apoc. publ. lib. 10. & Dominus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non poterit, vt glos. d. l. fin. &
254 in tutore, quod pendente tutela, pupillo præiudicat confitendo l. Lucius

S. tu-

Digitized by Google

§.tutelæ,verbo apocæ ff.de admin.tut. Capyc.dec.16.num.8.Idem in Syndico respondit Roman. conſ.352. Maſc. concluſ.369. num.10. Oſaſch.dec.38. num.36.cum alijs coaceruatis contrarium probant l.certum §. ſed an ipſos ff.de confeſſ.l.non abſtulit C. de nouation.& Surd. hanc veram eſſe opinionem dicit,vt deciſ.229.Tiraq.de retr. conuent.§.4.gloſ.6. Tu pro conciliandis ijs iuribus, diſtingue quod aut ſumus in exactoribus, & procuratoribus Fiſci,& procedit tex.d.l.fin.C.de apocis,quia ſtat legitima præſumptio, vt iſti non habeant fidem de pretio, aut tractatur de procuratore priuato conſtituto ad eligendum,& confeſſio de recepto non nocet principali, etiam ſi iurata eſſet Oſaſch.deciſi.172.num.9. Maſcard.concluſ.369. Guttier. de iuram.par.1.num.50.Limita ſi Procurator haberet procurationem cum libe-
255 ra poteſtate, Guttier.loco citato numer.7. Caualcan.tract.de tut.nu.324. Carol.de Graſſ.tract. de except. c.25. Quia in ſocio reo credendi tutore,& curatore, Surd.diſputat allegata deci. ſed confeſſio prædicta quando non nocet principali,aduerte quod ſemper nocet ipſi confitenti ad ſui præiudicium. Add.ad Capyc.dec.16. vbi multa ad materiam.

158

Rationes ſemel datæ amplius reuideri non debent poſtquam partes acquieuerunt,alias daretur proceſſus in
256 infinitum l.qui ſemel C.de apoc.publi.libr. 10. limitatur ſingulariter hæc concluſio pluribus modis,veluti ſi diceretur de errore calculi, nam vſque ad 30.annos allegari poteſt l.vn.C.de errore eod.lib.Surd.dec.239.Guttier.de iuram. par.3. cap.2. ſublimita ſi error ſit magnus,ſecus ſi minimus Bouadill. lib.5.Polit.cap.4.Doctor.l.quamuis ff.
257 de condit. Et ſi error erit in vna partita illa ſola reuidenda eſt, vt Bouadil. ibi, limita ſi dolus,vel ſordes interuenerit, nam hoc conſtito rationes etiam facta liberatione poſſunt reuideri, Aſtuend.cap.9.par.1.de exequend. mandat.Felic.tract.ſociet.cap.38.Limita ſi Princeps diſpenſauerit, vt uolet Regia Camera etiam obſeruare reuiſionem per decem annos præcedentes, Dom.Rouit.pragm.5. tit.de adminiſtr. Vniu.num.44. Eſcobar de ratioc.cap. 42. Prout ex cauſa poteſt Princeps
258 mandare, vt officialis ſyndicatus iterum ſindicetur, vt D. de Ponte in ſuo tract.de pot.pror.fol.... Verumtamen poſt 30. annos non poteſt peti amplius reuiſio,quia habetur pro reuiſis D.Rou.pragm.31. tit.de offic. procurator. Cæſar. Item ceſſat ſi rationes fuerint conſignatæ Domino, vel calculatori,& nõ fuerint redditæ, nam ſi nõ ſint in manu partis, & non reperiãtur non poteſt pars cogi ad dandas ratio-
259 nes,Plot.de in litem iur.fol.65.n.36. & inde cauti adminiſtratores dum liberãtur in inſtrumento, ponunt libros, & rationes eſſe parti conſignatas,& laceratas,& ideo non poterint amplius moleſtari.

159

Rationes priùs reddere debet ille qui adminiſtrauit, licet plures fuerint ſocij,vel factores, ſeu adminiſtratores, inſolidum obligati l.1. C.quoquiſque
260 ordine lib.11. Quæ diſpoſitio habet locum,ſiue adminiſtratores ſint rerum publicarum,ſiue priuatorum,Boer.deciſ.60.Eſcob.de ratioc.cap.4.num.12. Limita ſingulariter ceſſare hoc beneficium ordinis ſi ille qui adminiſtrauit mortuus fuerit,tunc enim non poterint cogi hæredes, vt ipſi conueniantur prius,ſed erit in electione Actoris,Antib.de mun.& hon.§.1.verſ.quidam, Eſcob.loc.cit.nu.15

160

Rationes calculatæ, & ſignificatæ non habent executionem, neque par-
261 titæ confitentibus nocent l.inſtar C. de iur.fiſci lib.10.quando ſunt à rationalibus priuatis diſputæ,ſecus ſi ab officiali fuiſſent electi,nam decretum ele-

Digitized by Google

ctionis factæ à ſuperiore confert iuriſdictionem, ita quod ſignificatoriæ habent vim rei iudicatæ, Guttier. practicq. quæſt. lib. 1. cap. 37. ſed an ſtatim habeant executionem paratam, non obſtante appellatione glo. §. æconomos, verbo repetitionem authent. de ſanct. Epiſc. innuit quod non, niſi cauſa eſſet pia, vel niſi partitæ eſſent de introi-
262 tu ſuperante exitum, nam tunc vti in confeſſum exequi poſſunt, vt dixi pragmat. 16. vel niſi eſſent ſignificatiuæ Vniuerſitatum, quæ ex regia prag. vulgata exequuntur realiter, & perſonaliter.

161

Salaria nõ poſſunt ab Vniuerſitatibus nullis perſonis ſolui pro negotijs, ſine Principis licentia, ad tex. l. primæ C. de præbendo ſalar. lib. 10. Sed aduerte-
263 quod ille tex. intelligitur, vt procedat in ſalario nouiter conſtituendo alicui in caſibus à iure non expreſſis, ſed ſecus in ſalarijs præſtandis Aduocatis, Procuratoribus, & alijs, de quibus Doctor. l. ambitioſa ff. de decretis ab ord. fac. & enumerat Auendan. cap. 2. num. 9. parte 1. & hæc ſolita ſalaria ſine decurionum ordine, neque Syndicus ſoluere poterit toto tit. ff. de decr. ab ord. fac. ſolum modica impenſa, ſine ordine Syndicus ſoluere habet de iure
264 facultatem, vſque ad carolenos quinque regulariter, & vſque ad triginta ſi ſic erit conſuetudo, vt vidi ſeruatum in aliquibus Ciuitatibus, Auiles capit. 30. prætorum, ex glo. l. hactenus glo. pertinet ff. de vſur. Eſcobar. de ratioc. cap. 23. num. 22. ſed ſi vltrà exceſſerint, non per hoc pecunia ſoluta non erit condicibilis, ſed erit probanda eã eſſe verſam in vtilitatem, quo caſu actione de in rem verſo in iudicio mediante decreto approbãda erit, vt Docto. præcit. aduertunt.

162

Salaria plura ſecundum diuerſa officia quæ quis exercet, & labores ha-
265 bere poteſt l. hiſce, C. de dign. libro decimo, leg. bonis C. de aduoc. diuerſo iud. Auendan. part. prima, cap. 46. de exequend. mandat. Regum Hyſpaniæ, nam quando iura duorum concurrunt in perſona vnius, tantum præmij debet habere vnus quantum plures, leg. ſi mihi, & tibi, ff. de legat. primo, & licet ſupra verbo officialis, diximus quod officialis non poterit habere plura ſala-
266 ria, intelligitur quando ſine Principis licentia exerceret aliquod officium vltra ordinarium, Domin. de Ponte conſil. 146. num. 48. volum ſecundo, & in viſitatione officiales fuiſſe inquiſitos relationem habuimus.

163

Secretarij Regis ſunt in dignitate, & poſſe ſedere in Tribunalibus, nota-
267 tur ex tex. in leg. ſecunda, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. duodecimo, vbi eſt ſedes huius materiæ, nam proximi de iure dicuntur, quia ad latus Principis, vel ſui Præſidis continuo aſtant, & ſacra ſcrinia ſcripturarum conſeruant, verum in Tribunali ſedent, ſed in ſcamno, & non in ſella, nam ſunt in minori dignitate quam Iudices, licet in aliquibus Tribunalibus, vti in Regia Audientia Calabriæ Citrà ex priuilegio Franciſcus Paſſalaqua Nobilis ſanguine, & virtute in ſella ſedeat, & ſimiliter Horatius Longobardus in Prouincia Salerni, vir inſignis, & omni virtute præditus.

164

Senectus eſt veneranda, iuxta vul-
268 gatum adagium, probat tex. leg. final. C. de firm. libr. duodecimo, & competunt ſenibus multa priuilegia, quæ cumulat Ricc. collecta. 1023. & 1862. Addent. ad Capyc. dicunt eos gaudere priuilegio leg. vn. C. quando imperator, ſed tu ne decipiaris, diſtingue vt Franch. nouiſſima deciſion. 608. & vide Nouarium in ſua praxi elect. fori q. 18. ſect. vbi latè.

Ser-

Digitized by Google

165

Seruitia sunt iniungenda solitis, & in defectum habilibus, probatur hæc
269 conclusio in leg. cursum C.de cursu publ.lib.11.ibi [Qui ea solent accepta mercede locare] & nos latè diximus pragmat.16.inde Baro non poterit iure iniungere seruitia personis non solitis,seu captis ad seruitium quod intendit,vnde artistæ, massarij, non possunt nisi in eorum exercitio vocari, & non
270 ad diuersa, vt fuit iudicatum pro Vniuersitate Sanctæ Mennæ cum vtili Domino Cardinali Iesualdo, Actuario Figliola.

166

Seruitia sunt iniungenda à Fisco, vel Barone cum temperamento, illa repartiendo inter subditos,vt vnus al-
271 tero non grauetur plus,ad tex.nota. in longius C.de annon. & tribut. & ibi glos. vbi probatur,quod vltra dietam, non debent personæ euocari, sed alij finita dieta erunt ad seruitia accipiendi,& ideò Commissarij,milites quando animalia pro conducendis eorum rebus accipiunt portandis ad longinqua,
272 qualibet die debent mutare, & vbi de sero habent transitum,cogunt Vniuersitatem ad alia animalia consignãda,licentiam præstando alijs,& sic cõtinuare,Et quando Baro habet plures terras,& intendit sibi victualia præferri Neapolim, vel aliò debeat onus repartiri inter suas terras, vt dixi supra cit.pragm.

167

Seruientes vnius Tribunalis possunt suum officium exercere in omnibus alijs Curijs,quando erint requisiti, si-
273 ne alia iudicis loci commissione,sed tantum licentia ordinarij erit requirenda,tex.leg. in collatores C. de re milit.lib.12. & Rebuff.ibi num.quarto; Et exinde,orta est Pragmatica prouisionum,directarum (seruientibus quarumuis Curiarum) quælibet autem Curia debet habere ad minus duos seruientes,seu alguzerios §. is qui causas coliat.6. authent. de Iudic. Quis autem eos debeat eligere Bar. leg.prima
274 C.de Irenarch. lib.11.dicit hoc pertinere ad Decuriones Vniuersitatis, sed Lucas de Penn. l. hac prudentissima C.quibus muner.lib.10. reprehendit Bar.& sic Boer.dec.227.asserentes hanc esse prærogatiuam spectantem ad Iudices iurisdictionis, & sic Auend. cap.1.nu.11.par.1.de exequen. mandat.& hoc de iure procedit,nisi legitima consuetudo esset in contrarium, vt notat Masc.de probat. conclus.in cap. Nuncij.

168

Sigilli appositio in literis gratiæ,
275 vel iustitiæ, vbi solitum est sportulas exigi pro illius impositione, conseruandus est exigens Dominus,in ipsa impositione, tex.est l.in sacris,la seconda, C.de proxim.sacr.scrin.lib.11. & l. fin. C.de princ.agent.in rebus. ex quibus iuribus allegaui in causa hanc exactionem non esse onus nouum contra iuris dispositionem,pro Barone contra quem hoc grauamen à vasallis erat porrectum,sed præter ius,& notauit D. Rouit.tit.de officio Secret. Et propterea fuit conseruatus Baro in quasi possessione,& seruatis seruandis fuit exhibita taxa pandectæ in Sancro Consilio fuit legitimè moderata, nam superiorum est tales exactores pandectarum augere,& minuere, Luc. d l.in sacris in fine Mandell.cons.354.vol.2 Bim. latè cons.103.

169

Signa arguunt signatum,probantq; dominium illius cuius sunt arma, ex
276 tex.in leg.stigmata C.de Fabricens. libr.12.pro cuius tex. ampliatione, vide Marant.consil.129 Ann.allegat. 110.Ricc.collectan.1798.& 1847.sed non allegant Auendan. qui par.secunda de exequend mandat. Regum Hispan.cap.16.omnia cumulauit,ponendo triginta casus diuersos, ex quibus signa demonstrant effectus signantis, nouiter latè Nouarius in praxi elect. fori q.24.sect.1. à n.5.

170

Solutio annuorum tributorum, vel censuum, an de iure solum in fine anni
277 fieri debeat, & maximè in censu debito ad formam Regiæ Pragmaticæ, vel vsuraria dici possit vti anticipata, si tertiatim fieri fuerit conuentum; fuit hæc antiqua quæstio, sed singulariter probat tex leg pen. C de collat. fund. patrim. lib 11. Esse licitam pactionem ibi; & pensiones non amplius quam in tribus per singulos annos, vicibus rationali assignet, & ideo ex communi vsu tale pactum contrahitur, quicquid in contrarium teneat Guttier. practic. quæstionum quæst. 175. lib. 2. Immo in
278 casu non solutionis additur qualitas, vt instrumenta possint liquidari etiam pro sorte, & mandatur hoc executioni, vt videmus continuo, & testatur Vrsill. decisio. 86. Dom. de Ponte consil. 6 num 26. Mastrill decisio. 95. cum addit Dom. Rouit. pragm. 1. cum sequent de censib. sed non retinditur pro sorte, nisi elapso anno trium tertiarum.

171.

Solutio trium annorum præcedentium continuata, arguit integralem satisfactionem præteritorum, ex vulg. tex. leg. quicumque C. de apoc. publ.
279 libr. vndecimo, ad cuius tex. ampliationem, & limit. volui tibi adnotare quamplurimas, quæ adducunt Doctor. vti Gabr. conclus. vndecima titul. de præsumpt. Mascard. de probationibus conclus. 1025. Carrot. tractat. loc. titu. de trienn. solut. Franch. decision. 137. Dom. de Ponte nouissime consil. 138. volum. 2. ad quos in occurrenti recurras.

172

Statutum, seu ordinationes factæ per Vniuersitates ne bona stabilia alienentur alienigenis de iure non sunt improbatæ, ne termini confundantur,
280 ac Ciues ipsi affluant bonis, tex. notab. l. prima C. non licere habitat. loca sua ad alios transferre, & an possit interdici, ne tales alienationes fiant personis priuilegiatis, vide Rebuff. dict. l. prima, & dixi pragm. 1. in fine, de Baronib.

173

Studia generalia, sine Principis li-
281 centia teneri non possunt leg. prima C. de studijs liber. Vrbis Romæ lib. 11. Neque Lectores impunè possunt Cathedras ascendere leg prima, C. de profess. lib. decimo. Immò Lectores, neque in studijs licitis si non fuerint approbati à superiore, licet Ciuitas elegerit poterint legere, Rebuff. latè leg. prima C. de profess. Vrbis constant lib. 12. Studentes verò quanto tempore
282 studere debeant in publicis Gymnasijs, vt gradum Doctoratus assequi possint, vide text. l. magistros, & l. si quis, C. eodem tit. præcitato, & qualiter examinandi sint prout text. est singularis l. prima C. de athlet lib. 12. ibi [Non minus tribus certaminis probentur, quæ dispositio in multis practicatur.

174

Substituere quisque non potest in suo officio, quæ regula depromitur
283 ex leg prima C. de præpos. agent. libro decimo, & nullus, la terza, C. de decur. lib. 10. & l. inter artifices ff de solut. fallit ex causa, & ad modicum tempus leg. nullus apparitor C. de apparit. præfect. prætor. lib duodecimo. Limitatur si adest licentia superioris, sed nota quod talis promissio non aprobat personam substituti electi ab officiali, sed tantum conceditur facultas actui probibito; Rebuff. singulariter, l si
284 quis C. de muri leg. lib. vndecimo, vnde substituens tenetur de facto substituti, Reliqua ad hanc materiam bene Mastrill. de magistrat. primo tomo, fol. 12. & an Prorex possit sibi substituere in casu absentiæ, Domin. Rouit. pragm. 5. de administr. Vniuersit. & an
285 eadem reuerentia debeatur substituto, quæ debetur principali, quod non, D. de Ponte in suo tract. de pot. Pror. fol. 33. nu. decimoquarto, & cons. 137. volum. 2.

Sub-

Digitized by Google

175

Subhastationes vbi de iure requi-
286 runtur, pluriès de iure fieri debēt, & per dierum interualla, leg. si tempora, C. de fide instrumen. lib. 10 licet interualla hodie arbitrio Iudicis relinquantur, Capyc. dec. 36. Menoch. de arbitr. Iud. casu 209. & consuetudo erit obseruanda: Necessariæ tamen sunt in bonis fiscalibus vendendis, vel Vniuersitatum, seu Ecclesiarum, vel pupillorū, glos. autem l. loca C. de locat præd. ciuil. lib. duodecimo, ampliat procedere dictam dispositionem etiam in locandis bonis prædictorum ad longum tēpus, sed communiter reprehenditur, vt habeat locum etiam in locationibus ad minimum tempus, Osasch. dec. 109 & Escobar tract. de ratiocin. capit 15. num. 3. Auendan. de exequend. mand. Reg. cap. 12. par. 2. Verum rota, quod frequentiori Doctorum calculo subhastationes requiri in rebus minorum vendendis dixerunt Menoch. casu 129 Carroc. tract. loc. tit. de administ. tuto, sed Dom Rouit prag. 1. de titul. abusu firmat contrarium, non esse de essentia, cogita tamen in occurrenti.

176

Supernumerarij vltra numerum solitum, & consuetum à Rege destinari, vel eius Vicario in officijs, creari non
287 possunt, nisi immediatè ab ipso Principe, tex. est sollemnis l. cooperimus C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Alber. l. 1. C. de offic. Præfect. vrb. leg. non plures C. de sacrosanct Eccles. Auend. cap 10 num. 4. D. Reg. Valenz. cons. 61. & dū Dux Ossuni Prorex creasset multos supernumerarios in Magn. Curia & Regijs Audientijs ordine Regis postea fuerunt amoti, quia nulla suberat necessitas, sed damnum fisci in solutione tot salariorum, Princeps verò ex causa aliquem supernumerarium creare poterit, vt nuper egit cum Marco Antonio Russino meo fratre consobrino, qui
288 cum præsuisset multis annis Aduocatus Fiscalis Regiæ Audientiæ Calabriæ vltrà honorificentissimè ad solam relationem emulorum, à Duce Ossuni Prorege, fuit vocatus carceratus, sed ille confisus de sua innocentia, adijt ad pedes Regis in Hispaniam, grauamina passa Principi narrando, qui rescripsit Duci, vt inquisitiones si quas haberet contra dictum Russinum trasmicteret, & relationem fecisset, cur illum sic male tractauerit, & habito responso, & omnibus benè recognitis, per sententiam Regiam fuit innocens declaratus ac vt macula quæuis delicti prætensi ab omnium mente excluderetur, creauit illum Iudicem Magnæ Curiæ Criminalem, cum præcepto, vt nominari debeat in officium perpetuum in occurrenti vacatione, cum prærogatiua, vt gaudere debeat etiam interim salario muneris fiscalis in dicta Regia Audientia, & in Magna Curia quousq; daretur vacantia, in supernumerarium admicteretur, prout fuit acceptus, & assumptus cum aspectatione ad maiora.

177

Texi non possunt tela serica, argentea, vel aurea, nisi in locis à Principe
289 ex particulari priuilegio concessis l. 1. C. de vest. holib. lib. 12. ibi [conficere, vel contexere auratas, vel sericas peragandas,] vulgariter nominati *drappi*, vt Glos. & Doct. & est notandum, nam regulariter quilibet contrarium diceret quia artes, & commercia sunt de iure libera C. de commerc. & merc. Et dum prætendisset Ciuitas Cosentina habere hanc facultatem, ex antiqua consuetudine, vt talia ministeria possint exerceri in ea Ciuitate, vidi Regium Commissarium pœnā a textoribus exegisse telaria scidisse, solum in Ciuitate Catanzarij adest Priuilegium, & in terra Paulæ, Prouinciarum Calabriæ.

178

Titulati qui non meritis, vel sanguine, sed pecunia titulos acquirunt, de
290 iure prærogatiuis gaudere non debent l. 1. cum sequent. C. de præpos. sacr. cubic. lib. 12. Ann. sing. 166. qui

de

Digitized by Google

de tex.non meminit, ſed talis concluſio non eſt recepta, dum ſic Principi placeat, D.de Ponte conſ.134.volu.2. qui poteſt diſpenſare, vt latè dixi prag mat.4.& facere ignobiles nobiles, ſed procedit cum officialibus, vt ſi pretio intercedere aſſecuti fuerunt dignitatē ea priuari debeant l.Vniuerſis C.de leg.lib.10.

179

Titulati retinent nomen & honorē dignitatis, etiam refutato titulo filio,
291 vel legitimis ſuſceptoribus l.1.& ſequent.C.de primic.lib.12.de qua con cluſione locutus fuit Dom.Rou.de titul.abuſ.prag.1. D.de Pont.in ſuo tractat.latius.

180

Titulos poteſt Princeps commutare de vna Terra in aliam l. vnicuique C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12.& ibi Doctor ſed an cum prærogatiua temporis
292 cenſeatur data vti erat prima, quod ſic Maſtril.de magiſtr. vol.2.fol.59.& de Ponte conſ.7.volum.2. ſed ſi noua qualitas eſſet addita, illa ex nunc, & non prout ex tunc conſideranda erit, niſi expreſsè Princeps prærogatiuam
293 cōcederet ex cauſa, antecedēdi alios etiam tempore potiores, Rebuff.l.1.C. de conſul.lib.10.Franc.Marc.dec.806 cum duabus ſequent.& de Pont.ibi, & in facto Don Petrus Vrſinus Princeps Sorbi anno elapſo ſupplicauit Regem
294 pro commutatione tituli ad ſuam Terram Solofræ,& obtinuit gratiam cum prærogatiua antiqua, quæ dignitas benè fuit collocata in perſona tanti ſanguinis, vt teſtātur chronicæ iſtius Domus, vltra quod vir eſt omni virtute præditus & benemeritus dignus ad conſeruationem ſuæ familiæ in Regno, cum ſolus ipſe ſuperſit cum ſobole, quā Deus conſeruet.

181

Vacare quis debet officio ſuæ conditionis, miles in militia, Doctor in legibus, mercator in mercatura, maſſa-
295 rius in maſſarijs & ſuam vacationem ſequi,& non externis,& diuerſis ſe im plicare agendis, tex.l.fi.C.de mancip. & colon.lib.11. ibi [numquam placet tela in vſum vomerum,& ligonis conuerſi] inde argumentum ſumitur, qd tutor debeat ſequi negotiationes pa-
296 tris pupilli, & non variare conditionem, alias de culpa, & damno tenebitur Borgn. de tut.nu.113. Ioſ.Ludou. dec.peruſ.67

182

Vendere, vel emere nemo quacumque præditus poteſtate prohibere poteſt, ſolum Principi ex cauſa hoc licet, l.ſeptem C.de erogat.mil.annon.li.12
297 & ideo Baronibus non licere vaſallis prohibere ne emant, vel vendant, dixi latè pragm.1.Quando vero Princeps mandat, vt quicumq; habeat victualia vendat, vt ſolet ſemper fieri pro abundantia conſeruanda, vel neceſſitate vrgente, ſemper talis ordinatio in
298 telligitur deducto vſu illius qui ea habet per ſe & familia l.vn C. vt nemini liceat in empt. ſpec. & ibi Doctor.

183

Venatio ferarum quæ nocere poſſunt, licita eſt in omni loco l.1.C.de
299 venat.ferarum lib.12.& adeò permittitur quod vacantes huic capturæ, vti vrſorum, luporum, ſerpentium locuſtarum iurè petere poterint ab Vniuerſitatibus locorum remunerationem,& Syndici qui recognoſcunt ſeruitium iſtorum, vti publicæ vtilitatis re ctè ſoluunt Auend.de exequend.man. Regum par.1.cap.2.num.8.Bart.l.qui in vtero ff.de ſtatu hom.

184

Venire contra factum proprium regulariter non licet, ex vulgata regula,
300 limita ſi factum eſſet nullum l.quemadmodum C de agric.& cenſ.lib 10.& publica intercedat vtilitas, vt gloſ.ibi declarat, ſed an tunc contrauenies teneatur de euictione, maxime exiſtente iuramento, vide Valaſc. conſult.63. Magon.dec. Flor.93 Oſaſch.deciſi.68 Gutrier.de iuram.cap.1.num.94.quid ſi quis alleget ſimulationem, vel aliquam

Digitized by Google

quam turpitudinem ſuam audiatur Peregr. tract. de iur. fiſc. tit. de litig. nu. 29.
301 & an hæres poſſit impugnare factum defuncti nullum, Franch. dec. 665. latè Barboſa l. 1. p. 5. n. 154. ff. ſol. mat. Phanut. tract. de inuent. f. 415. ad quos recurre.

185

Victualibus prouidere Ciuitatem ad decuriones ſpectat principaliter, alias erunt in culpa, ſed Principis eſt
302 intueri, vt Regnum, & Prouincię ſint abundantes, tex. eſt l. 1. C. de frum. Alexand. lib. 11. Et ibi gloſ. inde ad Principem ſpectat eligere viros ſolertiſſimos pro abundãtia, & victualibus coaceruandis l. frumenta C. de ſuſcept. lib. 11. & multa notat D. de Pont. in ſuo tract. de pot. Pror. tit. de abund.

186

Viſitationes, ſeu generales inquiſitiones, vitæ, & morum delictorum per-
303 ſonarum parte non inſtante prohibita eſt, ad tex. l. fin. C. de anno. & trib. lib. 11. ibi [Nemo inſpector accedat,] & in Regno annis præteritis, multi tumultus orti fuerunt, dum prætenderetur induci hæc nouitas viſitandi, ſolum enim officiales perpetui, quia non ſindicantur, viſitantur ſingulis quinde-
304 cim annis per perſonam à Rege deſtinatam, quæ inquirit de eorum exceſſibus, peritia, vita, & moribus, de cuius materia vide Surg. de Neap. illuſt. fol. 161. & latius Maſtr. de magiſtr. lib. 6. c. 2. cum ſeq.

187

Vniuerſitas habet priuilegium, vt pro ſola actione perſonali poſſit deuenire contra tertium poſſeſſorem bonorum ſui debitoris l. 2. C. de debit. ciu.
305 lib. 10. nam regula ſtat in contrariis, l. fin. S. fin. ff. de contrah. empt. Gaill. ob ſeru. 118. & exinde colligitur quod de iure Vniuerſitates non habent tacitam hypothecam in bonis debitorum, vti tutores l. 2. C. de iure reipub. lib. 10. & D. Rou. pragm. 5. de adm. Vniuer. num. 17. licet contrarium ſubſtineat Eſcob. tract. de ratioc. c. 39. Sed in Regno ex prag. 10. tituli præcitati fuit expreſsè cautum ad beneficium ipſarum, vt habeant dictum priuilegium tacitæ hypothecæ, Fiſcus vero habet hoc beneficiũ l. 2. C. in quib. cauſ. pign. contrah.
306 Sed fuit dubitatum, an Barones vti ſubrogati in locum fiſci in feudalibus habeant tacitam hypothecam in bonis Aerariorum, & aliorum feudalium adminiſtratorum, & videtur quod ſic ex regula ſubrogationis leg. 3. S. eum ff. ſi quis caut. in contrarium tamen fuit cõcluſum, quod nota, quia quando iuriſdictio Principis deuenit in priuatum mutatur qualitas, & ſolum quod de iure, vel priuilegio feudatarijs concedi-
307 tur retinent, Boer. deciſi. 246. latius Auend. de exeq. mand. c. 1. p. 1. nu. 21. verſ. & ſic aduerte, quod eſt memoriæ tenendum, cum in omnibus prætendãt Barones habere priuilegia fiſci, vti ſubrogati in eius locum, quod à vero eſt alienum.

188

Vniuerſitates pro eorum debitis, & neceſſitatibus, ſi alios introitus ſufficientes non habent poſſunt ponere ciuibus onera collectarum mediante
308 appretio ſuper bonis eorum, iuxta c. Regni, & prag. tit. de appretio, & in hoc non eſt neceſſarius Regius aſſenſus l. 2. C. de prædijs nauicu. lib. 12. Ioſeph. dec. Peruſ. 43. ſed ſi vellent nouas gabellas imponere pro cauſa prædicta non poſſent de iure, ſine Principis beneplacito tot. tit. C. noua vectig. imponi non poſſe, rationem diuerſitatis notauit Montan. prag. 5. 6. num. 20. titu. de adm. Vniu. & Maſtril. de magiſt. li. 3. cap. 4. nu. 444. Appretia vero qualiter ſint facienda, vide Doct. in d. prag. de appretio.

189

Vniuerſitas non poteſt quicquam
309 remittere ſignificatis debitoribus, etiam conſentiente Concilio, quia non poteſt donare, nec remittere l. 1. C. de piſtor. lib. 10. & fuit confirmatum ex pragm. 5. tit. de adminiſt. Vniuerſ. & ibi aduertit D. Rou. n. 22. niſi eſſent di-

Digitized by Google

ci debitores in magna neceſſitate l. omnes,& ibi gl.de anno. & trib.lib.10. limita ſi tractaretur de remittendis vſuris alicuius quantitatis,quæ deberẽtur ex capitali, nã relaxari poſſunt ex
310 aliqua cauſa l.1.C.de his qui ex officio lib.12.& l.1. in fine C.de pericul. nom.lib.10. l.Lucius §.1. ff. ad munic. in dictis enim vſuris non quæritur ius, niſi per ſententiam l.aduerſus C.de vſur.niſi eſſent conuẽtæ,Eſcob.benè in tract.de ratioc.c.16.cum ſeq. & c.24.
311 Sicq; litem cẽptam non poteſt Vniuerſitas remittere, tranſigere ſine decreto,Anna alleg.53. etiam cum conſilio vno reluctante.

198

Vſuræ non debentur fiſco, ex motu pœnæ non ſolutæ l.1.C.de vſur.fiſc.lib. 12.quia lucrum ex lucro non debetur,
312 nec pœna ex pœna,nec vſura vſuræ, ſiue ſint legales, ſiue conuentionales, vt DD.d.l.j.Inde infertur quod nec acceſſio acceſſionis, iure petitur Corn. conſ.240.Affl. dec.291. Nec ex donatione leg. liberalitatis ff.de vſur.& latè explicat Pereg.de iur. fiſci tit. de debi. fiſc.ex n.30.cum ſeq.Pro alijs verò debitis,ex mora ipſo iure vſuræ fiſco de-
313 bentur arg.l.in minorum C. in quib. cauſ.min.reſt. E contra vero quando Fiſcus ex mora teneatur,latè D.de Põte in ſuo tract.de pòt.Pror. hanc quæſtionem explicat.

190

Vſus ſi cui de iure, vel priuilegio, ſeu cõuentione debeatur in alieno ter-
314 ritorio,is interpetratur conceſſus, ſi ſuperabundet concedenti paſtus, vel ius aquandi,& ſimilium, ad tex.l.ſi quis diutinam C. de aquæductu lib. 12. & omnes Doct.Auen.cap.4.p.1.de exeq. mand.Reg. Hinc Barones,& vaſalli q ad inuicem,de iure alter in alterius demanio habet vſum, vt latè explicaui prag.11. moderatè ſe gerere debent, qui vſum habet, vt Dominus non anguſtetur:ſimiliter,ſi erit communio inter Vniuerſitates cum aſſenſu,ea tamẽ diſſolui poteſt,ſi paſtus non ſufficiat ciuibus alterius terrarum, quia populus creuerit,numero, vel diuitijs animaliũ Affl.dec.290.Franch.dec.301. Auẽd. loc.cit.& Vrſil.deci254.nu.2.dicit,qđ
315 petita diſſolutione ab vna earum ſtatim fieri debeant, etſi immemorabile tempus interceſſerit ex dicta cauſa. Vel peti poterit, vt fiat iuſta repartitio in qua Iudex non æqualem partem dabit vicino: quia Dominus debet eſſe melioris conditionis, quam ſeruitutem habens l.teſtatrix §.fin.ff.ſi ſeru. vend. Meno.caſ.128.& 245.nu.14.ait,quod arbitrabitur hoc ſuperior, conſiderando paſcuorum quantitatem,incolarum numerum,conditiõnem, neceſſitatem,
316 & æquitatem l.Imperatores ff.de ſeruit. ibi [Aquam de flumine pro modo poſſeſſionum ad irrigandos hortos diuidi oportere, niſi quis proprio iure plus ſibi deberi oſtenderit] quem tex. extollit Surd. conſ.65. nam iuſtitia diſtributiua requirit, vt plus principali, & digniori debeatur,quam cui ex liberalitate conceditur, Hier.de Monte tract.fin.regund.c.72.Lopez tit.28.p. 3.glo.verb. *como alloriccos*.

Imprimatur. Alexand.Boſch.Epiſcop.Carin. Vic.Gen.Neap.

Alexander Ruſſus Canon.Dep.vid.

Aloyſius Riccius Canon.Dep.vid.

Digitized by Google



EXPENSIS IO: FRANCISCI PEREGRINI BIBLIOPOLAE NEAPOL.

NEAPOLI

Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longhi. M. DC. XXII.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

advierte que el fuego del alquitran es de niebe si se compara con el de la concupiscencia.

En lo que se empleò mas de lleno fue en la oracion, y en el trato interior con Dios. Gastaba en esto todas las oras que le permitian sus ocupaciones, y se disponia con gran limpieça de conciencia, con la qual llamò al Señor, que le respondiò con afable liberalidad. Abriòle las puertas de sus tesoros, y le llenò las manos con sus divinos dones. Puso en su entendimiento luzes muy claras de alto conocimiento, y à su voluntad le comunicò incendios soberanos, y le vistiò toda el alma con atavios ricos de virtudes infusas. Entròle azenar consigo, y le llamò à lo alto de la contemplacion, y alli le diò à beber el vino dulçe del amor. En este paraiso viviò casi toda su vida despues que profesò en la Religion, sin que pudiese la astuta serpiente sacarle de el, aunque el Señor le dexaba algunas vezes en tinieblas para prueba, y exercicio de su humildad. Por la dulçura que gozaba adentro se hurtaba con sagacidad à las ocupaciones, y se retiraba à solas, à tratar con su criador. Quando era Secretario gastaba en esto las noches tomando de ellas vna parte muy moderada para su descanso. Los afectos de su corazon eran tan fuertes, eficaces, y vivos, que sin poderlo el remediar le salian al rostro; el qual era como la mano del relox bien concertado porque señalaba à fuera lo que el alma tenia dentro. No estaba siempre de vn color su semblante, porque se vestìa de los afectos de su interior, y era esto de suerte que lo advirtieron los Religiosos, y lo trataban entre si pero no sabian la causa de aquella variedad.

Vn dia que estaba vno hablando con el Venerable Padre Fray Felipe de Santiago, pasò por delante de los dos el Padre Fray Juan de la Cruz, y llevaba el rostro encendido como vnas brasas. Con esta ocasion se excitò la platica de los colores que mudaba en el semblante, y el Padre Fray Felipe que le conocia muy bien, y le trataba en lo interior, explicò el misterio, y dixo, que le rebosaban afuera los afectos del alma, y que quando contemplaba en la grandeza, y dulzura del amor divino, se encendia, y le salian como llamas al rostro, y que en la pasion de nuestro Redemptor se le excitaban afectos de dolor compasion, y lastima, y esto le ponia lloroso, y triste, y añadiò que en la consideracion del Juizio final, de la muerte, y del Infierno, se llenaba de temor, y confusion, y esto le hazìa andar algunas vezes temblando, palido, y como de salud quebrada. Concluyò la explicacion de aquellas causas, y efectos con estas palabras. *Es cosa grande, todo es infuso, todo es superior. Encomendemoslo à Dios.* Con este favorable viento caminò su alma por el Mar Occeano de todas las virtudes, hasta que llegò à tomar tierra en el Puerto de la Caridad, pues muriò por ella como dirèmos.

Aunque el Señor le favoreciò con tantas luzes, no le faltaron tinieblas, por que no siempre caminaba por mar sereno, que algunas se alborotaban las aguas, y se escondia la estrella que le guiaba, y no hallaba el norte en todo su emisferio. Entonces crecia la pena à medida de la altura que avian tenìdo los favores, por que era pasado de vn extremo de gusto à otro extremo de dolor, y por esto el bien perdido hazia mas peso en su alma. Esta pena se puede explicar en los ciegos, por que el que siempre lo fuè, no siente tanto su ceguedad, por que no sabe lo que es la luz; pero el que perdiò la vista, que gozò mucho tiempo, tiene mayor pena, por que sabe lo que perdiò. Assi sucediò à nuestro Fray Juan, por que despues de muy favorecido, el Señor se le ausentaba, de-

Digitized by Google